DE MATERIIS TRIBVNALIVM S. INQVISITIONIS,

SEV DE REGVLIS MVLTIPLICIBVS

Pro formando quouis eorum Ministro, præsertim Consultore, in sex Libros non incongruè distributis.

PRAEMISSIS TREDECIM PROLEGOMENIS de origine, & progressu dictorum Tribunalium etiam in specie; maxime huius nostri Melitensis.

Opus vti peculiari industria, & non exigua eruditione elaboratum, ita DD. Inquisitoribus, & quibusuis Officialibus Sanctæ Inquisitionis, imò & alijs Iudicibus, & Ministris quorumcumque Tribunalium, valdè vtile.

TOMVS TERTIVS,

LIBROS QVINTVM, ET SEXTVM COMPRAEHENDENS.

AVCTORE R. P. SEBASTIANO SALELLES de Societate IESV Theologiæ moralis Professore. Atque Sanctæ Inquisitionis Consultore.

AD SANCTISS. DOM. NOSTRVM PP.

ALEXANDRVM SEPTIMVM.

ROMAE, Apud Thomassum Colinij. M.D.C.LVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

SANCTISSIMO D. N. ALEXANDRO SEPTIMO.

VT triplici serto, quod terris, cœloque venerabile caput præcingit, si non excellentia, saltem numero paria penderem tributa; postquam duo nuper volumina posteritati mandaui te patrocinante, tertium de Materijs Tribunalium Sacræ Inquisitionis tuo pariter sub patrocinio publicæ luci expono. Neque enim extremum hoc maiestati tuæ vectigal persoluere distuli, quasi tergeminum præstolarer diadema imponendum, cum antea meritum, quam dignitas frontem coronauerit. Sapientia, virtus, & per ancipites gestarum rerum vices, probata semper, & constans fœlicitas cum decora coronarum attexerent, veluti, qui ludicra in arena rudimenta militiæ condiscens vera certamina auguratur, Vaticanis infulis præludebant. Dispar siquidem virtutis, & dignitatis conditio; hæc inuenit, illa dignos facit. Et sanè quid à teneris annis styli toties exercitus candor tuorum morum imago, sententiarum grauitas, argutiarum Lepos; quid perpetuus musarum cultus, quid grauiorum disciplinarum studium ostendunt, nisi tibi collactaneam sapientiam? adeo solertiam ingenij præstantiæ attemperasti, vt doctrinarum cura, quæ alijs labor, tibi voluptas, & lusus videretur. Tanta ergo dicendi gloria insignis tantæ scientiæ lumine illustratus, tot denique præstantissimarum rerum comprehensione clarus dubios contemplatores relinquis, sapientiæ alumnum ne, an patronum nostra ætas ediderit; tantumque mentis aciem illius splendor perstringit, vt vetustissimæ familiæ decora, infularum numerus, Pontificum consanguinitas, armis, & toga clarissimi Heroes, nunquam demum intermissa generosæ prolis series penitus excidant è memoria. Qui sua satis luce diues emendicatis auorum opibus communicat potius, quam indè hauriat splendorem; hæredes industrios imitatus, qui non alieno, sed suo ditescunt; nisi quantum sanguinis claritas, quam fortuna dederat, opere probatur. Sapientes amas, quia tibi consimiles; etsi scelerata aliorum gesta vitijs proprijs æstimantur, tu sapientissimorum virorum existimationem tua sapientia metiris. Ita si temporum vetustate, vel bellorum furoribus, vel magnatum incuria squallidior Palladis vultus est visus, quemadmodum olim rudibus Barbarorum moribus Barbaram pariter conditionem literæ induerunt; tam sapienti Principe non secus, ac sub Cæsare ad illam sua gratia non iam mentito fuco, sed natiuo colore redibit; Alij cum Pallade nati non cum eadem adoleuere; seu quia acie mentis imbecilla in illius fulgorem obtutum figere non potuerunt veluti degeneres reiecti: seu quia proles perfectè nascentes eadem celeritate, qua ortum duxere moriuntur. At vero eodem cum sapientia partu editus

tus

692466

tus in lucem tantum illa, quantum tu ætate excreuistis, nisi tamen ea suo maior in ortu, vel infans visa est grandescere. Sed quæ par virtuti tuæ dicendi copia poterit inueniri, quæ sapientiæ, vel comes est, vel antesignana? Magnum est probitate, ac innocentia sibi venerationem à familiaribus conciliare, maius ab ignotis, & regione dissitis populis, maximum ab hostibus. Tuarum siquidem laudum præcones non solum virtute præstantissimi viri, aut tecum necessitudinis vinculo coniuncti, quorum testimonia sæpè amor, & beneuolentia facit suspecta, aut nostræ fidei sectatores fuere, quorum pietas alienæ pietatis auget famam, sed Christianæ Religionis desertores, hæresis asseclæ, qui cum nullis domitos, armis, & æternis septemtrionis niuibus circumuallatos, omnibus inaccessos conatibus sese iactarent inuictos, vna virtutis tuæ flamma, niuibus liquatis, quasi aggeribus ruptis ad tuos pedes victi procubuere. Neque enim aliter Hercules ille hydram suam gemini semper capitis hærede valentiorem, & opem è vulneribus trahentem, quam face debellauit. Non illa fuit virtutis conditio, quæ vulgaribus insita pectoribus solitudines amat, & secretos recessus velut inermis aliorum conspectum, ac hostium impetum formidet. Nec illa patriæ Religionis natura, quæ nullis obnoxia casibus securitatem suam à periculorum fuga metitur, sed eam Principis virtutis dotem sortitus in Germania, Melitæ, Romæ, hostium perfidiam, ac impudentiam oppugnasti; quasi exigua tibi gloriæ accessio fieret in illa victoria, in qua periculis non occurritur, sed expectantur. Nec mirum si tanta rerum felicitas accessit, quando virtutis est, vel inter calamitates esse felicem. Non opus es aggressus, quod non confeceris, non dissidium fuit, quod non composueris, non errores, quos non deleueris, non in tanta gerendorum varietate tam inconstans fortunæ alea, quam non stabili generosi pectoris clauo confixeris. Alij felicitate spoliati, quia abusi, ideo fortasse eam pauci assequuntur, quia omnes amant, dum nesciunt amare. Nec illa tuo insedit animo Ducum temeritas, quos cum victoriarum numerus supra mortalium penè conditionem extulisset, palmis insolescentes, in ipso secundarum rerum euentu fortuna destituit. Ita scilicet ardua vicisti, quasi amissurus, nec vnquam tam in altum sortis benignitas euexit, vt quidquam de animi demissione detraxerit. At quando tam felici rerum cursu mortales antecesseras, Vicaria Numinis potestate tibi imposita Deum æmulari debueras. Nec dubium, quin dignitate tanta iure donarere, quando illa sponte sua se potius, quam tu illam deposceres; quando populorum obsequia, & amor magnæ virtutis testes in Pontificem merito delectum virum comprobarunt, quando deniquè tam fortunatè supremum imperium es auspicatus, vt mihi iam ad vitæ occasum vergenti nihil, vel ad mei, vel ad orbis terrarum felicitatem supersit optandum; cum satis, superque futurum rear te vnum vidisse imperantem. Tanta ergo sapientia, virtute, & felicitate ditatus exigui huius voluminis paupertatem excipere ne dedigneris, dum illud nominis tui charactere impressum nullas non diuitias præsefert, vel ipsis Regibus inuidendas. Beabitur profecto tuo patrocinio, & in parentem prolis huius felicitas redundabit, dum ea tibi è cœlo tradita dignitas, quæ beatos potest efficere.

GOSIVINVS NICKEL

SOCIETATIS IESV PRAEPOSITVS GENERALIS.

CVm Die 12. Nouembris *1649.* à P. Florentio de Montmorencij, id temporis *nostræ* Societatis Vicarium Generalem agente (præuia nonnullorum Theologorum nostrorum recognitione, & approbatione) fuerit P. Sebastiano Salelles eiusdem Societatis Sacerdoti concessa facultas in lucem edendi Secundum, & Tertium Tomum de Materijs Tribunalium Fidei, si ita ijs, ad quos pertinebat, visum fuisset; hisce nostris litteris eandem facultatem confirmamus, & quatenus opus sit, pariter impertimur.

Datum Romæ 12. Iunij. *1656.*

Gosuinus Nickel.

VNiuersum hunc Librum Tertium, Quartum, Quintum, & Sextum, de Materijs Tribunalium Fidei, legi, & nihil in eo Catholicæ Fidei, Sacris Canonibus, aut bonis moribus repugnans inueni. In fidem Datum in Conuentu Sancti Saluatoris in Vnda. Die 17. Augusti 1652.

Fr: Modestus Procurator Generalis Sancti Francisci Min. Conuentualium, Sanctæ Romanæ Inquisitionis Consultor, & Qualificato.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiss, P. Mag. Sac. Pal. Apostol.

M. A. Oddus Epis. Hier. Vicesg.

Imprimatur.

F. Georgius Rainoldus Mag. & Reuerendiss. P. Raymundi Capisucchi, Sacri Pal. Apost. Mag. Socius, Ordinis Prædicatorum.

INDEX
CVIVSQVE TITVLI
CAPITVM,

Et Regularum Quinti Libri de Materijs Tribunalium Fidei, seu de Regulis multiplicibus, pro formando quouis eorum Ministro, præsertim Consultore, quoad abiurationem errorum Catholicæ Fidei oppositorum; Vbi de annexis abiurationi antecedenter, vt de sententia, maximè definitiua, & de requisitis ad eam; de innocentiæ reorum declaratione; de purgatione canonica, &c. Consequenter verò de alijs modis terminandi causas fidei absque vlla abiuratione, vt in relapsis, negatiuis, pertinacibus, &c.

CAPVT I.

De sententia præcipuè definitiua contra inquisitos in materia fidei apud Tribunalia Sancti Officij, & de omnibus ad valorem, & iustitiam eius requisitis.

Quid, & quotuplex sententia? quomodo requisita pro expeditione causarum Sanctissimæ Inquisitionis?

REGVLA CCCLXXI.

Qualiter a Iudice, vel Inquisitore proferri debeat sententia, vt sit valida, & iusta?

REGVLA CCCLXXII.

An alia circumstantia requisita? vel secus, in sententijs maxime S. Officij, vt sint valida, & iusta?

REGVLA CCCLXXIII.

CAPVT II.

De duplici modo expediendi causas S. Officij, nempe vel per sententiam absolutoriam reorum, vel per canonicam purgationem ab eis faciendam.

Reis S. Officij in quibus casibus beneficium sententiæ absolutoriæ impertiendum, vel secus?

REGVLA CCCLXXIV.

Qualiter, & a quonam sententia absolutoria in fauorem S. Officij proferri debeat?

REGVLA CCCLXXV.

Quid canonica purgatio? vbi nam, & qualiter iniungenda in causa hæresis? vbi item, & cur eius omissio?

REGVLA CCCLXXVI.

CAPVT III.

De modis expediendi causas Tribunalium S. Inquisitionis per abiurationem; de natura, & definitione, & de speciebus istius; de requisitis item ad ipsam exequendam in communi;

Quænam essentia, seu definitio abiurationis, & num hæc sit pœna inquisitis in S. Officio infligenda?

REGVLA CCCLXXVII.

Quo tempore consuetudo abiurandi incœpit? Abiuratio item quando, & a quo diuisa in multiplices gradus, seu species, & qualesnam huiusmodi?

REGVLA CCCLXXVIII.

Abiuratio publicene, an secreto facienda? quanam lingua? & an in scriptis? quid item continere debet?

REGVLA CCCLXXIX.

Abiuratio quibusnam personis iniungenda? in qua item ætate? & a quonam Iudice potest iniungi?

REGVLA CCCLXXX.

Qualisnam probatio requisita, vt abiuratio iniungatur? quid si reus nolit abiurare? Abiurans vero quiuis an, & quando absoluendus?

REGVLA CCCLXXXI.

CAPVT IV.

De aliquibus modis in particulari terminandi processus, seu expediendi causas fidei in S. Officio, per abiurationes, aut de leui, aut de vehementi, aut de violenta suspicione, aut de formali.

Quænam hæresis suspicio inducit ad abiurandum de leui? vel secus? hæc item qualiter sit abiurantem afficit?

REGVLA CCCLXXXII.

Quando suspecto de hæresi, aut diffamato simul, & suspecto iniungenda abiuratio, & purgatio? quando item ipse pœnas relapsorum contrahat?

REGVLA CCCLXXXIII.

Quid de modo terminandi processum fidei in causa violentæ suspicionis? qualiter sit suspectus de hæresi in S. Officio expediendus?

REGVLA CCCLXXXIV.

Haeretici paenitentis qualiter terminatur processus per abiurationem de formali? quando, & quibus nam haereticis datur locus reconciliationis?

REGVLA CCCLXXXV.

CAPVT V.

De expeditione causarum, iniuncta aliqua abiuratione, aut sine ea, discussis in particulari singulis casibus, seu materijs ad Sanctum Officium pertinentibus.

Cuicunque qualiter abiuratio de formali in quauis materia contra fidem erranti iniungenda, vel secus? idque vnde prouenit?

REGVLA CCCLXXXVI.

An, & qualis & in quibus casibus S. Officij iniungenda Iudaeis, Saracenis, ac alijs infidelibus abiuratio?

REGVLA CCCLXXXVII.

Haereticis, Apostatis, ac Schismaticis, vel de haeresi, apostasia, & schismate suspectis, an, & qualis abiuratio iniungenda, aut secus?

REGVLA CCCLXXXVIII.

Fautores, credentes, receptatores, ac defensores haereticorum, conuersantes cum eis, S. Officiū impedientes, &c. qualiter abiurare debent?

REGVLA CCCLXXXIX.

Num delinquentem contra fidem non denunciantes Sancto Officio, sint de haeresi suspecti? & an aliqualiter abiurare cogendi?

REGVLA CCCXC.

Polygamis, & cooperantibus ad polygamiam, ac ducentibus uxorem, cum sint iam in Sacris, vel Religiosi, an, & qualis abiuratio iniungenda?

REGVLA CCCXCI.

Confessario solicitanti, & cuiuis cooperanti ad solicitationem, an, & qualis abiuratio infligenda? quid si extra confessionis actum in confessionario solicitet?

REGVLA CCCXCII.

Proferens blasphemias haereticales an ad abiurationem cogendus? & qualem? quid si bis, vel ter in ira, ebrietate, &c. blasphemet? quid si semel tantum?

REGVLA CCCXCIII.

Missam celebrantibus, & Sacramentum Poenitentiae administrantibus, cum non sint Sacerdotes, num abiuratio aliqua, & qualis eam iniungi debeat?

REGVLA CCCXCIV.

An, & qualiter insordescentes per annum in excōmunicatione, seu in censura quauis, aut eam quoquomodo contemnentes, abiurare debeant?

REGVLA CCCXCV.

Num edentibus carnes, vel etiam oua, & lacticinia diebus prohibitis sit iniungenda aliqua abiuratio, & qualis?

REGVLA CCCXCVI.

Propter lectionem, retentionem, &c. librorum prohibitorum in S. Officio inquisitis, an, & qualis abiuratio iniungenda?

REGVLA CCCXCVII.

Quid de Iudice Laico in causis haeresis se ingerente? quid de fingente se Ministrum Sancti Officij? iniungendane eis abiuratio? an secus?

REGVLA CCCXCVIII.

Frangens carceres S. Officij, aut in eo carceratus se accedere tentans, sit ne inde suspectus de haeresi, & obnoxius abiurationi?

REGVLA CCCXCIX.

Quiuis portans arma Infidelibus, & Religiosus ad eos vltrà mare sine licentia proficiscens, de apostasiane suspectus, & ad abiurandum cogendus?

REGVLA CCCC.

Circa obloquentes de S. Officio & de Inquisitore quid? puniendine ab isto, & ad abiurandum condemnandi? an secus?

REGVLA CCCCI.

Commorantes Itali in locis haereticorum, & isti in Italia domum habentes, vel ad quasuis Christianorum terras commercij causa euntes, quomodo sint de foro S. Officij? & ab eo expediendi?

REGVLA CCCCII.

An ad Inquisitores spectet examinare reuelationes mulicularum, & aliorum? & an aliquando cum abiuratione expediri debeat?

REGVLA CCCCIII.

Contra Bullas Papales circa Immaculatam Cōceptionem B. Virg. vtramuis partem qualificantes, quomodo in S. Officio expediendi?

REGVLA CCCCIV.

Quanam expeditio in S. Officio de testibus falsis, & eorum subornatoribus, ac de reuelantibus depositionem, cum abiuratione nè? an secus?

REGVLA CCCCV.

Quid si Regulares superiores contra suos subditos in causis haeresis procedant? quid si quasdam Bullas Pontificias eis publicare omittant? expediendine cum aliqua abiuratione?

REGVLA CCCCVI.

Quanam expeditio in S. Officio de venerantibus homines mortuos nondum canonizatos, vel beatificatos? an cum abiuratione?

REGVLA CCCCVII.

Quid si confessarius sigillum sacramentalis confessionis frangat, condemnandus ne in S. Officio cum aliqua abiuratione?

REGVLA CCCCVIII.

Reusne S. Officij aliquis in triplici casu disparato exprimendo? qualiter item ibi expediendus, maximè quoad abiurationem?

REGVLA CCCCIX.

Sortilegi, ac malefici quoquomodo habentes pactum cum Daemone, an, & quali abiuratione expediendi in Sancto Officio?

REGVLA CCCCX.

CAPVT VI.

De tribus modis, nono scilicet, decimo, & vndecimo, expediendi causas S. Officij absque vlla abiuratione, in ipsius reis poenitentibus relapsis, ac impoenitentibus relapsis, aut non relapsis.

Quis, & quotuplex dicatur relapsus? quomodo haeretici relapsi poenitentis causa sine abiuratione terminetur?

REGVLA CCCCXI.

An aliquando relapsus poenitens ad abiurationem, & reconciliationem possit admitti ob defectum alicuius requisiti?

REGVLA CCCCXII.

Quinam haeretici impoenitentes non relapsi? & an hi cum abiuratione, & reconciliatione expediri possint? vel secus?

REGVLA CCCCXIII.

Quid de modo vndecimo faciendi processum haeretici pertinacis, seu impoenitentis relapsi sine abiuratione, & reconciliatione in foro fori? bene tamen in foro poli, si conuertatur?

REGVLA CCCCXIV.

CAPVT VII.

De vltimis tribus modis 12.13.& 14. terminandi causas S.Officij sine abiuratione aliqua, aut cum ea condemnando haereticum negatiuum, & contumaciter absentem, vel fugitiuum, ac memoriam haeretici iam defuncti.

Quis, & quotuplex haereticus negatiuus? Quaenam item conditiones requisitae vt talis complete censeatur?

REGVLA CCCCXV.

Haeretici primi gradus totaliter negatiui qualiter expediendi? semper ne cum relaxatione? seu potius aliquando cum abiuratione, & reconciliatione?

REGVLA CCCCXVI.

Qualis expeditio de haereticis 2.gradus ex parte negatiuis, seu diminutis? relaxandi ne? an verò ad abiurationem cogendi?

REGVLA CCCCXVII.

Quid de haereticis 3.gradus, negatiuis quoad solam intentionem? num expediendi cum abiuratione? an aliquando cum relaxatione?

REGVLA CCCCXVIII.

De modo 13.terminandi causas fidei circa conuictos haereticos contumaciter absentes, vel fugitiuos, quid decidendum?

REGVLA CCCCXIX.

Quid si absens, vel fugitiuus tantùm sit indiciatus de haeresi, aut eius fautor, expediendus ne cum relaxatione? an potius aliquando cum abiuratione?

REGVLA CCCCXX.

An Inquisitor possit inquirere, aut vltra progredi contra reos Sancti Officij iam mortuos? & qualiter expediendae causae circa ipsos?

REGVLA CCCCXXI.

CAPVT VIII.

De expeditione Causarum S.Officij pro Conscientiae foro, seu de vsu iurisdictionis Inquisitorum in eo, vel immediatè per se ipsos, vel mediatè delegando eam alijs, aut secùs. Ac de modo, quo confessarij in materijs, seu casibus Sanctae Inquisitionis occurrentibus se gerere debent.

An Inquisitores possint vti sua iurisdictione in foro poli, absoluendo Sacramentaliter reos Sancti Officij? aut delegare eam similiter alijs confessarijs? vel secus?

REGVLA CCCCXXII.

Reis ex causa fidei carceratis petentibus Confessarium, concedendus ne aliquando? an etiam dandus, licet non petant? & ad quem finem?

REGVLA CCCCXXIII.

Circa dictos in Sancto Officio carceratos, maximè si sint impoenitentes, seu negatiui, quid agere debet confessarius? quosnam item ex eis absoluere potest?

REGVLA CCCCXXIV.

Cum haereticis in carcere Sancti Officij, aut extra eum existentibus, quomodo confessarius se gerere debet, maxime quoad absolutionem?

REGVLA CCCCXXV.

Quaenam expeditio à Confessario adhibenda circa sortilegos, & habentes pactum quoduis cum daemone, praesertim quoad absolutionem sacramentalem.

REGVLA CCCCXXVI.

Quid de Polygamis, vel male sentientibus de Sacramento Matrimonij? an à confessario absolutio tribuenda, vel neganda?

REGVLA CCCCXXVII.

Quomodo Confessarius in Poenitentia Sacramento circa suos poenitentes Sacerdotem sollicitantem, & personam sollicitatam se gerere debet?

REGVLA CCCCXXVIII.

Expeditio in reliquis materijs Sancti Officij à Confessario pro foro poli quaenam exhibenda? & qualiter cum poenitentibus quoad illas se gerere tenetur?

REGVLA CCCCXXIX.

LIBER QVINTVS DE MATERIIS TRIBVNALIVM FIDEI,

SEV DE REGVLIS MVLTIPLICIBVS PRO FORMANDO,

Quouis eorum Miniſtro, præſertim Conſultore, quoad abiurationem errorum Catholicæ Fidei oppoſitorum; Vbi de annexis abiurationi antecedenter, vt de ſententia, maximè definitiua, & de requiſitis ad eam. De innocentiæ reorum declaratione, de purgatione canonica, &c. Conſequentèr verò de alijs modis terminandi cauſas S. Inquiſitionis abſque vlla abiuratione, ſed cum ſola pœna condigna, vt in relapſis, negatiuis, pertinacibus, &c.

PROOEMIVM.

PROPONIT Nobis Scriptura Sacra, lib. Ioſue, cap. 7. caſum rarum, ac tremendum pro præſenti inſtituto, ſeu pro formando huius Quinti Libri Proœmio, non nihil meo iudicio conducentem. Nimirùm, acceperat Ioſue ab Archangelo Michaële cœleſtis militiæ Principe, exequutionique mandauerat ſtratagema illud inauditum, fortiſſimam Hierichuntinorum Vrbem oppugnandi, ſeù verius abſque pugna vlla capiendi, choreas agentium potiùs, vt ait S. Chryſoſt. homil. 23. in Epheſiam, quàm bellantium more, ſeptem diebus, illam totam circum circà ſemel quotidie Exercitu Iſraelitico obeunte, & Arcam Fœderis Domini cum clangore ſeptem tubarum à Sacerdotibus edito reuerenter circumferendo; ſeptima die, ad dictum clangorem, & ad ſimultaneam omnium Iſraëlitarum vociferationem, moenia eius diuinitùs vſque ad ſolum totaliter ſponte corruerunt. Deinde ſic iam debellatis Hierichuntinis, ipſe Ioſue cunctis Iſraëlitis ſtrictiſſimè præceperat, ne quis de præda quidquam attingeret, ſed illis omnibus, & rebus eorum occiſione, & combuſtione interemptis (exceptis Rahab, & ſpectantibus ad eam, exceptis item metallis auri, argenti, ęris, & ferri in theſauris Domini reponendis) tota ciuitas concremata, & ſolo æquata, nunquam in poſterum reædificanda, Deo Optimo Max. conſecraretur, vt in ſacrificium pro victoria ipſi Deo ſoli tribuenda. Deſpecto nihilominus eo præcepto, Achan filius Charmi, de Tribu Iuda, concupiſcentia ductus, de ſpolijs tria ſurripuit, pallium coccineum, ducentos ſiclos argenti, & tegulam auream quinquaginta ſiclorum; hęcque abſcondit in terra contra medium tabernaculi ſui. Quo facto iratus eſt valdè Dominus contra vniuerſum Iſraël, dixitque ei, Anathema in medio tui eſt Iſraël; non poteris ſtare coram hoſtibus tuis (ſicuti iam expertus tunc fuerat, in expeditione paruæ Vrbis Hai, terga vertentibus Iſraëlitis, & occiſis 36. ex eis) donec deleatur ex te, qui hoc cōtaminatus eſt ſcelere, &c. Quarè iuſſu ipſius Dei emiſſa ſors, de more, per omnes Tribus, cecidit ſuper Tribum Iuda, & in ea ſuper familiam Zare, & in hac ſuper Achan filium Charmi; quem vtì ſacrilegum ſceleratiſſimum, ſeu probabiliter mihi, vti hęreticum anathematizatū (quippe Anathema apud Concilia Oecumenica, & Sacros Canones propriè hæreticis tribuitur) malè de rebus ſacris, ſeu Deo dicatis ſentientem, coram omnibus conſtitutum, Ioſue tāquam verus Iudex, ſeu Inquiſitor, inducens ipſum ad confitendum, & ſimul ad abiurandum, ac deteſtandum crimen patratum, ſic alloquutus eſt. Filimi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere. Circa hunc loquendi modum, ***Da gloriam Deo***, variè ſentiunt ſacri expoſitores: nam aliqui volunt, teſte Nicolao Serario, viro doctiſſimo noſtræ Societatis Ieſu, in cap. 7. Ioſue, quæſt. 25. eſſe formulam obligandi homines Sacramento. Maldonatus verò in

cap. 9. Ioannis, vbi vers. 24. idem modus loquendi habetur, ipsum declarans per sequentia verba, Modus, inquit, est loquendi Hebræis vsitatus, quo solebant Rei tanquam per Deum adiurati, solemni ritu interrogari, admoniti his verbis, stare se coram Deo, reuerendam sibi eius esse Maiestatem; ne ergo coram illo mentirentur, qui omnia probè sciret; quasi iudicantes illum esse ignarum humanarum rerum, quæ magna in Deum erat iniuria: hunc potius illi honorem deferrent, vt confitenda ipsius reuerentia, veritate, ostenderent se credere nihil illum ignorare; sic ergo dicebant, *Da gloriam Deo*. Hactenus ille, & egregiè quidem. Fusiùs explicat ex doctrina S. Augustini in Psalm. 94. & 95. idem Serarius citatus: Da gloriam Deo, de gloria, quæ ipsi Deo prouenit ex quauis confessione criminis veridica, siuè fori externi iudicialis, siuè interni sacramentalis, & præcipuè intelligitur de ea, quæ secum coniunctam habet eiusdem criminis abiurationem, seu detestationem; sine hac enim cum confessio ad salutem animæ nihil confitenti prosit, nequaquam hic per eam Deo gloriam dabit; tametsi aliundè, ex punitione, & damnatione eiusdem confitentis ob delictum confessum, aliqua ipsi Deo gloria proueniat. Verum, quidquid sit de varijs sententijs dictis circa modum loquendi Iosue ad Achanem, Fili mi, da gloriam Deo, & confitere; quidquid de alijs confessionibus priuatis cum abiuratione, & detestatione criminum coniunctis; quis dubitet debere peculiariter intelligi de confessionibus, & abiurationibus, seu detestationibus hæresum publicis, ac iuridicis apud Tribunalia Sanctissimæ Inquisitionis fieri solitis? Cum per sic ibi confitentes, & abiurantes, maximoperè Deus Opt. Max. glorificetur: Imo ad hunc præcipuè effectum (licet etiam ad alios postea declarandos) talis modus confitendi, & abiurandi adinuentus sine dubio, & perpetuò in S. Officio executus, vt gloria, & honor ipsius Dei in immensum augeatur, & extirpata hæretica prauitate, fides Catholica magis magisque exaltetur. De hac itaque iuridica abiuratione, tanquam de re valdè propria Nostri Sacri Tribunalis, in nullo alio, siuè Ecclesiastico, siuè Sæculari vllatenus vsu recepta, nobis futurus est sermo in hoc Quinto Libro Nostri Operis de Materijs Tribunalium Fidei, seu de Regulis multiplicibus pro formando quouis eorum Ministro, præsertim Consultore, vt hic sic formatus circa eam in Congregatione, & alibi priuatim, DD. Inquisitoribus consilium, seu suffragium ferre possit. In quo equidem non exigua reperitur difficultas, imo in toto negotio pertractandi, & expediendi causas S. Officij, nihil fortè difficilius, quam debitum abiurationis gradum vnicuique assignare, aut eum absque vlla abiuratione expedire. Hinc spatio 38. annorum, quo licet immeritus, munus Consultoris in hoc Melitensi Tribunali S. Inquisitionis exercui, sępius circa hoc punctum assignandæ abiurationis, quam circa quoduis aliud, DD. Consultores in Congregatione diffidentes vidi. Curandum ergo nobis pro viribus ingenioli nostri, huic materiæ abiurationis lumen afferre, & cuncta, quæ ad ipsam spectant, diligenter perscrutari. Inchoandum tamen ab ijs, quæ ei quoquomodo antecedunt, vt facilius ad ipsam, & ad coniuncta ei consequenter progrediamur.

CAPVT I.

De sententia, præcipuè definitiua, contra inquisitos in materia fidei apud Tribunalia S. Officij, & de omnibus ad valorem, & iustitiam eius requisitis:

PROOEMIOLVM.

1 ACCEDIMVS iam ad expeditionem causarum criminalium S. Officij, & modos, seu formas expediendi eas, iniungendo vnicuique ex inquisitis gradum abiurationis debitum, & pœnam delicto proportionatam, seu innocentem declarando. Nam quamuis in Decreto de infligenda tortura, iuxtà votum Congregationis, seu Consultorum edito, apud nostrum saltem Tribunal Melitense S. Inquisitionis, contineantur abiuratio, & pœna, quibus reus torturatus expediri debet, si nihil noua consideratione dignum ex tortura emerserit, idque nè sępius cogenda sit Congregatio absque necessitate, & cum superuacua fatigatione, ac dispendio DD. Consultorum; communiter tamen ad formandam, & ferendam sententiam definitiuam cum gradu abiurationis debito, & pœna iusta, supponitur tortura inflicta, casu, quo reus torqueri debet, & processus eius prorsus absolutus, ac

2 conclusus. Itaque cum sub finem præcedentis libri deuentum sit nobis ad complementum processus, & ad conclusum eius, ordo exequutionis, cui iugiter addicti sumus, postulat, vt de expeditione causarum agamus, ac prius de sententia hoc capite.

Quid, & quotuplex sententia? & quo modo requisita pro expeditione causarum Sanctæ Inquisitionis?

REGVLA CCCLXXI.

3 SEntentia est applicatio iuris ad particulare factum ab habēte iurisdictionem: sic in communi definita diuiditur, in absolutoriam, de qua infrà, & cōdemnatoriam: rursus diuiditur in definitiuam, & interlo-
4 quutoriam. Dicitur interloquutoria, quæ nō super principali, sed super alijs quæstionibus profertur inter principium, & finem causæ: definitiua verò dicitur, quæ principalem quæstionem decidit: simpliciter requiritur sententia, ad decidēdas causas hę-
5 reticorum. Quamquam decisio hæc in istis causis fidei non est tanta, vt transeat vnquā sententia in rem iudicatam, sed semper est locus Inquisitori resumendi denuò proces-
6 sum, & discutiendi eas. Sententia tamen in materia hęresis non est ferenda, sed lata, seu declaratoria pœnę.

---

7 DEfinitionem sententię in cōmuni propositam ex D.Thom. in 4. dist. 35. afferunt Syluester, verb. sententia, in princip. & cum hoc Ant. Sousa, lib. 2. Aphoris. cap.
8 36. num. 1. Vbi sic etiam eam definit: Sententia est Iudicis præceptum non naturæ, non iuri, non bonis moribus contrarium: vt vtraque definitio ex terminis ipsis per se constat.
9 Verum pro maiori declaratione, ac pro euitanda omninò æquiuocatione, aduertēdum; non esse hic nobis sermonem de sententia, quatenus hoc nomen pro opinione, aut sensus significatione communiter accipitur, iuxtà l. hac consultissima, §. at cum humana, C. qui testam. facere possunt, & l.
10 si ædibus, ff. de damno infecto. Sed loqui nos de sententia, prout sumitur pro arbitrio Iudicis, quo controuersiam diiudicat, & extremum ei finem imponit, secūdùm glos. cap. cum olim, de testib. & Abb. cap. ab eo, qui, num. 10. extrà de sequestrat, poss.
11 & fruct. Hinc congruè eam definiunt Canonistæ: Sententia est iudicialis definitio controuersię finem imponens. Ita Hostien. tit. de sent. nu. 1. Speculator, eod. tit. lib. 2. par. 3. & cum alijs relatis Sygism. Scacc. de sent. & de re iudic. glos. 14. quæst. 2. nu. 1.
12 Ex prædictis deducit Carena, 3. par. tit. 11. §. 1. nu. 3. cum Cyno, in l. placet, nu. 2. C. de pedan. Iudicibus, & Bart. l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 6. ff. de offic. Proconsul. qualiter Decretum differat à sententia. Nam Decretum est considerata Iudicis, vel Inquisitoris prouisio, sed circa absolutionem, vel condemnationem: Sententia verò est pronunciatio Iudicis, aut Inquisitoris continens absolutionem, vel condemnationem. Ita etiam Sygism. Scacc. loco citato, num. 47 & seqq.
13 Hinc apparet clarè diuisio illa sententiæ in absolutoriam, & condemnatoriam: de illa agemus capite sequenti; de hac in prę-
14 senti agimus. Diuiditur item in validam, & inualidam; in iustam, & iniustam: quænam autem sit valida, & quæ inualida; quænam item iusta, & quæ iniusta, patebit ex duabus Regulis post hanc immediatè pro-
15 ponendis. Diuisio autem sententiæ in definitiuam, & interloquutoriam, valdè celebris, & cōmunis est, iuxtà Iason. l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconsulis; Rebuff. in tit. de senten. exequut in præfat. num. 3. ad Regias Galliæ Constitutiones, & iuxtà alios ab ipsis adductos.
16 Definitiones vtriusque sententię definitiuæ, & interloquutoriæ, in Regula expressę, afferuntur à Syluestr. verb. sententia, n 3.
17 & 4. quibus quid rei clarè exprimitur. Sed clarius per sequentia verba Carenæ, vbi suprà, §. 2. nu. 4. Definitiua, inquit, est, quæ totam causam terminat; interloquutoria verò, quæ definit incidentia, & emergentia articula, dum adhuc principale negotiū pendet. Ita ille.
18 Certum autem est, in crimine hęresis, vel apostasię requiri sententiam, nec posse puniri hæreticum, vel apostatam, neque eius causam decidi, nisi sententia præcedente. Cap. fin. §. iubemus, de heret. in 6. & tradit cum Farinac. de hęres. quæst. 185. §. 10. nu. 162 Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 36. nu. 3.
19 Quamquam certissimum etiam est, decisionem talium causarum, quibus expediuntur illi, nunquam transire in rem iudicatā. Constat manifestè ex Bulla Pij V. Sanctæ Memorię incip. Inter multiplices curas, & tradunt Symanc. de Cathol. Institut. tit. 60. num. 13. Rojas tract. de heret. par. 2. assert. 49. & cum alijs Pegna 3. part. Direct. com-
20 ment 37. vers. sed quid si absoluatur. Dispositio autem dictæ Bullæ Pontificiæ respicit causas S. Officij non solum pręsentes, & futuras, sed etiam pręteritas; Vndè sublata fuit controuersia, quę priùs circà hoc extabat inter DD.
21 Hinc benè concludit citat. Pegna, per sequentia verba. Atque ex his, inquit, penitùs refellitur opinio Conradi Bruni, lib. 4. de hęret. cap. 8. in fine, asserentis, hęretico prodesse exceptionem rei iudicatæ: nullis ergò definitiuarum absolutoriarum sententiarum exceptionibus obstantibus, quoties nouę probationes, aut indicia accesserint, de eodem crimine, & inquisitio, & condemnatio fieri poterit. Ita ille.
22 Refellitur pari modo opinio Decij, consil. 137. incip. Diligenter pro tenui; idem, quod Brunus, sentientis.
23 Verùm prędicta doctrina æquè locum habet in sententijs S. Officij condemnatorijs, atque in absolutorijs; nimirùm, quod sicut ex superuenienti probatione delicti remouetur absolutio, ita ex superuenienti probatione innocentię auferri debet condem-

demnatio; quia par est ratio in vtroque casu, vt egregiè docent Scacc. de sentent. & re iudic. Glos. 14. quæst. 7. num. 162. & Castrus Palaus, tract. 4. pat. 1. disp. 8 pun. 11.
24 num. 10. Vbi sic infert, quod probationes superuenientes coniungi possint cum antiquis probationibus, quando ob istarum insufficientiam reus fuit absolutus ab instan-
25 tia iudicij. Quod secus se habet, casu, quo probationes antiquę fuissent iam sublatæ, & indicia prima euacuata per torturam, vt aduertit benè Carena relat. §. 5. num. 15. & nos alibi attigimus.

26 Tandem sub finem nostræ Regulæ agitur de qualitate sententię in causis fidei, quod non sit sententia ferenda, sed lata per leges Canonicas, idest, declaratoria facti, & pœnę incursę; vt tradunt Comens. in Lucerna Inquisit. verb. sententia, Farinac. de hęres. quæst. 185. §. 10. num. 168. & Sousa, lib. 2.
27 Aphoris. cap. 36. num. 4. Qui num. 5. cum eod. Farinac. nu. 164. & cum Decian. crim. lib. 5. cap. 38. num. 15. sic addit. In huiusmodi, inquit, sententijs declaratorijs explicandum est, quòd talis tale crimen commisit, ratione cuius talem incurrit pœnam; & sic nō dicitur in ea: Excommunicamus, aut priuamus, sed excommunicatum, vel priuatum declaramus. Ita ille, & hic finis Regulæ.

Qualiter a Iudice, vel Inquisitore proferri debeat sententia, vt sit valida, & iusta?

REGVLA CCCLXXII.

28 NOn potest deueniri ad prolationem sententię, maximè in causis Fidei, sine citatione delinquentis pręcedente; & ferri debet in scriptis; alias ex vtroque capite erit iniusta, & nulla, presertim si sit cōdemnatoria, siue definitiua, siue interlo-
29 quutoria. Proferendę autē sententię materno propriæ regionis sermone; in die itē, & non in nocte; nisi forte Inquisitores agendorum multitudine fuerint coacti id noctu
30 præstare. Non requiritur, vt per se ipsos eas proferant, sed sufficit, si per Notarios,
31 aut alios. Nequit tandem Inquisitor ferre sententiam contra criminosum sibi cognitū
32 nisi talis iuridicè probetur. Tenetur verò aliqua via, quoad potest, sibi cognitum innocentem liberare, licet nocens probetur, &c.

33 DE necessitate, & obligatione citandi reum, priusquàm proferatur aliqua contra ipsum sententia condemnatoria, ad huius validitatem, & iustitiam diximus iam alibi, & ostendimus esse de iure naturali, & positiuo, ac valdè conforme diuino: Vndè hic, nè in proprio loco omninò prætermisisse videamur, idem solùm confirmabimus auctoritate aliquorum Doctorum.

Non posse itaque Iudicem, aut Inquisitorem deuenire ad huiusmodi sententias ferendas, sine speciali citatione reorū, vt eos
34 audiant, docent Ludou. Param. de origin. Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. nu. 19. Farinac. de hęres. quæst. 185. § 10. nu. 155.
35 Vbi cum Pegna, 3. par. Direct. comment. 40. num. 165. vers. rursus cum decretum, affirmat non sufficere si citetur reus ad audiendum, quid Iudex, aut Inquisitor velit; sed esse necessariam citationem specialem ad audiendam sententiam. Ita etiam Castr. Palao, tract. 4. disp. 8. pun. 5. num. 4. Scacc. de Iud. lib. 1. cap. 88. nu. 1. & Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 36. num. 28.

36 Quod autem Pegna, & Sousa locis citatis, aiunt, debere reum citatum audire sententiam stando, & nudo capite, quoad hoc secundum, omninò concordo cum eis, non verò quoad primum. Nam licet certum constet, quod non sit eam auditurus sedendo, vt benè affirmat ipse Pegna; potest tamen audire genibus flexis maiori cum hu-
37 militate, & submissione. Atque sic est stylus nostri Tribunalis Melitensis Sanctæ Inquisitionis, vti sępissimè in praxi vidi.

38 Circa illud de ferenda sententia in scriptis, alioquin erit nulla, conueniunt ferè omnes Doctores citati, Pegna ibid. versic. Pręterea in scriptis ferri debet, Farina. dict.
39 §. 10. num. 166. Et quamuis non desit aliquis, teste Carena citando, qui quod dictū de inualiditate, nisi feratur in scriptis, ad solam sententiam condemnatoriam applicet; bene tamen ipse Farinac. extendit ad absolutoriam, & addit, quod sit in scriptis redigenda, & postea publicanda: neque propterea valeret, si primò Iudex, vel Inquisitor pronunciaret, & postea illa in scriptis redigeretur, etiam de mādato iudicis, l. statutis, & l. 2. C. de sentent. ita ampliat
40 Farinac. Imò generaliter de quauis sentētia esse intelligendum affirmauit Scacc. de senten. & re iudicat. glos. 12. per totam, vt adducit Caren. 3. par. tit. 11 § 4. num. 8.

41 Dein vniuersaliter loquendo, quęcunque sentētię tam ciuiles, quam criminales, proferri solent vulgari, & materno sermone in omnibus ferè mundi regionibus, vt sigillatim pro earum præcipuis ex diuersis Scriptoribus ostendit Carena vbi supra, § 3. n. 7. pro Germania ex Ludou. Gillhaus. in eius Arbore ciuili, & criminali; pro Saxonia ex decisionibus Berlich pro Regnis Francię ex Arrestis Fapponij Gallica lingua impressis; pro Ducatu Sabaudiæ ex Arrestis illius Senatus; pro Regnis Hispaniarum, ex praxi Sęculari, & Ecclesiastica, Suar. de Paz,
42 & sic pro alijs. Ab hac verò vniuersalitate excipitur Italia cum Insulis adiacētibus, & cum hac Melitensi sequente leges, & stylum Regni Siculi, vbi vsus iam ab antiquo obtinuit, vt quæuis sententię tam in ciuilibus, quam in criminalibus, latino sermone
43 ferantur. Quem Italię vsum ait Scacc. de senten. & re iudic. glos 14. quæst. 28. nu. 1. esse

esse rationabilem, eo quod legibus, & sacris Constitutionibus latinè scriptis fiat iudiciũ ergò æquum est, vt sententia etiam latino
44 sermone feratur. ita ille. Addens benè non esse de necessitate sententiæ, quod hac lingua potius, quàm alia materna feratur.
45 Nihilominus in quibuscunque partibus Christianitatis, etiam Italiæ, & Insularum adiacentium, ac nostrę Melitensis, sententiæ Tribunalium S. Inquisitionis proferri consueuerunt, & proferuntur semper non latino, sed sermone regionis materno, aut alio vulgari ibi magis proportionato (hoc addidi, quod id fiat in hoc loco non lingua Melitensi, sed Italica, &c.) Atque ob eam rationem ait idem Scaccia, num. 6. vt ab omnibus tam peritis, quam imperitis contenta in sententijs intelligantur, & sic per ea rubor condemnatis, ac alijs pręsentibus ti-
46 mor maior inijciatur. Hinc in sententijs condemnatorijs, quod cum Pegna, 3. par. Direct. comment. 40. vers. postremò, aduertit benè Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 36. num. 25. exprimendi sunt speciales errores, de quibus delinquentes notantur, ac etiam diligens criminum inuestigatio, vt citationes, admonitiones, confessiones, probationes legitimę, inducię ad pœnitendum competentes, obduratus in erroribus reorum
47 animus. Et præter alia ad iustum processum conficiendum requisita, tempus, quo quisque hęreticus pœnitens in hęresi permansit, vt cum eodem Pegna comment. 44. ipse Sousa num. 26. addit.
48 Certa item sunt, quę sequuntur in Regula, nempe ferendas esse sententias in die, & non in nocte; excepto quando ad hoc astringerentur Inquisitores ob multitudinem agendorum: docent Comens. in Lucerna Inquis. verb. sententia, nu. 9. Farinac. dict.
49 §. 10. nu. 163. & Sousa lib. 2. Aphoris. c. 3. nu. 6. Addentes non requiri, dum illæ proferũtur, vt Inquisitores pro tribunali sedeãt. (quamquam conuenientius, si sedentes sint cum suo Tribunali, idest vnà cum suis Cõsultoribus, ita Pegna, 3. par. Direct. comm.
50 40. & alij.) Neque etiam requiri, vt per se ipsos ijdem Inquisitores eas proferant, & recitent; sed sufficere, si per Notarium, aut per alios id pręstent, ita idem Pegna, dict. comment. 40.
51 Efficax autem ratio ostendit illud, nullo scilicet modo posse ab Inquisitore condemnari illum, quem certò scit commisisse delictum contra fidem, si hoc iuridice non probetur; quia priuata notitia iudicis non est sufficiens testimonium in iudicio, ex cap. si Sacerdos, de offic. iud. ord. & affert Sousa dict. cap. 36. num 15
52 De vltima Regulæ nostræ particula tractant S. Thom 2. 2. quæst. 64. art. 6. ad 3. & quæst. 67. art. 2 ibique eius commentatores, Caietanus, Salon. & alij, Soto de iust. lib. 5. quæst 4 art. 2. Atque vt communis, & vera doctrina recipitur ab eis, quòd Inquisitor, casu, quo quem scit certò esse innocẽtem, conuincitur de aliquo crimine contra fidem teneatur, qua poterit, via licita eum liberare, vt differendo expeditionem causæ, examinando de nouo testes, admonendo, vt à falsa testificatione desistant, indicãdo innocenti viam, qua se defendat; et, si est Iudex inferior, remittendo causam ad supe-
53 riorem. Nihilominus Inquisitor, si nullo modo valeat illum liberare, & cogatur ferre sententiam, debet iudicare secundum allegata, & probata. ita præter auctores citatos cum ipso D. Thom. dict. art. 2. Sousa
54 lib. 2. Aphoris. cap. 36. num. 16. & 17. Addit autem num. 18 Facta omni morali diligentia, vt innocens liberetur, non tenetur Inquisitor cedere officio suo, cum nulla sit lex aut iustitiæ, aut charitatis, quæ ad hoc obliget. Hæc ille; quibus iam pręsentem Regulam claudo.

An alia circumstantia requisita, vel ferat, in sententijs, maximè S. Officij, vt sint valida, & iusta?

REGVLA CCCLXXIIII.

55 TAmetsi sententia condemnatoria hęretici relapsi, aut impœnitẽtis coram Iudice laico, cui statim relaxãdus est, proferri soleat, sicque fieri sit cõuenientius; absque huius tamen præsentia censetur illa
56 valida, & iusta. Crimina item in sententijs maximè S. Officij, exprimi debent cum tali cautela, & moderatione, vt audientes non discant ea committere, & præsentium fide-
57 lium aures non offendantur. Nec est, cur interrogetur reus, post lectam ei sententiã,
58 an delicta contenta in ipsa patrauerit? Casu denique quo hæreticus cõfessus esset homicidium, pro quo à Iudice sæculari puniri potest pœna mortis, coram Inquisitore, nequaquam hic in sententia contra illum tale delictum exprimere debet, &c.

---

59 FErdinandus de Castro Palao tract 4. disput. 8. pun 11. peculiariter discutit hoc dubium, an sententia condemnatoria hæretici impœnitentis in præsentia Iudicis sæcularis fieri debeat, ita, vt alias pronunciata nullius sit valoris? Pro parte affirmante adducit diuersa ex iure, vt ex cap. ad abolendam, extra de hæret vbi habetur similes tradendos esse, & relinquendos Curiæ sæculari pęna debita puniendos: ergo ipsa curia debet assistere, cum non appareat
60 aliter posse fieri. Manifestius ex cap. excommunicamus, S. damnati, eod tit ibi damnati (nempe hæresi) *præsentibus sæcularibus potestatibus*, aut eorum balliuis relinquantur animaduersione debita puniendi; & ex cap. nouimus, de verbor. significat. vbi agitur de clerico degradando, & curię sæculari tradendo, atque expresse ibi dicitur, quod eius degradatio sit celebranda

Sæculari potestate præsente, vt ei remittatur; ergo remissio, seu sententia remissionis erit nulla facta contra formam, & modum præscriptum Iudici Ecclesiastico; hicque grauiter peccare videtur ipsum omittendo, argumento ex l. cum hi, §. si prætor, ff. de trã-
61 sac. & ex cap. quia propter, de electio. Nõ desunt, qui hanc partem tuentur, quos tacito nomine citat Carena par. 3. tit 11. §. 7. num. 92.

62 Verùm ipse Carena benè adhæret Pegnę 3. par. Direct. commen. 48. nu. 210. versic. eo præsente, & Castro Palao citato, resoluẽtibus absque dicta præsentia posse validè proferri sententiam. Ratio efficax est, qua dissoluitur contrarium fundamentum; quia quamuis negari non possit esse nullas sententias prolatas non seruata forma, & modo substantiali à iure præscripto, vt contingit in casibus dictæ l. cum hi, & cap. quia propter: præsentia tamen Iudicis sæcularis non est de forma substantiali, sed omninò accidentali sententiæ, quæ contra hæreticũ impœnitentem ab Inquisitore profertur.
63 Cum hic ex vi officij sui habeat potestatẽ, & iurisdictionem ad eam proferendam, & non ex vi præsentiæ dictæ, quæ tantùm expostulatur à iure ad debitã sine mora exequutionem sententiæ, & non ad tribuendã
64 ipsi validitatem: Iudex enim Sæcularis in causa hæresis, vt potè Ecclesiastica, nullo modo se intromittit; ergo eius præsentia, dum sententia contra hæreticum profertur, non requiritur, vt forma substantialis pro ea validanda, sed vt merè accidentalis pro ipsa quam primum exequenda. Vnde si non possit, aut nolit Iudex laicus præsens esse, eo absente, poterit Inquisitor sententiam proferre, & per Notarium intimare, ac eius potestati relinquere.

65 Plura videas apud Castrum Palao, qui tamen sub finem num. 13. benè addit, si facilè Iudex laicus prolationi sententiæ præsens esse potest, non esse licitum Inquisitori dum profert sententiam, eius præsentiam subterfugere; nam Iura citata cap. excommunicamus, de hæreticis, & cap. nouimus, de verbor. signif. ad minus id conuincere videntur; debet ergo ille, saltem quoties prolaturus est sententiam contra reum Curiæ sæculari relaxandum, vocare ad eam audiendam Iudicem laicum cum suis Ministris, vt hic possit, vti tenetur, eam statim, modo explicando à nobis lib. seq. exequutioni mãdare, & illum debita animaduersione puni-
66 re. Quòd si ipse id exequi renuat, vel aliquo modo directè, vel indirectè impedire præsumat, ipso facto tanquam fautor hæreticorum excommunicatur, & contra eundẽ vti talem procedendum est. Ita Comens. in Lucerna, verb. exequutio, num. 2. 4. & 3. Pegna 3. par. Direct. comment. 48. vers. sed cum Inquisitor, & Sousa lib. 2. Aphor. cap. 36. num. 8.

67 Diximus Regula præcedenti, in sententia condemnatoria esse exprimenda crimina, de quibus notatur reus; nunc addimus esse id præstandum cum tali cautela, vt fit in ædificationem, & non in destructionem, ne, qui adsunt, discant similia committere; vt cum Paulo Garcia per ipsum citato optimè aduertit Carena dict. tit. 11. §. 7. nu.
68 23. Et num. 27. addens sic ait: Septimò, magna cautela, & modestia vtendum est in publicis sententijs legendis, nec omnia propria nomina delictorum exprimenda, nec singula blasphemiarum verba, maximè si horrenda sint; tum vt decor tanto Tribunali debitus obseruetur, tum ne audientiũ fidelium aures offendantur. Hęc ille.

69 Omitti autem debet quęuis expressio errorum, seu criminum in sententijs absolutorijs, vt docent Pegna 3. par. Direct. cõment. 37. versic. Attendentes quod tu, & adducit ibi in confirmationem verba Instructionis Madrilianæ, & Castr. Palao dic. disput. 8. pun. 11. num. 8. post Farinac. de heres. quæst. 185. §. 10. num. 175. quia talis expressio nullius est vtilitatis, & è contra videtur posse damnum absoluendo afferre, nempe suspicionem saltem audientibus ge-
70 nerare. Post prolationem verò sententiæ condemnatoriæ, non est interrogandus reus ab Inquisitore, an crimina, seu errores in ea expressos commiserit, quia talis interrogatio superuacanea est, ac nullius momẽti. Ita contra Eymericum, qui oppositum tenuit, 3. par in octauo modo terminandi processum, num. 19. docent Pegna, ibi, cõment. 44. vers. interrogabit eum, Sousa dic. cap. 36. num. 27. & Carena vbi supra, n. 29.

71 Tandem, si casu reus in materia fidei cõfiteatur coram Inquisitore homicidium, pro quo puniri posset à Iudice laico pœna mortis, tenetur ille non exprimere in sententia tale delictum, sicut nec vlla acta sui processus concernentia hoc delictum homicidij Iudici laico communicare. Post Albertin. de agnoscen. assert. quæst. 25. nu. 70. tradunt vt certum Sousa, ibid. nu. 18. & Carena dict. §. 7. num. 25.

72 Videbatur hic discutiendum, qualiter intelligenda clausula illa, in sententijs prolatis ab Inquisitoribus vulgari sermone, sic apponi solita. Riseruando à Noi l'autorità d'accrescere, ò sminuire, commutare, rimettere, ò condonare, in tutto, ò in parte le sudette pene, ò penitenze. In qua insigne continetur Inquisitorum priuilegium, vt ait Pegna dict. comment. 44. sed de hoc opportunius infrà. Atque dicta sint satis pro capite isto primo.

CAPVT II.

De duplici modo expediendi causas S. Officij, nempe vel per sententiam absolutoriam reorum, vel per canonicam purgationem ab eis faciendam.

PROOEMIOLVM.

1 ACTVM à nobis capite præcedenti de sententijs in genere pro expediendis delinquentibus S. Officij, seu causis eorum; nunc sequitur de eisdem sententijs in specie agamus, & expendamus diuersos modos terminandi processus illorum, assignatis sigillatim varijs abiurationum, & pœnarum gradibus, vnicuiquepro statu causæ propriæ insligendis, prout partim ex capitibus sequentibus, partim ex libro vltimo complete innotescet. Vel absque vlla abiuratione, & pœna, aut pœnitentia: idque duobus modis,
2 vel per sententiam absolutoriam ab Inquisitore in fauorem reorum S. Inquisitionis ferendã; vel per purgationem canonicam ab ipsis iuridice præstandam. Atque de vtroque in hoc capite tractamus, cum alibi hoc, vti in proprium locum, meritò remiserimus: priorem sententię absolutoriæ duabus Regulis, posteriorem verò purgationis canonicæ, quod hæc hodiè vix vsquam sit vsu recepta (causa statim assignabitur) vnica tantum expediemus.

Reis S. Officij in quibus casibus beneficium sententiæ absolutoriæ impertiendum, vel secus?

REGVLA CCCLXXIV.

3 ABsoluuntur quilibet rei, maximè Sancti Officij, per sententiam, quoties reperti sunt prorsus immunes ab ijs criminibus, de quibus indiciati fuerant, si non conuincantur confessione propria, nec facti euidentia, nec testibus legitimè productis, nec aliter, & indicia contra eos appositis indicijs fauorabilibus, vel alia via, vt per
4 torturam, euacuata maneant. Secus, si sint conuicti; aut indicia non totaliter euacua-
5 ta existant. Ferenda item à Iudice, aut Inquisitore sentẽtia absolutoria pro reis, præcipue S. Officij, casu quo ex parte facti, secundum quod probatur, est æquale dubiũ.
6 Similiter, si ex parte iuris sint æquè probabiles opiniones.

7 COmmunis est omnium doctrina, apud quæcunque Tribunalia etiam Sanctæ Inquisitionis vsu recepta, accusatore, vel fisco non probante, reum absolui debere,
8 & liberum per sententiam declarari. Tunc illi non probant, quando iste nec confessione propria, nec facti euidentia, nec legitima testium productione, vt per se patet,
9 nec alio modo conuincitur. Item quando licet reus sit indiciatus de delicto, vt de hæresi, indicia tamen ista delicti per contraria indicia innocentiæ, euacuata manent, l. Diuus, & ibi glos. in verb. existimatur, ff. de in integr. restit. l. non solum, in princ. ff. de ritu nup. cap. accedens, de crim. fal.
10 cap. tuam, extra de spon. Ex quibus clarè constat, quod vna præsumptio tollatur per aliam, & similiter vnum indicium per aliud oppositum, docentque Mascar. de probat lib. 3. conclus. 1224. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 29. & cum alijs ab ipso citatis
11 Farinacc. crimin. quæst. 38. num. 110. Affirmans ibi, num. 112. cum Bart. in l. non solum, § sed probari, ff de nou. oper. nunc. quando duæ inuicem contrariæ concurrut præsumptiones, videlicet delicti, & innocentię, (idem dicito de indicijs, quia par est ratio) semper esse præferendã præsumptionem exclusiuam delicti: ergo tunc per sententiam absoluendus est reus.
12 Euacuantur etiam indicia per torturam, vt iam alibi tactum, & consequenter pro reo, seu pro indiciato de hæresi sic torto sententia absolutoria à Iudice, aut ab Inquisitore proferenda est, maximè si ipse reus pro eius prolatione instet apud Iudicem, seu Inquisitorem. Quamuis enim non desint, qui id negent, & asserant etiam post torturam inflictam, tali reo esse indicendã purgationem canonicam. Ita Repertor. Inquisitor. verb. Purgatio, vers. an hæretico, & verb. tortura, vers. sed notandũ, & Squillacen. tract. de Fide Cathol. cap. 31. nu. 1.
13 vers. si verò non confiteatur: sententiam tamen istorum Auctorum non admittentes alij, vt Pegna, 3. par. Direct. comment. 39. Sigism. Scaccia, tract. de iudicio causarum, cap. 95. num. 1. versic. si non constat, & Param. de orig. S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. num. 6. persistunt in eo, quod reus post torturam, si nihil ex ea emerserit, sit absoluendus, & liberandus.
14 Verum Simanc. de Cathol. instit. tit. 56. num. 17. Decian. in tract. crim. lib. 5 cap. 48. num. 22. Ioann. Rojas, tract. de hæret. par. 2. num. 306 & cum alijs ab ipso relatis Farinacc. de hæres. quæst. 185. § 8. nu. 128. benè sub distinctione respondent, quod sit absoluendus per sententiam, & liberandus reus, aut de hæresi inditiatus, quoties fuit suffi-

sufficienter tortus, & per torturam indicia
15 satis purgauit. Secus, si tortura non fuit sufficiens ad ea purganda (idem à fortiori dicito, casu quo per propriam confessionem, vel per euidentiam facti, vel per legitimos testes, vel aliter conuincitur reus.)
16 Sed est nè huic iniungenda purgatio, quādo non fuit sufficienter tortus? De hoc oportunius dicemus infra in 3. Regula huius capitis, vbi in partem negantem inclinabi-
17 mus. Nunc solum addendum, opinionem tenentium pro indicenda reo purgatione, postquam fuit tortus, vocari à Simanca citato crudelem, iniustam, & laqueis plenā.
18 Sed debet intelligi de casu, quo fuit inflicta ei sufficiens tortura ad purganda indicia; nam alias, si sit insufficiens, sustineri probabiliter potest dicta opinio, vt ait ibid. Farinacc.
19 Sequitur dicendum de parte posteriori nostræ Regulæ, & cum res sit clara, & omninò certa, breui expedietur, relatis Sousæ verbis lib. 2. Aphoris. cap. 36. num. 21. Quādò duæ, inquit, opiniones ex parte Iuris sunt æquè probabiles, illam sequi debent Inquisitores, & quicunque Iudices in criminalibus in ferendo sententiam, quæ magis fauet reo, cum in dubio ipsi fauendum sit; regul. 2. de reg. iur. in 6. vbi Dynus.
20 Ita ille resoluit. Et similem resolutionem statim num. 22. adiungit sic. Si ex parte, inquit, facti, secundum quod probatur, detur æquale dubium, absoluendus est reus; Boer. in addit. ad Dyn. dict. Reg. 2. lit. A. Hactenus Antonius Sousa, nec quicquam dictis addendum occurrit.

Qualiter, & a quonam sententia absolutoria in fauorem reorum Sancti Officij proferri debeat?

REGVLA CCCLXXV.

21 PEr sententiam absolutoriam reus Sanctissimæ Inquisitionis nunquam totaliter innocens declarari debet, sed absoluendus solummodo ab instantia iudicij, euacuatis indicijs huc vsque cōtra eum productis; vnde si de nouo alia indicia postea producātur, reassumitur eadem causa fidei,
22 & expenditur. Potest tamen adiungi, vt plurimum in sententia absolutoria, declaratio innocentiæ inquisiti in materia fidei, vbi testes reperti sunt falsi, vel illi suam depositionem in fauorem illius prorsus reuocauerunt, aut aliunde de tali innocentia
23 constet. Attento denique rigore iuris probabilius censetur posse per Inquisitorem, & per Episcopum separatim sentētiam absolutoriam proferri; tutius tamen est, vt simul eam proferant.

---

24 SVpponendum primò, quiuis Iudex aliorum Tribunalium, vbi peruenit ad conclusum, & tulit sententiam definitiuā, siue condemnatoriam, siue absolutoriam, regulariter loquendo, sicut non potest amplius pœnam inflictam condemnati delinquentis augere, vel minuere, l. mortis, §. iste ferè, ff. de pœn. l. prima, §. sin autem, ff. ad Turpil. l. Iudex postquam, ff. de re iud. & affert Farinac. ex mente omnium, quęst. 17. crimin. num 61. ita neque potest absoluti, & liberati delinquentis, ob non probatum delictum, nouis superueniētibus eius probationibus, eandem causam reassumere, & ad condemnandum illum
25 procedere. Ratio assignatur ibi pro priori casu à Farinac. & est pari modo efficax pro secundo, quia cum Iudex functus sit officio suo, & ad definitiuam sententiam peruenerit, non sunt amplius eius partes, de eadem causa iterum iudicare, nisi denuo à Principe Iudex constituatur.
26 Verum apud Tribunalia S. Inquisitionis multo aliter se res habet; nam idem Inquisitor, qui causam alicuius inquisiti peregit in materia fidei, & non probato delicto, seu euacuatis indicijs, sententiam definitiuam absolutoriam protulit; si noua emergant indicia, nouæque probationes, potest eiusdem inquisiti causam pertractare, & ad cōdemnandum eum procedere, vt dictum supra, & ostensum, ac ostenditur magis argumento sumpto à paritate rationis, vti pau-
27 lo antè. Quia sicut habet potestatem Inquisitor post sententiam condemnatoriam augendi, & minuendi pœnam reo iam condemnato, ex vi priuilegij insignis, vt vocat ipsum Pegna, 3. par. Direct. comment. 44. concessi DD. Inquisitoribus à Cōcilio Narbonen. cap. 7 quod cum clausula in sententijs condemnatorijs vulgari sermone apponi solita *Riseruando à Noi l'autorità*, &c. infra lib 6. à Nobis expendendum remisi-
28 mus: Ita sine dubio potest idem Inquisitor causam inquisiti iam per sentētiam absoluti, & liberati ob defectum probationū, emergentibus nouis indicijs, & probationibus, reassumere, & ad condemnationem eius peruenire. Hoc supposito,
29 Pars prima præsentis Regulæ iam ex se clarè innotescit, quod in crimine hæresis indiciatus de eo, si indicia purgentur, non est absoluendus tanquam innocens, nec in sententia eius innocētia declaranda; sed absolutio debet esse solum ob non probatum delictum, seu ab instantia iudicij, vt dicitur. Ita Eymer. in Direct. par 3. num. 153. Pegna ibi, comment 37 Sigism. Scacc. tract. de iudicijs causar. cap. 9. num. 1. Lud. Param. de orig. S. Inquisit. lib. 3 quæst. 4. n. 1. & cum alijs ab ipso relatis Farina. de hæres. quæst. 185. §. 10. nu. 172. quibus addo Sousam lib. 2. Aphoris. cap 37 num. 3 & Carenam par. 3. tit. 11. §. 8. nu. 33. qui id vt certum tradunt, & in praxi Sacror. Fidei Tri-
30 bunalium vbique receptum. Atque prædictam doctrinam bene extendunt Simanc. cathol. instit. tit. 18. num. 20. & Farinacc. dict.

dict. §. 10. num. 200. ad reum defunctum, ob defectum probationis absolutum; vt si nouæ adsint probationes, accusari denuò posse.

31 Extenditur item eadem doctrina ad eum casu, quòd possit idem Inquisitor, nouis superuenientibus probationibus reassumere causam alicuius delinquentis, & condemnare ipsum ad maiorem abiurationem, & pœnam, quem priùs ab ea ob defectum probationum liberauerat, iniuncta tantùm minori; cum citatis Simanc. & Farinac. Sousa dict. cap. 37. num. 6. tradit his

32 verbis. Si reus, inquit, propter præcedentes probationes vehementem hæresis suspicionem abiurauit, & noua probationes aduenient, circa hæreticos actus ante abiurationem commissos, procedi debet contra illum, ac si lata sententia non esset, & coniungantur probationes. Ita ille equidem benè; sed nos meliùs, & clariùs.

33 Addit autem idem Sousa, n. 7. nullo citato auctore, ex proprio marte sic. Abiurata, inquit, vehementi hæresis suspicione, si dentur nouæ probationes non plenè conuincentes nouorum lapsuum post dictam abiurationem commissorum, de iuris rigore tales probationes coniungi possunt cum præcedentibus ad vnam constituendam probationem, cum sententia non transeat in rem iudicatam: Hactenùs tamen hoc practicari non vidi. Hæc est Sousæ sententia, quam omninò approbo, & ad praxim reduci posse iudico.

34 Quòd autem ait sententiam in S. Officio non transire in iudicatum, omninò verum est, & tradunt Simanc. cathol. Inst. tit. 60. num. 13. Ioan. Rojas, de hæret. 2. par. assert. 49. & ibid. de Priuilegijs Inquisitorum num. 449. Carena, 2. par. tit. 11. §. 5. n. 14. ac alij; constatque ex Rescripto Pij V. incip. Inter multiplices, & adducitur in fine Directorij.

35 Circa augmentum item pœnæ, nouis indicijs, & probationibus aduenientibus, illud diligenter aduertendum, quòd quando reus in materia fidei ob defectum probationum condemnatus fuit ad solam pœnam extraordinariam, vel arbitrariam, si plena probatio postea aduenerit, pœna ordinaria puniri debeat, modò prima pœ-

36 na exequuta non sit. Si verò iam fuit exequuta, fiat compensatio in secunda. Docent Rojas de hæres. par. 2. assert. 50. n. 391. & Farinac. de hæres. quæst. 185. §. 13. n. 195. & quæst. 4. num. 10. tom. 1.

37 Sed quid, si pœna infligenda ex vi nouæ probationis plenæ, sit ordinaria vltimi supplicij? Tunc prima pœna etiamsi corporalis, vt fustigationis, haud minuet secundam, neque ista compensatur cum prima, sed tota ordinaria iniungenda, consideratis circunstantijs criminis, personæ, loci, & temporis, cum talis pœna ordinaria non sit diuisibilis. Ita Marant. in praxi, tit. tit. de Inquisit. num. 101. Farinac. dict. q. 4. num. 10. vers. sed ad prædicta, & Sousa dict.

38 cap. 37. num. 9. Atque hæc à nobis infra libro isto, & sequenti magis expendenda, hic obiter tacta, vti connexa aliquo modo cum ijs, quæ diximus de absoluendo reo per Inquisitorem ob delictum non probatum, seu ab instantia iudicij, ipsum in sententia nullo modo innocentem declarado.

39 Nihilominus, quòd aliquando dictus reus S. Officij possit, & debeat, si ipse requirat, innocens pronunciari, audiamus à Francisco Pegna, 3. par. Direct. comment. 37. vers. quod verò, n. 143. id egregiè sic ostendente. Quòd verò, inquit, paulo ante dicebam cum Eymerico, videlicet, neminem esse pronunciandum innocentem, aut immunem in sententia absolutoria; tunc non crederem procedere, quando per testes falsos fuit conuictus, aut per iniquos, & maleuolos, & inimicos capitales, vel conspiratores delatus, qui postea pœnitentia ducti dixerunt, se falsò detulisse, aut falsum testimonium contra de-

40 latum dixisse constitit. Hoc enim casu cùm constet de manifesta innocentia delati, & de aperta iniquitate testium, & delatorum, optimè poterit in sententia absolutoria pronunciari insons, & penitùs immunis, vt etiam Eymericus ipse indicat faciendum in decimosecundo modo processum terminandi, num. 208. in fine. Hæc Pegna, quem magis recentiores sequuntur, vt scaccia de sent. & re iud. glos. 14. quæst. 7. num. 160. Farinac. de hæres. q. 185. §. 10. num. 172. Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 37. num. 1. Castr. Palaus tract. 4. disp. 8. pun. 11. num. 9. & alij.

41 Benè tamen aduertit idem Pegna sub finem dict. num. 143. contingere posse, vt testes, & denunciatores retractent suum dictum, eo quod corrupti fuerint prece, aut pretio per delatum, vel per consanguineos, & amicos eius; & in tali casu abstinendum est à declarando reo innocente.

42 Sed quid si indebite, vbi non est locus, Inquisitor pronunciet reum insontem in sententia absolutoria? Adhuc nihilominus, aduenientibus nouis indicijs, & probationibus, poterit iterum per eundem Inquisitorem iudicari, & condemnari. Ita ob eam rationem, quod nulla sententia in Tribunalibus S. Inquisitionis transeat in rem iudicatam, tradit idem Pegna loco citato cum Luca Pegna in l. vnica, verb. notum C. de senten. aduersùs Fiscum lib. 10. & cum Ioanne Rojas, tract. de hæret. par. 2. assert. 49.

43 Superest discutiamus dubium circa posteriorem partem nostræ Regulæ, an Inquisitor, & Episcopus separatim ferre sententiam absolutoriam possint, siuè definitiuam, qua totaliter reus absoluitur, siuè interloquutoriam, qua absoluitur à tortura, vel alio actu pœnali? Non parùm controuersum est hoc apud scriptores, ex quibus aliqui, vt Carena 3 part. tit. 11. §. 8.

num. 33. versic. an autem possit, vnico verbo resoluunt nimis breuiter, affirmando, quòd sic. Aliqui verò, vt Castr. Palao, tract. 4. disp. 8. pun. 13. à num. 19. pluribus expen-
44 dunt. Præmittit primo ipse Castrus cum Simanc. cathol. instit. tit. 3. num. 2. esse certum, in Tribunalibus S. Inquisitionis Hispaniarum id non posse fieri, vt Inquisitor, sine Episcopo, aut eius Delegato, & è contra, sententiam absolutoriam ferat; atque hoc patet ex varijs instructionibus missis ad Inquisitores particulares, quas ipsi seruare debent; quia iuxta earum tenorem Inquisitor Generalis iurisdictionem illis tribuit.

45 Præmitto item ego, esse certum, quòd apud nostrum Tribunal Meliten. seruetur oppositum; nempè quòd possit, & soleat D. Inquisitor sine D. Episcopo, vel Delegato eius, circa quosuis inquisitos S. Officij incolas istarum Insularum, exceptis Religiosis Hierosolymitanis, & confratribus eorum, sententiam tàm cōdemnatoriã, quàm absolutoriam validè, & licitè ferre. Fundatur ista consuetudo in illo Breui Apostolico à nobis in Prolegomenis relato, quo D. Petrus Duzzina Fidei Inquisitor fuit in isto loco constitutus, ibi sic disponitur. Ita tamen, quòd vbi contingat procedi contra fratres, & milites prædictos, &c. procedas vna cum Episcopo Melitensi, &c. quoad alios verò præfatos per te ipsum, iuxta
46 formam sacrorum Canonum, &c. Neque circa hoc potest esse vlla dubitatio, cùm iam per spatium octoginta ferè annorum, fuerit ita practicatum, sciente, & non contradicente Episcopo Meliten. His vt certis sic præmissis,

47 Attento rigore iuris, multò probabiliùs est, quòd possit Inquisitor sine Episcopo, aut Delegato eius, & è contra Episcopus sine illo validè, & licitè sententiam proferre. Ratio efficax est, quia id eis competit ex vi iuris antiqui, vt omnes concedunt; à quo recedendum non est, nisi expresè inueniatur correctum per ius nouum, secundùm l. sancimus, C. de testamen. l. præcipimus, de appellat. authen. de non alienan. aut permutan. rebus Eccles. §. fin. cap. ad
48 nostram, de regul. At iure nouo in Clemen. 1. Multorum, de hæret. non corrigitur antiquum, nisi solum quoad sententiam condemnatoriam, ibi, *neque ad sententiam procedere contra eos*, & nulla fit mentio in textu de liberatoria; ergo hæc ab alterutro eorum sine altero proferri poterit. Confirmatur ex Rescripto Vrbani IV. incip. præ cunctis, §. si vero, cuius meminit Peña citandus, cùm in eo tantùm sit sermo de condemnatoria. Ita glos. in dict. Clemen. idem Peña 3. par. direct. comment. 97. q. 48. Iul. Clar. pract. crim. §. hæresis, num. 5. Ludou. Molin. tract. 5. de instit. disp. 38. n. 15. & Farinac. cum alijs per ipsum relatis de hæres. quæst. 186. §. 3. num. 69.

49 Nihilominus ex vi rationis oppositum, vt tutius, & magis æquitati conforme, esse in praxi seruandum, vt sententia quæuis absolutoria sit valida, & licita, tuentur benè idem Peña cum Eymer. loco citato, vers. ex his omnibus, Vmbert. Locat. iudicial. Inquis. quæst. 29. Rojas singul. 27. n. 7. Ioan. Azor. 1. par. lib. 8. cap. 18. quæst. 16. Anton. Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 37. & præter alios, quos citat. Castr. Palao, tract. 4. disp. 8. pun.
50 13. num. 19. & 20. sub finem. Fundamentum valdè firmum huius doctrinæ est, quia ex dispositione iuris in cap. per hoc, de hæret. in 6. communicatio processus inter Inquisitorem & Episcopum, prærequiritur ad sententiam, vt ambo simul perpendant, ne committatur aliquis error in ea ferenda, videlicet condemnando eum, qui debet absolui, vel è contra absoluendo illum, qui venit condemnandus; ergo æque ad vtramque condemnatoriam, & absolutoriam prærequisita est dicta communicatio
51 processus. Ergo ab vtroque simul Episcopo, & Inquisitore sententia absolutoria proferri debet, & neuter sine altero ad eius prolationem, seù subscriptionem deueniire. Vide plura apud Castrum Palao.

Quid canonica purgatio? vbinam, & qualiter iniungenda in causa hæresis? vbi item, & cur eius omissio?

REGVLA CCCLXXVI.

52 PVrgatio canonica est de crimine obiecto innocentiæ ostensio, secundùm
53 formam à iure præscriptam. Indicenda autem diffamato de heresi cum maiori, vel minori numero compurgatorum, solemni præstito iuramento, & in vno, vel pluribus locis, arbitrio iudicis, pro qualitate
54 diffamationis, & diffamati. Quòd si hic ex malitia recuset se purgare, vel si in purgatione deficiat, puniendus vti hæreticus,
55 & admittendus, si reconciliari petit. Dein non est iniungenda purgatio canonica, vbi cōstat de delicto per notorietatem, &c. & similiter in alijs casibus exprimendis:
56 Imò prorsus omittenda purgatio, vel raro ad eam deueniendum, eo quod sit periculosa, sed ad alia iuris remedia confugiendum.

---

57 VAldè celebris olim fuit materia ista canonicę purgationis, quandoquidem pręter diuersa iuris canonici loca, in quibus sæpè eius fit mentio in decretalibus de eadem extat integer titulus per sexdecim capita, ex varijs rescriptis Summorum Pontificum, & decisionibus Conciliorum
58 distributis. Ex quibus constat fuisse priùs in vsu dictam purgationem circa diuersa crimina, vt simoniæ, adulterij, incestus, &c. postea tamen desijt talis vsus in reliquis, preterquàm in crimine heresis, vt abundè

tradit

tradit ex Simanca citando, num. 1. Francicus Peña, 3. par. Direct. comment. 38. vers. & cum in omnibus, & ex eo Farinac. q. 194. §. 3. num 64.

59 Propositam à nobis in Regula purgationis canonicæ definitionem adducunt Simanc. cathol. instit. tit. 56. n. 3. Peña, 2. part. Direct. comment. 14 vers. est autem purgatio, Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 38. num. 1. & alij communiter, nec adhibent vllam ei
60 declarationem, cùm ex se pateat. Solum notandum, quòd tradatur terminis adeò generalibus, vt se extendat ad purgationem omnem, siue à iudice indictam, siue ab ipso purgando assumptam, vel requisitam.

61 Circa personas autem, quę se purgarunt, audi Simançam ibid. num. 5. erudite sic loquentem: Neque tantùm, inquit, priuati homines hac purgatione vsi sunt, sed multi etiam Pontifices Maximi, de grauioribus criminibus insamati, quamuis à nemine iudicari possent, nihilominus ex charitate ad auferendam subditorum offensionem, dedignati non sunt publicè, solemniterque seipsos nonnunquam purgare. Vt enim B. Augustin. lib. de Bono viduitatis scriptum reliquit, nobis necessaria est vita
62 nostra, alijs fama nostra. Quamobrem Paschalis I. Damasus, Symmachus, & quidam alij Pontifices Maximi coram populo solemniter purgati sunt. Et Leo III. coram Carolo Magno, Gregorius VII. coram Henrico IV. Sixtus III. coram Valentiniano, & Pelagius I. coram Narsete publicè quoque purgati fuisse traduntur. Aug. loc. cit. c. 22. cap. mandastis, cap. auditum, 2. q. 5. Platina, & cæteri authores in annalibus Pontificum, Albertus Pighius, lib. 6. hierar. Eccle. cap. 17. Brunus lib. 4. de hæret. cap. 11. Hæc ille.

63 Verùm restringendo nos ad solam purgationem alicui à iudice indicendam, & tantùm ob crimen hæresis; tunc ab Inquisitore solo, vel ab Episcopo, vt probabilior tenet sententia in rigore iuris; aut tu-
64 tius ab vtroque simul (Eadem enim hic circa istud est controuersia, quæ circa sententiam absolutoriam Regula præcedenti fuit decisa, secundùm Sousam citatum. n. 11 ex Peña ibid. vers. hæc quidem) iniungi potest alicui canonica purgatio, quando ille in prouincia, ciuitate, aut oppido est solummodo diffamatus, vel indiciatus de hæresi. Deducitur clarè ex cap. Inter sollicitudines, extra de purg. canon. & docent Peña, 2 par. Direct. comment. 14. ac Sousa ibid. numer. 2. cum Simanc. vbi supra, num. 6.

65 Si quis in pluribus locis est diffamatus de hæresi, satisfacere debet in vno, vbi maior est diffamatio, per purgationem, in alijs verò per prędicationem, si sit aptus ad hoc, laudando publicè fidem, & ei contrarios errores detestando. Patet hoc secundum ex dict. cap. Inter sollicitudines, ibi, Præcipias insuper ei districtè, vt in prædicta, & alijs villis circumpositis profiteatur, & prędicet fidem catholicam, ac confundat, &
66 detestetur hæreticam prauitatem. Ac tradunt Eymer. 3. par. Direct. in 1. modo terminandi processum, num. 150. ibique Peña comment. 38. & 2. par. dict. comment 14. sed benè remittunt id arbitrio iudicio.

67 Diffamato de hæresi purgando, ad exequendam iuridice purgationem, adiunguntur compurgatores, viri catholici, ac probatæ vitæ eiusdem status saltem in genere cum reo, & qui ab antiquo tempore illum
68 nouerint. Omnes solemne iuramentum emittunt, sicut & ipse reus: hic iurat se nunquàm teuuisse talem hæresim; illi verò, vt muneri suo satisfaciant, similiter iurant se credere, quòd reus verum iurauerit, cùm dixit se nunquàm aut commisisse, aut dixisse ea, ob quæ infamia laborat. Constant hæc ferè omnia ex dict. cap. inter sollicitudines, & adducunt vt certa Peña eod. commen. 14. Farinac. de hæres. quæst. 194. §. 4. num. 66. & Sousa, ibid. num. 3. & 4.

69 Quoad numerum compurgatorum, quāuis pro casu graui, de quo agitur in dict. cap. inter sollicitudines, assignētur ibi quatuordecim; possunt tamen esse pauciores, vel plures, secundùm numerum locorum, in quibus reus fuit diffamatus, & secundùm qualitatem infamiæ, & personæ dif-
70 famatæ. Nam, vt optimè docent Peña, dict. commen. 14. Decian. crim. lib. 5 cap. 48. num. 18. & Farinac. de hæres. quæst. 194. §. 3. num. 59. non est omnibus æqualiter iniungenda purgatio, sed maior, vel minor, attentis circumstantijs personæ; & quantita-
71 te suspicionis, & diffamationis. Cum enim in materia hæresis duplex distingui soleat diffamatio, vel leuis, vel vehemens; ita purgatio (quod benè ex mente omnium Doctorum notat Carena, 3. part. tit. 11. §. 9. num 50.) duplex necessariò distinguenda, alla de leui, alia de vehementi, iam per se patet pauciores requiri compurgatores ad illam de leui, quàm ad hanc de vehemen-
72 ti. Quot nam verò hic, & nunc in casibus particularibus occurrentibus assignari debeant, ab auctoribus citatis, & ab alijs, prudentiæ, & arbitrio iudicis regulato remittitur. Ita Sousa lib. 2. Aphor. cap. 38. num. 4. & 9.

73 Circa illa verba dict. cap. inter sollicitudines, nempe: ita tamen, vt familiaritatem hæreticorum abiuret, excitat Peña dict. commen. 14 dubium non leuis considerationis, an præter purgationem canonicam iniungi posit purgato abiuratio, vel pœna aliqua? Ex proposito textu videtur clarè deduci pars affirmans, cùm is, qui iam se purgauerat, cogatur abiurare ob fami-
74 liaritatem cum hæreticis Et quidem quòd ex tali familiaritate oriatur tanta hæresis suspicio, vt ratione huius indici possit pur-

gatio canonica, benè docent Ioan. Rojas, in singul. fidei, singul. 23. nu 3. & sing. 212. num 3. ac Sousa dict. cap. 38. num. 18. & probatur cap. tua, de cohab. Cler. ac mul. cap. ex parte, de offic. ordin. & cap. inter sollicitudines, de purgation. canon.

75 Pro completa resolutione: dico primo, & approbo cum citato Peña, interpretationem Panhormitani in dict. cap. inter sollicitudines, num. 3. affirmantis, propter infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex dictis testium obortam, purgationem fuisse indictam; rursus, quia reus ille scienter cum hæreticis familiaritatem inierat, quæ legitimè probata erat, coactus est abiurare, non quidem illas hæreses, de quarum suspicione iam purgatus erat, sed solam familiaritatem cum hæreticis initam. Ita totidem ferè verbis Peña.

76 Quo cum, & cum Simanc. cathol. instit. tit. 56. num. 18. è contra reprobo vti falsam, & nimis sæuam doctrinam Cardinalis, in Clemen. 1 de vsuris, §. sanè, quæst. 22. n. 12. & aliorum defendentium, quòd reus vehementer suspectus priùs sit torquendus, & vbi nihil confitetur, purgatio ei iniungenda, & post purgationem tandem abiurare compellatur.

77 Dico secundo. Si talis, & tanta sit facta purgatio à diffamato de peculiari crimine hæresis, vt ipso nullatenus deficiente in purgatione, fuerit totaliter sublata infamia; & consequenter sublatus effectus eius, nec aliunde extet aliqua suspicio contra eum de alio delicto fidei catholicæ opposito, non solùm est absoluendus, & liber declarandus; sed poterit etiam ad omnes honores, dignitates, & officia promoueri, nec amplius debet molestari, nisi noua indicia

78 superueniant. Concordant circa hoc ferè omnes Doctores, & tradunt præcipuè Peña, 3. par. Direct. commen. 38 vers. Hispalensi quadam, Decian. vbi supra, num. 18. Gabriel. consil. lib. 1. cons. 160. num. 11. & cum alijs ab ipso citatis Farinac. de hæres.

79 quæst. 194. §. 3. num. 44. Patet à simili ex tortura, per quam, vt diximus suprà, si prorsus euacuantur indicia producta contra reum in materia fidei persistentem in negatiua circa factum, manet hic absolutus, & omninò liber, nec potest amplius molestari, nisi superuenientibus nouis indicijs: ergo pari modo in purgatione.

80 Dico tertio. Præter casum expressum in cap. inter sollicitudines, de purgat. canon. iuxta interpretationem dict. Panhormitani, quem etiam admittunt Syluester, de strigib. lib 3. cap. 4. pun 9 Tabien. in summ. verb. Inquisit. §. 18. & Ludou. Param. de orig. S. Officij in septimo modo terminandi processum lib. 3. quæst. 4. à nu. 26. nimirum, si diffamatus sit reus de vno crimine contra fidem, ac propterea cogatur purgare se, & de alio crimine sit suspectus, atque hinc inducatur ad abiurandum, ita vt ob diuersa delicta in eodem reo simul purgatio, & abiuratio reperiantur: Præter

81 hunc, inquam, casum, ob idem crimen hæresis, de quo reus est diffamatus, & compellitur se purgare, si purgatio non fuerit omninò perfecta, nec potuerit infamia in totum auferri, iniungenda ei abiuratio, vel aliqua pœna, vt suspensio. Docent vt certum Peña 2 par. Direct. comment. 14. Farinac. dict. §. 3. num. 42. & Sousa, lib. 2. A-

82 phoris. cap. 38 num. 6. Ostenditur eodem argumento à simili, quia tortura infligitur reo ad purganda indicia, & quando non est tanta, vt possint purgari, iniungitur illi aliqua abiuratio, vel pœna: ergo pari modo, &c.

83 Sed quid de reo diffamato de hæresi, qui recusat se purgare, aut in ipsa purgatione deficit? Copiosissime præ cæteris de hoc Farinac. de hæres. quæst. 194. §. 3. à n. 46. vsque ad 55. referens quatuor diuersorum auctorum sententias, quę cum inter se videantur oppositæ, ipse conatur eas saltem ex parte in concordiam reducere, & ostendere, quòd non discordent à Constit. Martini V. incip. inter cunctas, quæ omnia

84 apud ipsum videas. Nobis omissa tanta prolixitate sufficiat adducere doctrinam magis communem, & receptam cum eod. Farinac. dict. §. 3. & cum Sousa dict cap. 38. num. 15. sic eam tradente. Deficienti, inquit, in purgatione canonica, vel nolenti se purgare, ea pœna imponitur, quæ imponenda foret, si conuinceretur; dummodò hoc faciat ex malitia; si autem ex negligentia, tunc vt infamis, & bannitus ab omnibus habeatur, & insuper excommunicetur. Quòd si in excommunicatione per annum perseueret, vt hæreticus condemnetur. Hactenus ille. Verùm si iste reus se submittat, & petat reconciliari, admittendus est, & non relaxandus brachio sęculari: ita ijdem Farin. & Sousa.

85 Potest autem talis reus diffamatus de hæresi, cui indicitur purgatio, & non vult eam exequi, confugere, intra terminum legitimum, ad remedium appellationis. Nam, vt iam libro præcedenti attigimus, à decreto canonicæ purgationis indictæ cuiuis reo Sancti Officij appellari licèt, à termino ad se purgandum præfixo. Tradunt vti certum Peña 3 par. Direct. comment. 38. Decian. crim. lib. 5. cap. 48. Farinac. dict. §. 3. num 63. & Sousa, ibid. num. 14.

86 Quoad circumstantiam loci, non desinam proferre vnum verbum; scilicet, quòd debeat fieri purgatio canonica in occulto coram solis Inquisitoribus, ac notario, nisi reus sit publicè diffamatus, nam tunc publica esse potest, & sic fieri oportet. Ita idem Peña dict. comment. 38. versic. sed in hac difficultate, & Sousa citatus, numer. 12.

87 Superest videndum, in quibus casibus

sic

sit omittenda purgatio canonica. Primò, non indicitur in criminibus per se notorijs, aut probatis vel per propriam confessionem reorum, vel per legitimam productionem testium, vel aliter; quia tunc statim proceditur ad condemnationem. Ita Simanc. cathol. instit. tit. 56. n. 6. Peña 3. par. Direct. comment. 39. Farinac. dict. §. 3. n. 57. & Sousa ibidem, num. 8.

88 Omittitur item purgatio, quando reus per torturam, hæresis suspicionem purgauit; cum enim ad hunc effectum fuerit sufficienter tortus, esset nimis rigorosum, sequuto iam effectu, aliam purgationem illi iniungere. Hanc doctrinam vt veram præter citatos num. præcedenti Doctores, tradunt Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 48. num. 22. Rojas de hæret. par. 2. numer. 306. Sigism. Scaccia, tract. de iudic. caus. cap. 95. num. 1. & alij, quos refert Farinac. de hæres. quæst. 185. §. 8. à num. 126. vsque ad 128. vbi hinc indè eam discutit, & resoluit prout traditum, vocans cum Simanca contrariam crudelem, iniustam, & laqueis plenam.

89 Nequaquam etiam indicenda purgatio canonica, casu quo licèt reus sit diffamatus, vel suspectus de hæresi, talis tamen diffamatio, vel suspicio non est probabilis, seu actu haud probatur, vti requiritur. Ita glos. in cap. excommunicamus, il primo, §. qui autem, de hæret. & ibi Hostiens. n. 1. & cum alijs ab ipso relatis Farin. de hæres. quæst. 194. §. 3. num. 56.

90 Tandem vniuersaliter loquendo ex nostrorum DD. mente, qui hac de re tractant, ad hoc medium purgationis canonicæ pro eruenda veritate in causis fidei rarissimè deueniendum est, quippe periculosum valde, fragile, fallax, & incertum; cùm ab aliorum opinione, & voluntate pendeat.

91 Imò sicut vsus eius pro alijs criminibus, vt dixi, iam diù desijt, ita pro crimine hæresis omnino desinere deberet; & quidem quoad supremum omnium Vrbis Tribunal S. Inquisitionis, prorsùs desijsse, & ab aula

92 recessisse affirmat Farin. dict. §. 3. n. 64. Atque quoad nostrum Meliten. quod illius vestigia in omnibus sequitur, pariter hoc verum est, me teste oculato 38 annorum spatio, cùm toto hoc tempore nullus reus fuerit expeditus per canonicã purgationẽ.

93 Ex hactenus traditis complete tractata apparet materia ista purgationis canonicæ; siquid superest dicebur alibi, & explicabitur qualiter post purgationem reus non sit relapsus, nisi relabatur in eandem hæresim, à qua se purgauerat: interim vide Param vbi suprà, num. 5.

CAPVT III.

De modis expediendi causas Tribunalium S. Inquisitionis per abiurationem; de natura, & definitione, ac speciebus istius; de requisitis item ad ipsam exequendam in communi.

PROOEMIOLVM.

1 EX tredecim modis terminandi processus contra inquisitos in S. Officio, seu expediendi causas fidei, quos communiter proponunt cum Eymer. in 3. par. Direct. à n. 141. Francis. Peña ibi, à comment. 37. Sousa lib. 2. Aphoris. à cap. 40. Carena par. 3. toto tit. 11. & alij; primum, & secundum expendimus capite præcedenti: Tertium ait Eymericus exequi per tormenta; de quo nihil nos hic, cùm iam satis dixerimus suo loco li-

2 bro præcedenti. Verùm quòd plures ex reliquis modis abiurationem in se contineant, atque ab ea præcipuum huic quinto libro nostri operis subiectum tribuatur; opportunum duxi aliqua prius ipsius abiurationis propria in communi tractare, contenta scilicet in proposito titulo huius tertij capitis, vt sic ad dictos modos terminandi processum in causis fidei tradendos via faciliùs aperiatur.

Quænam essentia, seu definitio abiurationis? & num hæc sit pœna inquisitis in Sancto Officio infligenda?

REGVLA CCCLXXVII.

3 SIc communiter exprimi, ac definiri solet abiuratio: est solemnis hæresum detestatio, cum assertione Catholicæ veritatis, & obligatione iuramento, & pœna

4 munita permanendi in fide catholica. In qua definitione nonnullæ particulæ videntur esse omninò essentiales, ac substantiales ipsi abiurationi; nonnullæ verò accidentariæ, aut saltem integrales ex vi iuris

5 positiui. Quo attento, probabilius censetur, quod secundùm istas, abiuratio sit pœna reo S. Inquisitionis iniungenda; non tamen secundùm illas, quæ de iure naturali, & diuino eidem tribuuntur.

6 CIrca hanc abiurationis materiam, quæ adeò propria est nostrorum Tribunalium S. Inquisitionis, vt nullus eius vsus apud vllum aliud reperiatur, pauca admodum, & ea non ita distinctè adducunt Doctores, qui de ipsa tractant, nempè Zanchin. tract.

de hæret. cap.20. num.2. & ibid. Campeg.
Repertor. Inquisitor. & Locatus in opere
iudiciali, Bernardinus Comensis in lucer-
na, verb. abiuratio, Petrus Godofred. in lib.2.
C. de hæret. Albertin. tract. de agnos. assert.
quæst.30. num.66. & seq. Simanc. de Cathol.
Inst. tit.1. idem in Enchiridio, tit.53. Rojas
in singularib. fidei, singul.1. idem tract. de
hæret. par.2. assert.41. n.331. & Peña 3. part.
Direct. comment.40. n.161. vbi citat præ-
dictos auctores, & alios in cap. accusatus,
de hæret. in 6. quib. addo Sousam, & Care-
nam paulò ante adductos.
7 Sumendum initium à declaratione no-
minis, vt de natura, & quidditate rei fa-
ciliùs innotescat. Secundùm Ambrosium,
Calepinum, & Thesaurum linguæ Latinæ,
nomen, abiuratio, à verbo, abiuro, seu à
participio eius, abiuratum, deriuatur: ab-
iurare autem idem significat, quòd rem
creditam periurio negare, ex Seru. & Plau.
Hinc, abiurata pecunia, idest periurio ali-
cui abnegata: abiurare creditum ait Sal-
lust. in Catil. de Sempronia. Sumitur item
8 abiurare pro simpliciter negare, & inficia-
ri, teste Budęo. (Alias significationes vide
apud dictum Thesaurum.)

Virg. 8. Aeneid.

Abstractaque boues, abiurataque rapina.

Hoc est, contra ius retentę, ait ibi Seru.
consequenter abiuratio significabit ipsum
actum abiurandi, seu negandi periurio rem
creditam, aut simpliciter actum inficiandi.
9 Prędicto autem modo nomen, & signifi-
catio abiurationis aliquibus tantùm specie-
bus, seu gradibus eius quadrat apud Tribu-
nal S. Officij, nimirum de leui, & de vehe-
menti; nam reus de hæresi suspectus abiu-
rans in alterutro ipsorum, absolutè etiam
cum iuramento negat, se ei adhæsisse. At
gradui, seu speciei abiurationis de formali
nequaquam quadrare potest, cùm ad eam
supponatur, quòd reus ipse suam hæresim,
seu formalem, mentis errore iudicialiter
10 confessus fuerit. Vnde meritò ad com-
prehendendum omnes eius gradus, seu
species, definitur à Doctoribus per termi-
nos vniuersaliores detestationis, &c. vt pa-
tet ex definitione à nobis proposita, quam
tradunt præcipuè Peña, dict. comment.40.
num.161. Farinac. de hæres. quæst.194. §.1.
num.1. Sousa lib.2. Aphoris. cap.40. num.1.
Carena citato tit.12. §.1. & Trasmiera lib.3.
de Polygamia, quæst.1. num.17.
11 Colligitur manifestè dicta definitio ex
cap. Ego Berengarius, de consecr. dist.2. ex
cap. ad abolendam, §. illos quoque, extrà de
hæret. ex cap. super eo, & cap. accusatus, de
hęret. in 6. item ex cap. inter solicitudines,
12 extra de purga. canon. atque ex alijs. Eam
declarat citatus Carena, dict. §.1. num.2.
perpensis singulis particulis, exemplificans
in abiuratione solemni ab hæresiarcha Be-
rengario facta (hanc nos in 3. lib. suo loco
agentes de isto hæresiarcha proposuimus)
coram vniuerso Concilio 109. Episcopo-
rum Romæ coacto, anno Domini 1019. sub
Nicolao Secundo, primæ particulę, *solem-
nis detestatio*, exemplum ibi, *Anathemati-
zo omnem hæresim, præcipuè, &c.* secundę
verò, *cum assertione Catholicæ veritatis*, ibi,
*consentio autem S. Romanæ, & Apostolicæ
Ecclesiæ, & ore & corde profiteor, &c.* Deniq;
exemplum tertiæ, *& obligatione iuramento,
&c.* ibi, *quòd si ergo ipse aliquando, &c.*
13 Sed nos easdē definitionis adductæ par-
ticulas multo aliter expendemus pro deci-
sione dubij, quod hic agitandum occurrit,
ad capiendam complete naturam, & essen-
tiam abiurationis: num scilicet ista sit pœ-
na reo S. Officij ab Inquisitore infligenda?
Dissident circa hoc inter se DD. alij negant,
alij affirmant. De negantibus sic ait Care-
14 na dict. tit.12. §.4. num.9. Non defuerunt,
inquit, viri docti, qui existimarunt abiu-
rationem non esse pœnam, sed signum,
quod Ecclesia requirit à fideli suspecto de
hæresi; quo declarat publicè, & protesta-
tur, quòd nunquàm hæresibus adhæsit, sed
semper in Catholica veritate permansit; &
ab hæretico, vt sciat eum verè esse pœni-
tentem. Ita ille.
15 Ad hanc autem partem negantem con-
firmandam, solùm adducitur ab eo vsus re-
ceptus tempore Eymerici, abiurandi priùs,
quàm sententia ferretur, vt patet ex 3. par.
Direct. in rubr. de 4. modo terminandi pro-
cessum fidei, num.163 & 165. ergo abiu-
ratio secundum Eymer. non est pœna, quia
alias sententia præcessisset, & per hanc, si
illa esset pœna, inflicta fuisset reo S. Officij
pro executione legis, quæ pœnam assi-
gnat delinquentibus, & infligi præcipit à
Iudice, seu Inquisitore per sententiam. Ita
Wesemb. tit. de pœnis, num.5.
16 Verùm ipse Carena num.11. parti affir-
manti adhæret, & citat pro ea Peñam 3. p.
Direct. commen.41. num.166. vers. Verum-
tamen Romæ, Sousa lib.2. Aphor. cap.40.
num.7. & Farinac. de hæres. quæst.194. §.1.
num.11. qui non ex professo id tractant, sed
obiter ad aliud propositum affirmant abiu-
rationem esse pœnam, seu inter pœnas nu-
merandam: ostendit idem Caren. num.12.
ex contrario vsu, qui nunc vbique viget, vt
dicetur postea, prius sententiam proferen-
17 di, & postea abiurandi. Deducit item ex
formulis sententiarum, quibus Tribunalia
S. Officij Hispaniarum, & Italiæ vtuntur:
vide eas apud ipsum, nec ibi inuenies, quòd
abiuratio vocetur pœna, sed tantùm, quòd
reus condemnetur ad abiurandum.
18 Dato autem, quòd abiuratio, sit pœna,
benè infert inde Carena loco citat. num.14.
cum Diana par.4. tract.8. resol.64. vers. sed
an, Regulares abiurantes de leui reddi in-
habiles ad gradus, & dignitates Religionis
ex vi Decreti emanati à S. Congregatione
S. Officij Vrbis de consensu Vrbani VIII.
quæ inhabilitas prouenit illis propter iniū-
ctam à Sancto Officio pœnam, vel pœni-
tentiam, nisi sit salutaris.

19 Adhuc tamen ex his, & ex alijs prædi-
ctis non conuincitur, imò inefficaciter pro-
batur pars ista affirmans, quòd abiuratio
sit pœna. Quare hinc inde pro capacitate
ingenij nostri re bene perpensa, multis ab
hinc annis partem negantem amplexus
20 sum, in eaque semper mansi, ac multoties
in nostra S. Congregatione S. Officij Meli-
teñ pro oblata occasione, defendi, annuē-
tibus Illustrissimis DD. Inquisitoribus, &
DD. meis Consultoribus, ob vim rationis,
quam aducebam, licèt à posteriore, vel ab
inconuenienti, nempè, quia si dicas abiu-
rationem esse pœnam, cogeris concedere,
quòd sit ei locus gratiæ, & quòd possit
omitti, ac reo condonari, sicut fit sæpius
in alijs pœnis; sed hoc est inconueniens,
& absurdum, quòd reus S. Officij non de-
testetur errores contra fidem catholicam,
ergo &c.
21 Præter rationem item dictam, auctori-
tate etiam pars ista negans stabilita fuit;
nam vltra viros doctos, quos tacito nomi-
ne allegat Carena, vt vidimus, & vltra
Illustrissimos DD. Inquisitores, ac DD. meos
Consultores Sacr. Theologiæ, vel I.V.DD.
egregios, qui eam approbarunt, vt dixi,
eandem defendit absolutè Praxis illa m. s.
quæ circumfertur, cap. 4. cuius auctorem
audio fuisse Eminentissimum Cardinalem
Arigonum, omni scientiarum genere orna-
tissimum. Atque huc vsque talis fuit meus
sensus in resoluendo proposito dubio.
22 Verùm nunc re meliùs perspecta, iudi-
co, ni fallor, reperisse modum concilian-
di prædictas duas partes contrarias, affir-
mantem, & negantem: nam cùm in tradi-
ta ex communi omnium definitione, seù
descriptione abiurationis, aliquæ eius par-
ticulæ, vt per se patet, sint ei omninò in-
trinsecæ, & essentiales ex natura rei, & ex
vi iuris naturalis, ac diuini, vt quòd sit de-
testatio hæresum, cum assertione catholi-
cæ veritatis, & obligatione permanendi
23 in fide catholica: quòd autem sit solem-
nis, & iuramento, ac pœna munita, par-
ticulæ sunt accidentariæ, vel integrales, ei-
dem à iure positiuo citato, & infrà citan-
do tributæ; ex parte istarum posteriorum
concedi potest, & libenter concedo, quòd
abiuratio sit pœna; nam nullum est incon-
ueniens, nulla repugnantia, quòd abiura-
tio sine tanta solemnitate, & sine iuramen-
to fiat, & quòd locus gratiæ detur, ita, vt
si abiurans in S. Officio hæresim, denuò eā
amplectatur, licèt sit verè relapsus, non
contrahat tamen pœnam relapsorum, sed
minorem, aut nullam, prout magis expe-
diens iudicabitur.
24 At ex parte illarum priorum nequit ad-
mitti, nec vllo modo vnquam admittam,
quòd abiuratio sit pœna inflicta, ob hanc
efficacem rationem à priori; quia ex se, &
ex natura rei, eo ipso, quòd reus S. Officij
reconciliari vult cum Deo, & cum Eccle-
sia, detestari debet errores contra fidem
catholicam, & in hac permanendi promis-
sionem exhibere, & repugnat aliter fieri:
etiamsi ab Inquisitore nulla ei pœna iniun-
gatur: imò in tali detestatione, & promis-
sione, essentialiter dicta reconciliatio con-
25 sistit. Et quidem, sicut in Tribunali sacra-
mentalis confessionis reconciliatio cum
Deo, & Ecclesia detestationem peccato-
rum, & propositum, seu promissionem re-
cedendi ab eis, vt quid intrinsecum, & es-
sentiale continet, nec vllus dicet talem de-
testationem esse pœnam, aut pœnitentiam
inflictam; ita pari modo in Tribunali S. Of-
26 ficij, &c. Sic viri docti tùm domestici, tùm
externi, quos consului, vna mecum de
abiuratione sentiunt, præcipuè Illustrissi-
mus D. Inquisitor Io. Baptista Gorius Pan-
nelinus, qui nostrum S. Officij Tribunal iam
per septennium integrum summa pruden-
tia, & rectitudine gubernauit. Atque hic
finis Regulæ.

Quo tempore consuetudo abiurandi incœpit? Abiuratio item quando, & à quo diuisa in multiplices gradus, seu species, & qualesnam huiusmodi?

REGVLA CCCLXXVIII.

27 PRorsùs incertum de prima origine
consuetudinis abiurandi errores con-
tra fidem diuinam; & quidem si loquamur
de abiuratione, attentis solis partibus ei es-
sentialibus, vt dictum Regula præcedenti,
videtur illa sine dubio temporalem æterni
Verbi Incarnationem præcessisse; attentis
verò vtrisque simul accidentarijs, & essen-
tialibus, nequaquam ante tempora I. Con-
cilij Nicæni vsus ipsius censetur inchoatus.
28 Neque item constat, quandonam, & à quo
prodierit diuisio abiurationis; certum ta-
men est, eam diuidi in quadruplicem gra-
dum, siue speciem: nimirùm, de leui, &
de vehementi, de violenta item hæresis
suspicione, ac de formali, secundùm qua-
tuor dispositiones, quæ in quouis reo S. Of-
ficij reperiri possunt, vt magis de vnaqua-
que exponetur.

---

29 EX mente Ludo. Parami defendentis,
vt vidimus in 1. Proleg. nostri operis
initio, originem Tribunalium S. Officij à
lapsu, & condemnatione primorum Paren-
tum Adami, & Euæ esse sumendam; conse-
quenter videtur dicendum, tunc etiam
30 vsum abiurandi inchoasse. Sed sicut quoad
primum ei nō acquieuimus, immo ex iniū-
cto Censorum dicti operis ipsum refutaui-
mus; ita etiam quoad hoc secundum eun-
dem reijcimus, si intelligi debet de abiu-
ratione formata, & iuridica, qualis in
Tribunalibus S. Inquisitionis fieri solet.
31 Negari tamen non potest, quòd paren-
tes primi, si in hæresim, seù infidelitatem
lapsi

lapsi sunt (hoc incertum, & respectu Adami probabilior pars negans, vt alibi in Proleg. attigimus) eam detestati fuerint, & ab ipsa semper recedere promiserint, quæ sunt intrinsecæ, & essentiales partes abiurationis; & propterea secundùm istas diximus in Regula, abiurandi consuetudinem ante tempus Incarnationis Verbi incœpisse.

32 Quis enim ignorat, multos de populo Israelitico in idololatriam lapsos, eam detestando, ac perpetuò fugere promittendo, seu, quod idem est, ipsam abiurando, cum Deo vero reconciliatos fuisse? vt patet ex diuersis locis Scripturæ sacræ, ac præcipuè ex lib. Danielis.

33 Verum loquendo de abiuratione iuridica, prout fit in Tribunalibus S. Officij, comprehendente simul cum dictis partibus essentialibus solemnitatem peculiarem, ac iuramentum, & iniunctionem pœnæ, antiquissimus etiam est eius vsus, quidquid aliter dicant nonnulli vetustatis ignari, & Ecclesiæ catholicæ hostes. Tradunt præsertim Peña 3. part. Direct. comment. 40. vers. abiuratio res est, & Carena dict. tit. 11. n. 3. ostenduntque manifestè ex prima Nicęna Synodo, cap. 8. vbi sic.

34 Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Nouatianis, placuit Sancto Concilio, vt ordinentur, & sic maneant in Clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, vt fateantur se cum omni consensu Ecclesię Catholicę, & Apostolicę statuta obseruaturos, idest cõmunicaturos se, & his, qui fortè secundas nuptias experti sunt: quibus tamen lapsis pœnitentię modus, & tempus adscriptum est, vt in omnibus sequantur ea, quę in Ecclesia Catholica, & Apostolica obseruantur. Hęc ibi.

35 Fit etiam mentio abiurationis in Concilio Ephesino, opera Cęlestini Primi celebrato, & in Concilio Laodiceno, sub Liberio, cap. 7. atque alibi multoties ab alijs Concilijs, & à Sanctis Patribus vsurpatam, & vsu receptam videmus abiurationem. Leo item Papa, teste Gratiano, in cap. saluberrimum, & in cap. Donatum, 1. quęst. 7. pręcipit, vt nullus hęreticus ad vnionem cum Ecclesia admittatur, nisi priùs hęre-

36 sim abiuret, & anathematizet. Idemque semper in quouis sęculo, vt docet Nicesforus lib. 6. Histor. Eccles. cap. 9. iniunctum hęreticis redeuntibus obseruare. Sic Hieronymo de Praga in Concilio Constantiensi, sess. 19. sic Berengario in Concilio Romano, sub Nicolao II. & habetur in cap. Ego Berengarius, de Consecra. dist. 2. & affert Peña, dict. comment. 40. vers. eiusdem abiurationis, qui de fine instituendi abiurationem prosequitur sic.

37 Fuit verò, inquit, olim salubriter institutus abiurationis vsus, ob continuas, frequentesque hęreticorum fraudes, & intercadentias; vt abiurationis robore adacti, & quasi vinculo constricti, & alligati cogerentur in Catholicę Ecclesiæ vnitate permanere, ne liberum eis esset impune, quoties vellent, recedere, ac Ecclesiam deludere, vt grauiter, & verè constituit Leo Primus epist. 48. cuius initiũ est, Relatione Sancti Fratris, & refert Conradus Brunus, lib. 3. de hæret. cap. 6. Ita ille de fine abiurationis: vide circa hoc eruditissimum Trasmieram vbi suprà, num. 14. & 17. qui perdoctè, vt solet, ibi ostendit, abiurationem esse remedium præseruatiuum.

38 Præterea nequaquam innotescit quo tẽpore abiuratio diuidi cœperit in varios gradus, seu species, nec vllus Doctorum id attingit, neque ex Concilijs, aut Iuribus citatis expresè colligitur: cùm in eis solùm videatur esse sermo abiurationis de formali, nàm hæretici formales extiterunt Hieronymus de Praga, Berengarius, & alij, qui per illa coacti sunt abiurare. In id tamen facile inclinandum videtur, ab eisdem scilicèt, fuisse diuisam in varias species, à quibus fuit inuenta, seu instituta.

39 Gradus autem, seu species eius, communiter ab omnibus scriptoribus quatuor assignanrur, iuxta quatuor status, seu dispositiones, in quibus reus S. Inquisitionis potest inueniri: Nàm iste vel est hæreticus propriè, & formalis, & cognitus talis per propriam confessionem; & tunc abiurat de formali, sicque constituitur prima, & præcipua species abiurationis de formali. Vel item est tantùm suspectus de hæresi; & cum hæc suspicio possit esse triplex, iuxta qualitatem indiciorum concurrentium, nempè violenta, vehemens, & leuis; tres inde insurgunt abiurationis species, videlicet abiuratio de suspicione violenta, abiuratio de vehemẽti, & abiuratio de leui. Ita Eymer. 3. par. Direct. à num. 161. & ibi Peña à comment. 40. Farinac. de hæres. quæst. 188. n. 23. Sousa lib. 2. Aphor. c. 40. num. 2. Castr. Palaus, par. 1. tract. 4. pun. 1. Carena dict. tit. 11. §. 3. & Trasmiera citat. num. 19.

41 Diuisio autem prædicta abiurationis in quatuor illas species, tametsi speculatiuè loquẽdo, communis sit omnium, & vera; in praxi tamen tres tantùm admittuntur, nẽpè de formali, de vehemẽti, & de leui: quarta de violenta suspicione hodie iam non est in vsu apud supremum vniuersæ Christianę Reip. Generalis Romanæ Inquisitionis Tribunal, sicut nec apud alia; maximè apud nostrum Melitẽ spatio 39. annorum frequenter in eo munus Consultoris exercens nullum vnquam inquisitum de violenta suspicione abiurantem vidi. Quantumcum-

42 que enim quis sit de hæresi violenter suspectus; tantùm de vehementi abiurare debet, licèt condemnẽtur ad pœnam ordinariam, quasi esset hæreticus formalis, vt infra videbimus. Tradunt ijdem Peña ibidem, Farinac. quæst. 187. §. 4. num. 51. & Carena dict. §. 3. n. 6. quibus addo Lud. Param de Orig S. Inquis. lib. 3. quæst. 4. n. 21.

cum

cum seqq. & Martinum del Rio, disq. mag. lib. 5. sect. 12. vers. si verò datum. quibus Regula finitur.

Abiuratio publice ne, an secreto facienda? quanam lingua? & an in scriptis? quid item continere debet?

REGVLA CCCLXXIX.

43 SPontè comparentes in S. Officio siue hæretici, siue de hæresi suspecti, semper secrete abiurant: quoad denunciatos verò, si sint notorij, eorum abiuratio de formali, vel de vehementi semper fit publice: at abiuratio de leui, vt plurimum, secrete
44 facienda. Vulgari item lingua omnibus communi, & in scriptis, seu confecto publico
45 Instrumento, exequutioni mandanda. Præterea quæuis abiuratio, etiam de leui, assertionem catholicæ fidei, & detestationem in genere quorumcumque errorum contra eam, vltra illum in specie, de quo reus S. Officij inquisitus est, debet in se continere.

46 COncordant circa primũ omnes DD. quòd abiuratio iniungenda, quæcunque sit, hæreticis, aut de hæresi suspectis sponte in S. Officio comparentibus, sufficit si fiat in loco secreto, præsentibus solummodo DD. Inquisitore ordinario, Notario, ac duobus testibus, vt legitima, seu iudicialis existat. Ita Farinac. de hæres. qu. 194. num. 8. Rojas de hæret. par. 2. n. 272. Dian. p. 4. tract. 8. resol. 81. vers. item ad dilucidationem, Carena par. 2. tit. 18. §. 2. nu. 9. patetque ex vsu ipso quotidiano.
47 Prædicto casu excepto spontaneæ comparitionis, abiuratio de formali ab hæreticis denunciatis semper fieri debet in loco publico coram multis. Patet ex D. Guidone Fulcodio, q. 15. ad Inquisitor. vbi sic. Quod inquit, nihil est, quod magis tendat in gloriam nominis Christiani, & opprobrium hæreticæ prauitatis hac publica abiuratione,
48 hæc ille, Eymer. 3. par. direct. in 8. modo terminandi processum, nu. 189. vbi ait, quòd hæc abiuratio fieri debeat in aliquo magno festo, populo, Curatis, & alijs inuitatis (de spectaculis publicis à S. Officio fieri solitis nos infra) Pegna ibi, comment. 42. vers. adueniente autem die, Farinac. de hæres. q. 194. nu. 3. & cum alijs Carena, ibid.
49 § 6. num. 21. Extatque de hoc textus expressus in cap. ad abolendam, §. præterea, ibi, publicè, extra de hæreticis.
50 Quoad abiurationem autem de vehementi, regulariter ista etiam facienda est publice ex vtextus allegati, & docent communiter DD. præcipue Rojas, vbi supra, Pegna 3. par. direct. commen. 40. vers. tametsi verò, & Carena dict. §. 6. n. 24. sicque vsu receptum est in Tribunalibus S. Officij tum Ita-
51 liæ, tum Hispaniæ, & constat ex formula sententiæ contra suspectum de hæresi vehementer, quam affert Paulus Garzias, en la orden de processar, fol. 35. ibi, le mandamos abiurar, y que abiure publicamente de vehementi los errores, &c.
52 Dixi regulariter, vt exciperem aliquos casus; nam si inquisitus non sit publice suspectus, potest ei arbitrio Inquisitorum secreta abiuratio iniungi, secundum Eymer. 3. p. direct. in 5. modo terminandi processum, num. 166 ibi, & abiurabit publice, vel secrete, secundum quod est suspectus publice, vel secrete, & affert Carena cita lo. ei
53 adhærens. Potest item suspecto de hæresi vehementer indici secreta abiuratio de vehementi, qui tametsi esset iam legitimis indicijs præuentus, ex se non vocatus, nec citatus in S. Officio comparuit. Probat ibid. num. 26. Carena ex addit. Roland. à Valle, cons. 63. num. 7. & seq. vol. 3. vbi postquam
54 firmauit, ex causa Inquisitoribus bene visa, posse ipsos indicere abiurationem de vehementi secretam; ait iustas causas ad id agendum esse posse spontaneam comparitionem in carceribus, senectutem, & nobilitatem. ita Caren. quem videas quæso.
55 Quid tandem circa abiurationem de leui? ista è contra vt plurimum fit secrete. Ita Simanc. de Cathol. instit. tit. 1. num. 24. Farin. de hær. q. 194. num. 10. Genuens. in prax. Archiep. Neap. cap. 84. num. 9. Pegna 3. par. Direct. commen. 40. versic. tametsi
56 vero. Imò in fine vers seq. sic ait: Mitius est, vt dixi, vt ea semper in priuato fiat, & occulto. Quanquam Eymer. vt ipsemet Pegna ibi refert, tenuit, aliquando esse iniungendam publicè, aliquando secreto, idque secundum Concilia Biterren. c. 29. & Narbon. cap. 6. vbi sic.
57 Omnes verò faciatis culpas suas, clero, & populo vocatis, publice confiteri, & abiurare, atque iurare, prout in mandatis apostolicis, & statutis Domini Romani plenius continetur: nisi vbi culpæ leuitas, & scandali exiguitas rigori etiam huic quicquã ostẽderent detrahendum. hæc ibi, & addit idem
58 Pegna. Quod, inquit, Eymer. sequutus, nunc publice, ratione publicæ suspicionis, nunc secreto propter secretam suspicionem decuit hanc abiurationem faciendam. ita ille, quæ distinctio valde placet.
59 Et quidem quòd supremum Hispaniæ Tribunal S. Inquisitionis, & alia ei subiecta, vt Siculum, secundum eam procedant in abiuratione de leui publica, vel secreta iniungenda, clarè deduco ex catalogis, quos legi, eorum qui Panhormi in actibus publicis S. Officij cum abiuratione de leui prodierũt præter alios, vt ibi addebatur, qui secreto intra Palatium Inquisitorum abiurauerant, quia ipsorum suspicio de hæresi erat secreta, (vel ob aliam fortè causam statim exprimen-
60 dam) in nostro item Tribunali Meliten, vidi non semel abiurationem de leui publice fieri in Ecclesia Santissimæ Annũtiatæ, assas

secre-

secreto in cubiculo Illustris. Inquisitoris:
61 atque hunc vsum abiurandi de leui duplici modo secrete, vel publice, videtur approbare Carena dict. §. 6. num. 28. quandoquidem ibi affirmans quòd hæc abiuratio sit facienda secreto, addit particulam, *regulariter*, limitatiuam: subiungit tamen bene pro complemento huius materiæ ipse Carena per sequentia verba:

62 In tota tamen hac re maxima prudentia vti debent Inquisitores, & diligenter considerare qualitates delicti, personarum, & præcipue scandali: non tamen debet Inquisitor in vllo casu cogere confessarium sollicitantem ad abiurandum de vehementi publice, ne laici ex hoc à sacramento Pœnitétiæ retrahantur: sed ea abiuratio ad summũ fieri debet coram Inquisitore, Consultoribus Ecclesiasticis, & alijs Sacerdotibus, &
63 Curatis. hoc ille: Quod pari modo notauit prius Castr. Palaus tract. 4. disp. 9. pun. 11. num. 2. nec audiendus est vllo modo Cantera de hæret. cap. 1. nu. 65. vbi vult abiuratione m Confessarij solicitantis faciendam esse publice.

64 Præterea, cum abiurationes regulariter fieri soleant publice coram populo, ideo quòd sint faciendæ idiomate vulgari, & cũctis audientibus intelligibili, volunt omnes DD. ita Eymer. 3. par. Direct. in 4. modo terminandi processum, nu. 164. ibi, prædicta autem abiuratio in vulgari, vt ab omnibus intelligatur, Farinac. de hæres. q. 194. num. 18. & Caren. dict. tit. 11. §. 7. nu. 31.

65 Quod item in scriptis, seu per authenticam scripturam, siue confecto Instrumento publico debeat fieri abiuratio, patet ex Cõcil. Narbon. cap. 6. ibi, & de singulis fiant publica instrumenta, culpas abiurationis, promissionis, &c. & affert Pegna dict. commen. 40. vers. iam vt constet, Farinac. dict. q. 194. num. 15. Sousa lib. 2. Aphoris. c. 40. num. 6. & Caren. dict. §. 7. num. 32. & 33.

66 Addunt autem ijdem Pegna, Farinac. & Sousa, quod abiuratio sic scripta debeat ab ipso abiurante subscribi: quòd si scribere iste nesciat, subscribatur ab Inquisitore, &
67 à Notario. Sed bene resoluit Carena ibid. nu. 34. distinguendo de Tribunalib. S. officij, nam in illis Hispaniæ, casu quo abiurans nescit scribere, ait cum Paulo Garzia, in prax. fol. 36. subscriptionem fieri à Notario, & ab vno ex Inquisitoribus.

68 At in Tribunalibus Italiæ nullam tunc apponi subscriptionem, sed per abiurantem præsente Notario in fine scripturæ fieri signũ Crucis, quod etiam seruatur in nostro Tribunali Meliten.

69 Deinde abiuratio iuridica debet in se plura continere. Primò assertionem fidei catholicæ: deducitur clarè ex abiuratione Berengarij, ibi, *Cognoscens veram, & catholicam*, ac ibi, *consentio autem S. Romanæ, & Apostolicæ Sedi*; & ex alijs abiurationum formulis traditis ab Eymer. 3. par. Direct.
70 à num. 163. & ab alijs scriptoribus. Dicta verò fidei catholicæ assertio fieri debet cum expresso iuramento, iuxta cap. quoties 1. quæst. 7. & tradit idem Eymeric. ibi, *item iuro me credere corde, &c.* Pegna commen. 40. vers. in quo tamen, & cum pluribus, quos citat Farinac. de hæres. quæst. 194. numer. 16.

71 Secundo, continere debet abiuratio detestationem omnium, & quarumcunque hæresum in genere; & illius in specie hæresis, de qua abiurans reperitur inquisitus. Deducitur etiam ex eadem abiuratione Berengarij, ibi, *Anathematizo omnem hæresim, & præcipue eam, de qua hactenus infamatus sum*; & ex alijs abiurationum formis, quas proponit Eymer. loc. cit. & ibi docet Pegna, commen. 40. & Sousa, dict. cap. 40.
72 num. 9. Nec sufficit, si abiurans dicat, se esse Lutheranum, vel Caluinistam, & quòd detestetur in cõmuni errores Lutheranismi vel Caluinismi; sed debet eos in particulari exprimere, in quos lapsus fuit. ita cum prędictis auctoribus, & alijs tradit Carena, dict. §. 8. nu. 36.

73 Ratio autem, cur in abiuratione apponere debet abiurans clausulam illam, quarumcunque hæresum in genere, hæc assignatur ab ipsis, præcipue à Carena ibid. quia omnes hæreses habent inter sese quandam connexionem, ratione cuius prolabens in vna, reliquas omnes tenetur detestari, vt cũ Deo, & cum Ecclesia se complete reconciliet, seq. verum eius filium demonstret: atque hanc generalem clausulam esse exprimẽdam in abiurationibus de formali, & de vehementi, nullus est auctorum, qui id nõ concedat.

74 Sed quid in abiuratione de leui? non defuerunt olim, qui tenerent cum Eymer. in ea non esse exprimendam clausulam illam detestandi omnes in communi hæreses; quia ipse Eymer. eam omisit in formula abiurationis de leui, quam tradit 3. par. Direct. in 4. modo terminandi processum, cum expresserit in formulis abiurandi de vehemẽti, & de violenta suspicione, circa modum quintum, & sextum terminandi processum.

75 Quin & Pegna ibi, commen. 40. vers. & dũ hæc, ait se in Sancto vniuersalis Romanæ Inquisitionis Officio legens diuersas formulas abiurationis de leui, asseruatas in illius Archiuo, inuenisse hanc generalem detestationem omitti quandoque solitam, quandoque verò apponi.

76 Verum quidquid sit de tempore antiquo, hodie tamen verius est, & receptum ab omnibus Auctoribus, quòd in quauis abiuratione de leui debeat exprimi detestatio generalis omnium hæresum. Ita idem Pegna loc. cit. addens ibi, quod hoc teneret Reuerendissimus D. Petrus Duzina Sanctæ Inquisitionis Romanæ Assessor (hic primus, vt dixi in Proleg. nostrum Tribunal Meliten. In forma, in qua nunc est, funda-
77 uit) & quod Reuerendiss. P. Fr. Thomas Zobbius eiusdem S. Inquisitionis Commissarius

sarius affirmaret iam hoc seruari perpetuo in supremo illo Tribunali, ita etiam Farin. quæst. 194. num. 13. Diana par. 4. tract. 8.
78 resol. 18. Atque eundem esse stylum supremi Tribunalis Hispaniæ, & consequenter aliorum, quæ ei subijciuntur, docet Acuna de confess. solic. quæst. 24. num. 22.
79 Tandem continere debet abiuratio promissionem iuratam de non committendo amplius errores, & delicta, ob quæ reus S. Officij, ad abiurandum condemnatur. Patet ex formula proposita ab Eymer. 3. part. Direct. in quinto modo terminandi processum, ibi, *Item iuro, & promitto, quod talia, propter quæ me habetis suspectum, &c.*
80 *nunquam faciam*. Item de adimplendis, & sustinendis pœnis & pœnitentijs sibi iniunctis, sub pœna subiacendi sacrorum Canonũ dispositioni, idem Eymer. loc. cit. ibi, *quod*
81 *si aliquid de prædictis fecero, &c.* Item promissionem denunciandi quosuis hæreticos, vel suspectos de heresi. Ita Pegna commen. 47. num. 176. Sousa lib. 2. Aphor. capit. 4. num. 10. & Carena dict. §. 8. num. 39. Atque his absoluta Regula.

Abiuratio quibusnam personis iniungenda? in qua item ætate? & à quonam iudice potest iniungi?

REGVLA CCCLXXX.

82 Haereticis quibuscunque ab hæresi redeuntibus, aut de ea suspectis in S. Officio iniungi debet abiuratio, nec vllus ab ista, ratione alicuius priuilegij, eximi potest, cuiusuis sit status, gradus, conditionis, atque dignitatis quantumuis præmi-
83 nentis. Quoad ætatem verò censentur habiles ad abiurandum non solum puberes, siue mares, siue fœminæ, & maiores annis 14 & 12. sed etiam impuberes, ac minores imò, & in puerili ętate adhuc existentes, dummodo in hac materia sint doli capaces
84 Abiuratio item, vt sit iuridica, & teneat, iniungenda est à iudice competente, nempe ab Episcopo, & Inquisitore simul, & non ab vno sine altero, ex vi iuris communis; attento tamen iure peculiari, seu diplomate Pontificio alicuius loci, vel vsu, legitime recepto, aliquando à solo Inquisitore.

85 Agemus infra per caput integrum, & longissimum, percursis singulis materijs errorum contra fidem catholicam, de hæreticis particularibus, aut suspectis de hæresi, an, & qualiter; seu in quo gradu
86 abiurare debeant? Nunc tantum in communi loquimur, & vniuersaliter affirmamus quibusuis personis cuiusuis status, & conditionis, & quacunque dignitate fulgentib. hæresi infectis, & ab ea ad fidem redeuntibus, aut de hæresi suspectis, iniungendam esse in S. Officio abiurationem. Tradunt precipue Pegna 3. par. Direct. comment. 40 vers. His ita positis, Farin. cum alijs, quos citat, de hæres. q. 194. §. 2. num. 24. Sousa lib. 2. Aphor. cap. 40. numer. 3. Vbi bene
87 ait, nec dari priuilegium personam aliquã ab abiuratione excusans; & Carenæ dict. tit. 11. §. 9. num. 40. qui merito extendit ad quemcunque Imperiali etiam dignitate ornatum, ne dum minore.
88 Ad illud autem à Sousa peculiariter expressum, scilicet, non dari priuilegium personam aliquam ab abiuratione excusans, occurrit addendum, consequenter loquendo ad tradita per nos supra, quod non possit dari, aut concedi alicui tale priuilegium, si de abiuratione, secundum partes essentiales sit sermo: quia repugnat, quòd velit hæreticus redire, ac reconciliari cum Ecclesia Catholica, & non detestetur, seu (quod idẽ
89 est) abiuret hæreticam prauitatem. Si tamen sit sermo de abiuratione secundum partes ipsi accidentarias, certum est posse concedi, & dari dictum priuilegium: verũ de facto nunc non datur: inde efficaciter ostenditur, quia iura, & Concilia de abiuratione loquentia vtuntur terminis generalibus, & indefinitis, ergo generaliter, & indefinite pro quibuscunque personis intelligi debent, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstan. Pegna loc. cit.
90 Sequitur videndum, in quanam ætate abiuratio habeat locum, & an ab ista aliqui excusentur ratione illius? & quidem de puberibus, & de complentibus iam annos 14. in masculis, & 12. in fęminis, res est certa, quòd debeant abiurare. Patet ex definitionibus Concilij Tolosani, capit. 11. vbi sic: Vniuersi tam mares, quam fæminæ, masculi à 14. anno, & supra, fæminæ à 12. abiurẽt omnem hæresim extollentem se aduersus, Sanctam, & Catholicam Romanam Ecclesiam, & fidem orthodoxam, quibuscunque nominibus censeatur Concilij item Biterensis, cap. 31. fere eisdem verbis.
91 Præterea certa res est, quòd impuberibus infantiæ proximis nulla abiuratio sit iniungenda; quia ętas illa non videtur apta ad crimen hæresis committendum. Ex communi omnium docet Carena dict. §. 9. n. 41.
92 vbi ex Iul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 60. in princ. refert, quòd Senatus Mediolanen. iusserit absolui quendam minorem in contumaciam condemnatum, ex eo capite, quia compertum fuit, eum tempore condemnationis fuisse octo annorum; quanto magis debuisset absolui, si septennium, aut sexennium, vel quinquennium tantum complenisset, etiamsi vsus rationis iam adesset?
93 Controuersia itaque solummodo restat circa pueros, seu impuberes proximos pubertati, vt circa masculum decennem, & fęminam nouem annorum. Pro parte negante, quod huiusmodi impuberibus non sit iniungenda abiuratio, manifeste faciunt testimonia adducta Conciliorum Tolosani, & Biterren. atque pro eadem efficacem ratio-

tionem efformare possumus cũ Pegna dict.
94 commen. 40. vers. sed iudicio meo : Quia
tametsi secundum iuris doctores, teste glos.
in l. impuberem, ff. de furtis, & in l. 1. C.
de donat. & in l. pupillum, ff. de regulis
iuris, & in §. pupillus, verbo, proximus,
instit. de inutil. stipulat. incipiant impube-
res esse doli capaces; masculus in decimo
anno cum dimidio, & fœmina in nono cum
dimidio; idque verum sit quoad alia crimi-
na, vt furta, homicidia, &c. quę ex se sũt ma-
terialia, & crassiora non videtur tamen
habere locum prædicta doctrina quoad cri-
men hæresis, cum hoc ex sua natura sit spi-
rituale, & in actu mentis interno complea-
tur: ergo maior requiritur ætas, vt quis re-
spectu eius sit doli capax; & abiurare te-
neatur.
95 Nihilominus partem affirmantem cum
dicto Pegna, Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 40.
num. 4. & 15. Carena, dict. §. 9. num. 44.
& cum alijs amplectimur, nimirum posse
quandoque iniungi abiurationem impube-
ribus, si innotescat ex indicijs concurrẽ-
tibus, quod fuerit doli capax circa delictũ
hæresis, quod commisit, aut præsumitur cõ-
misisse, attentis circumstantijs qualitatis
personæ, ingenij, & articuli, contra quem
errauit, an sit ex illis, quos tenetur scire, vel
secus, & alijs similibus.
96 Ad id probandum adducit Pegna instru-
ctionem Valladolitanã ex Hispano idioma-
te in Latinum conuersam per ipsũ, quę cap.
12. circa hoc sic moderate disponit. *Item
constituerunt*, inquit, *vt minores ætate di-
scretionis tam masculi, quam fœminæ, non
teneantur publice abiurare, nisi post dictos
annos discretionis, qui est annus* 12. *in fœ-
97 mina, & 14. in masculo*, hæc ibi. Ex qui-
bus deducit Pegna, ante annos discretionis
posse pueros abiurare nõ publice, sed secre-
to. Hæc autem abiuratio an debeat esse de
formali, vel de vehementi, aut de leui, di-
scutit idem Pegna hoc loco, & tandem in
id declinat, quod possint pueri etiam de for-
mali abiurare: sed nos cap. sequenti oppor-
tune tractabimus.
98 Restat hic examinandum, à quonam iu-
dice sit abiuratio iniungenda? de hoc iam
satis à nobis libro pręcedenti tractatum,
& sufficienter ostensum, qualiter DD. Epi-
scopi, iuxta dispositionem Clemen. 1. §. pro-
pter, de hæret. in 6. vel per se ipsos, vel per
suos Vicarios seu Commissarios vna simul
cum DD. Inquisitoribus apud Tribunalia S.
Officij iurisdictionem exercere incipiant ab
infligendis tormentis (aut saltem à carcera-
tione, si carcer sit ita durus, vt magis ad
pœnam, quam ad custodiam inseruire videa-
tur) dein pari modo vna simul in tribuendo
gradu abiurationis, & proferenda senten-
99 tia definitiua prosequantur: ita, vt ex præ-
dictis nec Episcopus sine Inquisitore, nec
Inquisitor sine Episcopo quidquam valide
præstare queat. Ita Sylu. hæreticus 2. n. 10.
Simanc. Cathol. Inst. tit. 34. num. 22. & 37.
Clar. in pract. crim. §. hæresis, num. 5. Ey-
mer. 3. par. Direct. quęst. 47. num. 1. & ibi
Peña, commen. 96. ac alij.
100 Quamuis autem in dict. Clemen. conce-
deretur Episcopis, seu locorum Ordinarijs,
vt quiuis eorum sine Inquisitore contra de-
latum in materia fidei posset citare, & arre-
stare, siue capere, ac tutæ custodiæ manci-
pare, ponendo etiam in compedibus, vel
manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum,
nec non inquirere contra illum, ac proces-
sum formare: prædicta tamen omnia quoad
Tribunalia S. Officij Hispaniarum, illis postea
sublata fuerunt per Bullas peculiares sum-
morum Pontificum, per quas Episcopis, &
alijs Ordinarijs iniungitur, vt hæc Inquisi-
toribus relinquant, neque in eis se intro-
mittant. Dictarum Bullarum, & dispositio-
nis in ipsis contentæ meminerunt Molina,
tract. 5. de iust. disp. 28. numer. 13. & post
alios Trasmiera lib. 3. de polyg. quæst. 18.
numer. 3.
101 Qui ibi exprimit modum auferendi ab
eis iurisdictionem circa illa: nempè, quod
auocauerit Papa Sixtus IV. causas S. Offi-
cij ad se, & postea delegauerit eas Genera-
li Inquisitori Hispaniarum, & particulari-
bus Inquisitoribus per istum creatis, cum
moderatione tamen dicta (hanc ipse indi-
cat ibid. num. 14.) quod teneantur commu-
nicare Episcopis, seu Ordinarijs, aut ipso-
rum Vicarijs præcipuas causarum partes,
& ex voto ipsorũ decisiuo, ac subscripto ad
torturam infligendam, imò ad carceratio-
nem duri carceris, modo dicto, ad gradum
abiurationis assignandum, & ad prolatio-
102 nem sententiæ definitiuæ deuenire. Cau-
sas magis vrgentes sic auocandi, & dele-
gandi erudite adducit ipse Trasmiera ibid.
à num. 3. vsque ad 13. quem legas quæso, &
non pœnitebit.
103 Praxim autem talis communicationis,
de qua sæpius audieram, non adhuc ab
hinc anno apud Tribunal S. Inquisitionis
Regni Siculi inopinato hisce oculis vidi:
Nam dum Panhormi tempore Congrega-
tionis Prouincialis vix per 25. dies mansi,
ab Illustrissimis DD. Inquisitoribus Trasmie-
ra, Brauo, & Chameros ter ad sacrum eo-
rum Concistorium secretum admodum
honorificè admissus fui; imò ab ipsis roga-
tus secunda vice illuc accessi, & interfui,
dum ageretur de causa grauissima cuiusdã
vetulæ, quæ pactum expressum cum dæ-
mone diu habuerat, & ab eo ad diuersa
104 loca delata fuerat. Interfuit etiam tunc
vir doctissimus, & religiosissimus P. Magi-
ster Vincẽtius Cãdidus de Illustrissima Fa-
milia Sancti Dominici, non vt Consultor,
sicut alias (nam 32. annorum spatio munus
Consultoris ibi hucusque exercuit) sed vt
Iudex, seu vt Commissarius illius Episcopi,
cuius dicta vetula ouis erat. Iamdiu enim
inter Episcopos totius Regni Siculi, & In-
quisitores conuenit, vt pro tractandis, &
decidendis maiori cum exactione, & secre-

tò

rò causis fidei vnus, idemque vir doctissimus, ac valde practicus, eis nomine illorũ semper, vt iudex, assistat, ac vices vniuscuiusque ipsorum gerat. Vnde dictus Magister Candia post subscriptionem DD. Inquisitorum coram me subscripsit, &c.

105 Quoad reliqua verò Tribunalia S. Officij, præter illa Hispaniarum, consuetudine legitima præscriptum est, vt soli Inquisitores, de causis hæresis cognoscant, cum moderatione tamen expressa in dict. Clem. 1. §. propter, quòd circa carcerationem nimis duram, circa tormenta infligenda, circa abiurationem assignandam, & sententiam definitiuam, Inquisitor cum Episcopo, seu Ordinario cõmunicare teneatur, nec vnus sine alio quicquam valide agere possit. Ita Sanctarel. tract. de hæres. cap. 40. dub. 2. n. 15 & post alios Castr. Palau. tract. 4. disp 8.

106 pun. 14. num. 16. Vbi peculiariter loquitur de indicenda abiuratione de vehementi, & à fortiori idem erit, si sit indicenda abiuratio de formali, vt ipse Castr. Palau. num. 17. docet ex communi omnium.

107 Sed quid, si quis aliquam sectam, vt Mahometismum, corde, aut saltem actu tantùm externo amplexus est, & postea se sponte non præuentus coram Inquisitore præsentat, poterit ne ab isto solo, sine Episcopo, aut Commissario eius, reconciliari iniuncta abiuratione debita? Molina tract. 5. de iust. disp. 28. num. 16. vers. idem dicen-

108 dum, affirmanter respondet; eo, quòd hæc reconciliatio, & abiurationis iniunctio fit secreto, & stante spontanea eius comparitione non est dubitandum, quòd sit hoc modo reconciliandus: ergo non requiritur Episcopi, seu Ordinarij consultatio, ne dum iurisdictio ad hunc effectum.

109 Verùm partem negantem, cui adhæreo, vti certam, & iuri conformem valde merito tuetur idem Castr. Pala. dict. nu. 17. Primò, quia in dict. Clem. 1. & in cap. per hoc, de hæret. in 6. absolutè, & generaliter absque vlla distinctione inter sponte comparentem, & delatum, seu præuentum, disponitur, vt inquisitor nihil decernat de ibi expressis sine Episcopo, neque hic similiter sine illo; & vbi ius non distinguit, nec

110 nos distinguere debemus. Item quia hæreticus, aut suspectus de hæresi sponte cõparens in Sancto Officio, si post abiurationem, & reconciliationem ibi acceptam relabatur denuò in hæresim, sine dubio pœnas relapsorum, mortis scilicet, confiscationis bonorum, &c. contrahet (de hoc nos infrà ex professo) sicut si fuisset prius denunciatus, aut præuentus; ergo &c. vbi enim concurrit eadem ratio, debet etiam

111 concurrere eadem iuris dispositio. Nec vales dicere, quòd reconciliatio sponte cõparentis fiat secreto, atque ei certo, ac necessario tribuenda; nam etiam hæretico publice denunciato, pœnitenti, & reconciliari volenti, nequaquam potest negari reconciliatio: Atque hæc est communis sententia Doctorum, quod indicat idẽ Castr. Palau. affirmans, nullum ex eis cum Molina circa hoc sentire.

112 Hìc verò discutit, & resoluit aliud dubium idem Castr. Palau. n. 18. per sequentia verba. Sed quid, inquit, dicendum, si de facto contingeret, Episcopum sine Inquisitore; aut Inquisitorem sine Episcopo ad abiurationem cogere: talis sic abiurãs manebit ne subiectus pœnæ relapsi? Affirmat Pegna 3. par. Direct. comment. 97. q. 47. versic. Rursùs dico; quia nullibi cautum est, hanc abiurationem factam coram solo Inquisitore, vel Episcopo, nullam esse, etiãsi cautum sit fieri non debere coram vno so-

113 lo. Nihilominus contrarium reputo probabilius. quia in dict. Clem. 1. de hæret. §. duro, postquam Pontifex dixerat, non posse Inquisitorem absque Ordinario, vel è contra, ad sententiam contra reos procedere, concludit, *Non valebit: & si secus præsumptum fuerit, irritum sit, & inane ipso iure*. Sed id, quod irritum, & inane est, nullum præstat effectum; ergo hæc abiurationis sententia non subijcit reum obnoxium pœnæ relapsus, quę est effectus le-

114 gitimæ abiurationis. Ita ille, cuius resolutio non solùm probabilior, vt ipse ait, sed etiam certa, & omninò conueniens mihi videtur.

115 Excipitur tamen casus per ipsam Clemen. 1 peculiaris, in quo quiuis illorum solus potest valide, & licitè contra reum Sancti Officij siuè delatum, siuè sponte comparentem procedere, iniungendo abiurationem, &c. nempè, quando ab Inquisitore requisitus Episcopus, aut è contra, intra octo dies à primo instãti requisitionis enumerandos non potuit, aut noluit conuenire per se, aut vices suas alicui committere, & suum consilium, ac consensum significare, illis transactis, eo ipso requirens liber manet, ita, vt solus munus exercere queat. Ita glos. ibi verb. consensum, in fine Anchar. num. 4. Imol. num. 13. Zabarella, n. 11. & alij, quos adducit, & sequitur Farin. de hæres. quæst. 186. num. 108.

116 Quamquam autem ipse Farinac. limitans asserit num. 97. non procedere, vbi requisitus nequiuit conuenire ob infirmitatem corporis; citatque pro hac parte Bonifacium de Vitalinis in dict. Clem. 1. num. 75 vers. si propter infirmitatem: limitationem tamẽ huiusmodi merito reijcit Castr. Palau. efficaci ratione motus, quia textus Clemen. generaliter absque vlla restrictione loquitur; ergo per particulam, *si non potuerit*, debet intelligi de quauis impotentia, vndecumque proueniente, vel ob infirmitatẽ, vel ob absentiã, vel ob vim inīctã, &c. quia par est ratio de vna atque de altera.

117 Tandem addit bene ipse Castr. Palau. cum Anchar. Zabarell. & Farinac. num. 110. si transactis illis octo diebus requisitus conueniat, aut vices suas committat, re adhuc integra, quòd admitti debeat. Ratio est, quia

quia terminus ille octo dierum assignatus, est, non vt requisitus siue Episcopus, siuè Inquisitor, haud conueniens intra ipsum excludatur, sed vt in fauorem fidei, causæ S.Officij citius expediantur: ergo si conuenerit post illum terminum, & res adhuc sit integra, admitti debet ad iudicandum, iuxta Clemen. 1.

118 Conueniẽtes autem Inquisitor, & Episcopus, seu Ordinarius, si in iudicando reo circa quoduis ex prædictis capitibus, nimis duri carceris, torturæ, abiurationis, ac sententiæ definitiuæ inter se nequaquam concordent, quid tunc faciendum? Deciditur ab ipsa Clem. 1. quod in tali casu debeant remittere causam summo Pontifici, seu Sacræ Congregationi S.Officij Vrbis, transmissa illuc summaria eius informatione. Tradunt Molina tract. 5. de iustit. disp. 28. num. 14 Eymer. 3. par. Direct. quæst. 50. & ibi Pegna, comment 99 vers. iam illud, ac præter Farin. & alios ab ipso citatos, q. 186.

119 num. 64. Castr. Palau. ibid. num. 15. Qui cum Molina citato addit id, quod omninò certum in Tribunalibus Sancti Officij particularibus Hispaniarum, ex vi priuilegij Sedis Apostolicæ, causam remitti Inquisitori Generali, & eius Senatui, & prout ipsis videtur exequutioni mandari.

120 Denique vltima particula in fine nostrę Regulæ apposita, maximè pro causis Sancti Officij Meliteñ; nam vt alias non semel diximus, per Breue Apostolicum Gregorij XIII. incip. Mouent nos, quo D. Petrus Duzzina istius Tribunalis Inquisitor constituitur, iuri dict. Clemen. 1. de hæret. in 6 & cuiuis simili iuri antiquo, manifestè maiori ex parte derogatur, ibi. Ita tamen, quod vbi contingat procedi cõtra Fratres, & Milites prædictos, & illorum Religiosos, seu Confratres, donatos, familiares, & domesticos, procedas vna cum Episcopo Meliteñ, &c. Quo verò ad alios præfatos per te ipsum, iuxta formam sacrorum Canonum,

121 &c. Atque ex tunc, nempè ab anno 1574. Die prima Augusti vsque ad præsens, sic iugiter fuit vsu receptum, vt soli DD. Inquisitores officium iudicis exercuerint, circa quorumcunque causas (exceptis subditorum Religionis Hierosolymitanę) quoad omnia capita, vt edictum publicandi, inquirendi, citandi, carcerandi, torquendi, abiurationem assignandi, & sententiam definitiuam proferendi, &c.

122 Nec valet, si quis dicat, quòd DD. Episcopi Melitenses, etsi non per se ipsos immediate dictis causis assistant, nec ad earũ decisionem vna cum DD. Inquisitoribus Meliteñ conueniant; id tamen semper pręstent per suos Vicarios Generales. Nam, licet isti, quoties habetur Congregatio in nostro Tribunali S. Inquisitionis, vocari, & si velint, ei interesse soleant, & primo loco circa quamuis causam propositam suffra-

123 gium ferant; hoc tamen nequaquam, sicut nec reliquorum Consultorum est decisiuum, sed merè consultiuum, vt in primo lib. nostri operis agentes de Consultoribus S.Officij docuimus, ob eam rationem, quia nec Vicarius Generalis, nec vllus Consultor subscribit vlli sententiæ, aut decreto. Atque hactenus dicta pro re præsenti sufficiant, & pro decisione dubij, à quonam iudice sit indicenda abiuratio?

Qualisnam probatio requisita, vt abiuratio iniungatur? quid si reus nolit abiurare? abiurans verò quiuis an, & quando absoluendus?

REGVLA CCCLXXXI.

124 NEquit reo S.Officij abiuratio aliqua iniungi, nisi delicti contra fidem Catholicam, propter quod ea iniungitur, sufficiens, & legitima probatio pręcedat: atque hæc pro diuersitate gradus, seu speciei abiurationis, diuersa, seu maior,

125 vel minor esse debet. Quod si is, de quo non constat, quòd sit hæreticus, vel apostata à fide, sed tantum præsumitur, nolit abiurare, per excommunicationem ad id inducendus, vel sacra Congregatio Vrbis

126 certioranda, vt prouideat. Quouis autem modo inductus, in quocunque gradu abiurauerit, nequaquam deneganda ei absolutio, sed omninò pro salute animę ab Inquisitore in foro externo impertienda, post factam tamen abiurationem.

---

127 QVoad primum ex tribus punctis in titulo indicatis, & per doctrinam Regulæ expressis, supponitur prorsus certum, quòd debeat præcedere probatio delicti contra fidem, vt reis in S.Officio possint tuto Inquisitores abiurationem iniun-

128 gere. Sed qualemnam? Sic in communi quærit Carena 3. par. tit. 12. §. 5. & resoluens descendit ad particularia, distinguitque duplicem casum, nempè, vel quòd sit indicenda abiuratio de formali, & tunc non minor requiritur hæresis probatio, quàm propria ipsius inquisiti confessio: vel item, quòd cogendus sit reus ad abiurandum de vehementi, aut de leui; atque ad vtramque omninò necessarium est, præcedat plena probatio per similem confessionem, vel per testes, aut alio modo illius dicti, vel facti; ex quo leuis, aut vehemens oritur hæresis

129 suspicio contra ipsum reum. Quam resolutionem Carenæ, quæ sine dubio vera est, nos cum ipso, & cum Pegna, Farinac. Sousa, & alijs citandis extendemus magis infrà duplici capite sequenti, adductis varijs exẽplis vniuscuiusque materiæ, ex pertinentibus ad S.Officium.

130 Pro præsenti autem loco sufficit, si in communi ad ostendendam Regulæ doctrinam dicamus; quòd quemadmodum, vti ex Farinac. in prax. quæst. 1. num. 47. & ex

Marti-

Martino del Rio, lib. 5. magic. disquis. sect. 3.
& ex alijs iam alibi attulimus, eo clariora,
& verisimiliora, ac magis vrgentia requi-
rantur indicia, quo actus iudicialis maio-
ris præiudicij fuerit reo, vt ad condemna-
tionem, quàm ad torturam; ad torturam,
quàm ad carcerationem; & ad hanc, quàm
ad inquisitionem, idque ex vi æquitatis na-
131 turalis; ita pari modo in probationibus
ad exercendos actus iudiciarios contra reũ
requisitis, quò aliquis ex eis est magis prę-
iudicialis ipsi reo, eò efficacius probari de-
bent indicia, quibus iudex ad illum indu-
citur.
132 Et quidem pro nostro instituto apparet
manifestè, ex omnibus actibus iudiciarijs,
qui ab Inquisitore exerceri solent, inquisi-
tum in S. Officio per nullum ita rigorosè
aggrauari ac per iniunctionem abiuratio-
nis, ob effectus, qui istam consequuntur,
si ille relabatur, multiplicis pœnæ, imò &
in primo lapsu, quoad religiosos, inhabili-
tatis ad gradus, & dignitates Religionis, vt
paulò ante cum Diana, & Carena diximus,
iuxta decretum de consensu Vrbani VIII.
à Sacr. Congregatione S. Officij Vrbis edi-
133 tum. Idem etiam, quòd per iniunctio-
nem abiurationis reus magis aggrauetur,
innotescit clariùs in sponte comparenti-
bus coram Inquisitore, respectu quorum
alij actus iudiciarij, vt carcerandi, tor-
quendi, pœnis mulctandi, &c. prorsùs omit-
tuntur; at actus iniungendi abiurationem
numquam omittitur, vt ex communi om-
nium tradit Praxis illa m. s. c. 4. Vnde pręiu-
dicialior est reliquis: ergo ad ipsum prære-
quiritur probatio delicti legitima iam in-
dicata, & magis infrà indicanda.
134 Dein circa secundum punctum præno-
tare oportet; quòd tripliciter potest con-
tingere, vt reus S. Officij nolit abiurare: vel
quia licet admittat errores contra fidem,
de quibus est conuictus, non vult eos de-
testari, sed in eis pertinaciter permanere;
& de huiusmodi pertinacibus non modò,
sed infrà agendum; vel è contra, quia pror-
sùs negat tales errores, & talia facta hęre-
tica, de quibus conuincitur, & consequen-
ter non vult abiurare, ac similiter neque
de istis sic negatiuis est hic nobis sermo, sed
135 erit alibi. Vel denique quia non defen-
dit pertinaciter obiectos ipsi errores, nec
eos negat, sed fatetur saltem facta, ex qui-
bus pręsumptio eorum leuis, aut vehemens
insurgit, atque hinc tali reo, aut ex vrgen-
tibus indicijs abiuratio indicitur, ipse ta-
men abiurare recusat: & iste est casus, de
quo in præsenti.
136 Decisio autem ei facilè à Farinac. de
hæres. quæst. 194. n. 34. à Sousa lib. 2. Aphor.
cap. 40. num. 16. à Carena, dict. tit. 12. §. 11.
num. 47. vers. secundus casus, & ab alijs tri-
buitur secundùm doctrinam Eymer. 2. part.
Direct. quæst. 55. num. 15. vers. sed quid age-
tur. quam laudat ibi Pegna, dicens esse
omnibus numeris absolutam, nempè quod
huiusmodi reus S. Officij nolens abiurare
non sit statim relaxandus, sed priùs ad in-
ducendum ipsum, vt abiuret, excommu-
nicatione ipso facto feriendus; in qua, sic
ex causa fidei lata, si per annum insorduc-
rit, tunc vti hæreticus impenitens brachio
sæculari tradendus: quam tantorum viro-
rum decisionem non possum non approba-
re, & libenter amplecti.
137 Verùm adhuc circa peculiarem casum,
qui potest occurrere, manet mihi aliquale
dubium, nimirum, si quis reus S. Officij pa-
ratus sit abiurationem emittere, secundùm
partes ei intrinsecas, & essentiales tantùm,
detestandi errores contra fidem catholicã,
& promittendi in ea firmiter permanere;
recuset tamen abiurare secundùm partes
ipsi accidentarias, seu integrales, iuxta di-
stinctionem à nobis traditam, vt quòd fiat
cum tali solemnitate cum iuramento, quo
se obligat reus ad pœnam relapsorum, &c.
138 Et videtur dubium magis habere vim re-
spectu illius, qui non præuentus sponte cõ-
paret coram Inquisitore. Vnde, quamuis
hic tuto procederet contra illum, cogen-
do ad abiurationem etiam secundùm par-
tes accidentarias, inflicta ipsi excommuni-
catione, &c. ex sententia Eymer. prędicto-
rumque auctorum.
139 Consultius tamen, & tutius, meo qui-
dem iudicio, faciet, si occurrente casu non
vlterius progrediatur, sed statim ad Sacr.
Congregationem Vrbis cum plenaria in-
formatione scribat, & inde expectet ordi-
nem, & modum procedendi contra illum
sic nolentem abiurare. Nam fortè Purpu-
rati Patres de consensu Sanctissimi Domi-
ni Papæ, qui dictæ Congregationi perpe-
tuò assistere solet, conuenientius iudica-
bunt, vt cum huiusmodi reo, maximè si
sponte comparuit, mitius procedatur;
140 præsertim si originem ducat ab aliqua
natione ex illis, penes quas vnicuique per-
missum est cum summa conscientiæ li-
bertate, sectam, seu Religionem, quam
voluerit, relicta Christiana, impune ample-
cti: expediens hic id addendum duxi.
141 Superest pro diuisione tertij puncti discu-
tiendum duplex dubium, an quiuis abiurãs
in S. Officio, sit absoluendus per Inquisitorẽ
ab excommunicatione, quam contraxit,
aut præsumitur contraxisse? item quando
hęc absolutio ei impertienda? post abiura-
tionem ne, an prius? Circa hoc secundum
audi Carenam dict. tit. 12. §. 10. sic dicentẽ,
142 Scaccia, inquit, de sent. & re iudic. glos.
14. quæst. 7. n. 178. ponit formulã cuiusdã
sententię, & abiurationis latæ in Inquisitio-
ne insulæ Melitensis: in qua primo ponitur
sententia, mox sequitur absolutio ab excom
municatione, & dein abiuratio, atque
stylum illum non posse improbari. Ita ille
refert, & exprimit mentem Scacciæ.
143 Suam autem exprimens nu. 46. ait, quòd
neç laudet, nec damnet talem stylum: sed
quòd contrarius abiurandi priùs, & postea
absol-

absoluendi, sit magis sine dubio conformis
iuri, & rationi; quia ex vi eius absolutio tri-
buenda est reo S. Officij bene disposito, &
censetur bene dispositus post abiuratioñe,
vt egregie docet Eymer. in 6. modo termi-
nandi processum, num. 177. quem meritò
144 omnes sequuntur. Atque addit idem Ca-
rena hũc stylum seruari in omnibus Tribu-
nalibus Italię, & Hispaniæ, ac de istis addu-
cit ex Paulo Garzia, fol. 33. ibi, y fecha la
dicha abjuracion, mandamos absoluer, y
absoluemos à dicho fulano de qualquier sẽ-
145 tencia de excommunicacion. Quod etiã
idem seruetur in nostro Tribunali Meliten.
testis, vt Consultor, fui iugiter oculatus
per integros 39. annos. Nec equidem de illa
sententia, cuius meminit Scaccia, quicquã
vnquam audiui, vel legi in processibus anti-
quis, quos occasione præsertim elaborandi
mea Prolegomena, sępius diligenter euolui.
Firmum itaque maneat, post abiurationem
esse impertiendam absolutionem.
146 At cui nam? an cuicunque abiuranti?
ansam dubitandi præbuit mihi Carena dict.
tit. 12. §. 10. vbi sic quærit. An ante abiu-
rationem hæreticus sit absoluendus ab ex
communicatione? & respondet modo di-
cto, nihil exprimens de illo, qui est suspe-
ctus de hæresi, & abiurat de leui, aut de
vehementi, sit ne huiusmodi abiurans pari
modo absoluendus? Expresse tamen docet
benè ipse Carena 2. par. tit. 11. §. 11. esse tri-
buendam absolutionem cuiuis abiuranti,
147 de leui, vel de vehementi. Maiorem ve-
rò dubitandi ansam mihi præbuit id, quod
annorum præterito Panhormi ab Illustris-
simis DD Inquisitoribus Regni Siculi au-
diui. Cùm enim ter, vt paulò ante dixi, ad
sacrum eorum Consistorium secretum ad-
missus fuissem, prima vice post consultatio-
nem mecum factam circa causam grauem,
quæ tunc ibi discutiebatur, de diuersis ab
eis fui interrogatus, præsertim, an in no-
stro Tribunali Melitensi daretur absolutio
abiurantibus de leui, aut de vehementi?
de quo quæsito non parum admiratus sum;
cumque affirmanter respondissem, ac ipsi
subiunxissent, apud Tribunal Siculum nun-
quam absolui reos abiurantes de vehemen-
ti, aut de leui, magis excreuit admiratio.
148 Nihilominus perstiti in affirmatiua (sic
cuiuis bene sentienti persistendum iudico)
eamque forti ratione ita ostendi; quia in
suspecto de hęresi duo pręsumũtur, & quòd
sit hæreticus, & consequenter quòd sit ex-
communicatus: primum per abiurationem,
secundum verò per absolutionem sub con-
ditione aufertur, cui rationi maximè Illu-
strissimus Transmiera valdè acquieuit.
149 Imò addidi, in nostro Tribunali Melitensi
fuisse semper vsu receptum, & verè nunc
est, me teste, vt absoluantur rei sub con-
ditione absque vlla abiuratione expediti,
sed cum sola professione fidei, aut etiam ali-
quàdo cum aliqua correptione. Atque prę-
dictis iam Regulæ, & cap. finis imponatur.

CAPVT IV.

De aliquibus modis in particulari terminandi processus, seu expediendi causas fidei in Sancto Officio per abiurationes, aut de leui, aut de vehementi, aut de violenta suspicione, aut de formali.

PROOEMIOLVM.

1 TRADITIS præcedenti cap, ijs, quæ communia sunt quadruplici gradui, seu speciei
abiurationis, iam ad exprimendum peculiariter vniuscuiusque naturam, & pro-
prietates, seu effectus descendimus. Pro tribus prioribus prænotanda doctrina
illa alibi à nobis indicata, quam ex iure tradit egregiè Eymeric. par. 2. Direct. q. 55.
nempè quòd triplex de hæresi, seu de apostasia à fide suspicio reperiatur. Prima, dicitur
suspicio modica, seu leuis, in cap. Accusatus, de hæret. in 6. Secunda, item dicitur ma-
gna, quæ in dict. cap. Accusatus, vocatur vehemens, & ibi hanc particulam exponit sic Ar-
chidiaconus Vehemens autem idem est, quod fortis. Tertia denique est suspicio maxima,
vocata etiam violenta in eod. cap. Accusatus, & cap. Cum contumacia, de hæret. in 6. &
2 infrà pluribus indicabitur. Dein prænotandum, intra latitudinem vniuscuiusque dictarum
suspicionum dari necessario magis, & minus, vt per se constat; nam extat suspicio hæresis
minus, & magis, ac magis violenta, imò violentissima; magis etiam, & minus vehemens;
similiter magis, ac minus leuis, quin & leuissima, iuxta qualitatem indiciorum, & proba-
tiones ipsorum, ex quibus suspicio hæresis insurgit. Atque his prænotatis, iam faciliùs de
vnaquaque sigillatim specie abiurationis agemus.

Quænam hæresis suspicio inducit ad abiurationem de leui? vel secus? hæc item qualiter sic abiurantem afficit?

REGVLA CCCLXXXII.

3 OB quamcunque modicam, seu leuem hæresis suspicionem, dum intra terminos huiusce leuitatis manet, iniungenda est reo S. Officij sola abiuratio de leui, & minor pœna ei imponitur, quam si aliter
4 abiuraret. Vnde, quamuis post dictam abiurationem de leui, iterum in eandem, aut in diuersam hæresim incidat, puniendus quidem grauius, pœnam tamen relapsorũ
5 nequaquam incurrit. Propter leuissimam autem hæresis suspicionem nulla vnquam inquisito indicitur abiuratio, sed cum sola fidei professione, vel prohibitione facti, aut cum aliqua correptione, iniunctis pœnitentijs salutaribus absolutus sub conditione ad cautelam expeditur.

---

6 DVplicem modum terminandi processum expendimus in hac Regula, vtrũque valde vsu receptum: alterum cum sola de leui abiuratione, alterum etiam sine ista, sed tantùm cum fidei professione, vel cum nonnulla correptione. De priori tractat ex professo Eymer. 3. par. Direct. n. 161. & seqq. Vbi primò sic proponit titulum De quarto modo terminandi processum fidei per abiurationem de leui; deinde prosequitur per sequentia verba.
7 Quartus, inquit, modus processum fidei finiendi, & terminandi est, quando delatus de hæresi, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur tantum suspectus de hæresi leuiter: & hoc est, quando delatus de hæresi nõ deprehenditur nec confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima, nec alias sunt indicia fortia, seu vehementia de illa hæresi contra eum, sed tantummodo modica, & leuia, & talia esse per consilium indicata; propter quæ vt suspectus de hæresi potest, & debet vt talis, illam hæresim, de qua delatus existit, abiurare: ita ille, qui ibi proponit per extensum formam ferendi sententiam contra suspectum de leui, & formam abiurandi de leui: videas apud ipsum.
8 De eodem etiam ipse Eymer. aliquid prius dixerat, par. 2. Direct. quæst. 55. n. 9. & 10. summarij, nempè. Et vbi, inquit, quis sic inuenitur de hæresi leuiter suspectus, nullatenus est hæreticus, nec habendus, sed debet sibi indici canonica purgatio, vel iniungi tanquam pro leui abiuratio. Hæc ibi: & quod sit de abiuratione pro leui, ostendit ex capit. Accusatus, de hæret. in 6. Atque circa hoc moderationem adhibere intendit Pegna ibi, comment. 86. sic.
9 Quantum, inquit, ad hunc locum attinet, de iniungenda purgatione, vel abiuratione pro suspicione leui, illud omninò putarem obseruandum, quod optimè admonet Iacobus Simancas de Cathol. Instit. tit. 50. num. 28. & seq. scilicet periculosum esse ob leues suspiciones trahere in iudiciũ hominem honestum, & probum, eumque de fide interrogare: ergo personarum ratio habenda erit; nam ex leuibus suspicionibus, probabilibus tamen, aduersus viles, & improbos procedi poterit, vt intelligatur, quid pectore gerant; contra probos verò, & honestos non ita facile. Hactenus Pegna, & addit alia ad idem propositum.
10 Nihilominus Eymer. absolute, & absque distinctione personarum loquitur, & eodẽ modo loquuntur alij adhærentes ei, maximè ex recentioribus, vt Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 40. nu. 11. & Farinac. cum multis, quos citat, de hæres. quæst 187. num. 31. & q. 194.
11 num. 27. Et quidem circa aliquas materias particulares, vt videbimus cap. seq. vix, aut nunquam occurret casus in personis vilibus, sed solùm in honestis, quod quis ob suspicionem hæresis leuem debeat abiurare de leui, vt circa materiam solicitationis in confessione, circa materiam librorum prohibitorum, &c.
12 Abiurantibus autem de leui minor pœna infligenda est, quam si aliter abiurarent, vt bene docent Pegna, dict. comment. 4. & Sousa dict. cap. 40. num. 14 addentes, quod sint imponendæ eis pœnitentiæ contrariæ ijs, quæ commiserunt, arbitrio Inquisitorum, considerata delicti, & personæ cuiusque delinquentis qualitate. Atque circa hoc meritò collocãda differentia inter personam vilem, & honestam, etiamsi de vtraque sit eadem, & æqualis suspicio criminis contra fidem, & vtrique æqualis abiuratio
13 de leui iniungatur. Nam vilis rationabiliter sic posset puniri, quod inter Missarum solemnia stare debeat ad ianuam Ecclesiæ cum inscriptione delictum exprimente, cũ
14 candela accensa, &c. At persona honesta sic, quod teneatur eleemosynam elargiri construendo aliquod pium locum, aut Ecclesiam dotando: & hoc cum Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 7 & Carer. in tract. de hæret. num 118, vers. aut attendet Inquisitor, notat bene Farinac. de hæres. quæst. 187. num. 33.
15 Subiungit tamen optimè statim num. 34. idem Farinac. ex mente omnium, præcipuè Archidiac. in cap. vt officium, num. 9. vers. sed illa signa, de hæret. in 6. & ibi Ioan. And. num. 2. & Geminian. num. 6. Rojas in tract. de hæret. par 2, assert. 6. num. 148. Sylu. in verb. hæreticus, §. 2. num. 7. Simanc. Cathol. Instit. tit. 50. num. 27. Mascard. de probat. lib. 2. conclu. 867 num. 7. Menoch. cons. 82. num. 155. lib. 1. & plurium, quos citat quod ad iniungendam abiurationem de leui reo S. Officij de hæresi suspecto, & consequenter ad infligendas ei dictam pœnam, ac pœnitentiam, debeant plenè probari indicia

leuia, & præsumptiones, ac coniecturæ, ex quibus suspicio hæresis contra ipsum dima-
16 nauis. Verbi gratia, vt exemplificat Carena par. 3. tit. 12. num. 17. nequit iniũgi vlla abiuratio, &c. polygamo, aut solicitanti in confessione, nisi prius plene probetur polygamia, vel solicitatio, ex quibus suspicio hæresis (vehemens ne, aut leuis, videbimus cap seq.) contra illos oritur.
17 Sed quid, si is, qui abiurauit de leui, in eandem, vel diuersam hæresim incidat? Cõcordant omnes, iuxta textum, in cap. Accusatus, de hæret. in 7. quod licet non incurrat pœnam relapsorum, nec tradendus sit brachio sæculari, grauius tamen puniri debet, quàm si prius non abiurasset. Ita Eymer. 3. par. num. 161. vers. Quartus modus ibi, & talis, si relabatur, pœna relapsis debita non punitur (hoc magis explicabitur Reg. seq.) licet grauius tunc fuerit puniendus, quam si non in antea abiurasset. Vbi Pegna dict. commen. 40. & Sousa, libr. 2. Aphor. cap. 40. num. 12.
18 Pro maiori autem huiusce rei declaratione, ex me addo, posse contingere dupliciter, vt quis denuo post abiurationem de leui, in eandem, vel diuersam hæresim incidat. Primo, si deprehendatur in secundo lapsu hæreticus formalis, & tunc iniuncta abiuratione de formali, cõdemnatur ad pœnam ordinariam; quænam ista sit, & qualiter dicta abiuratio de formali iniungatur, dice-
19 tur à nobis infra. Secundo, si adsint, quando iterum labitur, eadem indicia leuia, ex quibus oritur leuis suspicio hæresis, & tunc inflicta maiori pœna extraordinaria, iterari
20 debet ipsamet abiuratio de leui. Aut forte iniungenda abiuratio de vehemẽti, eo quod talia indicia ex se leuia transeant in vehemẽtia, attenta hac circumstantia, quod reus similia committere consuescat.
21 Sequitur agendum de altero modo terminandi processum in fidei causis absque vlla abiuratione canonica, sed cum sola fidei professione, vel prohibitione facti, aut cum aliqua correptione, vbi tantum adest leuissima suspicio hæresis, vel apostasiæ. Miror equidẽ hunc non fuisse repositum ab Eymer. inter illos tredecim, quos 3. par. Direct. à n 141. adducit, & explicat; nec vllum inuenio ex scriptoribus à me citari solitis, qui de ipso ex professo tractet; cũ tamen eius vsus apud quæuis S. Inquisitionis Tribunalia sit frequẽtissimus. Plura, ac varia proponentur exempla cap. seq. nunc vnum, vel alterum accipe ex nostro Tribunali.
22 Propositum fuit dubium Sacræ Congregationi Vrbis à DD. Inquisitoribus Melitensibus circa eum baptizatum, qui captus à Turcis in ætate insantili adhæsit corde sectæ Mahometanæ, credens in ea posse saluare animam suam, nec potuit habere notitiam rerum, seu mysteriorum fidei Catholicæ: Responsum fuit ab ea, quod expediatur cũ fidei professione, absolutione, ni data ad cautelam, & instruatur in rebus fidei. Patet ex literis asseruatis in Archiuo 14. Maij 1605. & 17. Iulij 1615. quæ, & similes literæ supremi Tribunalis Romani tãquam leges canonicæ à nobis habentur.
23 Ex alijs item literis dictæ S. Congregationis 3. Septemb. 1605. & 2. Septemb. 1606 innotescit, qualiter de mãdato eius D. Eques Hierosolymitanus N. qui simplici sortilegio cum verbis incognitis vtebatur ad medicãdum, post confectum processum, & examen circa intentionem, & circa personas medicatas, an receperint sanitatem? expeditus fuit absque vlla abiuratione, cum sola correptione ac pœnitentijs salutaribus, & iniũcta ei strictissima prohibitione in posterum vllatenus eo vtẽdi sub pœna arbitrio Inquisitoris, aut pecuniaria locis pijs applicanda, aut carceris, vel æquiualentis.
24 Ratio autem prædictarum, & aliarum huiusmodi expeditionum est, quia ex talibus factis sic apostatãdi, ac superstitiose medicandi, aut sortilegijs simplicibus vtendi, non oritur leuis saltem suspicio erroris cõtra fidem, vt possit reo iniungi abiuratio de leui; insurgere tamen aliqualem, nempe leuissimam, negari nequit, nam alioquin non
25 essent casus spectantes ad S. Officium. Et quidem, quod ex superstitionibus, seu sortilegijs simplicibus leuissima saltem inferatur suspicio de pacto tacito cum dæmone, & consequenter de errore contra fidem, inde patet, quia effectus quiuis in rerum natura apparens vel fit à causa naturali proportionata, vel à Deo miraculose, vel ab occulta Dæmonis operatione; atque in talibus effectibus superstitiosis, maxime in illo pulueris sympathiæ, vt vocant (qui hodie nimis est in vsu, & deberet sanè condemnari, ac prohiberi) nõ apparet vlla causa naturalis, nec miraculum à Deo facile est admittendum; ergo signum manifestum, quod ab occulta Dæmonis cooperatione proueniant.
26 Nec valet si quis objiciat, quod sæpe ista sortilegia simplicia conficiantur ex verbis scripturæ sacræ solis, & ad finem bonum, ac honestum, nec quidquam mali contineant. Nam vt dixi, nequaquam facile admittendũ miraculum, maxime cum à personis non ita pijs, vt plurimum, fieri soleant, & in ijs multo minus causa naturalis proportionata cõspiciatur: ergo secreta cooperatione diaboli fiunt effectus ex pacto tacito cum eo, & consequenter adest aliqualis suspicio hæresis saltem leuissima, ob quam non iniungitur abiuratio, sed sola correptio, prohibitio, &c.
27 Vnde merito Sixtus Papa V. conficientes sortilegia simplicia, & superstitiones huiusmodi, præsertim circa dependentia à libero hominis arbitrio, esse subiectos iurisdictioni Inquisitorum, per Constitutionem, incip. Cæli, & terræ, declarauit, idemque præstitit Vrbanus Papa VIII. per aliam incip. Inscrutabilis, confirmatiuam, & ampliatiuam illius Sixti V. Vide, quæ circa eas diximus lib. 1. cap. 14. Regul. 124. sub fin. cum Suar. de Religione tom. 1. lib. 2. cap. vltimo. cum

Valle

Valle Moura opusc. de ensal. & incant. sec. 3 cap. 1. & cum alijs huic loco lucem porrigentia, &c.

Quando suspecto de haresi, aut diffamato simul, & suspecto iniungenda abiuratio, & purgatio? quando item ipse pœnas relapsorum contrahat?

REGVLA CCCLXXXIII.

28 SI ex indicijs probatis insurgat contra reum S. Officij vehemens suspicio hæresis, iniungenda est ei abiuratio de vehe-
29 menti. Quod si pariter diffamatus, & suspectus de ipsa hæresi existat, ob diffamationẽ indicenda eidẽ purgatio canonica (sed hæc potest omitti) & ob suspicionem abiura-
30 tio aliqua. Verum, vt sit relapsus, & pœnas relapsorum contrahat, post canonicam purgationem requiritur, vt in eandem hæresim, à qua purgauerat se, denuo incidat; at post abiurationem de vehementi sufficit, vt vel circa eandem, vel circa aliam quamuis fit
31 *hæreticus formalis*; Secus vbi tantum de nouo suspectus vehemẽter de hęresi etiam sepius reperiretur.

---

32 MOdos etiam duos expediendi processum fidei ex 13. expressis ab Eymer. loc. cit. coniungimus in hac Regula, nempe vel per solam abiurationem de vehementi, vel per purgationem simul, & aliquam abiurationem, aut de leui, aut de vehementi: quod non exiguam inter se, vt patet clare, connexionem habeant.

33 De primo sic ait Eymer. 2. part. Direct. quæst. 55. Quidam autem, inquit, sunt suspecti vehementer, & sunt illi, qui talia vehementia, & fortia peragunt, quòd ex eis oritur vehemens, & magna suspicio contra eos de aliqua hæresi: & quoad iniũctionem
34 abiurationis post pauca ibi sic. Quid ergo, inquit, fiet suspecto de hæresi vehementer? debet sibi mandari, quod abiuret generaliter omnem hæresim, & specialiter eam, quã commisit, tanquam vehementer suspectus, per cap. alleg. Accusatus, in principio, vt est dictum, & per cap. inter solicitudines, extra de purg. can. & per cap. literas, extra de præsumpt. Hæc ille.

35 Verùm magis ex professo agit de hoc modo terminãdi processum fidei, idem Eymer. 3. par. Direct. à nu. 166. vers. Quintus modus, vbi pulchras præscribit formas sententiam condemnatoriam proferendi, & abiurandi de vehementi, explicatque peculiariter, quando nam reus S. Officij talem abiurationem emittere debeat, & cum eo ibi Pegna; atque ex vtroque Anton. Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 41. num. 2. per sequentia
36 verba, quæ ferè ex illo transcripsit. Quando reus, inquit, non est legitime deprehensus confessione propria, facti euidentia, aut testiũ legitima productione, sunt tamen cõtra eũ magna, grauia, & vrgentia indicia probata, abiurat de vehementi, & sic terminatur processus. Hæc ille; ex quibus omnibus

37 Nota præcipue particulam, *Indicia probata*, quam etiam exprimit Eymer. dict. num. 166. & nos initio Regulæ, *Si ex indicijs probatis*. Debet enim probatio legitima indiciorum, ac plena extare, vt Inquisitor possit iuste, ac valide contra indiciatum procedere, ac peculiariter ad abiurationem de vehementi ei iniungendam deuenire; cũ iam ex ista quisuis reus S. Officij disponatur vt si denuo in hæresim incidat, sit relapsus, & pœnas relapsorum incurrat, vt statim
38 magis declarabimus. Et ostenditur clarius sumpto argumento à minore ad maius quia si vt reus abiuret de leui, prærequiritur plena probatio indiciorum, vti ostendimus Regula præcedenti, num. 15. & 16. cũ Farinac Carena, & alijs ibi citatis; quanto magis prærequiretur pro iniungenda ipsi abiuratione de vehementi, quæ ad dictum effectum inducit? ergo, &c.

39 De altero modo terminandi processum fidei per canonicam purgationem simul, & abiurationem, quando reus est de hæresi suspectus, ac simul diffamatus, agunt Eymer. 3. par. Direct. à num. 181. in 7. modo, & ibi Pegna, commen. 43. atque Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 43 vbi ex illis compendiose attingit, quæ huc spectant, sic n. 1.
40 Quando delatus, inquit, non est legitime deprehensus confessione propria, facti euidentia, aut testium legitima productione; reperitur tamen publice diffamatus de hæresi, & sunt preterea indicia, quibus de hæresi redditur suspectus; ratione infamiæ indicitur ei purgatio, ratione verò suspicio-
41 nis abiuratio. Hæc ille; & statim addit n. 2. cum Eymer. citato: Quando datur, inquit, purgatio simul cum abiuratione, prius fit purgatio, & postea sequitur abiuratio; nempe vel de leui, vel de vehementi, alterutram enim cum purgatione canonica coniungi non repugnat.

42 Verum per parentesim adhibitam in Regula, quod posit omitti, consequenter loquendo ad ea, quæ docuimus sub finem Regulæ 376. ex mente Doctorum, qui de purgatione canonica agunt, præcipue Pegnæ 2. par. Direct. comment. 14 & 3. par. comment. 43. num. 181 ad hoc scilicet medium purgationis pro inuestiganda veritate in causis fidei, rarissime deueniendum esse, ob rationem ibi assignatam. Addidimus etiam cum Farinac. de hęres. qu. 185. num. 63. vsum purgandi se canonice de infamatione hæresis apud supremum Tribunal Vrbis S. Officij omnino desijsse, ac similiter apud nostrum Meliten. ne dum simul se purgandi, & aliqualiter abiurandi.

43 Sed dato, quòd adhuc alicubi vel sola purgatio canonica, vel simul purgatio, & abiuratio iniungi soleat, videndum sequitur, qualiter reus, cui iniungitur, si denuo

in

in errorem contra fidem incidat, fiat rela-
psus, & subiectus pœnis relapsorum, aut se-
cus: circa quę præ cæteris egregie præbet
nobis resolutionem Pegna diuersis in locis
citandis.

44 Ad primo quid, vbi quis leuiter de hæ-
resi diffamatus se purgauit? quid item, vbi
simul sic diffamatus, ex indicijs leuiter etiã
de hæresi suspectus existens, dictę purgatio-
ni abiurationem de leui adiunxit? Ancha-
ran. in cap. Accusatus, not 6 de hæret. lib.
6. & Matthæus de Afflict in Constitutionib.
Siciliç, tit. 1. de hæret. & Patarenis, super
cõstitut. inconsutilem, notab. 18. vers. quid
autem, si contra, num. 32. absolute sentiũt,
quod is, qui abiurauit de leui, si in eandem
hæresim, vel aliam incidat, inter relapsos
sit enumerandus, & pœnis relapsorum pu-
niendus: atque pari modo idem sentient
de eo, qui ob diffamationem de hæresi le-
uem se purgauit. & post hanc purgationem
eadem etiam hæresi formaliter infectus de-
prehenditur, quod fiat relapsus, &c.

45 Sententia tamen Anchar. & Mat. de Af-
flict. vt prorsus falsa, & iuri repugnans,
dict. cap. Accusatus, §. 1. vers. si autem le-
uis, reijcitur ab omnibus, pręcipue Simãc.
de Cathol. Instit. tit. 1. num. 19. & 20. &
Io. Rojas in singular fidei, singul. 1. n. 26.
qui cum Eymer. 2. par. Direct. quæst. 58. &
ibi Pegna, commen. 83. vers. vel post con-
stitit, oppositum certum affirmant, quod
nunquam vllus de leui abiurans, si denuò
hæreticus formalis in eadem, vel diuersa
46 hęresi existat, relapsus censeatur. Atque
idem consequenter loquendo bene affirmat
ipse Pegna 3. par. Direct. commen. 38. vers.
dixi autem, & post eum Sousa lib. 2. Apho-
ris. cap. 36. num. 16. de illo, qui leuiter de
hæresi diffamatus se purgauit, quod licet
de eadem hæresi postea conuincatur, haud
47 sit relapsus. Pariq modo resoluendum, vt
per se constat, de eo, qui ob talẽ diffamatio-
nem purgare se voluit, & simul ob leuem
hæresis suspicionem de leui abiurauit, &c.

48 Dein suspectus de hęresi vehementer, si
post abiurationem de vehementi formalis
hæreticus siue in eadem, siue in diuersa
hæresi deprehendatur, vere relapsus habe-
tur, pœnis relapsorum plectendus. Ita Ey-
mer. 4. par. Direct. rubr. de 5. modo ter-
minandi processum, num 166 & 2. par. Di-
rect. quæst. 58 vbi Pegna commen. 83. Fa-
rinac. de hæresi, quæst. 195. §. 1. & Sousa
49 lib. 2. Aphoris. cap 42. num. 4. Qui nu 5.
sic: Abiurans, inquit, de vehementi, si ite-
rum in vehementem suspicionem contra fi-
dem circa quamcunque materiam incidat,
non punitur vt relapsus, sed iterum vehe-
mentem suspicionem abiurat. Hæc ille, &
optime cum Pegna 2. par. Direct. ad q. 58.
commen. 85. vers. altera huic aduersa.

50 Tradita autem à nobis duplici numero
præcedenti, vt ex se patet, à fortiori locum
habent, quoties quis propter vehementem
diffamationem, & suspicionem de hęresi si-
mul se ab ea purgauit, ac de vehementi
abiurationem emisit. Sed quid, si solum
fuit de hæresi aliqua diffamatus vehemen-
51 ter, & purgationem ab ea præstet? Nequa-
quam erit relapsus, nisi in eandem hæresim
purgatam recidat, secundum textum in
cap. Accusatus, §. ille quoque, de hæret. in
6. & tradunt cõmuniter DD. qui inter pur-
gantem se à vehementi diffamatione hære-
sis, & abiurantem de vehementi, hoc discri
men assignant, præcipue Eymeric. 3. par. Di-
rect. rubr. de 2. modo terminandi proces-
sum fidei, & ibi Pegna commen. 38. versic.
Hoc tamen discrimen, addens bene per se-
quentia verba.

52 Quòd si, inquit, rationem discriminis quę-
ras, dicam, aut non facile reddi posse, sed ita
voluisse legislatores, cum non omnium, quę
ab illis sancita sunt, ratio reddi possit, l. nõ
omnium, ff. de legib. Aut, quod verius, &
certius est, ideo qui incidit in aliam hære-
sim diuersam ab ea, de qua se purgauit, nõ
punitur pœna relapsorum, nec traditur cu-
riæ sęculari; quoniam de illa solum, aut il-
lis hætesibus se purgauit, de quibus fuit in-
famatus, non autem de omni hæresi gene-
raliter: qui vero abiurat hæresim, vt vehe-
menter suspectus, omnem hæresim abiurat,
& propterea in quamcũque postea labatur,
relapsorum pœna punitur: & hæc mihi vi-
detur vera, & solida discriminis ratio. ita Pe
gna ibi.

53 Cur autem ille, qui de aliqua hæresi dif-
famatus se ab ea purgauit, si in eandem in-
cidat, fiat relapsorum pœnis subiectus, ex
Eymer. in 3. par. Direct. rubr. de 2. modo
terminandi processum, idem Pegna, com-
men. 38. num. 150. vers. eodem modo, in-
de ostendit, quia quando expresse depre-
henditur quis in secundo lapsu, innotescit
animus eius, & præsumitur, quod in credu-
litate contra fidem, in qua prius erat, vsque
ad eam deprehensionem perseuerauerit,
54 absque vera detestatione erroris. Atque
eadem ratione conuincitur de altero casu
dicto, quando abiurans de vehementi hære-
sim, in eandem, vel in aliam quamuis denuo
incidit, quod sit proprie relapsus.

55 Denique claudamus pręsentem Regulam
decisione peculiaris casus circa eũ, qui de
hæresi vehementer diffamatus, ab ipsa se
purgauit, quem proponit Pegna, loco cita-
to sequentibus verbis. Si quis vero, inquit,
non recideret in hæresim purgatam, sed in
aliam, quamuis non sit puniendus vt rela-
56 psus, acriter tamen esset coercendus Quod
si sæpius post purgationem recideret in
aliam atque aliam hæresis infamiam, tunc
fortassis tradi posset curiæ sæculari, iuxta id
quod diximus supra p. 2. super q. 58. § hoc
vnum postremo. Ita ille; sed tutius faciet In-
quisitor, si prius S. Congregationem con-
sulat.

Quid

Quid de modo terminandi processum Fidei in casu violentæ suspicionis? qualiter sit suspectus de hæresi in S. Officio expediendus?

REGVLA CCCLXXXIV.

57 QVoad abiurationem, modus proce-
dendi, ac terminandi processum,
quando adest violenta hæresis suspicio, se-
cundùm vsum hodiernum, non differt à
modo vehementis suspicicionis explicato.
58 Quoad reliqua autem violenter suspectus
tametsi à parte rei possit non esse hæreti-
cus, habendus tamen est vti hæreticus for-
malis, & pœna ordinaria plectendus. Si
59 verò post abiuratam violentam hæresis su-
spicionem in eandem, vel quamuis aliam
hæresim verè reincidat, à fortiori relapsus
censetur; secus si solam violentam eius su-
spicionem iterum contrahat, sed tantùm
60 fit denuò violenter suspectus. Eadem etiã
violenta hæresis suspicione afficitur, qui
post abiurationem de vehementi in suspi-
cionem hęresis cuiusuis vehementem rela-
bitur.

---

61 REponit Eymer. sexto loco inter mo-
dos 13. terminandi processum fidei,
hunc in casu violentæ suspicionis; explicát-
que eum prẹter ipsum Eymericum 2. part.
Direct. q. 55. atque 4. par. in rubr. de sexto
modo expediendi causam fidei, num 178.
vtrobique Pegna comment. 80. & cõmen.
42. Tabiena in sum. verb. Inquisitor, §. 17.
Sprengerius in malleo maleficarum 3. par.
quęst. 15. Farinac. de hęres. quæst. 187. §. 4.
& 5. à num 51. & Sousa lib. 2. Aphor. c. 42.
Sed pręstat explicationem eiusdem Eyme-
rici, tametsi longiusculam, dict. num. 178,
audiamus.
62 Sextus, inquit, modus processum fidei
finiendi, & terminandi est, quando dela-
tus de hæretica prauitate, processus meri-
tis diligenter dicussis, cum bono consilio
in iure peritorum, reperitur suspectus de
hæresi violenter: & hoc est, quando dela-
tus ipse non reperitur legitimè deprehensus
confessione propria, nec facti euidentia,
nec testium productione legitima; sed sunt
indicia non leuia solùm, vel vehementia,
sed fortissima, & violenta, quæ ipsum de-
latum reddunt merito suspectum de hære-
si violenter; propter quæ talis debet vt su-
spectus violenter de hęresi abiurare: ita il-
le, & magis explicans, atque egregie exem-
plificans subdit,
63 Vt potè, inquit, propter aliquid, quod
dixit, vel egit; vt quia sustinuit excommu-
nicationem per annum, vel plus in causa
fidei. Qui enim sustinet excommunicatio-
nem per annum, vel plus, licet non in cau-
sa fidei, est suspectus leuiter de hæresi, quia
hoc nõ caret scrupulo hæreticæ prauitatis,
de pœnis, cap. grauem. Etsi citatus respõsu-
rus de fide non comparet, sed renuit con-
tumaciter comparere, propter quod ex-
communicatur; tunc fit suspectus de hære-
si vehementer; nam leuis suspicio transit
64 in vehementem. Sed si sustinet illam ex-
communicationem per annum animo per-
tinaci, tunc fit suspectus de hæresi violen-
ter; nam vehemens suspicio transit in vio-
lentam, contra quam non admittitur de-
fensio; imo ex tunc talis est, vt hæreticus,
condemnandus; quæ omnia prædicta pa-
tent per cap. cum contumacia, & nota. ibid.
de hæret. lib. 6. Hactenus verba Eymerici.
65 Qui dein vsque ad nu. 179. quatuor per-
pulchras, de more, proponit formas, dispo-
nendi scilicet ad abiurationem suspectum
de hæresi violenter, abiurandi illam hære-
sim, de qua est violenta suspicio, & quam-
cunque aliam, absoluendi ab excommuni-
catione taliter suspectum, & sententiandi,
seu pœnam, ac pœnitentiam eidem violen-
ter de hæresi suspecto iniungendi; vide il-
66 las apud ipsum. Quamquam, vt diximus
in prima parte nostræ Regulæ, abiurationis
modus de suspicione hæresis violenta, at-
tento nostri temporis vsu, nequaquam est
dissimilis ab illo abiurationis de vehemen-
ti. Ita Mont. Maran. in pract. Archiep. c. 84.
nu. 8. & cum alijs Farinac. de hæres. q. 187.
§. 4. num. 51.
67 Vbi addit, quod hodie in supremo vni-
uersæ Reip. Christianæ Generalis Romanæ
Inquisitionis Tribunali sententia condem-
nationis propter violentam hæresis suspi-
cionem non sit in vsu; sed quod omnes ab-
iurent vel vt formales hęretici, vel de vehe-
menti; & cum dicto Farinac. ait Sousa vbi
supra, num. 8. sic. Abiuratio ob violentam
suspicionem aliquando est in forma hæresis
(id est de formali) aliquando de vehementi.
68 Quod qualiter locum habeat, vt ingenue
fatear, vix percipio; quia si in vno casu su-
spicionis violentæ admittas abiurationem
de vehementi, cur non etiam in quouis
alio? vel si in vno concedas abiurationem
de formali, cur non pari modo in quibus-
cunque casibus similis violentæ suspicio-
nis? Et quidem apparet in hoc manifesta
repugnantia, quod quis non deprehensus
hæreticus formalis abiuret de formali hęre-
sim internam, quam negat.
69 Quare, saluo meliori iudicio, loquutio
dictorum auctorum (quam quis non videat
esse subobscuram, vt abstineam à maiori no-
ta?) sic videtur interpretanda, quod qui-
uis de hæresi violenter suspectus, si eam siue
per solam monitionem, siue per torturam
ad id tantùm inflictam (iuxta clausulam per
fiscalem, sine præiudicio probatorum) con-
fiteatur, debeat abiurare de formali: si ve-
rò persistat in negatiua, abiuratio de vehe-
menti sit ei iuiungenda; sicque est vsu re-
ceptum, me teste diuturno, apud nostrum
Tribunal Meliteñ. Atque hactenus circa
primam Regulæ partem.
70 Quid iam circa secundam? Concordant

omnes

omnes scriptores, iuxta dispositionem cap. cum contumacia, & not. ibid. de hæret. lib. 6. quod quamuis non semel contingere possit, vt suspectus de hæresi violenter, re ipsa non sit hæreticus, debet tamen vt hæreticus haberi, & pœna ordinaria hæreticorum puniri. Ita Eymeric. dict. rubr. num. 174. & 2. par. Direct. quæst. 55. ac ibi Pegna commen. 80. Farinac. dict. §. 4. num. 46 & Sousa

71 ibid. num. 3. Fit inde manifestum, quia suspicio, seu præsumptio hæresis violenta, quæ vocari solet præsumptio iuris, & de iure, eo, quod ex apertis, & violentis indicijs oritur, pro manifesta veritate habetur, iuxta cap. is, qui, de sponsal. cap Quanto, de præsumpt. l. 1. §. 1. de rei vxor. actione.

72 Confirmatur etiam, quia præsumptio hęresis violēta, vt optimè eam describit Gerson, tract. de potestate, consider. vlt. & affert Pegna dict. commen. 80. dicitur illa, quę prouenit ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus cognitis accipitur argumentum concludens efficaciter, & ferè semper, quod talia agens, vel dicens est hæreticus; vt si quis transeat, vel redeat ad ritus Iudeorum, cap. contra Christianos, de hæret. lib. 6. ergo suspectus violenter de hæresi, merito vt hæreticus habendus, & multandus.

73 Ex prædictis autem, secundum communem omnium sententiam, manifestè deducitur, quod præsumptio, seu suspicio ista hæresis violenta, non admittat probationem in contrarium, seu quod defensionem contra eam reo sic suspecto Inquisitor non concedat. Ratio est, quia circa delictum, & delinquentem sibi iam satis compertum, & notum procedit, ac statuit. Ita Eymer. 3. par. Direct dict. num. 173 ostenditque ex cap. cum contumacia, de hæret. in 6 & Pegna 2. par. Direct. comment. 80. vers Tertia suspicio, Locat. in iudiciali Inquisitorum, verb. suspicio, num. 4. Farinac. de hæres.

74 quæst 187. §. 4. num. 48 & alij. Quidquid teneat Rojas singul. 165. generaliter loquens.

75 Merito tamen ijdem DD. Pegna, & Farinac quibus adde Simanc Cathol. Instit. tit. 51. num. 13. & Sousam, lib. 2. Aphor. cap. 42. num 10. moderantur prędictam doctrinā, quod licet suspicio hęresis violenta, seu iuris, & de iure non admittat probationem in contrarium directam, admittere tamen possit indirectam; vt si suspectus de hęresi violenter reus in S. Officio probare intendat, falsos esse testes contra ipsum examinatos, vel non esse vera indicia, ex quibus violenta pręsumptio nascitur; atque hanc probationem, seu defensionem indirectam nequit Inquisitor ei denegare.

76 Deducitur item ex prędictis, quod violenter suspectus de hęresi, si abiurare eam nolit, & satisfactionem legitimam sustinere renuat, tradendus sit curię sęculari, vltimo supplicio plectendus. Si autem resilire, & abiurare velit, carceri perpetuo cum habitu pœnitentiali similiter perpetuo, vel etiam temporario, tradi debet. Vtrumque vt certum docent Eymer. dict. num. 174. & dict. quęst. 55. vtrobique etiam Pegna commen. 42. & 80. Farinac. de hęres. quęst. 187. num 46. Menoch. de pręsump. lib. 1. q. 100. à num. 14. & Sousa dict. cap. 42. n. 4. Patet

77 inde, quia licet suspectus de hęresi violenter non dicatur verus hęreticus, sed pręsumptus, teste ibid. Farinac. num. . . tamen ex vi iuris cap. cum contumacia, citato, tractandus est vt verus hęreticus, &c.

78 Tota autem difficultas consistit in cognoscendo, in quibusnam casibus talia adsint indicia, quę violentam hęresis suspicionem generent. Pręter exempla adducta de transeunte, vel redeunte ad ritus Iudęorum, & de permanente per annum in excommunicatione, alia afferunt ex iure scriptores, pręcipuè Albertin. tract. de agnoscen. assert. quęst. 3. num. 3. num. 7. &

79 quęst. 30. num. 2. vt de illo, qui in articulo mortis petiuit hęreticos consolaturos, ex cap. filij, & hęredes, de hęret. lib. 6. de nolente suam hęresis suspicionem purgare ad arbitrium Inquisitoris, cap. ad abolendam, §. qui verò, eod tit. lib. 6. & de pluribus contentis in cap. Accusatus, §. ille quoque, de hęret. in 6. & multo pluribus in Concilio Narboneñ cap. 29. & adducit Pegna, 2. par. Direct. quęst. 50. comment. 75.

80 Ex quibus prudens Iudex, seu Inquisitor pro alijs similibus casibus ad cognoscendū, adsit ne suspicio hęresis violenta, normam sumere poterit. Perpendere tamen diligenter debet facta, vel dicta contra violenter de hæhesi suspectos producta; quæ tunc indubitata indicia existunt, & reum violenter suspectum de hæresi clare ostendunt, quando ad aliud trahi nequeunt, quàm ad id, quod indicant, quæ re vera sunt hæreticalia, ideoque pro veris probationibus omninò habenda. Ita ex communi omnium mente tradit egregie Pegna 2. par. Direct. quæst. 55. commen. 80. vers. & huius.

81 Sequitur indicanda tertia pars Regulæ, quæ duo continet: alterum prorsùs certum, & absque dissidio receptum ab vniuersis; alterum non parum dubium, & controuersum. Primum tradit breuiter Sousa dict. cap. 42. num. 9. dicens, quòd abiurans violentam suspicionem, si relabatur, vt relapsus curiæ sæculari traditur. Hæc ille, & desumit ex Eymer. quem citat 3. p. Direct. in rubr. de sexto modo terminandi processum fidei, in casu violentæ suspicionis. n. 177 vbi sic

82 Facta autem, inquit, prædicta abiuratione, Inquisitor statim ibi publicè poterit abiuratum informare per hæc verba, vel similia in effectu. Charissime, tu hæreses, de quibus habebaris merito suspectus violenter, vt debuisti, in forma consueta Ecclesię abiurasti, & in hoc benè fecisti: Caueas tamen tibi, quòd non facias contra antedictam à te factam abiurationem, incidendo in

in aliam hęresim qualemcunque generaliter, seu alias; nam scias de certo, quòd (sicut te obligasti) sine vlla misericordia tra-deris brachio sęculari, vltimo supplicio feriendus quare consulo quod sis cautus. Hæc ille.

83 Particula Sousæ, relabatur, & illa Eymerici, incidendo in aliam hęresim, videntur posse intelligi dupliciter, vel de relapsu formali in hæresim cum adhæsione cordis, & hoc modo per se clarè patet à fortiori; quia si abiurans vehementem hæresis suspicionem, vt diximus supra, num. 48. cum Eymer. Pegna, & alijs ibi citatis, hęreticus formalis in eadem, vel diuersa hęresi deprehendatur, relapsus propriè censetur, pœna relapsorum plectendus: quanto magis id locum habebit in abiurãte prius violentam hęresis alicuius suspicionem, qui eidem, aut alteri hęresi adhęsisse postea reperitur?

84 E contra intelligi posse videntur de relapsu non formali in hæresim sine adhæsione mentis, sed quod postquam quis abiurauit violentam eius suspicionem, denuò violenter de ipsa suspectus reperitur; atque hoc modo dubitatur, an taliter repertus sit propriè relapsus sæculari brachio tradẽdus? Et hoc est secundum, quod dicebam esse non parum dubium, & controuersum.

85 Sicuti est illud simile, quod in particulari proponit, & discutit Pegna solus, 2. par. Direct. commen. 83. quæst. 58. vers. sed tota; an qui solum vt fautor hęreticorum absque hæresi formali abiurauit, & postea in eandem fautoriam reincidit, sit habendus verè relapsus, & vt talis puniendus? qui tàm pro parte negante, quàm pro affirmante allegat, & vtramque iudicat probabilem,

86 sed illam tutiorem. Nos vtriusque grauissimi dubij decisionem differentes in proprium locum, vbi de modo terminandi processum fidei per sententiam contra relapsos ex professo agemus, nunc obiter cum ipso Francisco Pegna duo aduertimus.

87 Primùm, quòd occurrente casu in praxi alterutrius dubij dicti, particulares, seu prouinciales Inquisitores nihil solo proprio marte decidãt, omninò expediat, nisi prius Sedem Apostolicam, seu Supremum San-

88 cti Officij Tribunal consulant. Atque hanc consultationem non solùm in isto, sed in alijs etiam casibus circa materiam relapsorum fieri deberi cum Eymer. 2. par. Direct. quęst. 58. & cit. Pegna ostendemus.

89 Secundùm, Quod sicut qui abiurauit de vehementi, si iterum in vehementem hęresis suspicionem incidat, fit de ea violenter suspectus, vt bene præter Pegnam citatum, docent Locat. in Iud. Inquis. verb. vehemens suspicio, num. 1. Menoch. de prę-sump. lib. 1. quæst. 100. num. 14. Farinac. de heręs. quęst. 195. §. 1. num. 22. & Sousa lib. 2. Aphor. cap. 41. num. 13. estque omninò cer-

90 tum; Ita qui abiurauit violentam suspicionem, si in eandem denuò incidat, fit multò magis de hęresi violenter suspectus: Vnde cum pro primo lapsu sit condemnandus ad pœnam ordinariam perpetui carceris, vt vidimus supra, num. 70 & 71. pro secundo quęnam alia pœna ei infligenda? nunquid vltimi supplicij? alibi dicetur.

91 Denique varij casus exprimendi sunt infra; in quibus pro primo lapsu in hęresim, seu in factum, aut dictum hęreticale, pœna mortis reo infligitur ex vi iuris Pontificij sic disponentis: unum tamen hic exprimam, in quo ob factum criminosum ualde horrendum, & ob uiolentam hęresis suspicionem ex eo ortam, licet absque dispositione iuris Canonici pœna vltimi supplicij infligenda à pluribus Doctoribus iudicatur. Audiamus Sousam lib. 2. Aphor. cap. 42. à num. 14. vsque ad 18. compendiose, vt solet, cum auctoribus, quos citat, ipsum referentem sic.

92 Qui imaginem, inquit, Christi, Deiparę, ac Sanctorum data opera percutit, vulnerat, deturpat, spurcat, lapidem in eam iacit, vel similia facit, violentam hæresis suspicionem incurrit; hoc enim factum manifestam hæresim sapit, & rarò, vel nunquam inuenitur ab hæresi separatum. Castr. de iust. hæret. punit. cap. 15. Simanc. Cathol. instit. tit. 33. num. 18. Farinac. tom. 1. q. 20. num. 68. sic ille.

93 Subiungit autem n. 15. in hunc modum. Huic nefario, inquit, crimini de iure ciuili imponitur pœna mortis naturalis, arbitraria verò de iure canonico, attentis circumstantijs personæ, & delicti. Clar. §. fin. q. 66. num. 19. Menoch. de arbit. lib. 1. vnt. 4 cas. 376. Simanc. dict. tit. 33. num. 19. & seqq. Farin. dict. n. 68. & seqq. ac de hæres. q. 181. §. 1. num. 43. Ita Sousa.

94 Dein num. 16 sic. Perpetrans, inquit, ausu temerario, hoc horrendum delictum, siue hæreticalem animum fateatur, siue non, tradendus est curię sęculari vltimo supplicio plectendus, ob facti qualitatem. Ita factum fuisse tradunt Anchar. cons. 15. & Chasan. cons. 1. in 5. præsupposito, num. 69. relati per Farin. dict. nu. 68. qui etiam n. 71. & dict. §. 1. num. 44. Menoch. dict. cas. 376. num. 4. & seqq. En de pœna mortis: sequitur de præcedente reconciliatione.

95 Prædicti criminis, inquit, publicus nefarius patrator, si animum hæreticalem fateatur, & misericordiam petat, reconciliari debet ad Ecclesiæ vnionem, attamen curiæ sæculari tradendus est: Quoniam bonum spirituale non denegatur pœnitenti, & tantum scelus non potest manere impunitum, & semper potest timeri, quod conuersio sit ficta. Hactenus ille; qui tandem num. 18. pro vltimo complemento sequentia addit,

96 In hoc, inquit, casu torquendus est reus super complicibus; quoniam nõ est credibile, quod in talis criminis patratione non interuenerint complices dantes ad minus consilium, vel auxilium promittentes, iuxta tradi-

tradita per Locatū in Iud. Inquiſ. verb. Iudi-
cium, n. 33. Farinac. de hereſ. q. 185. n. 133.
97 Et quia ſic ſeruatur in crimine læſę maie-
ſtatis humanę, à qua valet argumentum ad
crimen hæreſis. Gig. de crim. lęſ. maieſt.
lib. 3. in rubr. de pœnit. quæſt. 17 num. 18. &
ſeqq. Rolan. conſ. 33. num. 16. & ſeqq. lib. 3.
quos refert, & ſequitur Farinac. de crimin.
lęſ. maieſt. quęſt. 112. inſpec. 1. num. 7. Hæc
Souſa cum ſcriptoribus ab ipſo adductis.
Atque prædictis iam Regulæ finis.

Haeretici pœnitentis qualiter terminatur processus per abiurationem de formali? quando, & quibusnam hæreticis datur locus reconciliationis?

REGVLA CCCLXXXV.

98 POenitens hęreticus dicitur ille, qui
alioquin errorem formalem contra
fidem in mente habuit, ac cum verbis, vel
facto oſtendit; poſtea vero in ſe reuerſus
ipſum confitetur Inquiſitoribus, quorum
diſpoſitioni, prout de iure eſt, ſubijcitur.
99 Abiurata autem prius hæreſi de formali ta-
lis hereticus pœnitens (dummodo non ſit
relapſus) ad miſericordiam, & reconcilia-
tionem admitti debet, ſi vere, & ex corde
pœniteat; ſecus ſi ficte, ac ſimulate ad fi-
100 dem redeat. Quouis item tempore etiā
in ipſo tabulatu, eſt ſemper locus reconci-
liandi; raro tamen poſt publicam ſententię
101 prolationem. Conceditur tandem recon-
ciliatio quibuſuis hęreticis (exceptis aliqui-
bus indicandis) quin, & hęreſiarchis, ac
dogmatiſtis, cum moderatione tamen di-
cenda.

---

102 DEſcriptio propoſita initio Regulæ
hæretici pœnitentis traditur com-
muniter à DD. præcipue ab Eymer. 2. par.
Direct. quæſt. 40. ibi Pegna, commen. 65.
à Farinac. de hæreſ. quæſt. 193. §. 1. nu. 4.
& à Souſa lib. 2. Aphor. capit. 44. num. 1.
Priores eius particulas ſatis indicatas inue-
nies, lib. 1. noſtri operis, cap. 12. Regul. 98.
103 num. 65. & ſeq. Vbi expendimus requiſi-
ta ad conſtituēdum hæreticum, & hæreſim
formalem, maxime quod requiratur ad per-
tinaciam, quæ eſt de eſſentia hęreſis, noti-
tia aliqua Eccleſiæ, docentis oppoſitam ve-
ritatem; ex cuius notitiæ carentia proue-
nit, vt error contra fidem in perſonis pręſ-
ſertim ruſticis, & ignaris, ſit non formalis,
ſed tantum materialis, inſufficiens quidem,
vt per ipſum quis hęreticus proprie dica-
tur, ac propterea talis ab abiuratione de
formali liberetur.
104 Hinc, exempli gratia, in noſtra Congre-
gatione S. Officij Meliten. aliquoties non
fuit iniuncta abiuratio de formali mulier-
culis ignaris, propter vſum ſortilegiorum
ad amorem turpem proſequutis; tametſi in
examine confeſſę fuiſſent credidiſſe volun-
tatem humanam ſortilegijs cogi poſſe, me
vrgente non eſſe iniungendā ob vim ratio-
nis, quod talis credulitas procederet ex
ignorantia contrariæ veritatis, & quod at-
tenta qualitate perſonarum eſſet in eis er-
ror mere materialis, & nullo modo forma-
lis, conſentientibus propterea Illuſtriſsimis
DD. Inquiſitoribus, ac DD. meis Conſul-
toribus.
105 Confirmatio inde à me ſumpta, quod in-
terrogatę illę mulierculę, an credant res
ſacras, & pias orationes, quas dictis ſorti-
legijs miſcuerant poſſe ad malum finem,
ſeu ad prauos effectus inſeruire? responde-
rint in promptu neganter, in hacque nega-
tiua perſtiterint etiam poſt torturam, ideo
iniuncta fuit eis abiuratio de vehementi,
ſtante præſumptione de formali errore in
mente earum contra hanc fidei veritatem,
quod res ſacræ non poſſint inſeruire ad pra-
uos effectus; cum hæc ſit nota quibuſcun-
que perſonis, etiam ruſticis, & ignaris; illa
verò, quòd voluntas libera cogi ſortilegijs
nequeat non niſi doctis, & excellenti iudi-
cio prędítis, &c. Atque hæc obiter ſint di-
cta.
106 Poſteriores item particulas adductæ de-
ſcriptionis hęretici pœnitentis, ſicut ſequē-
tes Regulæ noſtræ clauſulas bene tradit, &
explicat Eymer. 3. par. Direct. in rubr. de
8. modo terminandi proceſsū fidei per abiu
rationem faciendam ab hęretico pœnitente
num. 188. propria ipſius verba audiamus.
107 Octauus, inquit, modus proceſſum fidei
terminandi, & finiendi eſt, quando delatus
de heretica prauitate, meritis proceſſus di-
ligenter diſcuſſis, cum bono conſilio in iure
peritorum, reperitur confeſſus hæreſim, ſed
pœnitens, & alias non relapſus veraciter;
& hoc eſt, quando delatus ipſe confitetur
iudicialiter coram Epiſcopo, vel Inquiſito-
re, medio iuramento, fore verum, quod ipſe
tanto tempore ſtetit, & perſeuerauit in il-
la, ſeu alia, de qua delatus eſt, hæretica pra-
uitate, & illi exediderit, & adhæſerit; ſed
poſtmodum ad informationem Epiſcopi, &
Inquiſitoris tandem vult reſilire, & ad gre-
mium Eccleſiæ redire, & illam, ac omnem
aliam hæreſim abiurare, & ſatisfacere, prout
ipſi voluerint ordinare. Hæc ille.
108 Deinde proponit, vt ſolet, à num. 189.
vſque ad 195. quatuor per pulchras formas
pro maiori declaratione huius 8. modi ter-
minandi proceſſum fidei. Nimirum prima
forma eſt, diſponendi ad abiurationem fa-
ciendam ab illo, qui propria confeſſione
fuit deprehenſus in hæreſi, ac pœnitet, &
109 alias non eſt relapſus. Hoc vltimum ſæ-
pius hic ab Eymer. repetitum, & à nobis in
Regula per parenteſim appoſitum ſic (dū-
modo non ſit relapſus) per ſe manifeſte in-
noteſcit; quibuſcunque enim relapſis nega-
tur locus reconciliationis, ſed ſtatim bra-
chio ſæculari traduntur vltimo ſupplicio fe-
riendi: quinam autem ij ſint, indicabitur
com-

complete infra Regula propria de relapsis.
110 Secunda forma est cedulę legendæ in publico, continentis crimina illius, qui habet hęresim abiurare. qua proposita num. 190. addit ibi Eymer. quod debeat Inquisitor interrogare reum abiuraturum, stent ne ista omnia in veritate, sicut lecta sunt? si viderit eum ex indicijs certis bene conuersum ad fidem, & dispositum ad fatendam veritatem; secus si non aduerterit in ipso talem
111 dispositionem. Verum melius vult Pegna 3. par. Direct. commen. 44. num. 190. vers. interrogabit eum, esse prorsus omittendam huiusmodi interrogationem; quia ex eius omissione, quocunque modo reus se habeat nullum sequitur inconueniens; potest autẽ sequi non leue, si fiat, & coram populo ille negaret, ea ita se habere.
112 Tertia item forma est abiurandi omnem hæresim ab illo, qui propria confessione est in hæresi deprehensus, & pœnitet, &c. Nũc perpendenda breuiter hæc vltima particula, & videndum qualisnam debeat esse pœnitentia eius, qui postquam abiurauit deformali hæreses, quas proprio ore confessus est, & quascunque alias, ad reconcilia-
113 tionem admittitur. Concordes sunt circa hoc auctores, quod requiratur, vt reus vere, & ex puro corde pœniteat, & non sufficire ad effectum, vt ipsius reconciliatio sit legitima, & valida, si per fraudem, ficte, ac simulate ad fidem reuertatur. Patet ex cap. vt officium, §. Prouiso solerter, de hæret. in 6. vbi DD. & ex Bulla incip. licet ex omnibus, Vrbani 4. Decian. crim. libr. 5. cap. 54. num. 5. Farinac. de hęres. q. 193. §. 1. num. 3. cum multis, quos adducit, & Sousa lib. 2. Aphor cap. 44. num. 5.
114 Citatum à Sousa pro doctrina prædicta noster Thomas Sanchez de præcept. Decalog. lib. 2. cap. 12. num. 8. sed si attente eũ legas, proculdubio inuenies, quod loquatur de reconciliatione mere spirituali, quæ conceditur hæretico etiam relapso, & fit absoluendo eum ab excommunicatione, seu à quibuscunque censuris, antequam vltimo supplicio puniatur, de qua nos infra cum eodem Sanchez, & cum alijs ex pro-
115 fesso agemus. In præsenti vero tantum est nobis sermo de reconciliatione, quę est propria solius hęretici pœnitentis non relapsi, & fit liberando eum ab vltimo supplicio, ac recipiendo in gremium Ecclesiæ, emissa abiuratione deformali, iniuncta etiã pœna ordinaria cum alijs pœnis, ac pœnitentijs; Vnde vt hæc reconciliatio sit legitima, & valida, debet vera esse, & non ficta; nec simulata, vt diximus.
116 Quarta denique forma est sententiæ cõtra eum, qui abiurauit vt hæreticus pœnitens; circa cuius tenorem (quem sicut, & trium præcedentium formarum apud ipsũ Eymericum videas) aliqua attingit Pegna in commen. 44. num. 194. primo commen-
117 tando verba illa: Verùm cum misericors, & miserator Dominus nonnullos prolabi

permittat aliquãdo in hęres huius permissionis causas, & vtilitates ex hæresibus prouenientes indicat cum ipso Eymer. & cum D. Thom. 2. 2. quæst. 11. art. 3. ad secundum, nec intactas ego omnino relinquam quandoquidem præsens locus occasionem mihi porrigit.
118 Vtilitas prima, & præcipue ex hæresibus dimanans, quam primo loco adducit Eymer. quod inde ad intelligentiam sacrarum scripturarum fideles magis excitati fuerint, & exercitatio istorum in illis percipiendis ad inquirenda Spiritus Sancti reconcita mysteria admodum excreuit contra ipsos hæreticos. Circa hoc præ cæteris legendus S. Augustinus varijs in locis, præcipue circa illud Psal. 67. Congregatio taurorum &c. eius verba, ne quæso graueris audire.
119 Multi sensus, inquit, Scripturarum Sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius, & acceptabilius, nisi cum respondendi hæreticis cura compellit: tunc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ sopore discusso ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduersarij refellantur. Denique quam multi Scripturarum Sanctarum sensus de Christo Deo asserti sunt contra Photinum, quam multi de homine Christo contra man chæũ quam multi de Trinitate contra Sabellum; quam multi de vnitate Trinitatis contra Arrianos, Eunomianos, Macedonianos; quam multi de Catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de multorum commixtione vsque in finem sæculi, quot bonis in Sacramentorum eius societate non absint aduersus Donatistas, & Luciferianos, aliosque si qui sunt, qui simili errore à veritate dissentiunt, quam multi contra cæteros hæreticos, quos enumerare, vel commemorare nimis longum est, & præsenti operi nõ necessarium. Hæc ille adeo opportune, vt nihil opportunius.
120 Secunda vtilitas ex hæresibus proueniẽs tacta hìc etiam ab Eymer. ijs verbis. Verum etiam, inquit, vt sic lapsi humiliores deinceps fiant, ac pœnitentiæ operibus exerceantur. Experientia enim ipsa innotescit non paucos illorum, qui ab hæresibus infecti fuerant, vere conuertuntur, in quotidianis humilitatis, & pœnitentiæ se exercere, sicque sibi, & alijs vberrimos salutis spiritualis fructus magna cum ędificatione colligere.
121 Maxima denique vtilitas ex hęresibus orta stilla, quod occasione earũ vera Christianorum fides magis, magisque roboretur Ita D. Thom. præcitato loco exponit illud Apostoli 1. Corinth. cap. 11. Opportet hæreses esse, vt & qui probati sunt manifesti fiant; quę verba vti frontispicium totius nostri operis de materijs Tribunalium fidei, &c. initio 1. Prolegom. apposuimus; & aliã hæresum vtilitatem, seu necessitatem assignauimus; videas ibi.
122 Circa illud præterea Eymer. eiusdem pro-

D

processus meritis diligenter discussis reperimus, quod tu ad informationem frequentem nostram &c. adhærendo consilio saniori, &c. ad gremium S. Matris Ecclesiæ, &c. euolasti partem eius affirmatiuam ostendit Pegna, in resolutione dubij non leuis, quod ab Auctoribus discuti solet; num exprimi debeat in sententia condemnatoria hæretici pœnitentis reconciliati, quod hic fuerit hæreticus, an secus. Resoluunt negāter Guido Fulcod. in consulta ad Inquisitor. quæst. 15. cap. 19. Archidiac. in capit. Vt commissi de hæret. lib. 6. Zanchin. tract. de hæret. cap. 41. S. dictum fuit, squillaceñ. tract. de fid. Cathol. cap. 27. & alij.

124 Qualiter autem affirmatiua resolutio merito amplectenda, audiamus ab ipso Pegna in hunc modum decidente. Sed verior, inquit, sententia est, quam videtur sequi hoc loco Eymer. & tenent Io. Andr. & Geminianus in dict. cap. vt commissi dicentes, Inquisitores nostri temporis bene pronunciare illum fuisse hæreticum, neque aliquod

125 esse, quod obsistat. Imò Simanc. de Cathol. Instit. tit. 60. num. 5. qui hanc sententiam amplectitur, addit 1. instructione Hispalensi cap. 10. cautum esse, vt qui reincorporantur, vel vniuntur Ecclesiæ, declarentur fuisse hæretici, vel apostatæ, & incidisse in pœnas à iure statutas; quia tamen dicūt, se velle puro corde, & fide non ficta redire ad Ecclesiam, Iudices absoluunt eos ab excommunicatione, & reconciliant eosdem Ecclesiæ, si ita est, vt asserunt, quod absque vlla simulatione vere cōuertuntur, & hanc sententiam comprobat communis Inquisitorum vsus. Hæc ille; nec aliud addendum occurrit.

126 Vltimo loco vnum tantum verbum circa illam Eymeric. clausulam (Retinentes nobis ex certa scientia, & expressè, quod possimus libere dictum sententiam, seo pœnitentiam mitigare, aggrauare, comutare, &c. in qua, vt ait Pegna ibid. insigne continetur Inquisitorum priuilegium ab antiquo tempore eis concessum quandoquidē de ipso fit mentio in Concil. Narbonen c. 7. & Biterren. c. 22.) vt etiam post sententiam pronunciatam iuridictio ipsorum in eadem causa non expiret; de hoc à nobis alibi agetur.

127 Nunc illud huc spectans solum videndum, an si Inquisitor ex obliuione, vel ex alia causa, ommittat exprimere in sententia condemnatoria hæretici pœnitentis retentionem dictam, possit nihilominus, pœnitentias augere, mutare, tollere, vel minuere? sine dubio verius est quod adhuc possit, vt optimè docet idem Pegna, cum Eymerico, qui id expressè tradit in septimo modo terminandi processum fidei ex vi iuris, incip. Vt commissi, de hæret. in 6.

128 Accedamus iam ad ostendendam complete doctrinam in vltimis Regulæ nostræ partibus contentam, de reconciliatione hæretici pœnitentis non relapsi quoad circunstantias temporis, & personarum, quando, & quibus hæreticis reconciliationis locus concedendus. Pro decisione, prænotanda diligenter distinctio illa, quam affert doctissimus Trasmiera, lib. 3. de Polygam. quæst. 15. num. 39. nempè duplicem esse sententiæ publicationem contra hæreticum pœnitentem à S. Officio condemnatum; altera fit ei priuatim, dum adhuc in carceribus existit; altera coram populo, cum iam ad ipsum tabulatum emissus est, vt exequutioni sententia mandetur: qua distinctione sic prænotata.

129 Ducto principio à facilioribus, certum est apud omnes auctores, quod sit reconciliandus, & ad misericordiam recipiendus hæreticus in S. Officio, non solum quando nullis præcedentibus indicijs sponte comparet coram Inquisitore (in quo casu cum sola abiuratione, absque vlla pœna, cum pœnitentijs tantum salutaribus expeditur) vel indiciatus, & captus, statim sponte confitetur, aut constitutus, & interrogatus de plano suum errorem manifestat, de ipsoque

130 verè pœnitet; sed etiam postea in quocunque statu processus, quandù sententia condemnatoria non est lata, & reo inquisito priuatim notifica, si à negatiua, vel à pertinacia sui erroris resiliat, etiamsi per inflictam ei torturam, ac veræ pœnitentiæ signa præbeat, ad reconciliationem admitti debet. Ita Pegna 3. par. Direct. commen. 42. Griland. de hæret. quæst. 5 num. 2. & seq. Farinac. de hæres. quæst. 193. S. 1. à num. 27. cum varijs, quos citat, Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 44. n. 7. Diana tract. 7. par. 4. resol. 24. in fine, & Trasmiera citatus, num. 32. pa- terque ex vsu in quibuscunque Tribunalibus S. Inquisitionis recepto, iuxta cap. Ad abolendam, de hæret. in 6.

131 Nota hic obiter cum ipso Trasmiera id, quod alibi magis à nobis discutietur, iuxta promptiorem, vel tardiorem hæretici inquisiti conuersionem, vbi ad reconciliationem admittitur, mitiorem, vel grauiorem pœnam esse ei iniungendam, attentis varijs modis maioris tarditatis, aut promptitudinis in manifestando suum errorem Inquisitori cum signis veræ pœnitentiæ;

132 Vndecim ferè affert Farinac. loc. cit. per totidem ampliationes: videas apud ipsum; nobis sat sit indicasse, vt iam prædictis vel omninò certis compendiosè traditis, videndum nunc de aliquibus casibus difficilioribus, in quibus potest esse controuersia, an dictus hæreticus pœnitens debeat ad recōciliationem admitti? an secus?

133 Tres bene assignat citatus Trasmiera num. 33. & seqq. iuxta tria tempora distincta, seu iuxta triplicem statum illius: primus est, nùm post latam sententiam condemnatoriam, & publicatam peculiariter ipsi condemnato, dum adhuc manet in carceribus, & dum adducitur vsque ad tabulatum, si interim resiliat, ac verè pœniteat sit recipiendus ad misericordiam? Simanc.

Simanc. de Cathol. Instit. tit. 47. à nu 36. adeò tenaciter partem negantem defendit, vt oppositam à iure, & à ratione longe auersam esse asserat; quia iura, præcipue dict. cap. Ad abolendam ita disponunt, vt incótinenti, & confestim post deprehensionem hæreticus conuertatur: alioquin, si tardet, non ex corde cum vera pœnitentia, sed ob mortis instantis metum conuerti videtur.

135 Verùm nimis rigide loquitur Simác. cótra partem affirmantem, quam sequuntur grauissimi auctores ex antiquis, quos ipse citat, Ioan. Andr. Abb & Anan. in capit. Excommunicamus, 1. §. 1. de hæret. Cardin. in dict. cap. Ad abolendam, Syluestr. in summa, verb. Hæresis, Pegna, 3. p. Direct. commen. 41. num. 175. vers. Nollem certè, Farinac. dict. §. 2. num. 56. Diana 4. par. tract. 7. vers. Sed restat, resol. 24. & præter alios Trasmiera vbi supra, qui se testem fidelissimum præbet de praxi circa

136 hoc Hispanicę Inquisitionis. Vnde particulæ illæ, incontinenti, & confestim, ex dict. cap. Ad abolendam, secundum Abb. citatum, & reliquos, intelliguntur, dummodo pœniteat statim, hoc est, post sententiam, & ante quam tradatur brachio sæculari. Et quidem neque verum est, quod similes hæretici semper ob metum mortis instantis reconciliari petant, cum hæc petitio sæpius ex illuminatione diuina, & ex vera pęnitentia procedere possit: ergo, &c.

137 Dein secundus status hęretici petentis reconciliationem cum signis verę pœnitétiæ aliquando erit, dum iam productus ad tabulatum, ibi manet per aliquod tempus quo ante publicationem sententiæ ipsius, aliorum reorum sententiæ leguntur, seu publicantur, (vt plurimum multi simul producuntur, & qui ex eis persistit negatiuus, aut pertinax vltimo loco expeditur) si interim à negatiua, vel à pertinacia resiliat, estne adhuc locus eum reconciliandi, & non tradendi brachio sæculari? maior est controuersia circa hunc casum, & quidem.

138 Simanc. loc. cit. à fortiori negáter respódet, cui sine dubio adhæret Pegna, cuius ibid. hæc sunt verba. Verumtamen, inquit, vbi malitiam perfidorum huiusmodi contemplor, auderem dicere, iustissime fieri, si locus misericordię pateret eis, donec à carceribus Inquisitorum educuntur: ergo educti iam, & in tabulatu collocati, non sunt reconciliandi secundum ipsum. In confirmationem adducit Diana citatus resol. 24. Instructionem Toletanam de anno 1561. quæ num. 64. sic habet.

139 Muchas vezes los Inquisidores sacan al tablado reos, quin por estar negatiuos se determinan relaxarlos, y porque en el tablado antes dela sentencia se conuierten, y dicen sus culpas, los reciben à reconciliacion, y sobre leen las determinacionesde sus causas, y parece cosa muy peligrosa, y quando se deue sospechar lo hagan mas por temor dela muerte, quádo con verdadero arrepentimiento, parece, quando se deue hacer pocas vezes, y con muy particulares consideraciones. Hæc ibi, atque pars ista sine dubio probabilis est.

140 Nihilominus probabilior, & magis pia censetur affirmans, quam tuentur Decian. lib. 5. cap. 39. num. 3. Rojas de hæret. par. 2. num. 193. Farinac. de hæres. quæst. 193. §. 2. num. 6. & post alios Trasmiera ibid. num. 40. Imo, & Pegna citatur etiam pro hac parte, commen. 42. num. 175. cum hoc loco (videtur sibi cótrarius) affirmet, quod dum est in tabulatu non solum, si pænitere velit, sit recipiendus ad reconci-

141 liationem; Sed etiam quod tunc debeat exhortari ad resiliendum à pertinacia, seu negatiua, vt reconciliari, & non vltimo supplicio puniri valeat, quia nulli vnquá signa pœnitentię veræ præbenti pia mater Ecclesia misericordiæ viscera claudit.

142 Tertium denique tempus est, quod superest hæretico negatiuo, vel impœnitenti post publicationem sententię in tabulatu, per quam traditur curiæ sęculari, quousque ista exequutioni eam mandet, & vltimo supplicio illum puniat. An si interim resipiscat cum signis veræ pœnitentiæ, sit admittendus ad reconciliationem, omissa pœna vltimi supplicij; controuertitur

143 multo magis inter Doctores. Qui pari modo in duas classes oppositas diuisi sunt, negantium, & affirmantium.

144 Et quidem inter negátes in hoc casu numerantur etiam diuersi, qui in duplici præcedenti affirmabant, vt Abb. in cap. Excómunicamus, el primo vers. vel potest dici, & ibi Ioan. de Anan. num. 7. extra, de hæret. negant etiam Arnald. Albert. cum allegatis per eum in repetitione cap primi, de hæret. in 6. quęst. 12. numer. 15. Paul. Grilland. in tract. de hæret. quęst. 5 nu. 5. Rimin. cons. 395. numer 56. & præcipue Pegna, 2. par. Direct. quæst. 11. commen. 36. vers. Postquam traditus fuerat. Vbi ex-

145 presse ait, nullo modo hęreticos sic pœnitentes, dum curiæ sæculari fuerunt iam traditi, esse recipiendos ad misericordiam, & hanc sententiam semper æquam visam fuisse addit, & quod contrarium facere valde periculosum sit.

143 Pro cófirmatione adducit ex Campegg. in add. ad Zanch. in tract. de hæret. c. 16. littera B Farinac. de hæres. quæst. 193. § 3. num. 63. exemplum cuiusdam Sacerdotis, qui in Ciuitate Barchinonen. iam igni expositus, & semiadustus, & pœnitentiam clamans, ad pœnitentiam propterea admissus, post annos 14. in hæresim relapsus, multos infecisse repertus est: Vnde tutius iudicatur in isto casu curię sęculari traditú nullo pacto ad reconciliationé admittere.

147 Opposita nihilominus sententia affirmás defenditur ab Eymer. 3. par. Direct. rubr. de Decimo modo terminandi processum fidei, numer. 204. vbi ait hæreticum impœnitentem iam traditú curiæ sæculari, dum

dum ad supplicium ducitur debere associari ab aliquibus viris probis, fidei zelatoribus, qui eum inducant ad fidem Catholicam: quod si resilire, pœnitere, atque abiurare se velle affirmauerit, etiam ligatus ad palum, vt comburatur, ad reconciliationem debet admitti, & vt pœnitens hæ-
148 reticus immurari. Quod etiam tuentur Cardin. Zabarell. in cap. Ad abolendam, n.7. Extra de hæret. & alij quos citat Farin. dict. quæst. 193. §. 2. num. 62. ipse verò vix indicat, cui sententiæ adhæreat. Trasmiera item ibid. num. 48. licet in negantem propendere videatur (cui, inquit, sententiæ à fortiori mihi videtur standum esse) audiamus, quid de affirmante sequentibus verbis sentiat.

149 Illud tamen, inquit, non desinam addere pro misericordię reuerentia, & pœnitentiæ cultu, quòd si hæreticus pœnitens talia signa doloris ederet, vt manifestissime eius pœnitentia appareret, qualiter esset, qui cum multis lacrymis, & animi sensibus, & religiosissimis sententijs suum errorem ob Dei offensam defleret; ita, vt adderet, se libentissime ad pœnas accedere in suorum peccatorum pœnitentiam, seque maiores pœnas pro suis culpis mereri, & cętera huiusmodi; in tali casu illum non relaxarem, sed, prout dicit Eymer. perpetuo immurarem. Hęc ille, quę omnino approbo.

150 Concludendum itaque quod sit locus reconciliationis similibus hæreticis, etiam dum infligitur vltimum supplicium ad palum iam alligatis, si adsint manifesta signa veræ pœnitentię, & quod remitti debeat arbitrio DD. Inquisitoris, & Episcopi, qui de talibus signis, & de spe melioris vitæ in sic clamante, se velle conuerti, iudicaturi sunt. Docent pręter Trasmieram citatum, num. 44. & Farinac. vbi supra, num. 64, cum
151 alijs, quos citat (quidquid in contrarium dicat Simanc. dict. tit. 47. num. 39.) Campeg. in add. ad Zanchin. cap. 16. littera, B vers. Tandem concludit, Paul. Ghirlan. in tract. de hęret. quęst. 5. num. 11. pręsertim vers. Quid dicendum, & Sousa lib. 2. Aphor. cap. 44. num. 8. sic.

152 Post latam, inquit, sententiam, & publicatam, an reconciliari possit hęreticus, Inquisitorum determinationi relinquitur, rarò tamen reconciliari debet, maximè si iam traditus sit curię sęculari. Ita ille, citatque Pegnam 3. par. Direct. comment. 42. & Decian. lib. 5. crim cap. 39. num. 3.

153 Locus autem reconciliationis conceditur quibuscunque hęreticis verè pœnitentibus in quouis casu; exceptis aliquibus hęreticalibus, in quos qui inciderunt ex vi Bullarum Papalium non reconciliantur, sed pro primo lapsu curię sęculari traduntur, licet eos non abiurauerint. Primus est negantium Trinitatem Personarum in diuinis; Secundus negantium Diuinitatem Christi Domini; Tertius negantium Christum fuisse conceptum de Spiritu Sancto; Quartus negantium Christi mortem, vt nos redimeret; Quintus negantium virginitatē B. V. Marię. Sic disposuit Paulus IV. in Constitutione incip. Cùm quorumdam,
154 quam affert Pegna in fine Direct. Sicut & illam eiusdem Pontificis, incip. Cùm ex Apostolatus, per quam de alio casu similiter statuitur, vt habeantur tanquam relapsi omnes Magistratus, ac Domini temporales, & Ecclesiastici, qui in hęresim, vel in schisma inciderint, vel hæresim, aut schisma excitauerint, vltimo supplicio puniēdi.

155 Duo pręterea casus adiunxit, seu confirmauit Clemens VIII. per Constit. incip. Etsi alias, nempè celebrantium Missas, & audientium confessiones sacramentales sine ordine presbyteratus, quod isti pari modo non sint admittendi ad reconciliationē, sed pro primo etiam lapsu relaxandi curię
156 sęculari. De vtroque casu iam prius sic disposuerant Paulus IV. & Sixtus V. per Bullas, quarum meminit Sanctarell. tract. de heres. cap. 42. dub. vnic. num. 5. circa medium ex Locato in Iudiciali Inquisitor. rubr.
157 contra Sine ordinibus celebrantes. Extendit etiam prędictos casus Vrbanus Papa VIII. per Constit. incip. Apostolatus officium, ad quoscumque etiam minores 25. annis, dummodo vigesimum ętatis annum compleuerint.

158 Ex Locato item vbi supra fit mentio à Sanctarel. citat. de alio Decreto eiusdem Pauli Papę IV. per quod disponitur, vt habeatur tanquam relapsus quiuis, qui diuinissimo Eucharistiæ Sacramento abutitur; & videtur pręcipuè intelligendum de abusu in sortilegijs ad turpia, & inhonesta, & ad defensionem propriam contra arma hostilia. Dubitabit fortè aliquis, an hoc Decretum Pauli IV. fuerit vsu receptum apud Tribunalia S. Officij, cum nunquam de eo sermonem vllum apud nostrum Melitense audierim, cum tamen non semel in eo occurrerit casus de abusu sanctissimę Eucha-
159 ristiæ, me teste fidelissimo. Et quidem quod non sit in praxi apud Tribunal sanctę Inquisitionis Lusitanię, à fortiori inde patet, quia de omnibus supra adductis casibus sic affirmat Sousa lib. 2. Aphoris. c. 44.
160 num. 6. Quare cùm sit res maximi momenti, occurrente casu abusus sacratissimę Eucharistię suaderem DD. Inquisitoribus, vt Sedem Apostolicam, seu supremum Tribunal Inquisitionis consulant. Ex prędictis autem casibus aliquos infra magis explicabimus.

161 Superest vnus casus discutiendus valde controuersus, an striges, seu lamię habendę sint tāquam relapsę ob infanticidium, & curię sęculari tradi debeant? Agit de hoc Diana tract. 8. De offic. & potestate Inquisitor. 4. par. resol. moral. resol. 118. & sententiam affirmantem primo loco adducit, dein suam indicat sequentibus verbis.

162 Sed contrariam, inquit, sententiam, & merito, tenet doctus Pegna in suis notis ad

ad Ambrosium de Vignate, quæst. de Sortilegibus, art. 2. §. Si verò dicunt, vbi adducit verba Petri Dusinæ Generalis Inquisitionis Assessoris, & S Pœnitentiariæ Datarij sic as-
163 serentis. Quamuis auctor mallei maleficarum, & Syluester teneant, lamias ob infanticidia etiam in primo lapsu tradi posse curiæ sæculari, & ita aliquando obseruatum sit in quibusdam Inquisitionibus particularibus, & præsertim Pedemontanis, vbi mul-
164 tum inualuit hæc pestis: Non consueuit tamen hoc S. Officium illas tradere, nec aliter punire, quam sacri Canones puniri mādant Apostatas à fide Christi. Hæc Diana cum citatis per ipsum auctoribus.

165 Quæ, vt iacent, refert Doctissimus Trasmiera dict. quæst. 15. lib. 3. num. 56. & benè concludit, quod tametsi à veneficis istis fiat homicidia, nequaquam tamen traduntur brachio sæculari, nec huiusmodi striges magis puniuntur, quam ipsi hæretici per Tribunalia S. Inquisitionis, quidquid sit de alijs
166 Tribunalibus. Notandum tamen id quod contra conficientes maleficia ex pacto expresso cum dæmone necem inducentia disposuit Gregorius Papa XV. per Bullam, incip. *Omnipotentis Dei*, ibi.

167 Constito, quod aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs, siue sortilegijs vnam, vel plures personas ita læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors sequuta sit, etiam pro primo lapsu curiæ sæculari tradatur, debitis pœnis
168 puniendus. Qui verò similiter apostatādo pactum cum Diabolo, vt præfertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit; ex quo licet mors sequuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi; siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus, damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus in S Inquisitionis Officio, vbi illud existit, fabricandis, mancipari debeat. Hactenus verba Bullæ Gregorianæ, adducta etiam à Trasmiera in fine dict. quæst. 15. numer. 57.

169 Per quæ, vt vides, duo exprimuntur casus valde diuersi; in priori reconciliatio homini malefico omninò denegatur; in posteriori verò ei cōceditur, & præmissa abiuratione errorū carcere perpetuo recluditur.

170 Quid tandem de hæresiarchis, & dogmatistis? concordes sunt auctores vniuersi circa istos, in eo saltem, quod concedatur ipsis locus reconciliationis, si non citati, nec præuenti, sponte compareant, & confitentes suæ sectæ errores signa manifesta veræ pœnitentiæ ostendant; quia gratia, seu beneficium spontaneæ comparitionis nulli quantumuis errorum magistro, & inuentori denegatur. Ita Pegna 2. par. Direct. commen. 64. vers. item hac. Extra di-
171 ctum tamen casum dissident inter se ijdē auctores; & qui ex eis, vt Simanc. Cathol. Instit. tit. 47. num. 50. & seqq. hæreticos non esse reconciliandos affirmarunt, multo magis id affirmant de hæresiarchis, & dogmatistis: Alij verò, vt Eymer 3. par. Direct. in rubr. de 8. modo terminandi, &c. num. 188. Pegna 2. par. Direct. commen. 64. & Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 44. num. 3. illos reconciliari posse volunt aliquando, si verè ex corde pœniteat, & adsint clara signa huius
172 pœnitētiæ. Vnde Farinac. de hæres. q. 193. § 1. à num. 5. vsque ad 12. post varias distinctiones, bene monet, vt sint prudentissimi Inquisitores in dictis signis inuestigandis: Atque his iam Regulæ, & Capiti finem imponamus.

CAPVT V.

De expeditione causarum fidei: iniuncta aliqua abiuratione, aut sine ea discussis in particulari singulis casibus, seu materijs ad S. Officium pertinentibus.

PROOEMIOLVM.

1 EXPOSITA vtcunque duplici capite præcedenti pro qualitate rei ex se adeo obscuræ vniuersa doctrina in communi circa naturam abiurationis, & quascunque istius circunstantias personarum, loci, temporis, modi, &c. atque in particulari circa omnes eiusdem gradus, seu species de formali, scilicet, de suspicione violenta, de vehementi, ac de leui, siue de modis terminandi processum fidei cum aliqua istarum; nihil amplius super addendum occurrebat, & huic tractationi de abiuratione, prout de ea nostræ professionis Scriptores tractare solent (adeò obscure, & breuiter, vt non desit, qui, cùm varios, & eruditos tractatus de rebus ad S. Officium spectantibus elaborauerit, etiam ver-
2 bum, Abiuratio, in Indice omiserit) pro nostro instituto satisfactum videbatur. Verum prædictis nequaquam contentus maiorem lucem huic doctrinæ de abiuratione, vti præcipuę, & excellentiori nostri Operis parti præferre cupiens, operæ pretium duxi multo magis ad particularia descendendo, quascunque materias, in quibus error, aut præsumptio erroris contra fidem esse potest, breuiter percurrere, ac singulos casus, qui reos Tribunalium S. Inquisitionis ad aliqualiter abiurandum inducunt, vel secus; toto hoc 5. cap. non nihil sane longiusculo præ cæteris, ex quibus præsens liber coalescit, quibusuis dictorum Tribunalium Mini-

Ministris indicare; & obiter attingentur aliqua, si quę forte alibi circa dictas materias omis-
3 sa sunt. Ad hæc autem præstanda, præter diuinam, quam confidimus non defuturam, opem ferent tum alij auctores classici, tùm doctissimus Cæsar Carena, & Praxis illa m.s. quam multoties allegauimus.

Cuicunque qualiter abiuratio de formali in quauis materia contra fidem erranti iniungenda, vel secus? idque vnde prouenit?

REGVLA CCCLXXXVI.

4 CAsu, quo omnia ad formalem mentis errorem, & ad pertinaciam requisita adsunt, in quacunque fidei materia quiuis errare deprehendatur, nullum dubium,
5 quod de formali abiurare debeat. Ab hac verò abiuratione ille merito eximetur, si error illius vndecunque sit tantum materialis, & pertinacia, quamuis culpa aliqua
6 non desit, omninò careat. Hæc autem carentia tum ex alijs capitibus, tum ex ignorantia quauis non solùm supina, & crassa, sed quandoque etiam ex affectata prouenire solet.
7 At cum per eam vehemens præsumptio hæresis non tollatur, infligenda tunc reo tortura, & ex ea nihilo emergente cum aliqua abiuratione de vehementi, aut de leui expediendus.

8 OMnia in Regula præsenti contenta cōmunia sunt, & quasi præludia ad vniuersa in Regulis sequentibus huius capitis quinti exprimenda; quoad primam particulam non est hic immorandum in declarandis requisitis ad hoc, vt quis sit pertinax, & formalis hæreticus; quia esset actum agere; cùm ex iam alibi traditis à nobis clarè innotescant.
9 Sed solum asserimus, quod illis suppositis in casu occurrente tali hęretico sine dubio sit iniungenda abiuratio de formali. Docent communiter omnes, prę cipue Farinac. de hæres. quæst. 194. num. 24. Carena, par 2. tit. 1 §. 25 num. 124. & Prax. m.s. cap. 1. & 2.
10 Aliquantulum verò immoremur oportet in explicanda particula negatiua, quæ in Regula sequitur, quod scilicet haud debeat abiurare de formali is, qui quamuis fateatur se credidisse contra aliquam veritatem fidej Catholicæ, perpensis tamen bene rebus, vel circumstantijs perpendendis, nequaquam hæreticus formalis reperitur, eo quod talis credulitas ex errore tantùm materiali, absque vlla pertinacia contra au-
11 ctoritatem Ecclesiæ prouenerit, imò eam habens aliquando asserit, se sic errasse, quia credebat, quod Ecclesia ita teneret, & ab omnibus credendum proponeret. Tradit ex mente alio uni Carena dict. §. 25. n 125.
12 vers. Addam hoc. Qui cum Farinac. de hæres. quæst. 179. num. 6. statim subiungit, taliter asserentem esse torquendum, vt ex tortura appareat, quomodo sit expediēdus.
13 Secundùm autem eundem Carenam p. 3. tit. 12. §. 9. à num. 45. & secundùm alios auctores, quos ipse citat, quatuor præcipuè debent perpendi, vt innotescat, qualisnam sit error in reo S. Officij, an formalis cum pertinacia, an potius materialis solummodo sine ea, & vt decernatur, an, & quænam
14 abiuratio iniungenda? Primò perpendenda qualitas personæ inquisitæ, num perspicax habeat iudicium, & notitiam credendorum, ac qualem; ex quibus parentibus ortum ducat, an ex catholicis, seu potius hæreticis, & ex qua ciuitate, suspecta ne, an fideli, inter quos educationem sumpsit, inter rusticos ne, an inter nobiles, & similia. Ex quibus non exiguum sumitur adiumentum pro resoluendo gradu abiurationis tali inquisito iniungendæ, an de formali, vel minori. Docent Pegna 3. part. Direct. commen. 40. vers. Sed si admiserimus, & Cantera cap. 2. de prob. et testes, rub. de indi. & tort. num. 27 vers. Vsum tamen vidi.
15 Secundò, Perpendenda est qualitas articuli, circa quem reus S. Officij, maximè si hic sit minor, vel fœmina, grauatus reperitur, videlicet, an sit ex articulis, quos vnusquisque scire explicite debet, seu è contra, an ex illis, quos non tenetur quis sic explicite credere, cuiusmodi sunt multæ fidei subtilitates, viris doctis solum notæ. Ita Pegna par 1. Direct. commen. 22. Reg. 2. & 4. Farinac. de hæres. quæst. 179. num. 33. & seq. Sousa lib. 1. Aphor. cap. 12. num. 14
16 & Carena vbi supra. Qui exemplificat sic asserens, quod maior dolus præsumeretur, in impuberibus minoribus, & fœminis, si negarent Christum crucifixum; vel natum ex Maria Virgine, quàm si faterentur, se credidisse dæmonem posse cogere voluntatem hominis; ita ille; & subdit decisionem peculiaris casus sequentibus verbis.
17 Vnde, inquit, in S. Officio nostro Cremonæ memini, iam supra decem annos quandam sortilegam, sacriore Congregationis parte votante, fuisse coactam ad abiurandum de vehementi, quamuis fassa fuisset se credidisse (grauabatur enim de sortilegio qualificato ad amorem) dæmonem posse hominis voluntatem cogere. Ita ille;
18 Et quidē valde gaudeo inuenisse me apud ipsum talem decisionem; per quam tanti viri auctoritate, & sacrioris partis illius Cremonensis Congregationis voto confirmatur alia similis à me non semel adducta in nostra Congregatione S. Officij Meliten. & recepta ab Illustrissimis DD. Inquisitoribus, & à DD meis Consultoribus; sed forte de ea iterum infra.
19 Tertio, Perpendendum est, à quibus fuerint

riat seducta personæ istæ, nempè minores, fœminæ, &c. and parentibus, à Parochis, aut à reliquis superioribus, quibus quiuis subditus credere tenetur; an verò ab alijs, quibus non est obligatio credendi. Tradunt benè Pegna dict. comment. 22. Reg 7. Io. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 6. q. 9. Farin. de hær. q. 179. §. 3. num. 25. Sousa lib. 1. Aphor. c. 12. nu. 11. & Carena citatus.

20 Quartò perpendi debet secundùm eundem Carenam, & alios, an statim atque de veritate Catholica fuerunt moniti, illicò resipuerint; nam ex hoc multò minùs contra ipsos præsumptionem sumet Inq. quòd diù in hæresi permanserint; sed è contra indè deducet, quòd cum exigua, aut nulla pertinacia illi adhæserint, vel quòd tantùm ex ignorantia materialiter errauerint. Ac proindè, quòd nequaquam abiurare debeant, saltèm de formali, sed iuxta qualitatem indiciorum de vehementi, aut de leui, aut nullo modò, si per torturam omninò euacuentur.

21 Cum autem ignorantia sumpta stricto modo priuatiuè prout est mala (definitur benè à Syluestr. verb. Ignorantia, nu. 2. priuatio scientię possibilis adipisci, quam quis habere tenetur) multipliciter diuidatur, vt iam alibi attigimus: Ex parte rei ignoratæ in iuris, & facti ignorantiam: Ex parte verò actus ignorantis, secũdum D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. in antecedentem, concomitantem, & consequentem: Hæc rursus, quæ dicitur ignorantia volita, in affectatam, & non affectatam; ista item in inuincibilem, & vincibilem, seu crassam, aut supinam; Ex quauis istarum quis erret in fide, potest dubitari, an sit liber à pertinacia, & consequenter ab hæresi, atque ab obligatione abiurandi quouis modo, vel saltem de formali?

22 Pegna par. 1 Direct. qu. 7. & Farinac. de hæresi qu. 179. §. 3. num. 23. cum alijs multis ibi ab ipso citatis, absolutè docent quòd ignorantia in crimine hæresis excuset, sed debet intelligi inprimis de ignorãtia inuincibili, seu insuperabili, ac proinde inculpa-
23 bili, siue iuris, siue facti. Quæ vndecunque proueniat, vt si quis falsò edoctus fuerit ab eo, cui tenebatur credere, vt ignarus a Doctore, & pio, discipulus à Magistro, filius à parente, Parochianus à suo Parocho, vel Episcopo, excusat eum tam in foro externo, quam interno, non solum ad hæresi, sed etiam à suspicione eius, & ex consequenti ab omni abiuratione. Ita Sousa lib. 1. Aphor c. 12. n. 7. & 11. cui dictis Farinac. n. 25. & Pegna loc. cita. ac 2. par. Direct. ad cap. 1. de hæret. vers. De quo sit octaua conclusio, Io. Azor. vbi supra, estque res certa.

24 Quid iam de ignorantia culpabili? Primo de crassa, vel supina, quæ prouenit ex incuria, & negligentia sciendi ea, quæ homo debet scire, cum facilè possit. Quod itaq. errans in fide ex ignorantia crassa, qua putat, & credit aliquid non esse contra definitionem Ecclesiæ, quod ipsa esse de fide declarauit, sit verè hæreticus, ac proindè de formali debeat abiurare, & vti hæreticus puniri, tenuerunt viri docti, vt Sotus in 4. dist. 22. qu. 2. art. 3. post 5. conclus. cas. 1. Palacios in 3. distin. 25. disp. 2. Ludou. Lopez 2. par. Instruct. cap. 10. tit. de casib. reseruatis, in Bulla Cænæ, cas. 1. Sayr. in Thesauro, tom. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 15. & alij; ob eam rationem, quia in reliquis delictis talis ignorantia non excusat à culpa, neque à pœna, ergo nec in delicto hæresis excusabit.

25 Consurgũt tamen contra eos multò plures viri doctissimi, & omnino dicendum volunt, eum, qui sic ex ignorantia crassa credit contra Ecclesiæ determinationem, cuius notitiam non habet, haud esse verè hæreticum, neque ad abiurandum de formali saltē teneri; ostenditur retorquendo argu-
26 mentum in contrarium, quia est dispar ratio de hoc crimine contra fidem, atque de alijs quibussuis contra alias virtutes; cum ad hęresim requiratur pertinacia, vt quid intrĩsecum, tenens se ex parte obiecti, & consistit in hoc, quod quis testimonio, & auctoritati Ecclesiæ opponatur; Ignorans autē etiã crassissime ei nequaquã opponitur, cum paratus sit corrigi, vbi primum sciuerit, eam
27 contrarium tenere. Ad alia verò delicta committenda non requiritur pertinacia dicta; sed sufficit voluntarium cum ignorantia crassa satis coniunctum. Ita Canus lib. 12. de locis Theologiæ, cap. 9. colum. 21 vers. Illud deindè consectarium; Nauarr. in sum. cap. 11. Hispanicè n. 17. Latinè nu. 22. Vasquez cum multis ab eo relatis 1. 2. qu. 76. art. 3. disp. 126. cap. 2. Toletus in sũm. lib. 4. cap. 3. nu. 7. Bañez 2. 2 qu. 11 art. 2. col 3. Corollario, 2. Aragon. ead. qu. 11. art. 1. col 7. vers. Dico 2. & Thomas Sanchez in Oper. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 7. nu 20. cum alijs, quos adducit.

28 Dissident vero inter se multò magis scriptores nostri, quando ignorantia est affectata; quippe per istam non excusari reum S. Officij à vera hæresi, & ab effectibus eius precipue ab obligatione abiurandi de formali defendunt multi Canus, & Nauarr. loc. cit. Cordub. in quæst. lib. 1. qu. 17. § 7. Torres de Trinit. qu. 32. art. 4. in 2. comment. par. assert. 1. de Valentia 2. 2. q. 11. disp. 1. pun. 1. diffi 4. in solut. ad 1. Ratio pro hac sententia videtur firma, quia error affectatus procedit ex electione, & quia nõ est paratus corrigi, qui data opera commonitionem Ecclesiæ declinat,
29 ac eius Doctrinam nescire affectat. Oppositum tamen; quod non sit verè hæreticus quiuis errans ex ignorantia affectata ob defectum pertinaciæ ad hæresim requisitæ, & quòd liber maneat ab effectibus, ac pœnis ei coniunctis; presertim obligationis abiurandi de formali, tenent alij, vt Aragon. 2. 2. qu. 11. art. 2. col. 8. vers. Propter hæc argumenta, Bannez ead. qu. 11. art. 2. col. 3. vers. Sed quæret quis, Azor. t. 1. lib. 1. Instit. moral c. 14. q. 9. & lib. 8. c. 8. q. 4. & Sayr supra relatus.

Præ-

30 Prędictas autē duas sententias sub distinctione in concordiam benè reducunt Vasquez 1.2.qu.76.art.3.disp.126.cap.2. ad fin. & Sanchez loc.cit.nu.23. quibus adde Sousam lib.1. Aphoris.cap.12.nu.9. & 10.nempè, quod verus hæreticus errans in fide ex ignorantia affectata, primo si eam affectet ex falsa opinione contra Ecclesiam, quia, quæ ipsa proponit, parui momenti esse credit, secundo si affectet, vt liberius erret in fide;& in hoc sensu vera est prima sententia, & ratio pro ea allata, valde firma.

31 Siquis tamen erret in fide ex ignorantia affectata, quam affectat ex tædio addiscendi, vel ad liberius peccandum, sed non contra fidē, nequaquam censetur hæreticus formalis, neque debet de formali abiurare, quia deest tunc pertinacia ad formalitatem hæresis necessaria. Atque hoc modo vera est secūda sententia; sicque vtramque præter dictos auctores tuetur Farinac. de hæres. qu. 179.§.3. nu.30. videas ipsum.

32 Addendum adhuc prædictis pro maiori luce, quòd ignorantia in ijs, quæ sunt per se nota, ac de iure naturæ primario non excuset in foro externo ab hæresi. Similiter neque ignorantia iuris diuini circa illa, quæ explicitè credēda sunt, & quæ necessitate fi-
33 nis, ac medij omnibus credenda proponūtur. Imò etiam quòd non excuset, nisi rarò, ignorantia circa ea, quæ ex sola necessitate
34 precepti explicite credere tenemur. Secus sæpè, si circa ea, quæ tantum implicite credēda sūt, quia in ijs regulariter occurret, vt adsit ignorantia inuincibilis, ergò hæc excusabit ab hæresi, etiā in foro externo. Ita Pegna in prima par. Direct. qu.7. nu. 22. & par. 2. ad cap.1 de hæret. comen. 22. Io. Azor. lib. 8. cap. 6 quæst. 7. Simanc. Cathol. Inst. tit.26.nu.5. Farin. de hęres. qu. 179.§.3.nu.34. 35.& 38 & Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 12. nu. 13.14.& 15.

35 Hinc ipse Sousa nu. 18. cum citatis Simanc. dict. tit.26.nu.8.& Farinac. dict. § 3. nu. 36. rectè pro nostro Instituto vniuersaliter addit, quòd errans in fide per ignorantiam, dummodo hæc non sit inuincibilis, abiurare debeat purè simpliciter sine conditione, pro qualitate culpæ, aut suspicionis de errore formali, maioris, vel minoris, vehe-
36 mentis, aut leuis, secundum arbitrium Inquisitorum. Quod intelligitur inflicta prius reo (excipe, nisi hic sit spontè comparens) tortura aliquali, vt iam diximus suprà, nu. 12 citatis ibi pro hac doctrina Farin & Caren. non adeò graui, seù rigorosa, vt omninò euacuentur indicia, vel præsumptiones; nam tunc non esset abiurationi locus; quod iam alibi à nobis traditur.

37 Concludit tandem Sousa dict. cap. 12. sic nu.20. Quæ circa errantem, inquit, per ignorantiam diximus, suo etiam modo de errāte per simplicitatem intelligenda sunt. Vide Farin. dict. qu.179. §.3. & per eum citatos Hæc ille, & benè; nec aliud addendum.

38 Superest proferamus vnum verbum circa dubitantē in rebus fidei (licet de hoc nihil in Regula, nec in titulo eius expressum fuerit, vt affine multum prędictis, hic ommitti non potuit) qualiter hæreticus sit, & abiurare debeat? Ac primo suppono esse prorsus certum, quod absolutè loquendo, dubius in fide catholica, sit infidelis, seù hæreticus, iuxtà cap. Dubius, extra de hæret. qua ratione id contingat, nunc inquirimus.

39 Secundo suppono, quòd quinque modis præcipue circa fidem dubitari possit, quos expendunt Pegna 2. part. Diret. ad dict. cap. Dubius commen 1.& Farinac. de hæres. qu. 178.§ 4 num 92. & seqq. primo subreptitia tentatione, quandò quasi inopinanter occurrit alicui quędam tentans cogitatio circa credibilia. Qui sic dubitat, hæreticus non est, imò nec peccat, si inuitus tales pa-
40 titur cogitationes, Secundo veritatis elucidatione, vbi, supposita fidei certitudine, adducuntur rationes in contrarium, vt fidei veritas magis innotescat. Neque sic
41 vlla interuenit culpa. Tertio imperfecta adhęsione; Sicuti euenit homini peccatori, qui si perfectè adhęreret creditis, non sic viueret, quasi de fidei veritate dubitaret. Atque taliter dubitans, nequaquam hæreticus constituitur. Docent citati Pegna, & Farinac. vt certum.

42 Dein Quarto voluntaria adhæsione, vt si quis sciens aliquid esse de fide, voluntarie tamen de eo dubitat, siue æqualiter inclinet in veritatem fidei, & in errorem contrarium, siue inequaliter. Et hoc modo dubitans sit verè hæreticus. Tan-
43 dem quinto pertinaci defensione; ita, vt quis magis inclinet in doctrinam fidei contrariam, & tenacius illi adhęrat. Atque hoc modo circa res fidei dubitans sine du-
44 bio formalis hęreticus constituitur. In vtroque autem casu requiritur, vt quis dubitet cum pertinacia, & non sit paratus corrigi, alioquin non erit hæreticus. Ita benè Farinac. dict.§.4.n.90

45 Attendenda item qualitas personæ dubitantis contra fidem & qualitas articuli fidei catholicæ, circa quem dubitat, vt hinc deducatur, an dubitans sit hæreticus for-
46 malis, vel tantum de hæresi magis, aut minus suspectus. Dubitans enim in ijs, quæ sunt de fide primariò, & omnibus tanquam necessario credenda traduntur, hæreticus censetur, & quoad abiurationem, ac pœnas vti hæreticus expeditur, secundum D. Thom. Quodlib. 3. qu 4. Secus, si dubi-
47 tet de ijs, quæ ad fidem secundario spectant; vel de definitis ab Ecclesia; donec de vtrisque legitime sit admonitus. Sed interim tantum ex tali dubitatione exurget ali-
48 qua erroris suspicio. Nulla sanè, si dubitet quis circa ea, quæ adhuc ab Ecclesia non sunt definita; dummodo sit paratus tenere quidquid ipsa definierit. Ita citatus Pegna, vers. Item decimo, & vers. Potest Item.

49 Duos tandem casus rectè decisos à duobus

busdoctissimis viris accipe, alterum à Bañez ad 2. 2. q. 11 art. 1. vers. ex his sequitur, nempe quod non sit hæreticus, nec dubius, aut suspectus in fide, si quis sentiens se tentari contra ipsam, suspendat omni
50 no iudicium suum. Alterum verò à Th. Sanchez, tom. 1. oper. Moral. lib. 2. cap. 7. nu ... nimirum, non censeri hæreticum eum, qui perpensis rationibus contra fidē sibi occurrentibus in neutram partem inclinat, sed pendulus manet; nisi reflectat supra suum actum, iudicans rem illam fidei dubiam in se existere.

51 Hoc autem modo, vel quouis alio ex dictis ob dubitationem in rebus fidei catholicæ fiat quis hęreticus, aut aliqualiter suspectus de hęresi, si resipiscat, & relicto dubio, ad certam omnino fidei nostræ veritatem redeat, recipiendus est, & cum abiuratione de formali, aut de vehementi, aut de leui, pro certitudine, vel maiori, vel minori suspicione erroris expediri debet. Ita Pegna loc cit. vers. Cum itaque, & Farin. dict. §. 4. num. 107. quibus adde Sousam lib. 2. Aphoris. toto cap. 11. vbi prædicta omnia breuiter perstringit: Atque ijs declaratio Regulę finita manet.

An, & qualis, & in quibus casibus S. Officij iniungendi Iudæis, Saracenis, ac alijs infidelibus abiuratio?

REGVLA CCCLXXXVII.

52 TAmetsi Iudęi etiam contra veritates fidei catholicæ errantes nō sint proprie, & stricte hęretici, sed improprie, & largo quodam modo sic dicantur, in multis tamen casibus ipsi, sicut & Mahometani, ac alij infideles iurisdictioni Inquisito-
53 rum subsunt. Prędicti autem, si fidei dogmatibus, quę illis, & nobis sunt communia se opponant, & error formalis in eis deprehendatur, de formali abiurare debet. At de vehementi, aut de leui, quando errare vehementer, aut leuiter pręsumun-
54 tur. Vbi verò oppositio eorum peccaminosa, seu contumeliosa, contra dogmata Christianis tantum propria extiterit, nulla emissa abiuratione condigna pœna ab Inquisitoribus mulctandi.

---

55 EOdem fere ordine, quo lib. 1. nostri operis singulas materias ad S. Officium spectantes pro indicãda vniuscuiusq. qualificatione, sumpto initio, vt patet ex cap. 11. ab infidelitate, & Iudaismo, expendimus; ipsas nunc pro assignando vnicuique cōpetente abiurationis gradu, percurrimus, proposita primo loco circa Iudęos, & quosuis infideles præsentis Regulæ doctrina, quam per particulas congruentius ostendemus.

56 Circa primam excitat peculiariter dubium Caren. 2. par. tit. 14. §. 1. An Iudæi sint hęretici? & pro legitima decisione supponit, quod Iudæi extra Ecclesiam Dei maneant, constat ex illo Pauli 1. Corinth. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? item ex cap. Gaudemus, de Diuort. & ex cap. Multi, 2. quęst. 1. atque vt omnino certum copiose tradunt, & probant multi auctores, pręcipue Card. Bellarm. lib. 3. cap. 3. controuers. general. 3. tom. & Ricciullus, de personis extra Ecclesię gremium existentibus, lib. 2. cap. 1.

57 Quia post Incarnationem Verbi ad Ecclesiam intratur per baptismum solum; ergo cum Iudęi nullo modo sint baptizati, extra Ecclesiam esse merito censentur.

58 Ex prędicta autem suppositione, sic iam bene resoluit dubium Carena dict. §. 1. num. 2. dicens, quod quamuis Iudęi contra fidem catholicam expresse sentiant, non sint vere, & proprie hęretici, ostenditur efficaciter adiuncta nominis significatione; Nam hęreticus idem significat atque diuisus, sicut hęresis diuisio, & non potest quis dici ab Ecclesia Dei diuisus, qui nunquam fuit ei vnitus, seu intra ipsam per baptismum receptus; vnde, vt aliquis sit hęreticus, supponitur quod fuerit baptizatus; ergo cum Iudæi nunquam per susceptum baptismum se Ecclesiæ vnierint non dicentur ab ea diuisi, nec proprie hęretici. Ita Rojas sing. fidei 37. num. 5. & tract. de hæret. par. 2. num 471. Albertin. in rubr. de hęret. in 6. quæst. nu. 12. & alij à Carena citati.

59 Nihilominus, quod Iudęi improprie, & largo modo vocari possint hæretici, quando contra veritates fidei sentire deprehenduntur, negari quidem nequit (idem pari modo, teste Farinac citando, dicendum de alijs infidelibus) sic sentiunt, & eos hæreticos vocant Io. Andr. in cap. Firmissime, extra de hęret. nu. 3 Lopez in Alleg. hęretica lib. post repetit. ad cap. Per vestras de donat int. vir. & vxorem, §. Post medium, versic. Hinc est, & Farinac, cum pluribus per eum adductis, de hæres. q. 178. num. 130.

60 Quidquid sit de dubio præcedenti, quod ad quęstionem de nomine videtur posse reduci; particula illa, quæ sequitur in Regula nostra, prorsus est certa, nempe Iudæos, & alios infideles esse Inquisitorum iurisdictioni subiectos; quod in prædicto c. 11. lib. 1. nostri operis iam aliqualiter expositum; sed nunc pro maiori expositione
61 non nihil addetur. Primo loco illud negatiuum, quod Inquisitores hęreticę prauitatis nullam habeant iurisdictionem in Iudæos, ex eo tantum, quod Iudæi, aut infideles sunt; cum sub hac formalitate, nec proprie, nec improprie sint hæretici. Ita Carena dict. §. 1. nu. 4. cum Bald. cons. 315. & 316. vol. 1. Dec. in suis tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. & cum alijs.

62 Dein, quoad affirmatiuum, sine controuer-

uersia vlla est communiter receptum, quod subsint iurisdictioni Inquisitorum Iudæi, & Infideles non solum ex vi duplicis Bullæ Papalis Gregorij XIII. incip. Antiqua Iudæorum, & Clementis VIII. incip. Cum Hæbreorum malitia, de quibus nos iam alibi, & plura infra; sed etiam ex vi Iuris canonici communis in multis casibus. Docent expresse Eymer. 2. par. Direct. quest. 46. & ibi Pegna, commen. 71. Locatus Auctor Reportorij Inquisitor. Comensis in Lucerna Inquisitor. vterque in verb. Iudæus, prax. M. S. cap. 20. Rojas par. 1. de hæret. num. 552. & cum alijs, quos allegat Carena dict. tit. 14 §. 4 num. 14.

63 Qui nu. 15. proinde ex mente reliquorũ merito tanquam falsam reijcit assertionem Simanc. de Cath. Instit. tit. 35. num. 11. & Socin. sen. cons. 119. num. 18. vol. 4. affirmantium, quod Inquisitores non possint procedere contra Iudęum, qui aduersus Christianum hęc verba protulerat (la vostra fede è fede di pazzi) & assertionem.
64 Anchar. in cons. 15. affirmantis quod Iudex sæcularis tenetur Iudæum punire, qui proiecit immunditias super Crucem, quæ in Litanijs deferebatur, cum hæc punitio ad Tribunal solummodo S. Inquisitionis spectet; sicut quando apud ipsum accusantur Iudæi, quod Sanctorum imagines fregerint, aut conculcauerint, quia prædicta ab eis committuntur in vilipendium Christianæ fidei, ac Religionis, quod per se omnino patet, & affert Prax. M. S. dict. cap. 20.

65 Pręter dictos verò casus alij etiam assignantur, in quibus possunt Inquisitores procedere contra Iudæos, nempe si abradant in Biblijs ea verba, quæ Christo Do-
66 mino competere censentur, vel si tripudient, ornatiusque incedant in die Veneris Sancti in odium, siue contemptum eiusdẽ Christi Domini. Ita de vtroq. cum Alex. cons. 233. num. 6. vol. 6. & cum Lazar. de Blasphemia q. 2. num. 33. Caren. dict. tit. 14. §. 16. num. 36.

67 Qui num. 37. alium casum sequentibus verbis addit, Tertio, in quit, procedunt Inquisitores contra Iudęos, sibi accendi facientes ignem in die Sabbathi per Christianos, vel eorum opera vtentes in seruitijs
68 vilibus. Et item contra Christianos Iudęis in supradictis inseruientes, nam omnia hæc tendunt ad decorem cultus Iudaici, & in ludibrium Religionis Christianæ, conantibus Iudęos se se Christianis superiores ostẽdere in eo, quod possunt. Ita cautum esse peculiari Constitutione Nicolai V. quæ incipit, Super gregem Dominicum, §. nec possunt, sub Datum Romæ Kal. Iulij 1447. Põtificatus anno 1. testatur Ricciull. de iure personarum extra Ecclesię gremium exi-
69 stentium lib. 2. cap. 39. num. 18. Sic etiam pluries rescripsit S. Congreg. Eminentiss. DD. Generalium Inquisitorum, Reuerendissimo Inquisitori Cremonæ, vt ex literis eiusdem S. Congregationis, quæ conseruantur in Archiuio nostræ, prout etiam Ciuitatis, scio plures Hebræos, qui pluries opera Christianorum vsi fuerant in exercitijs vilibus fuisse condemnatos ad carceres formales, & ad alias pœnas arbitrarias ab Ordinarijs, & Inquisitoribus. Hactenus Carena; quo cum de alijs casibus statim dicemus.

70 Circa tertiam item Regulę nostrę particulam, videndum iam, an, & qualiter Iudęis, & alijs infidelibus iniungenda sit abiuratio? Distinguendum prius de triplici genere delictorum, quæ illi committere possunt, alia enim sunt delicta contra fidem, seu sectam ipsorum propriam, propter quę nequaquam puniuntur ab Ecclesia, neque iudicantur, iuxta illud S. Apost. 1. Cor. 5. Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare?
71 Nam siue violando legem, aut sectam suam, siue eam exequendo ex conscientia erronea peccent Iudæi, vel alij infideles, ob peccata ista nullo modo subsunt iurisdictioni Inquisitorum, (vt iam supra, nu 61. cum Bald. Dec. & Caren. citatis diximus) neque alterius Iudicis Christiani; Cum Ecclesia Catholica nullum cogens ad veram fidem, in suis sectis, & ritibus eos toleret.

72 Sunt item alia delicta Iudęorum, aut Infidelium contra fidem, seu Religionem nostram Christianam tantum; quorum varij casus exprimuntur in Bulla Gregoriana citata, & vnicuique maiorem expressionem addit Carena dict. tit. 14. diuersis paragra-
73 phis; vide apud ipsum. Si de his delictis denuncientur Iudęi, vel alij infideles apud Tribunal S. Inquisitionis, & adsint indicia sufficientia ad torturam, ei subijci debent pro habenda veritate delicti (vt quòd blasphemando dixerint Christum Dominum fuisse purum hominem, vel etiam peccatorem, Matremue Dei non esse Virginem) & super complicibus, non autem super intentione, quia in delictis huiusmodi nullo
74 modo ipsi sunt hęretici. Vnde quamuis grauissimis pœnis, prout disponitur in citatis Bullis Gregorij XIII. & Clementis VIII. ab Inquisitoribus puniendi sint, quod magis in particulari sequenti libro à nobis declarabitur, nulla tamen eis ob talia delicta abiuratio iniungitur. Ita ex communi omnium Carena dict. §. 18. num. 42.

75 Tandem sunt alia Iudæorum, aut Infidelium delicta contra veritates, seu articulos fidei communes illis, & nobis, prout continentur in Constitutione Gregoriana citata 1. 2. 3. & 8. ex decem per eam expressis casibus, quos opportunius duxi proprijs bullę verbis singillatim indicare; cum in his locus sit abiurationis, vt videbimus.

76 Primus casus sic habet. Si quis Iudęus, aut infidelis, ex ijs, quę circa fidem cum illis nobis sunt communia; veluti Deum vnum, & ęternum, omnipotentem, creatorem omnium, visibilium, & inuisibilium & similia non esse asseruerit, prędicauerit,

vel

vel priuatim alicui insinuauerit. Vide declarationem eius apud Carenam dict. tit. 14. §. 6.

77 Secundus casus est huiusmodi. Si demones inuocauerit, consuluerit, aut eorũ responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerint, aut quid eis immolauerit, vel thuris, alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut alia quęuis impietatis obsequia

78 pręstiterit. Hactenus de secundo casu, quē esse quasi corollarium primi notat bene Carena vbi supra, § 7 num. 19. nobiscum enim conueniunt Iudęi, solum Deum esse adorandum, illique soli vti Deo preces fundendas, ac solum ipsum habere notitiam futurorum, maxime à libero arbitrio dependentium.

79 Tertius casus Gregorianę ita proponitur Si Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut quouis alio modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, vel perducere attentauerit. Et hoc est, quod dicit Eymer. 2 par. Direct. quęst. 46. num 4. vers. si ergo inueniantur, ibi pręsertim in pręsentia Christianorum: vbi Pegna addit, quia quandoque ad similia suo malo exemplo Christianos pertrahunt, vel perducere attentant hucusque de tertio casu.

80 Octauus casus continens etiam aliquid commune nobis cum Hebręis, aut infidelibus exprimitur in Gregoriana sequentibus verbis. Si libros Hereticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos damnatos, vel alias prohibitos retinuerint, &c. diuulgauerint, vel in quęcunque loca detulerint, aut ad eam rem opem suam accommodauerint. De tali item prohibitione librorum facta Iudęis, aut alijs infidelibus expresse in Bulla Innocentij IV. incip impia Iudęorum, & in Bulla Clementis VIII. incip. Cum Hebręorum malitia. &c.

81 Quod autem Iudęi, aut infideles librum Thalmud retinentes &c. censeantur delinquere contra fidem nobis, & ipsis communem, inde ostenditur, quia tametsi liber Thalmud, siue Hierosolymitanus siue Babylonicus (vt distinguitur communiter, teste Deciano in tract. crim. lib. 5. cap. 12. num. 3.) cōtineat multiplices blasphemias contra Iesum Christum, & B. V. Mariam, plura tamen in eo reperiuntur contraria ijs, quę nobis, & ipsis sunt communia. Vide Marquar. de Iudęis, part. 3. capit. 1. numer. 49.

82 Errantes itaque Iudęi, & alij infideles contra dogmata fidei nobis cum eis communia, in dictis casibus Gregorianę 1. 2. 3. & 9. contenta, cum sint aliquo modo hęretici, vt bene ait Eymer. par 2. Direct. quęst. 46. num. 3. & seq. dato, quod errorem suum siue sponte, siue de plano, siue per inflictam torturam suppositis indicijs sufficientibus fateantur, de formali abiurare debent. Ita citat. loco Eymer. vers. quo Iudeo, ibi Pegna, comment 71. vbi ponit formam abiurationis ab illo faciendę, & Zanard. summ. diuinor. pręcept. cap. 4. tom. 1. vers. si igitur in supradictis.

83 Quod si in negatiua, intentionis, seu erroris etiam post inflictam torturam persistāt in omnibus, & per omnia eodem modo contra eos proceditur, ac contra Christianos, & pro gradu suspicionis, aut leuis aut vehementis, ad abiurandum de leui, vel de vehementi cogendi sunt ex mente prędictorum auctorum docent Carena dict. tit. 14 §. 18. num. 41. & Praxis M. S. c. 20. cuius visum est pauca verba referre.

84 Essendo, che, inquit, alcune cose della Santa Fede sono alli Giudei, e Christiani communi; quindi è, che se in esse si trouano delinquenti i Giudei, il S. Offitio procede contra di loro. Le cose communi à Christiani, & à loro sono come Dio esser vno, eterno, onnipotente, creatore del mondo; che vi siano Paradiso, Inferno, Angeli, demonij, Scrittura Sacra, anima immortale, e simili. E perche vengono nel S. Offitio inditiati di non credere, ò tutte, ò alcune di dette cose, ò d'hauer proferite parole indecenti, sospettione di mala credulità intorno ad esse, si procede contro di loro à cattura, à persequitione di libri, e scritture, e si tirano inanzi le cause con i termini

85 della ragione, come si fà con altri. E confessando la mala credulità, si fanno abiurare de formali, e negandola etiandio in tortura, si fanno abiurare, ò de vehementi, ò de leui, secondo la qualità dell' indicij, parole proferite, e conditione delle persone, cioè se sono di più, ò meno intelligenza. E quanto alle pene si cōdannano anco come i Christiani, che si trouano in detti capi delinqnenti, ò à carcere, ò à galera, ò essilio, ò relegatione. Huc vsque in praxi illa M S.

86 Claudamus tandem hanc Regulam verbis illis, à quibus Carena dicti tituli 14. initium sumit. Solummodo inquit, antequam horum Iudęorum materiam pertractemus, notandum est, quòd in toto orbe terrarum non reperitur gens indignior, infamior, & abominabilior, quam gens Iudęorum, vt late probauit Bouadill. vid. in suo polit. lib. 1 cap. 4. & Castill. decis. Re-

87 gni Sicil. 107 numer. 47. & seq. Ob idque iustissime fuit à Catholicis, & potentissimis Regibus nostris ab omnibus Regnis suis expulsa, iuxta eą, quę tradiderunt DD. in 2. 2. in materia de fide, sed pręsertim Gamacheus Doctor Sorbonicus, q. 10. de infidel. cap. 31. concl. 2 &c Vide reliqua apud dictum Carenam; nobis dicta sufficiant.

Hæri.

Hæreticis, Apostatis, ac Schismaticis, vel de hæresi, apostasia, & schismate suspectis, an, & qualis abiuratio iniungenda, vel secus?

REGVLA CCCLXXXVIII.

88 VBi quis siue verbo, siue opere fidē catholicam violauit, si inde hæreticus deprehendatur, de formali abiurare debet; si verò ex alterutro capite sola hæresis suspicio insurgat, pro qualitate huius de vehementi, aut de leui abiuratio illi iniungenda; Nulla tamen, si nullo modo ex verbo, aut ex facto suspectus de hæresi existat, sed cum correptione, &c. expediē-
89 dus. Pari autem ratione philosophandum circa apostatam, aut suspectum de apostasia à fide, quoad actum aliqualiter abiurā-
90 di, vel secus. Nonnunquam etiam ex apostasia à Religione, vel ab obedientia suspicio erroris oritur, & consequenter obliga-
91 tio alicuius abiurationis iniungendæ. Tādem si cum certo schismate error contra fidem, vel præsumptio eius coniungatur, compellendus est schismaticus ad abiurandum, vel de formali, vbi errorem fuerit confessus, vel de vehementi, aut de leui, si præsumptio ipsius tantum existat; stante tamen sola suspicione schismatis, nequaquam est locus abiurationi.

---

92 EX se manifeste patet, tum verbis, tum factis violari fidem nostram posse: ita communiter auctores, maxime Praxis illa m. s. cap. 5. factis quidem, seu actibus violatur, vt apostasiæ, & schismatis, de quibus statim in huius Regulæ declaratione; polygamiæ item, sollicitationis in confessione ad turpia, sortilegiorum, Blasphemiarum, retentionis librorum prohibitorum, comestionis carnium die vetito, & similibus; de quibus singulis agetur in Regulis sequentibus quoad propositum nostrum iniungendi reis S. Officij aliquam abiurationem, aut nullam.

93 Violatur de in fides verbis, seu propositionibus damnabilibus; quarum vndecim gradus distingui solent, eos nos expendimus lib. 1. nostri oper. cap. 12. Regul. 99. cum Suarez de fide, disp. 19. sect. 2. Can. lib. 12. de locis, cap 10. & cum alijs, quiqua addo Sousam lib. 1. Aphor. cap. 7. & Carenam 2. par. tit. 16. nunc solum obiter attinguntur pro re præsenti emittēdi abiurationem, vel terminandi causam sine ea.

94 Breuissima itaque sit resolutio, quod circa hoc extra controuersiam duo omnino certa apud omnes habeantur. Primum ex propositionibus damnabilibus 1. 2. & 3. gradus, nempe hæretica, erronea, sapiente hæresim, seu hæreticali oriri obligationē abiurandi, vel de formali, si reus S. Officij aliquam earum proferens fateatur prauam credulitatem, & se hæreticum manifestet; vel de vehementi, aut de leui, si intentionem neget, etiam post inflictam ei torturam (excipe, vbi esset sponte comparens) attēta qualitate personæ, & propositionis prolatæ, iuxta tradita à nobis supra, Regul. 386. præcipue num. 45. & Doctores ibi citatos, vide præterea praxim. M. S. dict. capit. 5.

95 Secūdum ex alijs propositionibus damnabilibus reliquorum graduum, nimirum ex temeraria, scandalosa, offensiua piarū aurium, male sonante, blasphema, &c. nequaquam cogi eas proferentem ad abiurandum vllo modo, sed expediri solere cum correptione, & declaratione, aut reuocatione propositionis prolatę, cum pœnitentijs, &c. Ita præter Doctores alios duo nostri duces, Carena scilicet 2. p. tit. 16. §. 5. & praxis m. s. dict. cap. 5. constabit magis relatis vtriusque verbis; sic ille num. 22.

96 Quo verò, inquit, ad assertores propositionum temerariarum, scandalosarum, offendentium pias aures, iniuriosarum, &c. dicendum est, quod (ex quo non possunt cogi ad abiurandum) sint saltem cogendi ad reuocādum dictas propositiones; iuxta extrauag. vas. elect. de hæret. & tradita per Ludouicum à Paramo dict. n. 174
97 lib. 3. quęst. 9. vbi alios allegat. Sic cum duo Concionatores Cordubę, & Murciæ temere populo prædicassent, virtute Bullę Cruciatæ posse absolui, etiam ab hęresi, coacti sunt id publice retractare per censores fidei, teste Henriq. in sum. lib. 6. c. 16. num. 3. in addit. vers. quare duo prędicatores. Ita ille.

98 Vbi nota id, quod ad rem nostram facit, dici ab eo per parenthesim, & quasi per transennam, non reddita ratione, cur nō possit cogi ad abiurandum quicunque similes propositiones profert; ideo forte, quod supponat hoc prorsus certum, vti re vera est, & patet ex frequenti vsu Tribunalium S. Officij præsertim nostri Meliten. in quo sæpe, me teste, casus occurrit. Reddit autem rationem saltem in communi Praxis m. s. iam ipsam audiamus, vers. ma quando, circa medium sic.

99 Se le propositioni poi sono state, non della specie detta di sopra, ma ò false, ò temerarie; scandalose, offensiue delle pie orecchie, &c. Si faranno solo riuocare, massime quando v'è congionto insieme lo scādalo, ò sono dichiarate tali da qualche Decreto Pontificio, come quella, che si possa fare la confessione per literas al Confessore assente, e del medesimo anco assente riceuere l'assolutione, dichiarata dalla santa memoria di Clemente VIII. del 1602 ad minus falsa, scandalosa, e temeraria.
100 Ma non si fà abiurare, non essendo materia abiurabile (en rationem breuiter) se non quella, che genera sospettione di fede in qualcheduno de i sudetti gradi; e s'impon-

pongono alli asserenti quelle pene, che se-
condo la qualità delle persone, e circon-
stanze, e specialmente del scandalo sono
dal discreto giudice giudicate più al propo
sito. Hactenus Prax. m. s.

101 Quę egregiè exemplificat in propositio
ne, quod possit confessio fieri per literas
confessario absenti, &c. cui triplex gradus
qualificationis à Summo Pontifice tribui-
tur, ad minus falsa, scandalosa, & teme-
102 raria. Quod sæpius soleat contingere, vt
plures gradus qualificationis eidem propo-
sitioni competant, ac meritò applicentur,
notant bene Simanc. Cath. Inst. tit. 54. nu.
19. Alber. quæst. 6. num. 27. Suar. dict. 19.
sec. 2. num. 21. & cum alijs Carena dict.
3. tit. 16. §. 3. num. 14. Nunquam tamen
103 abiurare tenetur eam proferens, nisi fortè
fuerit etiam affecta aliquo qualificationis
gradu ex illis tribus, nempe hæretica si-
mul, & erronea, aut sapiens hęresim iuxta
dicta à nobis paulò ante.

104 Sequitur agendum de abiuratione iniũ-
genda apostatis: & quamquam Carena 2.
par. tit. 3. §. 7 cuius inscriptio est: De
tortura, & abiuratione apostatarum, rem
intactam relinquit, relinquendamque
cuiuis alteri indicat sequentibus verbis:
De apostatarum, inquit, tortura, & abiu-
ratione prorsus superuacaneum est hoc lo-
co differere, quoniam in his omnia, quæ
de hęreticis dicta sunt, locum habent, vti
etiam notauit Simanc. de Cathol. Instit. tit.
105 7. num. 6. Ita ille, & verè quidem; cum
apostata, & hæreticus tantum differant in-
ter se quoad maius, & minus, nempe quod
ille in totum recedat à fide, hic vero in
aliquo, vel aliquibus tantum articulis.
Communis est doctrina Decian. crim. lib. 5
cap. 70. num. 3. & cap. 71. num. 5. Pegna
par. 2. Direct. quęst. 49. ccmmen. 74. Fa-
rinac. de hæresi quęst. 183. §. 2. num. 13.
& 19. & reliquorum.

106 Nihilominus pro maiori luce, aliqualis
applicatio dictorum à nobis quoad abiura-
tionem hæreticis iniungendam, facienda
in particulari apostatis, etiam à Religione,
& ab Obedientia. Sumpto autem initio ab
istis, mirum sanè, quòd ipsorum non me-
minerit Carena in dict. tit. 3. vbi de apo-
statis à fide ex professo tractat; cum istis
alij auctores, vt Farin. de hæres. qu. 183.
Suarez de fide disput. 16. & Sousa libr. 1.
Aphor. cap. 8. apostatas à Religione, &
ab Obedientia sub eadem tractatione
adiungant.

107 Suspecti itaque fiunt de fide Religiosi,
aut in Sacris ordinati, qui siue dimisso ha-
bitu, siue retento, matrimonium contra-
hunt, siue publicè, siue secretò, subsunt q.
iurisdictioni Inquisitorum, & consequen-
ter abiurare debent, attenta qualitate su-
108 spicionis vehementis, aut leuis. E con-
tra insurgit etiam suspicio de mala credu-
litate, ac pari modo obligatio abiurandi
contra coniugatos, qui post consummatum
matrimonium extra casus in iure conces-
sos, Religionem ingrediuntur, & profes-
sionem in ea emittũt, vel Sacris Ordinibus
initiantur, ita Decian. lib. 5. crim. c. 22.
num. 40. Pegna 2. par. Direct. quæst. 49.
commen. 74. Simanc. Cath. Instit. tit. 40.
num. 14. & Farinac. de hæres. quæst. 183.
num. 70. & 74.

109 Secundum Mascard. de probat. libr. 1.
concl. 112. num. 12. & Suarez dict. disp
sec. 5. num. 2. ac omnium mentem, cum
apostata ab Obedientia dicatur quicunque
ex contemptu, aut superbia renuit obedi-
re Dei præceptis, vel sacris Canonibus,
110 o suique Prælati mandata transgreditur; Si
hęc eius inobedientia inde prouẽniat,
quòd credat nõ esse obediendum superio-
ribus, hæreticus formalis censetur, & ab
Inquisitoribus debet puniri, ac cum abiu-
ratione de formali expediri, aut cum alia
minori de vehementi, vel de leui, si tantum
adsit suspicio huiusce malæ credulitatis,
grauior, vel minus grauis, qualitate in-
quisiti attenta, maximè si ducat originem
à Lutheranis, inter quos viget iste error.
Ita Decian. crim. lib. 5. cap. 17. num. 19.
Farinac. dict. quæst. 183. num. 56. & Sousa
lib. 1. Aphor. cap. 8. num. 19.

111 Docet quidem bene quoad Apostatas à
fide idem Sousa numer. 14. per sequentia
verba. Baptizatus, inquit, inter Paganos,
aut Iudæos in suis erroribus educatus sine
sufficiente notitia, legis Christi, solummo-
do dicendus est apostata materialiter; si
tamen nutritus sit inter hæreticos cum
sufficiente notitia Christi Seruatoris, quam
uis inuincibiliter ignoret veram, & Catho-
licam Ecclesię Romanę doctrinam, inde-
que transeat ad Iudaismum, vel Paganismũ
erit verè, & formaliter apostata, quoniam
hic recedit à Christo, quem formaliter co-
112 gnoscit, non verò ille. Hæc Sousa; Qui-
bus addendum, quòd sit expediendus
absque vlla abiuratione prior, cum tantũ
materialiter à fide apostatauerit; posterior
verò cum abiuratione de formali, eo, quod
istius apostasia verè formalis extet; nec
vllus, credo, reperietur, qui huic additio-
ni contradicat.

113 Quòd autem contra apostatas istos à
fide, vt paulò ante cum Carena ex Simãc.
diximus, debeant procedere Inquisitores
quoad abiurationem maximè iniungendã
vel secus, sicut procedunt contra hęreticos,
docent etiam Eymer. 2. par. Direct. q. 44.
& ibi Pegna, commen. 69. Azor. tom. 1.
lib. 8. cap. 22. quæst. vlt. & cap. 2. q. 2. &
Farin. de hæres. q. 178. numer. 19. & circa
114 hoc nullum extat dubium. Solùm est
aduertendum id, quod ex longo, & fre-
quenti vsu mihi innotescit, nempe aposta-
tas à Fide Catholica sũpto Mahometismo
solere, vt plurimum negare intentionem
etiam post torturam; vnde communiter
cum abiuratione de vehementi, aut de
leui expediuntur, vt habetur in literis S.

Congregationis 1. Martij 1631. fol. 319.
115 Sed insurgit hic dubium non leuis con-
siderationis, quod apud nullum auctorem
particulariter discussum inuenio, nempe,
an quamuis neget quis se adhæsisse sectæ
Mahometanæ, sed tantum exterius eam
fuisse amplexum asserat, fateatur tamen
ex corde se recessisse omnino à lege Chri-
sti, seu à fide catholica per veram eius ab-
negationem, sit verus, & formalis aposta-
ta, ac proinde de formali abiurare tenea-
116 tur? Memini aliquot ab hinc annis in
nostra Congregatione S. Officij Meliten.
excitatum fuisse hoc dubium ab Illustrissi-
mo, & Reuerendissimo D. Inquisitore Go-
rio Panelino, meque tunc cum ipso sic sẽ-
tiente partem affirmantem tenuisse, sicut,
& nunc teneo, ac in maiori eius approba-
tione adhuc sine hæsitatione permaneo.
117 Cupiens itaque circa hoc ab aliquo me-
lius doceri, saluo semper saniori iudicio,
ita breuiter ostendo, quia apostasia propriè
dicta est recessio in totum à fide Christi,
ita vt negetur Christus; tradit ex comuni
omnium Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 8. num.
11. ergo nõ videtur includere in sua essen-
tia transitionem cum adhæsione cordis ad
Mahometismum, vel ad aliam sectam infi-
delitatis, nec repugnat, quod ista duo se-
parentur, nempe recedere totaliter à fide
Christi, & adhærere alicui sectæ Paganis-
118 mi. Vnde reperiri vnum sine altero pos-
se manifestè apparet, ac simul hæc duo co-
niungi, & quod quis in totum recedat à
fide Christi, eam abnegando, & quod non
adhæreat v. g. Mahometismo, ipsum exte-
rius tantum amplectendo; ergo in isto ca-
su sic recedens, & non adhærens erit decla-
randus ab Inquisitore apostata formalis, &
de formali abiurare tenebitur ob totalem
recessionem à fide Christi.
119 Cõfirmatur exemplo peioris apostasiæ;
nam si quis iniat pactum expressum cum
Dæmone, promittente isto abundantiam
diuitiarum, honorum, aut voluptatum sen-
sualium, si ille renunciet totaliter fidem
Christi, abnegando eam, facta per ipsum,
hac abnegatione statim constituitur apo-
stata à fide formaliter, & apud S. Officiũ,
si inquiratur, abiurare debet de formali,
etiamsi nec adorauerit corde Dæmonem
vti Deum, nec crediderit, quod sit dignus
adoratione; sed tantum exterius actum
adorandi exhibuerit, aut nullum; ergo
pari modo in casu præsenti apostasię reli-
cta totaliter fide Christi, & assumpto exte-
rius solum Mahometismo, & quidem tunc
certius est, quod talis apostata in Atheis-
mum prolabatur, &c.
120 Secundùm autem prædictam resolutio
nem, quam consultis viris doctis tum do-
mesticis, tum externis sic mecum sentien-
tibus tradidi, in pari occurrente casu apo-
stasiæ à fide, sumpto Mahometismo, de-
beret id omnino obseruari, vt gradus
abiurationis proportionatus iniungi pos-
sit; nimirum quod dictus apostata in exa-
mine etiam rigoroso sit interrogandus ab
Inquisitore non solum, an adhæserit cor-
de sectæ Mahometanæ, & crediderit posse
se saluare in ea animam suam (vti commu-
niter fit, & negata intentione iniungitur
abiuratio de vehementi, aut de leui, vt
diximus) sed etiam, & multò vrgentius,
an recesserit totaliter à fide catholica, eã-
que abnegauerit? cũ maior sit præsumptio
de hac recessione, & abnegatione, quàm
de illa adhæsione, & mala credulitate.
121 Nam vt plurimum homo prauus Maho-
metismum amplectitur, vt absque remorsu
contempta bona conscientia liberiùs vi-
uat, non quòd credat se posse in ea secta
122 saluari. Et quidem contemnentes bo-
nam conscientiam secundùm Apostolum
1. Timoth. 1. circa fidem naufragium fa-
ciunt, eamque totaliter amittunt. Hęc
pro ingenioli nostri tenuitate circa rem
adeo grauem protulimus; censuræ tamen,
& correctioni Ecclesiæ Catholicæ, seu S.
Congregationi S. Officij Vrbis, ipsa, sicut
& reliqua omnia in nostro opere contenta
libentissimè subijcimus.
123 Quid tandem de abiuratione Schisma-
ticis iniungenda? Pro legitima decisio-
ne prænotandum, quòd vt iam alibi dixi-
mus, secundum D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art.
1. ad tertium, quem sequuntur Eymer. 2.
par. Direct. quæst. 48. nu. 2. Pegna ibi com-
men. 73. Farinac. de hæres. quæst. 184. nu. 14.
& alij, Schismaticorũ duo sint genera, nam
alij diuisi extant ab Ecclesia, & à Capite
eius Summo Pontifice quoad obedientiam
tantùm, absque vllo mentis errore, nolunt-
que ei obedire ex malitia, vel superbia, &c.
Alij verò sunt diuisi, & quoad obedientiam,
& quoad credulitatem, cum nolint deter-
minationibus Ecclesiæ, seu Pontificis Ro-
mani credere; hoc ita prænotato.
124 Schismatici secundi generis cum sint
veri, & consummati hæretici, vti tales in
omnibus, & per omnia ab Inquisitoribus
tractari debent, & constito de mala cre-
dulitate mentis, abiuratio de formali eis in-
iungenda. Tradunt vt omninò certum præ-
citati auctores, præcipuè Pegna dict. com-
men. 73. & Carena dict. tit. 2. §. 11. nu. 34.
125 Dein circa primi generis Schismaticos,
conceditur, vt indubitatum ab omnibus,
ex eorum schismate insurgere aliquam hæ-
resis pręsumptionem, & consequenter in-
iungendam eis nonnullam abiurationem.
Facit ad rẽ illud Origenis Homil. 9. in Eze
chiel: Vbi schismata, inquit, ibi hære-
ses, & dissensiones. Ergo ex schismate ori-
tur saltem suspicio hæresis, nempe extra
Ecclesiam posse saluari; Summo Pontifici
non esse parendum; Vnitatem Ecclesiæ pos-
se scindi, et alia cuiusmodi hæretica, & er-
ronea. Ita optimè Simanc. de Cath. Instit.
58. nu. 6. & cum alijs idem Carena §. 11.
numer. 35.
126 Est tamen aliqualis controuersia in-
ter

ter ipsos Doctores circa qualitatem Dictæ suspicionis: Sousa lib. 1. Aphor. cap. 20. nu. 13. vult hos Schismaticos primi generis esse tantum leuiter suspectos de hæresi, citatque pro se Farinac. dict. quæst. 184. n. 35. ibi tamen non resoluit, qualisnam suspicio hæ-
127 resis ex schismate insurgat. Quòd tamen isti schismatici sint vt plurimum de hæresi vehementer suspecti, docent Simanc. Dict. tit. 58. nu. 8. Menoch. de præsump. lib. præsump. 6. nu. 24. Castr. Palao tom. 1. oper. moral. tract. 6. disp. 4. pun. 6. nu. 19. & alij, quibus adhæreo. Ratio est, quia licet aliquando contingat dari schisma sine hæresi, attamen rarò hoc euenit, teste Vgolino de censuris Papę reseru. par. 2. in glos. Nec non Schismaticos.

128 Addit quin etiam, & benè Carena dict. §. 11. nu. 37. quòd ex schismate, si sit antiquum, insurgat grauissima, & violentissima hæresis suspicio, secundùm textum in Extrauag. ad certitudinem, de sententia excõmun. inter cõmunes, ibi tanquam eorundem, inquit, Grecorum antiquorum Schismaticorum, & in antiquo schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum. Vbi Glos. & est de mente Abb. in cap. Quia diligentia, num. 2. de Elect.

129 Pro abiuratione verò iniungenda, si constet, quòd quis sit Schismaticus formalis, interrogandus est etiam in tortura super credulitate, nimirum, an Summum Pontificem Romanum non esse caput Vniuersalis Ecclesiæ crediderit, & de similibus erroneis, quod si indè nihil emerserit, debet primò abiurare ipsum schisma de formali, iuxtà formam, de qua in cap. Quoties, 1.
130 quæst. 7. Hæresim etiam de vehementi, aut de leui, attenta qualitate suspicionis personæ suspectæ, ac torturæ inflictæ, Ita Pegna dict. commen. 37. vers. Sed vlterius quæritur, & Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 64. num. 2.

131 Quòd si de schismate non constet, sed tãtùm sint indicia, & præsumptiones, Schismaticus vehementer suspectus pro eruenda veritate schismatis torquendus est, & si ex tortura nihil emerserit, abiurare debet schisma præsumptum de vehementi, aut de leui iuxtà qualitatem præsumptionis &c. Pro suspicione verò hæresis in tali casu nec tortura, nec abiuratio infligi debet suspecto de schismate. Vtramque partem docet be-
132 nè Carena dict. §. 11. num. 40. & 41. affirmantem sic ostendit; quia sicuti quoad abiurationem à pari procedunt hæreticus formalis, & Schismaticus formalis; ita etiam quoad eandem abiurationem à pari procedere debent suspectus de hæresi, & suspectus de schismate. Ita ille.

133 Proprijs etiam eius verbis accipe ostẽsam partem negantem. In prædicto tamen, inquit, casu, quo quis de schismate, nec confessus, nec conuictus esset, sed tantummodo suspectus, non esset reus cogendus ad abiurandum; vti suspectus de hæresi, nam ex præsumptione non nascitur præsumptio, sed ex facto certo, vt sentit Bart. in l. 2. §. Diuus, ibi, Quod probato vero tunc præsumitur subtraxisse, ff. De iure fisci, & apertius Bald. l. idem, & si in 2. lect. de statu hominum, Ruin. cons. 90. in fin. vers. Secus autem, lib. 3. & cons. 51. num. 15. vol. 5 vbi de comm. Mantic. decis. Rot. Rom. 164. num. 10. At de schismate, ex quo oritur hæresis suspicio, non constat, nisi præsuntiuè, igitur ex eo schismate præsumpto non potest oriri hęresis suspicio. Hactenus ille.

134 Solet autem ab aliquibus, vt à Simanc. à Pegna, & à Farinac. loc citat. tertium genus Schismaticorum assignari, nempè illorum, qui ex probabili, seu inuincibili ignorantia sibi suadent aliquem esse Summum Pontificem, qui non est rectè, ac legitimè electus, idque tunc contingit, quando plures de Papatu disputant. Sed huiusmodi Schismatici non spectant ad nostrum institutum cum non sint hæretici, nec de hæresi suspecti, ac proindè nulla eis abiuratio iniungenda. Atque ijs Regula finita manet.

Fautores, credentes, receptatores, ac defensores hæreticorum, conuersantes cum eis Sanctum Officium impedientes, qualiter abiurare debent?

REGVLA CCCLXXXIX.

135 QVicumque fautores hæreticorum existunt, siue per omissionem, non præstando ea, quæ contra illos præstare debent, siue per commissionem, verbo scilicet, vt consilium eis præbendo, in ipsorum defensionem aduocando, &c. item opere, vt eosdem receptando, ad conuersationem admittendo, Sãctum Officium impediendo, vel quouis alio modo, contrahunt præsumptionem hæresis, & obligationem abiurandi de vehementi, aut de leui, pro maiori, vel minori eius grauitate ex circũstãtijs delicti, personarũ, modi,
136 &c. deducta. Credentibus autem hæreticorum, quamuis implicitè tantum ipsorum hæresibus adhęreant, abiuratio de formali iniungenda; in qua non requiritur, vt illæ particulariter exprimantur; quod pari modo aliquando tenendum in abiuratio-
137 ne fautoriæ prædicta. Abiurans denique de vehementi fautoriam, si denuo in eandem, vel aliam incidat, non fit propriè relapsus, sed iterum de vehementi abiurare tenetur; secus, si bis, aut pluries reincidat.

138 SVmitur adeò generaliter, & latè à DD. nomen Fautorum, (quod bene notauit Carena 2. par. initio tit. 4.) vt per ipsum indicari etiam possint receptatores hæreticorum, credentes, defensores, consilium dantes, Sãctum Officium impedientes

tes, ac reliqui, sub diuersis tamen capitibus, vt à Sousa lib. 1. Aphor. vel §§. vt à citato Carena exprimi solent; à Castro Palao sub eodem pun. 5. disp. 3. tract. 4. omnes comprehenduntur, sicut in Prax. m.s. ab auctore eius sub vnico cap. 3.

139 Nos in lib. 1. nostri operis, cap. 12. per tres Regulas 103. 104. & 105. de singulis pro exigentia illius loci tractauimus, & qualiter per omissionem, & commissionem tum verbis, tum factis, fautoria hæreticis exhibeatur, sufficienter ostendimus. De impedientibus etiam Sãctum Officium alibi aliquid opportunè diximus, cum sint veri hæreticorum fautores; non nihil nunc superaddendum de eis, occasione, quòd Constitutionem Pij. V. sanctæ memoriæ incip. Si de protegendis, contra illos præsertim editam apud Carenam 2. par. tit. 13. §§. 25 egregiè commentatam habeamus; ex qua commentatione pauca (relictis multis penes illum à te videndis) prout expediens præsenti instituto videbitur breui decerpemus.

140 Tenorem Constitutionis prædictæ lege apud Pegnam in fine Direct. vt facilius quæ circa ipsam discutit, & resoluit Carena, percipere possis. Vera in § 1. eius resolutio sic habet, quòd hæc Bulla à Sanctissimo Pio. V. fuerit edita non ad terrorem tantum, quid quid secus dicat Firmanus in suo reportorio, verb. Bannum, num. 35. cum

141 Bald. per eum citato) sed ad eius exequutionem, nimirum, vt homines sceleratissimi Sanctum Officium impedientes, contumelijs afficiendo, verberando, perterrefaciendo, &c. Inquisitores, officiales, accusatores, &c. grauissimis pœnis in ipsa contentis pro atrocissimo crimine mulctetur. Ita Simanc. de Cath. Inst tit. 41. n. 41. Pegna 2. par. Direct. comment. 79. vers. cęterum hodie, Farinac. de hæres. quæst 182. n. 80. & alij.

142 Quærit item Carena in 2. §. An Bulla dicta possit extendi ad personas in ea non nominatas? Vti certam meritò dat responsionem negatiuam; quæ sic ostenditur; nam quamuis in pluribus causis extensio de casu ad casum fieri soleat, nunquam tamen fit de persona ad personam, iuxta textum in l. Si quis ita, § penultimo, ff. de Testam. tutela; ita Aret. & alij in l. Gallus, §. & quid si tantum, de lib. & posth. &c.

143 Ad intelligentiam Bullæ quatuor perpendit Carena in §. 3. Primum, contra quas personas edita fuerit? respondet, & bene, quod aduersus omnes, & quascunque cuiuslibet status, & conditionis ipsi Constitutioni contrauenientes. Patet ex dictione illa, Quicunque, ibi apposita, quę nullum excludit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. & ex ampliatione addita, nempe, siue cuncta Ciuitas, siue Populus, siue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiori titulo illustris.

144 Secũdum, Exprimit Carena actiones criminosas in Bulla prohibitas, siue circa personas S. Officij, nempè, occidere, verberare, deijcere, perterrefacere, siue circa res earundem personarum, nempe expugnare, inuadere, incendere, expoliare, diripere, interuertere, exportare, item prohibere, ne personæ, vel res, quæ incendio &c. seruari poterant, & defendi,

145 seruentur, & defendantur. Item circa carceres, & carceratos, ac carcerandos, effringere, extrahere, vel emittere, eripere, prohibere, ne carcerentur, occultare, facultatem fugiendi dare, vel id mandare; Ad quodlibet prædictorum auxiliũ, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè scienter præbere; denique cætum, ac homines ad præmissa facienda accommodare.

146 Tertium, Refert breuiter pœnas, quibus committens huiusmodi scelera in S. Officio plectitur; eas magis declarat §. 24. Sed nos de ipsis opportuniùs agemus infra lib. 6. nostri operis, vbi generaliter, de quibusuis pœnis, & pœnitentijs reorum S. Inquisitionis nobis ex professo sermo erit.

147 Quartum, Proponit ille diuersa genera personarum, & rerum, contra quas peccaminosę illę actiones in Bulla fieri prohibētur. Quoad res attinet, nempe contra Ecclesias, Aedes, & res alias, siue publicas, siue priuatas S. Officij, seu Ministrorum, vt libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta publica, siue priuata, &c.

148 Contra personas verò, nempe Inquisitores, Aduocatos, Procuratores, Notarios, ac Ministros alios S. Officij; Contra Episcopos munus Inquisitorum in sua Ciuitate, vel Prouincia obeuntes; accusatorem, denunciatorem, testem in causa fidei, contra personas, quę ex expugnatione, &c. defendi, & seruari poterant. Denique contra carceratum, & carcerandum.

149 Expendit præterea Carena §. 14. verbũ illud Bullæ, *Perterrefecerit*, & mouet dubium, an quæuis perterrefactio etiam leuis Ministrorum S. Officij, vel Denunciatoris, Testis, &c. sufficiat ad incurrendas pœnas in illa contentas? Responsio legitima ipsius, quòd debeat esse in re graui, quæ possit inducere metum cadentem in constantem virum, nec sufficit in re, quæ inijcit tantummodo metum leuem; quia talis in iure non dicitur propriè metus, l. Non timorem, ff. De eo, quod metus causa. Zanard. in sum. diuin. præcep. tom. 1.

150 cap. 5. de fide. Debet item intelligi de perterrefactione iniecta factis, non autem solis verbis; docent idem Carena §. 15. cum Mario Alterio de Censur. to. 1. lib. 5. ob eam rationem, quia cum Bulla ista Pij V. sit pœnalis, ac per consequens odiosa ratione pœnarum; quis non videat, quòd verba eius debeant intelligi strictissimè, & proprijssimè; at verbum, perterrefacere, propriè significat timorem verbis inferre,

 vel

vti multis ostendit citatus Alterius.

151 Dein excitat dubium Carena § 16. an perterrefaciens testem non sequuto effectu incurrat pœnas nostræ Constitutionis? veram accipe proprijs ipsius verbis resolutionem, num. 66.

152 Breuiter, inquit, respondendum est negatiue, tum ob verba Bullæ, perterrefecerit; dictio enim, per, denotat consummationem, & perfectionem rei, cui adijcitur L. Vrbana 8 pernoctare, ff. de verb. signif. latissime Barbosa modernus inter suos tractatus varios, tractatu de dictionibus, & clausulis, diction. 201. num. 3. qui more

153 suo multos ad hoc cumulauit. Tum quia quando summus Pontifex voluit punire affectum, non sequuto effectu, hoc in Bulla expresit in illis verbis, licet nemo occisus, nemo verberatus, &c. & tamen non addidit, licet nullus testis in effectu perterrefactus fuerit; non tamen euitabit iste perterrefaciens testes, etiã non sequuto effectu, alias pœnas; prout in facto sic pluries fuit obseruatum in nostro S. Officio, licet non sit puniendus præcise pœnis grauissimis nostræ Constitutionis. Hæc Carena, qui, (vt reliqua omnia iam ommittamus) sic §. 23. excitat dubium ad rem nostram spectans.

154 An Rei nostræ Constitutionis torqueantur, & abiurent? Quoad primum breuiter, & bene respondet, quod possint torqueri non solum pro facto, quando negant se offendisse testem, vel accusatorem, &c. & tamen ad sunt sufficientia indicia ad tor-

155 turam; Sed etiam super intentione, cum sint suspecti de fide aliquando, & super cõplicibus, vbi constat de crimine, vel per confessionem delinquentium, vel per testes legitimos, vel per facti notorietatem.

156 Quoad secundum nota, quod in dicta Bulla, Si de protegendis, nulla fit mentio de abiuratione Vnde in praxi, vt resoluit idem Carena, n. 97. impeditores S. Officij regulariter non solent, nec debent abiurare. Forte ideo nullum verbum de abiuratione in Bulla, quia per eam impedientibus S. Officium pœna capitis infligitur, facta eorum relaxatione brachio sęculari, & tunc non est locus abiurationis, nec reconciliationis iuridicæ cum Ecclesia, nisi solius spiritualis pro vita animæ, vt iam alibi attigimus, & copiosius infra dicemus.

157 Verum cum multoties impeditor S. Officij non mulctetur pœna mortis vt diximus paulo ante de perterrefaciente, non sequuto effectu, adhuc dubitat Carena dict. §. 23 num. 97. an in aliquo casu sit ei iniungenda abiuratio? & recte ait, decisionem huius quæstionis pendere ab illa, an committentes crimina per Bullam, Si de protegendis, prohibita, sint suspecti de hæresi. & quomodo? quem sic egregie decidentem audiamus.

158 Eymericus, inquit, in direct. part. 2. quæst. 54. num. 1. ait lacerantes processus Inquisitionis, & vulnerantes testes in causa fidei pro eo, quod testificati sunt directe S Officium impedire, & num. 2. addit, quod hi licet sint multum culpabiles, attamen non esse hæreticos iudicandos, & quæst. 56. num 2. vers. Secundus casus est, eadem p. 2. ait, hosce esse suspectos de hæresi vehementer. Probat id Eymer. ibi, primo quia qui impedit officium Inquisitionis, excommunicatus est, & elapso anno fit suspectus violenter, cap. Vt Inquisitionis §. fin. de hæret. in 6. ergo prius vehementer suspectus erit, quoniam præsumptio violenta non consurgit immediate ex leui, quamuis ab

159 ea possit incipere, sed ex vehementi. Secundo hoc idem probat ex quodam rescripto Vrbani Papæ, incip. Præ cunctis nostræ mentis, impresso in Direct. 2. par. fol mihi 129. in quo Papa ait, posse animaduerti in impeditores veluti in fautores hæreticorum, & defensores, at hi sunt suspecti de hæresi vehementer, igitur. Ita ille.

160 Ex quibus clare innotescit, quod impeditoribus S. Officij aliquando iniungenda sit abiuratio de vehementi, cum censeantur vehementer suspecti de hæresi, quando iutuitu istius, & non lucri temporalis, nec amicitiæ cum inquisito, nec consanguinitatis, &c. contra officium Inquisitionis insurgunt. Docet cum multis, quos adducit Farinac. de hæres. q. 182. num. 85. post Pegnam part. 2. Direct. quæst. 54. com-

161 ment. 79. Vbi etiam agit de forma abiurationis, quam dicti impeditores S. Officij emittere debent.

162 Placet vero id, quod ipse Pegna ibid. & cum eo Carena dict. num. 97. vers. E in casu, tenent, nimirum posse huiusmodi impeditores torqueri super causa, qua inducti sunt ad S Officium impediendum, cũ censentur suspecti, & adsunt sufficientia indicia ad torturam eis inferendam. Claudit tandem ipse Carena dict. §. 23. sic.

163 Ratio autem, inquit, quare in S. Officio Rei nostri non soleant regulariter abiurare, sumitur ex doctrina Bonif. Vitalini, in Clem. 1. num. 160. de hæret. & Card. Zabar. ibid. in §. Verum il 2. num. 7 versic. quarto quæro, vbi dixerunt, quod impedientes S. Officium Inquisitionis tunc redduntur suspecti de hæresi, cum id faciunt

164 gratia hæresis. Secus autem, si pretio, aut amore carnali; nam tunc contra eos non potest procedi vti suspectos de hæresi, sed vt conturbantes iurisdictionem S. Officij, Et doctrinam hanc, quæ verissima est, sequuti fuerunt Farinac. de hæres. quæst. 182. num. 87. & Leonard. Duard. ad Bull. Can. Domini, lib. 2. can. 1. quæst. 33. num. 28.

165 & seq. In hisce autem nostris Catholici regionibus non præsumit S. Officium regulariter Reos nostræ Constitutionis impedimentum præstare S. Officio intuitu hæresis, & in odium fidei, sed potius ex affectu carnali, seu ex alia causa, & ideo Reis huiusmodi non solet S. Officium regulariter abiura-

rationem iniungere, vt patet ex sententijs, quæ in hac materia publice leguntur. Ita ille.

166 Corroborat item dictam rationem, & limitat non parum, ac merito supra adductam Eymerici doctrinam eius commentator egregius Franc. Pegna 2. part. Direct. quæst. 56. comment. 81. sic.

167 Et quamquam, inquit, hæc sententia de ratione iuris stricti, verissima sit, nihilominus tamen saltem in illis, qui indirecte impediunt, temperanda videtur, considerata personarum, & factorum qualitate; nam si quis ratione affectionis potius, quam odij, quod habeat contra fidem, aut sacrũ Officium, consanguineis, aut amicis fauendo, Inquisitores, aut eorum Officiales impedierit; quamuis acriter sit puniendus, forte tamen nõ est credendus vehementer

168 suspectus: & hoc præsertim haberet locum in illis, qui non adeo callent fidei causas, quales sunt rustici, & plebeij: Quamobrem antequam abiuratio de vehementi talibus imponatur, propter periculum relabendi, & traditionis curiæ sæculari, diligenter est personarum qualitas perpendenda. Hæc ille.

169 Qui statim dictam limitationem applicat præsertim illis, qui præbent auxilium, consilium, vel fauorem impedientibus S. Officium. Nos vero eam in Regula nostra quoquomodo vniuersaliter applicauimus fautoribus hereticorum cuiuscumque generis fautoriæ. Ex communi enim Doctorum mente diximus cum Carena dict. tit. 4. §. 12 num. 88. & cum Praxi m. s. capit. 3. quod attenta personarum, & factorum circumstantiarumque omnium qualitate, ex fautoria insurgat maior, aut minor, vehemens, aut leuis præsumptio hæresis; vel forte nulla; atque hinc formandum iudicium post torturam etiam inflictam super intentione de gradu abiurationis assignando fautoribus hæreticorum, de vehementi, aut de leui, &c. neque circa hoc potest Regula certior assignari.

170 De credentibus vero hæreticorum, quid peculiariter? Isti in triplici sunt differentia. aliquis enim dicitur primo hæretici alicuius, aut hæresiarchæ credens, qui eius erroribus particularibus explicite credit eo, quod ille sic docuerit, vel affirmauerit, & talis credens hæreticorum est sine dubio proprie, ac formaliter hæreticus, & de formali abiurare debet, expressis in abiuratione particularibus erroribus, quibus adhæsit. Ita Eymer. 2. part. Direct. quæst. 50. num. 1. Suar. de Fide disp. 24 sect. 1. n. 1. Rojas de hæret. par. 1. nu. 298 & pluribus sequentibus ac Farinac. cum multis, quos citat, de hæres. quæst. 182. num. 121.

171 Prædicta autem expressio errorum contra fidem particularium in abiurationis actu facienda, seruari etiam debet respectu cuiusuis generis fautoriæ, si aliquæ adsint coniecturæ suspicionem inducentes, quod exercens fautoriam sciat, & teneat hæreses in particulari illius heretici, cui fauit, tunc iste fautor tenetur non solum heresim in communi, sed hæreses etiam particulares dicti hæretici abiurare. Ita Pegna, 2. par Direct. quæst. 54. comment. 79. Farinac. de hæres. quæst. 182. num. 55. & Carena dict. §. 12. num. 90.

172 Secundo dicitur aliquis hæreticorum credens, qui tametsi nulli hæresi eorum expresse adhæreat, credit tamen hæreticos esse viros bonos, ac habere bonam fidem, ac talis credens hæreticorum dicitur tenere illorum perfidiam implicite tantum, & non explicite, ac consequenter illam in communi, nullis expressis hæresibus in particulari, de formali abiurare tenetur. Ita Palud. in 4. sent. dist. 13. quæst 3. conclu. 7. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 19. num. 5. Farin. de hæres. quæst. 182. num. 104. Sanctarel. de heres. cap. 11. dub. 4. nu. 29. & Carena dict. §. 9. nu. 77.

173 Tertio censentur hæreticorum credentes non proprie, nec stricto modo, cum nulla ratione appareat, quod explicite, aut implicite illorum erroribus credant; sed quod videantur credere hæreticorum verbis, & iussionibus, quippe eos visitant, alimoniam eis præbent, ad ipsorumque di-

174 ctum vadunt, & redeunt, &c. Isti quamuis non dicantur proprie credentes, sunt tamen de hæresi suspecti vehementer, vel leuiter, iuxta qualitatem, & modum circumstantiarum. Docent Eymer. par. 2. Direct. q. 50 num. 5. & ibi Pegna comment.

75 sub littera E, Duard. ad Bullam Cœnæ lib. 2. quæst. 26. num. 9. & Suar. de censuris, disp. 21. sect. 2 num. 2. vbi ait, quod tales dicuntur potius fautores, quam credentes hæreticorum.

175 Addit autem Pegna vbi supra huiusmodi credentes, seu fautores esse cogendos abiurare, de vehementi scilicet, aut de leui, secundum gradum suspicionis maioris, vel minoris, in quo deprehenduntur.

176 In qua abiuratione non requiritur, vt exprimantur hereses particulares; sufficit, si in communi fautoriam, aut præsumptionem heresis dictam ipsa contineat. Nam quamuis regulariter nõ subsistat abiuratio generalis, non expressis erroribus, seu hæresibus particularibus, fallit tamen hoc aliquãdo in abiuratione fautoribus iniungenda. Cum Eymer. Pegna, ac Duard. citatis, docet bene Carena dict. §. 12. num. 91. & ostendit sic.

177 Nam cum isti, inquit, fautores hæreticorum in nullam spicialem, & particularẽ hæresim videantur consentire, ideo nullã in specie hæresim abiurare poterunt; & sic satis erit, si in genere dicat fautor, se detestari omnem hæresim, cuius suspicionem fauendo hæreticis, eosdem receptando, aut Inquisitionis officium impediendo contraxit. Ita ille, relatis denuo eisdem Eymer. Pegna, & Duar.

Su-

178 Superest expendendum, quod in vltima Regulæ nostrę clausula repositum circa illum, qui denuo incidit in fautoriam de vehementi iam à se abiuratam, aut in aliã diuersam, post talem illius abiurationem, num sit habendus pro relapso? circa hoc refert Carena dict. §. 12. numer. 91. quod Locat. in Iudiciali Inquisitor. verb. Relapsi, num. 5. vers. Quidam autem sunt ex Concilio Taracon. per eum citato, in Direct. pat. 2. (hęc citatio dubito, an legitima) in partem affirmantem inclinare videatur.

179 Negatiua tamen, vti communis, & verior, ac pietati nostri S. Tribunalis magis conformis omnino amplectenda, sicuti amplectuntur eam Simanc. cathol. Instit. tit. 57. num. 5. Castr. lib. 2. de iusta heret. punit. cap. 2. Pegna 2. par. Direct. cõment. 83. & Sanctarel. tract. de hæresi capit. 42.
180 dub. 5. num. 14. Ostenditur inde efficaciter, quia, vt sit aliquis vere relapsus, debet constare, quod in aliquam hęresim vere inciderit, cap. Accusatus, § Ille quoque de hęret. in 6. at qui denuo fauet hæreticis, non constat, quod vnquam hæresi infectus fuerit; ergo non erit vere relapsus, sed iterum de vehementi fautoriam abiuratam prius eodem modo, vel aliam quamuis, in quam denuo incidit, abiurare tenetur.
181 Habendus tamen vti relapsus, & brachio sæculari tradendus, secundum Pegnam citatum, vers. Hoc vnum, si bis, aut pluries in fautoriam abiuratam, vel in aliam reincidat, quod infra magis discutiemus, vbi de relapsis ex professo sermo est nobis futurus: atque prædictis Regula nostra manet absoluta.

Num delinquentem contra fidem non denuntiantes S. Officio, sint de hæresi suspecti? & an aliqualiter abiurare cogendi?

REGVLA CCCXC.

182 SIue ex edicto DD Inquisitorum, siue ex Decreto S. Congregationis Vrbis siue aliunde vrgeat obligatio denunciandi S. Officio delinquentes contra fidem, etiam non permissa correctione fraterna, siquis omittat denũciare hæreticos formales, probabile est ex vi huius ommissionis precisè reddi saltem leuiter de hæresi, & de fautoria suspectum, & debere cogi de leui abiurare, probabilius tamen oppositum; inde scilicet nullam insurgere contra eum hæresis, aut fautoriæ suspicionem, nec vllam consequenter abiurationem esse ipsi
183 iniungendam, sicut pari modo non oritur præsumptio hæresis, nec vlla ratione abiurandi obligatio contra aliquem, eo quod suspectos tantùm de hæresi denun-
184 ciare ommittat. Quando verò cum prædicta omissione denunciationis ad sunt aliæ circumstantiæ, & coniecturæ, ex quibus deuenitur in hæresis suspicionem secundum earum qualitatem gradus huius suspicionis, & abiurationis iniungendæ decernendus.

185 QVæ spectant ad obligationem denũciandi S. Officio quoscunque contra fidem delinquentes, & quæ seruanda in exequutione talis denunciationis, abundè satis tradidimus in vltimo cap. lib. 1. nostri Operis. Nihil ibi de dubitatione, ac resolutione præsenti; & licet ista in Regula præcedenti compræhendi potuerit, cum secundum graues auctores citandos denunciare hæreticos ommittens inter fautores hæreticorum reponatur, visum tamen est conuenientius Regulam de ipsa separatam efformare.
186 Ansam, & copiam dicendi ingentem mihi porrigit Illustrissimus, ac sapientissimus D. D. Transmeira in suo fidei stimulo nuper eruditissimè, ac completissime per ipsum edito: totus enim est de hac sola materia, nempè, de obligatione reuelandi hæreticos, & de hæresi suspectos, & de correctione fraterna, non præmittenda,
187 scilicet ante reuelationem dictam. Per vndecim quæstiones generales, & in vnaquaque earum per diuersa capita, & aliquando per sectiones in plura capita diuisas, omnia huc spectantia ità exactè pertractat vt nihil intactum relinquat, & quòd non hinc inde discussum, ac perdoctè resolutum proponat. Ad hunc itaque abundantissimum fontem recurrat, quicunque ad satietatem aqua doctrinæ veræ, ac solidæ de materia obligationis denunciandi, non præmissa correctione fraterna, sitit desiderat.
188 Nos tamen, ne actum agamus præter tradita per nouem Regulas in illo vltimo, cap. lib. 1. nostri Operis, paucis ex Trasmiera hic desumptis, quæ ad expressionem contentorum in Regula præsenti, quomodo conducere videntur, contenti simus. Præcipuum sit illud, quod discutit q. 4. cap. 2. an materia non excedens peccatum veniale sit sufficiens ad inducendam obligationem reuelandi in S. Officio? si enim inde non insurgit reuelationis obligatio, nec eam ommittens fiet suspectus de hæresi, neque obnoxius alicui abiurationi.
189 Circa hoc dubium discordes sunt inter se auctores, ac diuersimodè loquuntur. Sousa tract. 1. de confessor. sollic. cap. 1. num. 7. & 8. Portill in addit. ad dubia Regularia, verb. Sollicitare fœminas, num. 4. & Castro Palaus, tom. 1 tract. 4. disp. 9 pun. 3. num. 2. & 3. sentiunt, tunc solùm esse denunciandum confessarium sollicitantem, cum actus sollicitationis est peccatum mortale, & nullo modo, quando tantum committitur
190 veniale. Ostenditur ex ratione, quæ pari modo probat in omnibus delictis ad S. Officium pertinentibus, quia obligatio denun-

nunciandi iniungitur ab Inquisitoribus
sub pæna excommunicationis maioris; at
ista non fertur, nisi pro mortali, & lata
pro veniali non obligat in foro conscien-
tiæ secundum comunem Doctorum senren
tiam patetque ex iure 11. qu. 3. per varia
capita, ergò, &c.
191 Oppositum verò tenet in casu confes-
sarij sollicitatis Ioan. Sãcius in select is, disp.
11. num. 22 quod sit denunciandus, etiamsi
in materia solius venialis sollicitet. Indu-
citur ad sic tenendum eo fundamẽto quod
delictum in sollicitatione commissum, quã-
uis intra genus luxuriȩ aliquãdo sit veniale,
ob iniuriam tamen Sacramento illatam
192 fiat mortale. Quam doctrinam etiam
tradunt vti certam Freitas quæst 7. num.
33. Fagundez de Præcept. Ecclesiast. in edit.
nouis. par. 2 lib. 4. cap. 3. num, 52. Diana par.
4. tract. 5. resol 5. Anton. Nouar. in summ.
Bull. tit. de sollicit. in confess. num. 4. eamque
vti veram alibi approbauimus.
193 Certum item est apud auctores in di-
uersis delictis ad Sanctum Officium spectã-
tibus non dari paruitatem materiæ, Eo
quod in quauis eorum minima materia
continetur integra ratio materiæ sufficiens
ad mortale, vt in delictis infideliratis, &
hæresi, sicuti de ista in specie quidquid
non rectè dicat Sayr in Clu Reg. lib. 12. cap.
2. num. 59.) docent Castr. Pal. tom. 1. tract.
2. p. 7 num. 2. Alfonsus de Leone par. 1.
recollec. 7. num. 45. de offic. confessar. San-
chez in summ. to. 1. tract 8. cap. 8. n. 66. Diana
194 par. 5. tract. 5. resol. 28. & alij. Similiter in
sortilegijs, & magia non admittunt parui-
tatem materiæ Valentia tom. 3. disp 6. qu.
12 pun. 4. Delrius in disquisit. magic. lib. 4.
cap. 2. quæst 4. Lessius lib. 2. cap. 44. & alij,
præter citatos Castrum Palaum, & Alfon-
sum de Leone.
195 Nihilominus negari non potest, quod,
secundum communem, & magis receptam
sententiam, in aliquibus delictis iurisdictio-
ni Inquisitorum subiectis detur paruitas
materiæ, quæ tantum attingat peccatum
veniale. Sic tenent, & exemplificant in
lectione librorum hæreticorum (ne dum
prohibitorum, quia sunt contra bonos
mores) Sousa, Suarez, Azor. Hurtad. Dia-
na, & alij, quos adducit, & sequitnr Tras-
196 miera vbi suprà, num. 6. Qui licet discor-
dent, vt addit idem Irasmiera in designan-
da quantitate sufficiente ad materiæ par-
uitatem, quæ non perueniat ad mortale,
conueniunt tamen omnes, dici paruitatem
materiæ lectionem vnius lineæ in libro hæ-
retico totaliter prohibito.
197 At Tolet. in summ. lib. cap. 19. num.
9. & Hugolin. in explica. v. Can Bullæ Cæn.
verb. ad eorundem libros, §. 1. nequaquam
admittunt, posse dari paruitatem materiæ
in lectura librorum hæreticorum, quȩ ta-
men sit veniale, sed mortale per eam sem-
per committi affirmant. Sententiȩ istorum
auctorum forte posset intelligi de illo casu
lectionis prohibitæ, quam exponit Tras-
miera ibidem num. 7. circa medium per se-
quentia verba.
198 Nam si in aliquo, inquit, libro fuisset
vna, aut altera sententia ex puncta, quæ
ex se digna prohibitione esset, legens in-
curreret excommunicationem, quamuis
sententia duas lineas non excederet; quia
tota materia prohibitionis in ea parua
quantitate restringitur. At in vno libro to-
taliter prohibito dimidia pagella respectu
totius est parua materia. Hæc ille, notatu
equidem digna, maximè, quòd ait de di-
midia pagella.
199 Quamquam idemmet Trasmiera n. 10.
optimè aduertit, supposito, quod in ali-
quibus delictis ad sanctissimum Officium
pertinentibus, attenta probabili opinione,
admittenda sit paruitas materiæ, difficilli-
mum esse in nonnullis huiusmodi crimini-
bus prospicere, vbi nam quis de facto intra
terminos paruitatis materiæ cum solo ve-
niali constiterit, aut potius extra ipsos mor-
tale commisisse possit dici. Ratio est, quia
illa totaliter aliquando in actibus internis
consistunt, vt hæresis, & apostasia, ita, vt ne-
que ipsa committens plenè percipere va-
leat, aliquando verò in actus externos ni-
obscurè, & inuolutè prodeant.
200 Resolutio itaque dubij sic habet; quod
non sit obligatio denũciandi ob rationem
ex Sousa adductam, quando certius est in
delicto ad S. Officium spectante dari mate-
riæ paruitatem ad veniale tantùm sufficiẽ-
tem, si hæc in facto possit facile cognosci
(secus, si sit difficilis cognitu) vt in exem-
plo legentis vnam lineam in libro totali-
201 ter interdicto. E contra verò, quod ad
sit obligatio denunciandi, quando proba-
bilius censetur, delictum non admittere in
sua essentia, quoad malitiam quantitatis
diuisionem, nec paruitatem materiæ, indè
ostenditur, quia in re tam periculosa tutior
opinio amplecti debet, nec fidendum vnius,
vel alterius auctoritati Tribus dictis Tras-
mira citatus num. 11. 12. & 13. totum hoc
docet, & sufficienter ostendit, præcipuè il-
lud 3. loco, quos nos per parenthesim bre-
uissimè tradidimus; legas ipsum, & te non
pœnitebit.
202 Proferamus dein vnum verbum circa
aliud dubium de obligatione denunciandi
se, & complices delicti in S. Officio. Cer-
tum est, vt iam alibi attigimus, quòd ne-
mo teneatur spontè comparere coram In-
quisitore, & se ipsum, denunciare, secun-
dum illud D. Chrisostomi super epist. ad He-
bræos, Homil. 31. & 41. ad populum. Non
dico tibi, vt te prodas in publicum, neque
vt te accuses apud alios; estque de iure na-
turali, ac docent omnes scriptores cum
D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art 1.
203 Consequenter verò neque vllus tene-
bitur denunciare complices sui delicti (ex-
cipe, nisi iam ipse fuerit priùs denunciatus,
& interrogetur ab Inquisitore de eis) tra-
dunt.

dunt etiam vt omnino certum Suarez de
Fide, disp. 10. sect. 4. num. 18. Sanctarell.
de hæres. cap. 9. dub. vnico num. 16. Dia-
na Oper. moral. tract. 4. de denunciationi-
bus, resol. 9. & post alios nouissimè Tras-
204 miera, quæst. 8. cap. 2. Probatur effica-
citer, quia delinquens contra fidem de-
nunciando, & reuelando complices, me-
diatè reuelaret seipsum, vt patet, cum illi
capti, & ab Inquisitore vt rei interrogati,
teneantur reuelare istum, ergo hic reuelā-
do complices, seipsum reuelat; sed ad hoc
non tenetur, vt dictum, ergo neque ad il-
lud tenebitur.

205 Vnum tamen casum valde notandum,
vt refert ibid. Trasmiera num. 3. excipit
Diana loc. cit. resol. 8. in fine, vbi postquā
cum diuersis auctoribus firmiter conclusit,
quod hæreticus non teneatur reuelare se-
ipsum, addit sic.

206 Aliqui tamen, inquit, ex supradictis
DD. limitant hanc sententiam in casu, quo
pro bono communi ipsius teneretur vitam
propriam ponere, & ideo annis elapsis in
quadam nostræ Italiæ nobilissima ciuitate,
doctissimi Theologi obligauerunt denun-
ciare quendam hæreticum dogmatizantē,
& docentem alios hæresim, quamuis ipsi
denunciantes fuerint discipuli eiusdem hę-
retici, & sic complices delicti, in cæteris
casibus criminosi ex edicto Inquisitorum
secundùm mentem horū Doctorum non
tenentur prodere se ipsos. Hæc ille.

207 Prędictorum autem Theologorum sen-
tentiam valde approbo maximè attento,
quòd complices delicti comparentes spō-
te in S. Officio, & dictum dogmatizantem
reuelantes, nullum inde detrimentum
essent accepturi, ratione comparitionis
spontaneę: quiuis enim coram Inquisitore
sponte comparens nec carceratur, nec tor-
turæ subijcitur, neque ad aliquam pęnam
condemnatur, sed cum sola abiuratione,
& absolutione, salutariq. pænitentia secre-
208 tò expeditur, & quidem ego minimus
inter Theologos, consultus aliquādo circa
casum similē, quòd certa persona ex pacto
expresso cū Dæmone, & apparitione eius
frequenti ingens damnum cuidam magnæ
communitati inferret cum vsu turpissimo
rei venereæ, responsum huiusmodi dedi,
quòd essent obligati complices coram In-
quisitore sponte comparere, & personam
illam denunciare, ad extirpandum à dicta
communitate tantum damnum, quod ser-
pebat, vt cancer, & aliud remedium non
occurreret.

209 Quoad decisionem principalissimi ex
omnibus dubij, an sit obligatio denunciā-
di crimina ad S. Officium spectantia, non
præmissa correctione fraterna? vel secus?
Doctissimus Trasmiera tres generales quę-
stiones 9. 10. & 11. cum suis sectionibus,
& capitulis instruit; ipsum, quęso, adeas,
& cuncta, quæ desideras, ad satietatem
percipies, nimirum ostensa iugiter ab ipso
efficacissimis rationibus parte negante tā-
quam vera, & prorsus certa, quòd non sit
locus correctionis fraternæ in casu hęresis,
& quòd ea non præmissa, debeant hæreti-
ci, aut suspecti de hęresi iuridicè Inquisi-
toribus denunciari.

210 Verùm cum Achilles partis aduersę sit
textus ille Euangelicus Matth. 18. Si pecca-
uerit in te frater tuus, corripe eum, &c.
copiosè, & conuincenter omnino ostendit
Trasmiera, q. 9. sect. 3. c. 11. in eo Matth.
loco, non pręceptum, sed consilium con-
tineri ex mente Doctissimorum virorum
D. Bonauenturæ in Luc. cap. 17. Maldo-
nati in ipsum, cap. 18. Matth. num. 15. Sal-
meronis tom. 4. in Euangelia, par. 3. tr. 10.
de correct. frater. & aliorum.

211 Dato autem, quòd ex illo textu præce-
ptum importetur, ad casum tamen hære-
ticorum, vel suspectorum de hæresi non
extendi probat copiosissimè idem Trasmie
ra pluribus argumentis cum ordinarijs,
quæ ab alijs auctoribus adducuntur, tum
extraordinarijs ipsius proprijs valde ex-
quisitis, quibus res tota demonstratiuè cō-
uincitur; lege ea penes illum, & simul egre-
giam praxim recipiendi denunciationes,
quam in fine operis adducit.

212 Cum itaque tanta sit obligatio denun-
ciandi hæreticos, apostatas, &c. omittens
hanc denūciationem erit ne de hęresi, aut
fautoria suspectus ratione talis omissio-
nis, ac proinde abiurare ne debebit? Non
desunt, qui affirment ex dicta omissione
denunciationis insurgere violentam suspi-
cionem hęresis, & fautoriæ contra omit-
tentem. Ita Alfons. de Castr. de iusta hæ-
ret. punit. cap. 25. in princip. lib. 2.

213 Hanc Castri sententiam cum Simanc. &
Rojas per ipsum citatis Pegna p. 2 Direct.
commen. 81. vers. Illis ex Ioanne, meritò
testatur esse nimis rigorosam. Addit tamē,
vt bene notauit Carenā citādus, posse eam
admitti casu quo vltra denunciationis
omissionem, adesset peculiaris amicitia,
& nimia familiaritas. Nam tunc contra
non denunciantem pręsumptio violenta
oriri potest, Ita ille cum Ioan. Rojas, post
alios, quos copiosè adducit, Singul. fidei,
5. num. 18.

214 Dein est alia sententia Lęlij Zech. to. 1.
tit. de fide, rubr. de hęret. cap. 11. nu. 5.
vers. Tertia suspicio, asserentis, fieri su-
spectum vehementer de hæresi, aut fauto-
ria eum, qui omittit denunciare hęreti-
cos, & consequenter abiurationem de
vehementi esse omittenti iniungendam.
Verùm hęc illius assertio etiam inclinat
in nimium rigorem. Vnde bene ait Pegna
loc. cit. tunc solùm habere locum, quando
nulla adest probabilis causa non denunciā-
di, aut cum in iudicio interrogatus quis
eos celaret; quod prius optimè docuerat
Zanch. de hæret. cap. 5. Ex quibus nu. isto,
& præcedenti dictis patet, esse veram no-
stræ Regulæ partem vltimam.

Mode-

215 Moderatiùs loquuntur alij, & quidem
meo iudicio probabiliter affirmātes; quòd
regulariter tantùm reddatur leuiter suspe-
ctus de hæresi, aut de fautoria omittens
reuelare hæreticos, & ei sola abiuratio de
leui sit iniungenda. Ita Leonar. Duar. ad
Bull. Cænę, lib. 2. can. 1. quæst. 33. &
216 Carena 2. p. tit. 9. §. 9. n. 44. Qui statim
num. 45. cum Sanctarel. de hæres. capit. 9.
num. 16. vers. Tertio non tenetur, & cum
Farin. de hæres. q. 197. num. 53. meritò
limitat dicens: Si quis ob metum cadentē
in virum constantem omitteret denun-
ciationem hęreticorum, nullo modo esset
de hęresi suspectus. Hęc limitatio per se pa-
217 tet. Primum verò illud sic ostenditur,
quia nō denuncians videtur tacitè appro-
bare eius hæretici errores, de quibus tacet
nam secundùm D. Leonem Papam, Error,
cui non contradicitur, approbatur, & se-
cundùm Apostolum, Non solum illi digni
sunt morte, qui malum faciunt, sed qui fa-
cientibus consentiunt; quod interpretatur
Glossa ordinaria sic: Consentire est tace-
re, cum possis arguere.
218 Ostenditur item, quia omittens de-
nunciare hæreticos videtur esse contem-
ptor Censurarum Ecclesiasticarum, & ne-
quaquam bene de earum efficacitate sen-
tire, vt habetur expresè in edicto, quod
publicari solet à Tribunalibus S. Inquisi-
nis Hispaniarum, ibi: Sienten mal delas
censuras dela Yglesia: Cum excommuni-
cationem pro re admodum graui tam so-
lemniter publicatam non pertimescat.
219 Probabiliter etiam tenent diuersi, quòd
non denuncians hæreticos, cum possit, &
debeat, sit habendus, & puniendus vti
fautor hæreticorum. Ita cum Eymer. 2.
par. Direct. Pegna commen. 78. Alfons. à
Castr. vbi supra, Simanc. Cathol. Instit.
tit. 29. Rojas, Singul. 5. ac alij, & habe-
ri videtur expresè in Decreto quodam à
S. Congregatione S. Officij Vrbis edito
anno 1623. die tertio Ianuarij, ibi; Certifi-
220 cantes huiusmodi conscientię suæ imme
mores, dictam excommunicationis pœnā
contemnentes, quòd contra ipsos tanquā
contra hęreticorum fautores, aliàs prout
melius visum, & iuris fuerit, procedetur.
Sic in eo Decreto, cuius meminit Aloysius
Bariola in Floribus Directorij sub finem li-
221 bri. Prædictis autem adiungo Carenam
dict. § 9. vbi quoad abiurationem, de le-
ui scilicet iniungendam, se remittit ad di-
cta per ipsum in materia de fautoria.
222 Nihilominus cum sapientissimo Suario
de fide, disp. 20 sect. 4. num. 28. & cum
Sanctarel. de hæres. cap. 9. dub. vnico, nu.
19. insurgit Trasmiera, qu. 3. stimu. fid.
cap. 70 nu. 11 & absolutè affirmat, ex sola
omissione denunciationis, præcisè loquē-
do, sine alijs coniecturis, & adminiculis,
non prouenire vllam hæresis, aut fautoriæ
præsumptionem, nec obligationem vllo
modo abiurandi, sed denunciare hæreti-
cos omittentem esse grauiter puniendū
solummodo, vt inobedientem pręceptis
Inquisitorum, qui quòd ad id habeant po-
testatem non est dubitandum; sed de hac
punitione infra lib. 6. vt in proprio loco.
223 Prædictorum DD. sentētiam amplector
libenter tantùm vti probabiliorē, & quòd
opposita careat probabilitate, affirmare
non audeo, & cum pro neutra, meo iudi-
cio, appareat ratio, quæ omnino conuin-
cat; licèt ea, quam adducit Trasmiera,
224 vocetur ab ipso euidens. Ratio, inquit,
videtur esse euidens, nam ex vna parte
omissio denunciandi hæreticos per se
sola considerata nullam habet connexio-
nem cum suspicione hęresis, ex altera ve-
rò, vt ipsi etiam contrarię opinionis aucto-
res fateri coguntur, adsint quamplures
alię causæ, quæ solent impellere, ac sua-
dere ad non denunciandum, puta, amici-
tia, consanguinitas, timor, negligentia.
Ita ille.
225 Quoad nostrum autē institutum, quòd
non sit iniungenda abiuratio omittenti
denunciare hęreticos, peculiariter osten-
dit Trasmiera per sequentia verba Mani-
festum, inquit, etiam est, quòd in tali ca-
su simpliciter denunciationem omittens
non sit cogendus ad abiurandum; patet
ex dictis: quia abiuratio indicitur ob hę-
resim, vel suspicionem hęresis, vel ob hę-
reticorum fautoriam, quę ob solam o-
missionem denunciationis non incurritur.
Hęc Trasmiera.
226 Extendit verò immediatè suam resolu-
tionem in hunc modum; quod procedit,
inquit, etiam si quis interrogatus coram
Inquisitore veritatem celaret, & denun-
ciare nollet, vt de facto practicatum fuit
227 in hoc Tribunali Sicilię. Nam anno 1638
die 30. Nouemb. in publico spectaculo fuit
inducta quędam mulier, quę cum audi-
uisset quendam blasphemantem hęretica-
liter, fuit in contestem ab alijs, qui prę-
sentes fuerant, vocata, & in Tribunali
examinata, & pluries admonita, quòd
veritatem detegeret, obstinatè renuit, tā-
dem ab ipso reo de suo delicto confitente
fuit declaratum, quod in delicti patratio-
ne adesset, & vltimo conuicta, confessa
fuit, ob amorem inquisiti tacuisse, fuit in
fidei consultatione condemnata ad suam
sententiam in forma pœnitentiali audien-
dam, & quòd sequenti die publico dede-
cori exponeretur, & exularet per certum
tempus ab Vrbe, & Territorio, sine tamen
abiuratione. Hactenus ille oportunè qui-
dem.
228 A fortiori itē suspicio hæresis, aut fau-
toriæ multò minus dimanat ex omis-
sione denunciandi in S. Officio non
hæreticos, sed de hæresi suspectos, & hos
denunciare omittens, præcisè ex vi talis
omissionis multò magis ab obligatione
abiurandi liberatur. Concordant circa
hoc omnes auctores citati, & alij. Ratio-
nem

nem efficacē reddit Carena dict. §. 9. nu. 16. his verbis. Moueor, inquit, ex eo, quòd aliàs contra omnes regulas iuris præsumptio oriretur ex præsumptione, & suspicio ex suspicione] ita doctissimè Carena.

229 Puniendus verò sic omittens, vt inobediens præceptis Inquisitorum; minori tamen pœna, quàm si omitteret denunciare formales hæreticos, vel apostatas: quod per se constat, & benè notauit Trasmiera
230 dict. cap. 7. nu. 14. Qui num. 16. sic concludit. Hoc ipsum, inquit, quod dictum est de non denunciantibus, intelligendum est etiam de impedientibus denunciationem, aut ad non denunciandum suadentibus, vel consulentibus, etiamsi sint personæ regulares, aut Regularium Superiores] hęc ille, & egregiè, notatu digna; quibus Regula finitur.

Polygamis, & cooperantibus ad Polygamiam, ac ducentibus vxorem, cùm sint iam in Sacris, & Religiosi, an, & qualis abiuratio iniungenda?

REGVLA CCCXCI.

231 QVisquis, viuente adhùc prima vxore, contrahit cum secunda matrimonium ratum, licet non consummet, fit vehementer suspectus de mala credulitate, & hanc de vehementi abiurare tenetur, licèt probabile sit, insurgere tantùm leuem suspicionem, & abiurationem de leui iniungendam.

232 Pari item modo philosophandum est de quouis iam ad Ordinem Sacrum promoto, & de emittente votum castitatis in aliqua Religione, si dictum matrimonium
233 iniat. Cooperatores item ad vtramque Polygamiam, veram, & similitudinariam quoquomodo, vt procuratoris munus exercendo, vel consilium dando; aut falsum testimonium de morte prioris coniugis ferendo, &c. eiusdem malæ credulitatis sunt participes, & eadem eis abiuratio
234 iniungenda. Vbi verò in illis casibus tantùm peruentum est ad celebranda sponsalia de futuro, indè sola leuis suspicio erroris insurgit contra celebrantem, aut cooperantem, & tunc de leui solummodo cogendus in S. Officio abiurare.

---

235 RVrsùs latissimum campum, per quē excurrere possimus, aperit nobis Illustrissimus, & Sapientissimus D. D. Trasmiera in suo excellentissimo, & eruditissimo operæ de Polygamia, & Poliuiria, siue Versatilis gladius contra magni matrimonij Sacramenti violatores. Vbi præter spectantia adhoc atrocissimum multiplicis simul matrimonij delictum, quæ ita exactè, & solerter per libros tres innumeris pene quæstionibus enodatis discutiuntur, & elucidantur, vt nihil ampliùs adijci posse censeatur: quamplurima ad praxim Sanctissimi Tribunalis in omnibus materijs vtilia, & practicabilia opportunè proprijs locis adiunguntur.

236 Sed inuitus retraho cursum, & ne extra chorum saltare videar, animo concupiscenti pro beneficijs honorificentiæ præsertim, quibus anno superiore Panormi vltra meritum ab illo affectus fui, grates quoquomodo rependere, frænum nūc inijcio intra limites doctrinæ in præsenti Regula contentæ. Pro cuius expressione maiori, & pro aliquali eruditione, notandū primò, quæ respectu viri habentis duas vxores communiter vocari solet, Bigamia, à, bis, &, Gamos, quod est mulier, &, si plures sint, Polygamia, respectu mulieris habentis simul duos viros, licèt vocabulo nō ita Latino, congruè dicitur Biuira, atque si habeat plures, Polyuiria, taliterque coniugata vocatur, Biuiria, aut Polyuira, sicut taliter coniugatus appellatur, Bigamus, aut Polygamus: quibus terminis vtuntur auctores graues, vt Scot. in 4. dist. 33. & supplementum Gabriel. Viel. ibid. qu. 1. propos. 8. & affert Trasmiera, lib. 1. quæst. 1. num. 9.

237 Notandum secundo quòd cum Speculatore, tit. De dispens. § Iuxta, num. 6. tres species polygamiæ assignentur communiter à DD. quas benè explicat Sanchez li. 7. De matrim. disp. 83. num. 2. Prima quoties aliquis duplex legitimum matrimonium contrahit, vtrumque consummans; atque hæc dicitur vera bigamia, quia in isto duplici matrimonio verè deest repræsentatio vnius spiritualis matrimonij Christi cum vnica Ecclesia. Proponitur hæc species bigamiæ, in cap. Debitum, extra, de bigamis, cap. Percipimus, distinct. 34. & capit. fin. ead. dist.

238 Secunda species bigamiæ est, quando contrahitur duplex matrimonium; sed vel neutrum, vel solum alterum est validum: Atque hæc vocatur bigamia interpretatiua, quia ex iuris interpretatione quadam, vt ait idem Sanchez disp. 84. num. 2. taliter coniugatus affectu carnem suam in
239 plures diuisit. Atque ad hanc secundam speciem spectat, quando quis post cōsummatum matrimonium, factus vna caro cum vxore, ducit viduam à priori viro cognitam, aut quamuis aliam corruptam, & cum ea consummat, aut ducit virginem, & post adulterium eam cognoscit, cùm similiter ex iuris interpretatione in plures carnem suam diuisisse censeatur. Ita cum citato Sanch. Trasmiera qu. 3. num. 4.

240 Constituit tertiam speciem bigamiæ illa, quæ vocari solet similitudinaria, quam contrahit quiuis, qui Sacro Ordine initiatus, aut per vota Religiosa professus vxorem ducit, etiam vnicam, & virginem, eamque cognoscit; vocatur autem similitudinaria, quia quando quis post matrimo-

monium spirituale initum cum Christo per votum solemne castitatis annexum Ordini, aut emissum in Religione (idem est de voto simplici facto in nostra Societate Iesu) de facto ad alias nuptias transit, easque copula consummat, adest tunc similitudo quædam veræ bigamiæ propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequuto.

241 Prædictis sic in communi tractatis de quidditate nominis, & rei, ac de speciebus polygamiæ, & polyuiriæ, omissis alibi nempe lib. 1. nostri oper. cap. 8. Regul. 109. & cap. 20. Regul. 149. vbi de polygamis illuc spectantia complete tradidimus; iam ad dissidium, quod extat circa rem præsentem inter auctores de materijs S. Officij

242 tractantes accedamus. Simanc. Cathol. instit. tit. 40. de matrim. n. 6. Gutt. er. pract. quæst. lib. 2. quæst. 8. num. 1. cum seqq. Suarez de fide, disp. 24. sect. 2. cap. 4. nu. 8. Trasmiera lib. 2. quæst. 1. num. 1. & alij absolutè tenent, Polygamum esse tantùm leuiter suspectum de mala credulitate, & consequenter debere abiurare solummòdo de leui. Quod adeò vsu receptum est apud Tribunalia S. Officij Hispaniarum, vt semper ab ipsis, omissa tortura, polygamis sola abiuratio de leui iniungatur. Ostenditur indè, quia in polygamiæ delicto attendi debet ad motiuum præcipuum, quo inductus homo ipsum committit, & regulariter censetur esse appetitus libidinis, & pecuniæ lucrandæ, accepta dote.

243 Quæ ratio, & tantorum virorum auctoritas sine dubio prædictam doctrinam aliqualiter probabilem reddunt, ne cogamur dicere, quòd ea Tribunalia, vbi causæ S. Inquisitionis exactè, & maturè pertractantur, ac iustè deciduntur, circa præsentis polygamiæ decisionem absquè vlla probabilitate procedant.

244 Verùm, quòd, siue Polygamus viuente adhuc prima coniuge ad secundas nuptias transeat cum earum consummatione, siue suscepto iam Sacro Ordine, aut emissa regulari professione in aliqua Religione vxorem ducat; secuta copula insurgat indè contra eum vehemens præsumptio de mala credulitate circa matrimonij Sacramentum, & quòd de vehementi [illegible]urare teneatur, si nihil ex tortura in[illegible]ta emerserit, vti certum, aut saltem vti multò probabilius tuentur plures, vti Genuen in prax. cap. 18. num. 11. Piasecius par. 2. cap. 4. ar. 6 nu. 9. Nald. in Summ. verb. Vxor. nu. 2. Ricciul. de iure person. &c lib. 1. capit. 11. num. 19. Pegna 2. part. Direct. commen. 81. Prax. M.S. cap. 6 Farinac. cum multis, quos refert, de hæres. quæst. 178. num. 68. & Carena p. part. tit. 5. §. 11. num. 58. quibus adhæreo.

245 Quid, quòd est id secundùm antiquam consuetudinem, & stylum perpetuò obseruatum à supremo Tribunali S. Romanæ Inquisitionis, & ab omnibus totius Italiæ præsertim à nostro Melitense, me vt Consultore teste oculato per spatium 19. ann. & 8. mensium, quo tempore sæpius casum Polygamiæ cōsummatæ habuimus, & post torturam cum abiuratione de vehementi

246 semper expediuimus. Quoad stylum verò antiquum Romanæ Inquisitionis affirmat Campan. in Diuers. Iur. Canon. rub. 1. num. 47. (vt refert Carena vbi supra) ipso præsente quatuor simul polygamos Romæ in Ecclesiæ S. Mariæ supra Mineruam abiurasse de vehementi die 18. Maij, 1597.

247 Probatur iam hæc pars efficaci ratione à simili deducta, etiam retorquendo rationem in contrarium; quia si Sortilegus abutatur in suis sortilegijs aliquo ex alijs Sacramentis, nempè Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis, aut Baptismi, etiam ex mente auctorum oppositæ sententię, & etiam attento vsu Tribunalium S. Inquisitionis Hispaniarum, regulariter habetur vehementer suspectus hereticę credulitatis, nimirum, quod malè sentiat de dictis Sacramentis, ac de vehementi abiurare solet, quāuis pręcipuum motiuum talis abusus sit effrænatus appetitus libidinis, seu amor inhonestus; ergo cum polygamus abutatur Sacramento matrimonij pari modo insurget indè contra eum pręsumptio vehemens de simili mala credulitate, ac proinde abiuratio de vehementi ipsi iniungenda.

248 Quòd si quis velit excusari ex capite ignorantię; audi circa hoc quid sentiat Carena dict. §. 11. num. 56. Attamen, inquit, existimo difficillimè posse dari casum, in quo vehemens suspicio in polygamo minuatur: & Ego in S. Officio Cremonæ vidi etiam rusticos cogi ad abiurandum de vehementi; quia in vllo Catholico vix potest dari probabilis ignorantia prohibitionis polygamiæ, & malitiæ illius; cum sit prohibita de iure naturæ, vt vidimus supra quæst. 1. & in omnibus concurrat abusus Sacramenti ex quo resultat suspicio vehemens] hæc ille, quæ iudico approbanda.

249 Concedit quidem, & optimè Trasmiera dict. q. 1 nu. 4 & 31. in duobus casibus etiam apud Tribunalia Hispaniæ reputari polygamum vehementer suspectum de mala credulitate contra Sacramentum Matrimonij, & abiurationem de vehementi ei iniungi debere. Primò, quandò ipse originem duceret ex regione infecta hære-

250 si Lutherana, aut Caluiniana. Quod prius docuerat Diana par. 4. tract. 7 resol. 4. (licèt ipse praxim S. Inquisitionis Hispanicæ sequatur) addens, quod talis polygamus sit torquendus pro intentione, et si hanc fateatur, sit iniungenda abiuratio de formali, de vehementi verò, si nihil ex tortura emerserit; quæ approbo, cum per se pateant.

251 Secundò. Quando quis plures, quam duas contrahit nuptias, etiam stando in sen.

sententia, & praxi, quam sequuntur Tribunalia S. Officij Hispaniarum, fit suspectus vehementer de mala credulitate, & eã de vehementi abiurare tenetur. Ostenditur inde efficaciter, quia sic iterans illicitas nuptias (verba sunt Trasmieræ) magis abutitur Sacramento Matrimonij, atque adeò videtur maiorem illius habere
252 contemptum. Vt probatur per textum in cap. Cum haberet, prope finem, ibi, Cum multiplicitas, De eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. Barbos. in collect. Doctor. in cap. Cum tanto, De consuetud. nu. 2. vbi ait, Si verò sint successiua, vt matrimonium prohibitum, hæresis, aut alia id genus, eo grauius coercendus est, ex traditis per Tiraq. de pœn. temper. caſ. 29. num. 3. & per consequens maiorem, atque adeò de vehementi inducere suspicionem. Hactenus Trasmiera, & quidem verè, ac eruditè ostẽdit vtrumque prędictum casum ipse Trasmiera lib. 2 qu. 17. num 54. & seq. pari modo se habere in Religioso professo, & in promoto ad Sacros Ordines; vide illum.

253 Nihilominus contra eum insurgit Caren. dict. §. 11. num. 58. vers. Et mihi maximam, huncque secundum casum, atque praxim dictam Tribunalium S. Officij Hispani impugnat ex eo principio, quòd ex duabus leuibus suspicionibus non insurgat suspicio vehemens, sicut neque ex duabus vehementibus prouenit vna suspicio violenta. citat pro eo Farin. de hæres. qu. 195. num. 24. reiecto Locat. in Iudic. Inquis. verb. Abiuratio, num. 1. contrarium tenente, ergo si ex simplici, & vnica polygamia oritur tantùm suspicio leuis de hæresi, nequaquam poterit ex duplici polygamia vehemens suspicio resultare.

254 Sed pro viribus ingenioli nostri indefensum tantum virum Trasmieram non præteribimus, & quidem Carenæ opponẽdum primo loco occurrit, quòd in citatione dicta Farinac. addat [cum alijs allegans ab eo] inspecto autem diligenter loco exemplaris, quo vtor, nullum allegatum enuenio, pręter vnum Franc. Pegnam 3. p. Direct. comment. 43. versic. Ita, quòd si prolabatur, cuius allegatio, vt verum fatear, non capio quomodo faciat ad rem, de qua hic agimus: restat itaque auctoritas Farin. opposita auctoritati antiquioris Locati, vtra autem maior, alijs iudicandum relinquo.

255 Euanescat item impugnatio Carenæ, si sub distinctione prædictos duos auctores conciliauerimus sic. Quòd Farinac. loquatur, & sit intelligendus de casu, quando duę, aut plures suspiciones leues concurrunt in eodem inquisito S. Officij circa diuersas materias absque vlla cõnexione, vt si leuiter sit suspectus circa Mahometismum, circa blasphemiam, circa sortilegia, &c. tunc certum est, quòd omnes istę suspiciones leues non vniantur, neque ex eis resultet vna vehemens, sicut nec ex pluribus vehementibus vna violenta, quia ex se ad id non sunt aptæ, neque proportionatę, cum non habeant inter se connexionem, nec ad idem dirigantur.

256 At Locatus intelligi debet de casu, quãdo adsunt simul in eodem reo duę, vel plures suspiciones leues circa eandem materiam hęresis, inter se connexæ, ad idem tendentes, quòd ex ijs resultet vehemens suspicio, inde efficaciter ostenditur, quia ad augmentum indiciorum augetur etiam suspicio, seu pręsumptio malę credulitatis in inquisito S. Officij, vnde qui prius ex indicijs erat leuiter suspectus de hæresi, additis alijs similibus indicijs, seu adminiculis in eadem materia fidei, ad idem tendentibus, fit vehementer suspectus, imò
257 & violenter quandoque. Hinc Regul. præced. num. 213. diximus probabiliter cum ipso Carena ex Pegna, Rojas, & alijs, eum qui omittit denunciare hęreticum, esse violenter suspectum de fautoria, si tali omissioni adiungatur amicitia, & nimia familiaritas omittentis cum hæretico denunciando; ergo contra polygamum insurget suspicio vehemens, si primę polygamię addatur secunda stando in sentẽtia Tribunalium Hispanię tenentium ex vnica polygamia solùm oriri suspicionem leuem, & ex vi eius tantùm esse iniungẽdam abiurationem de leui.

258 Confirmatur, quia, vt paulò post videbimus, in nostra, & Tribunalium Italicorum sententia, ex polygamia tentata contractis sponsalibus de futuro, insurgit leuis suspicio malæ credulitatis, etsi consummetur, insurget vehemens, quia polygamus gradatim à tentata ad consũmatam ascendendo fit multò magis suspectus de hęresi ergo parimodo in sententia Trasmierę, & Tribunalium Hispanię, ex prima polygamia consũmata oritur suspicio leuis, si autẽ adiungatur secunda etiam consummata, orietur sine dubio vehemens; quia polygamus supposita prima polygamia, amplectendo secundã fit multò magis suspectus, ergo erit suspicio vehemens inde orta.

259 Pro maiori confirmatione, vir doctus, nostris circa hoc à me consultus, adducebat à simili probationem ex doctrina philosophica, sic: quia ex duobus gradibus caloris ex se separatim remissis, si coniungantur, fit vnus intensus; ergo ex duabus suspicionibus per se leuibus in duplici polygamia simul iunctis insurget vna vehe-
260 mens. Quæ probandi forma sine dubio efficax est; sed non est, cur vtamur hoc modo loquendi, neque eo vtitur D. Trasmiera, quòd ex duabus suspicionibus leuibus coalescat vna vehemens, sicut ex duobus remissis caloribus coalescit vnus intensus; sufficit enim si dicas: Supposita prima polygamia, & suspicione leui, ab ea orta, si addatur secunda polygamia, ex hac

hac oriri suspionem vehementem, &c. Atque hæc dicta pro defensione D. Trasmieræ, & pro veritate.

261 Sequitur agendum de cooperãtibus ad polygamiam qualemcunque, & indagandum, qualiter abiurare debeant, & cum isti sint diuersi generis, inchoandum à præcipuo, nempe ab exercente officium pro-

262 curatoris. Nam sæpius matrimonium contrahitur per procuratorem, qui si durante adhuc primo matrimonio mãdantis, nomine eius scienter secundas celebrat nuptias, fit pari modo suspectus de hęresi, & abiurare tenetur, sicut ipse principalis mandans. Probatur inde, quia talis procurator non minus, quin etiam magis de Sacramento Matrimonij, exequendo mandatum sui principalis, malè sentire videtur. Ita Trasmiera lib. 2. qu. 13. num. 21. nullum citans auctorem, fortè, quia haud vllus in specie hunc casum tractauerit.

263 Declarat autem bene ipse Trasmiera, qualiter mandatarius sit magis suspectus per sequentia verba. Et dico, inquit, quòd magis redditur suspectus, quia mandans posset moueri vel ratione luxurię, vel ratione lucrandæ dotis; at ipse procurator talia motiua non habet; ergo animus in male sentiendo de Sacramento Matrimonij deprauatus in tali procuratore clariùs demonstratur, & ideo tanquam minus excusabilis grauiter puniri debet, iuxta doctrina in lib. 1. à nobis fusiùs traditam. Hæc Trasmiera. Sed de punitione nos lib. 6

262 Præterea ad contrahendam polygamiã, aut polyuiriam, quicunque dat consilium maiorem incurrit suspicionem hæresis, quã ipse contrahens, & consequenter in nostra sententia, & in Tribunalium Italiæ praxi, de vehementi abiurare debet. Docet bene primum Moura, opusc. de incantat. sec. 3. cap. 6. num. 11. ibi, Imò eo maior, quò cõsulere malum magis accedit ad errorem mentis, quàm illud opere exequi.

265 Quam Mouræ doctrinam sequitur Dian. par. 4. resol. moral. tract. 7. resol. 4. vers. Notandum est etiam, cum moderatione saltem, quòd non minorem incurrat suspicionem; absolutè verò sine moderatione Trasmiera lib. 3. q. 5. num. 1. & 2. quem egregiè ipsam declarantem audiamus:

266 Valde rationabile, inquit, videtur, vt qui suo consilio alios inducit ad binas nuptias non solùm non minorem, sed etiã maiorem incurrat suspicionem, et ratio in promptu est quia qui praua consilia exhibet, magis videtur accedere ad errorem mentis, quàm qui mala opera exequitur, consilium enim ab intellectu prouenit; quare qui scienter consilium exhibet de contrahendo duplici matrimonio videtur suo intellectu approbare illud pessimum factum; atque adeo videtur magis participare de errore intellectus, præsertim verò, quia non dantur circumstantiæ luxuriæ, vel lucrandæ dotis in consulente, sicuti dantur in contrahente. Hactenus ingeniosè Trasmiera.

267 Qui cum prædictis Moura, & Diana exemplificat in matre, quæ consilium dederat filię, vt secundò nuberet. Addit autem optimè num. 14. & 15. quæ dicta sunt de consulente quoad suspicionem hęresis (& consequenter adiungo quoad abiurationem) quòd locum habeant, non solùm quando dubitat, an suo consilio influxerit in secundas nuptias iam contractas, sed etiam quando certo scit non influxisse, licèt illud dederit, ex eo capite, quòd contrahens paratus alioquin erat absque vllius consilio eas inire, & consummare, vti consummauit. Ratio est, quia sic consulens etiam casu, quo antecedenter sciuit prauã illius deliberationem consũmandi secundas nuptias, se reddidit suspectum de mala credulitate cõtra Sacramentũ Matrimonij, vnde obnoxius manet obligationi abiurãdi

268 Videndum nunc breuiter de testibus, an, & qualiter abiurare debeant ob testificationem, et cooperationem ad polygamiam? Tripliciter se habere possunt isti respectu polygamorum: primò si apud Tribunal S. Inquisitionis falsum deponant, et alicui delictum polygamiæ, quod non commisit, malitiosè impingant; atque in hoc casu nequaquam insurgit cõtra eos suspicio hęresis, quòd male sentiãt de Sacramento Matrimonij. Ratio est, quia deponunt coram Inquisitore, vt innocenti damnum inferant, et ex tali animo inferẽdi damnum non arguitur suspicio hęresis, nec inde obligatio abiurandi sequitur, ita Trasm. lib. 3. q. 17. num. 28.

269 Secundò quando interrogati ab Inquisitore verum negant, aut falsum deponũt ad defẽsionem inquisiti polygami, in vtroque casu an insurgat suspicio malæ credulitatis, et sit obligatio abiurandi, quid sẽtiat Trasmiera, ab ipsomet audiamus dict. num. 28. coniungente ibi tradita à nobis num. præcedenti citante Dianam, et referente ad idem verba Sousæ, sic.

270 In hoc casu, inquit, etiam dico, huiusmodi testem interrogatum, et veritatem negantem debere abiurare fautoriam, nã in alio casu, quando testis falsum deponit, vt innocenti noceat, non datur talis suspicio in fide, non enim ideo falsum deponit, quia suspectus, sed vt noceat, nec ex tali animo nocendi arguitur suspicio: at bene arguitur ex eo, quòd fauere vult su-

271 spectis in fide: Confirmatur hoc ex eo, quod docet Diana dict. resolut. 16. §. Sed audiamus Sousam, vbi ad rem nostram ait (loquitur tamen in crimine hæresis) Sed quid, si testis pro defensione inquisiti falsum deposuit coram Inquisitoribus, negando hæresim, quam sibi constat commisisse? Respondeo, quòd in tali casu testis falsus debet abiurare fautoriam pro qualitate suspicionis, tanquam fautor hæreticorum. Hæc ille,

272 Quæ absolutè admitto; ac esse locum
abiurationis saltem de leui iudico; & circa
ea legendus est Castr. pala. tom. 1. tract. 4
disp. 8. pun. 15. §. 6. num. 10. & 11. Nullo
autem modo timedum video, ne quis nos
carpat, obijciens, quòd ista non videantur
concordare cum traditis per nos Regula
præcedenti à num. 221. vbi vt probabilius
tenuimus, omittentem denunciare hæ-
reticos, aut nolentem testificari contra
ipsos, non esse cogendum abiurare (retu-
limus ibi num. 226. verbis Trasmieræ ca-
sum mulieris nolentis testificare contra
blasphemum expeditæ absque abiuratio-
ne) quia duo ista inter se valde differunt
omittere denunciationem hæretici, aut
nolle testimonium ferre contra eum, & ne-
gare veritatem, aut deponere falsum ad
defendendum ipsum hæreticum, vel suspe-
ctum de hæresi; cum in hoc secundo mani-
festa appareat fautoria, secus vero in illo
primo.
273 Tertiò denique cooperantur testes ad
polygamiam ferendo falsum testimonium
apud Tribunal Episcopi, seu Ordinarij de
morte prioris coniugis; vnde meritò du-
bitatur, an sint suspecti saltem leuiter de
mala credulitate cõtra Sacramentum Ma-
trimonij, ac proinde teneantur aliqualiter
abiurare? cui dubio optimè Trasmiera
dict. q. 17. immediatè post num. 29. pau-
cis affirmanter respondet in hunc mo-
dum.
274 Quæ hic, inquit, diximus de testibus
veritatem tacẽtibus (seu negantibus) co-
ram Inquisitoribus, tum quoad pœnas,
tum quoad abiurationem fautoriæ; intel-
ligi etiam debent de testibus falsò depo-
nentibus coram Ordinario de obitu prioris
coniugis. Hec ille, loquens de abiuratione,
quã sine dubio sæpius executioni mãdatã
vidit, seu iniunxit, cũ per multos annos tũ
in Siculo, tum in alijs Hispaniæ Regnis mu-
nus Inquisitoris obierit.
275 Verùm non exprimit ipse gradum abiu-
rationis, sed iam intelligitur de leui, atten-
ta eius, & Tribunalium Hispanicorum
sententia, & praxi; at secundũ n senten-
tiam oppositam, & consuetudinem S. Cõ-
gregationis Vniuersalis Romanæ Inquisi-
tionis, & aliorum Tribunalium Italiæ, vi-
dentur cogendi ad abiurandum de vehe-
menti, cum æquè, aut magis vehementer
sint suspecti de hæresi contra Sacramentũ
Matrimonij, quàm ipse polygamus, vt per
se manifestè constat.
276 Miror sanè, quòd cùm Carena dict. tit.
5. §. 13. de pnnitione dictorum testium
non pauca afferat, nullum protulerit ver-
bum circa eorum abiurationem, num for-
tè, quòd apud ipsius Tribunal Cremonen.
S. Inquisitionis non soleant huiusmodi fal-
277 si testes abiurare? Apud nostrum Meli-
ten. nunquam tot annorum spatio vllum
ex illis abiurantem vidi, nec de vllius abiu-
ratione audiui iam de ordine, & stylo S.

Congregationis S. Officij Vrbis? in literis
eius 16. Decemb. 1623. & 22. Iulij 1634.
sermo fit de punitione falsorũ testium in
materia polygamię absque vlla mentione
278 iniungendi eis abiurationem. Quod me
in maiorem admirationem inducit, ac in
suspicionem, quòd talis abiuratio in alijs
etiam Tribunalibus omittatur. Cur ista
omissio, equidem non capio, cùm de
fautoria in dictis falsis testibus innotescat.
Cupio itaque doceri, aut corrigi, vnde
me, meaque omnia iudicio Sacræ Con-
gregationis subijcio.
279 Restat, vnum verbum proferamus de
polygamia, seu polyuiria attentata, con-
trahendo sola sponsalia de futuro, viuente
adhuc primo coniuge, aut saltem huiusmo-
di contractum inchoando, an committen-
tes sic hoc delictum polygamię, vel ad ip-
sum cooperantes sint suspecti de hæresi, &
abiurare teneantur? Concordant inter se
circa hoc auctores sequentes praxim Supre-
mi Tribunalis S. Inquisitionis Vrbis, ac re-
liquorum Italię, quòd inde insurgat suspi-
cio leuis, & sit iniungenda de leui abiura-
280 tio. Sumitur efficax argumentum à si-
mili, quia in alijs materijs S. Officij ex
tentato, seu inchoato delicto, vt ex ar-
repta fuga ad partes infidelium animo apo-
statandi, ex præparatorijs ad conficiendũ
sortilegium, &c. secundùm omnium DD.
mentem oritur saltem suspicio leuis contra
fidem, & obligatio abiurandi de leui; er-
go pari modo orietur ex tentata polyga-
mia. Ita Praxis, m. s. dict. cap. 6. & Ca-
rena dict. §. 11. nu. 60. in fine per sequen-
tia verba.
281 Quo verò ad vxoratos, inquit, qui viua
prima coniuge, cum alia sponsalia contra-
hunt, dicendum, hos vti tantummodo de
leui suspectos, de leui tantummodo abiu-
rare debere. Ratio, est, quia in istis non
interuenit abusus Sacramẽti ex quo oritur
vehemens suspicio hæresis, igitur neque
in istis adesse debet suspicio vehemens.
Quia tamen in istis adest praua dispositio
ad abusum Sacramenti de leui, erunt de
hæresi suspecti, & de leui abiurare debe-
bunt. Hæc Carena.
282 Cuius, & aliorum doctrinam apud no-
strum S. Inquisitionis Tribunal Meliten.
multis ab hinc annis approbauimus, & ad
vsum reduximus in facto cuiusdam Sacer-
dotis Ritum Græcum sequentis, qui tenta-
uit ducere vxorem post acceptum Sacerdo-
tium, & de mandato S. Congregationis
Vrbis, vt patet ex literis eius 5. Augusti
1616. interrogatus fuit etiam in tortura,
an crederet esse hoc licitum, & cum ne-
gasset intentionem, attenta qualitate
personæ ignaræ, de leui, abiurare coa-
ctus.
283 Sed quid dicendum secundùm eos au-
ctores, qui sequuntur sensum, & consue-
tudinem Tribunalium Hispanorum S. In-
quisitionis? coguntur isti procul dubio fa-

teri, ex polygamia, seu polyuiria attentata nullam prouenire suspicionem hæresis, nec obligationem abiurationis, quandoquidem ipsi in consummato, & perfecto polygamiæ delicto solam leuem malæ credulitatis suspicionem admittunt, atque tantùm de leui abiurandum esse volunt.

284 Quòd autem Trasmiera sic teneat, & doceat, patet manifestè ex ijs, quæ ipse tradidit, lib. 3. quæst. 5. nu. 15. loquens de consulente, per sequentia verba.

285 Vel consilium, inquit, non influxit ex eo, quòd ipse consulens datum consilium statim reuocauit, religione motus; & in hoc casu videtur idem dicendum, quod supra diximus in 3. lib. quæst. 3. conclu. 3.

286 de attentante duplex matrimonium, qui tamen post nonnulla exhibita opera externa, vt instrumentum dotis, & in Ecclesia denunciationes, vltra progredi religione motus desierit, quòd nimirum in nostra Inquisitione omni prorsus pœna, & abiuratione liberatur, vtpote qui ante delictū perfectum ex seipso resipiscens, omnem purgat malitiam, suspicionemque etiam leuem à se remouet. Nam consulens quātum est ex se consilium reuocat, & quæris impedire delictum. Huc vsque Trasmiera, & quidem consequenter.

287 Lege illum dict. qu. 5. vbi ex professo id tractat, & resoluit conclu. 3. neganter, vt diximus, quando contrahens ex se, seu religione ductus destitit à polygamia attētata.

288 Sed quid, quando non stetit per ipsum, quin progrederetur vsque ad consummationem, ac propterea non consūmauit, quia fuit impeditus? in hoc casu Trasm. concl. 2. num. 20. dubitanter ad id inclinat, quòd debeat abiurare de leui, ibi. Ego fortè, inquit, indicerem illi abiurationem de leui, licèt in pœnis temperantiùs procederem. Ita ille. Atque his Regula præsens absoluta manet.

Confessario sollicitanti, & cuiuis cooperanti ad sollicitationem, an, & qualis abiuratio infligenda? quid si extra confessionis actum in confessionario sollicitet?

REGVLA CCCXCII.

289 QVilibet Sacerdos in actu Sacramentalis confessionis, aut immediatè antea, vel post sollicitans ad venerea, & quælibet persona aliquo modo, vt mandato, consilio, &c. ad talem sollicitationem cooperans, sicut fit inde vehementer suspectus in fide, ita de vehementi abiurare

290 re tenetur. Quamquam non caret probabilitate sententia asserens, ex ea sollicitatione, & cooperatione tantùm oriri suspicionem leuem, & obligationem abiu-

291 randi de leui. Probabile item est, quòd non solum qui ad turpia, & inhonesta, sed etiam qui ad quæuis alia peccata ibi sollicitat, si non ex vi Bullarum Papalium, saltem attento iure diuino, & canonico, in fide taliter suspectus, & dictæ abiurationi

292 obnoxius reddatur. Denique si extra actum confessionis cum solo abusu confessionarij sollicitatio fiat, aut turpes sermones misceantur, licèt sit casus S. Officij, nulla inde insurgit obligatio abiurandi.

293 LIb. 1. nostri oper. toto cap. 16. per 9. Regulas spectantia ad hanc materiam sollicitationis diligenter pertractauimus perpensis bene omnibus circūstantiis, quæ communiter proponuntur, Quis, Quid, Vbi, Cur, Quomodo & Quando. Vnde ab hoc puncto præsentis Regulæ de abiuratione Confessariis sollicitantibus, & quibusuis ad hanc solicitationem cooperātibus iniungenda, & de adiunctis cum ea, nos citiùs expediemus.

294 En reuertimur ad idem dissidium, quod extat, vt vidimus Regul. præcedenti inter DD. nostræ professionis; nam sicut in delicto polygamiæ, ita in isto sollicitationis nō pauci, præcipuè ex Hispanis, vt Ludou. à Param. de Orig. S. Inq. lib. 3. quest. 10. num. 115. Roder. à Cunha, de confess. sollicit. quæst. 2. & ibi Freytas, nu. 45. vers. Secundo, quia suspicio. Sessè, decis. 449. nu. 3. volu. 4. Castr Pala. in oper. moral. tract. 4. disp. 9. pun. 6. & alii ab ipso relati, quibus adhæret Diana par. 4. tract. 3. resol. 5. & tract. 7. resol 7. absolutè tenēt, quòd confessarii sollicitantes in actu confessionis, aut immediatè ante eam, vel post, regulariter fiant tantùm leuiter suspecti in fide, & de leui solummodo in S. Officio abiurare teneantur.

295 Probatur sic; quia in confessario sollicitante magis attendi debet præcipuum motiuum exequendi hunc turpissimum actum, nempe passio, seu nimia propensio ad libidinem, quàm voluntas abutendi sacramento pœnitentiæ, cum ex motiuo seu intento committentis distinguantur delicta, non ex euentu, seu effectu per accidens, siue comitanter coniuncto, l. 1. C.

296 ad l. Corneliam de Sicariis. Confirmari potest ex doctrina Bart. in l. Verum est, la prima, num. 4. de furtis, vbi ait, si fecisti pacem cum aliquo, & promisisti eum non offendere sub certa pœna, si postea adulteres vxorem eius, quòd non tenearis pœna pacis ruptæ, quia non fecisti animo iniuriandi, sed causa libidinis principaliter, adducit Bart. de cuius doctrina quid quid sit, quod non est meum nunc discutere, sententia prædictorum auctorum non videtur destituta probabilitate.

297 Nihilominus sententia affirmans tales confessarios esse vehementer suspectos in fide, quòd male sentiant de sacramento pœnitentiæ, et de vehementi debere abiurare, amplectenda à nobis vti magis probab.

babilior, & communior, & omnino recepta apud bene sentientes; immo ab ea recedere esset contra stylum Vrbis, & orbis, & contra rescriptum Apostolicum, cuius meminit Bariola in suis floribus Direct. Inquis. de Confessor. Sollicit. vers. Suspicio, quę, & seq. & eum citat Caren. 2. par. tit. 6. §. 15. vbi cum ipso, & cum Pegna par. 2. Direct. comment. 81. vers. Ille quoque cum Fran. Leonio in Thesauro Fori Eccles. par. 3. cap. 37. nu. 35. & cum alijs (quibus adde Praxim m. s. cap. 7.) id absolutè tenet, & efficaciter defendit.

298 Sumitur probatio dictæ sententiæ ex eo quòd confessarius sollicitans re vera abutitur sacramento pœnitentiæ, & ex hoc abusu insurgit suspicio malæ credulitatis, vt innotescit clarè ex Bull. Pauli IV. edita contra tales sollicitantes anno 1564. die 6. April. incip. Cum sicut nuper, ibi, Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide catholica rectè sentiunt, sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut

299 illis iniuriam faciant. Ergo, cum ex abusu aliorum sacramentorum, vt Baptismi, Eucharistię, Extremæ Vnctionis, &c. oriatur præsumptio vehemens hæresis contra abutentem, & obligatio abiurandi de vehementi, pari etiam modo orietur ex abusu sacramenti pœnitentię, seu ex sollicitatione in eo contra sollicitantem confessarium, & hic de vehementi abiurare debebit.

300 Ad id autem magis confirmandum, & ad vnumquemque Inquisitorem admonēdum, casum particularem refert Carena dict. §. 15. num. 75. his verbis. Et ad hoc, inquit, diligenter aduertant Inquisitores, quia à quodā viro doctissimo accepi, quòd cum quidam confessarius in vna Ciuitate huiusce Dominij, ob hoc sollicitationis crimen abiurasset de leui, fuit iterum in Ciuitate nostra ex ordine Supremi Almæ Vrbis Tribunalis vocatus, & coactus abiurare de vehementi. Ita ille.

301 Reiecto item Mosses. tract. 7. cap. 24. n. 40. absque vllo fundamento, & contra dispositionem iuris dicente, casu, quo cōfessarius sollicitans fateatur se habuisse cum pertinacia errorem in mente, quòd debeat abiurare de vehementi, optimè, & verissimè docet Carena ibid. num. 76. cum Ludouico à Param. lib. 3. de Orig. S. Inquis. cap. 10. num. 165. tunc esse ei iniungendam abiurationem de formali, & procedendum in omnibus contra ipsum vti hę-

302 reticum formalem. Imò ex mente Sousę tract. 2. de confess. sollic. cap. 28. num. 12. vt refert, & approbat Trasmiera lib. 3. q. 8. nu. 39 in actu sollicitationis possent concurrere circumstantię adeo aggrauantes, vt meritò confessarius sollicitans esset Curiæ Sæculari tradendus, nimirum quando per vim carnaliter mulierem cognosceret in ipso confessionis actu, aut quando pœnitentem occideret, &c. sed de hoc alibi opportuniùs nobis agendum.

303 Videndum sequitur de cooperantibus ad sollicitationem, an isti sint etiam suspecti de mala credulitate, & abiurare teneātur? Ac præcipuè id discutitur de mandāte, aut commissionem dante (nam confessarius potest sollicitare pænitētem, vel pro se, vel pro alio, qui mandauit, aut commisit) hunc non subiacere pœnis pręscriptis à Gregorio XV. in Constit. incip. Vniuersi Dominici, contra confessarios sollicitantes, & consequenter non esse suspecti de mala credulitate, nec abiurare debere, tenent Diana, par. 1. resol. moral. tract. 4. resol. 22. Boss. de Confess. sollic. dub. 6. & alij.

304 Ostenditur primò ex eo, quòd docet Bart. in l. Sed si vnius, §. 4. De furtis, quòd constitutio disponens, v. g. cōmittentem tale delictum tali pœna esse puniendum,

305 non comprehendat mandantem. Item ex eo, quia supposita communi distinctione legum in fauorabiles, & odiosas, de qua omnes tractant, præsertim sapientissimus Suarez lib. 5. de legib. cap. 2. probat efficaciter Carena, dicto tit. 6 §. 2. cum Aloy. Ricc. in 3. par. variar. resol. in praxi Bull. circa sollicit. in confess. resolut. 65. & Sanctarello, de hæres. cap. 45. dub. 5. num. 5. prædictam Constitutionem Gregorianam esse odiosam, attenta eius materia pœnali (hæc teste Suar. citato, nu. 4 est causa, cur lex cēseatur odiosa) ac proinde non extendi ad personas in ea non expressas; ergo cum in ipsa tantùm exprimātur confessarij sollicitantes, nequaquam extendetur ad mandantes, committentes, consulentes, &c.

306 Nihilominus negari non potest, quòd mandans, aut commissionem dans confessario, vt sollicitet in confessione, subiaceat foro S. Officij, & possint Inquisitores procedere contra eum tanquam vehementer suspectum de mala credulitate propter abusum sacramenti pœnitentiæ, & iniungere ipsi abiurationem de vehementi, si non ex vi Gregorianæ Constitutionis, saltē ex vi iuris, & aliarum Bullarum, vnde Inquisitores iurisdictionem sumunt ad prosequendos confessarios sollicitantes pœnitentem in confessione.

307 Ex diuersis capitibus probat totum hoc Carena dict. tit. 6. à numer. 40. Primò ex iure, quia attenta l. Si vt proponit, ff. de fideiuss. & l. Hęres, § Apud Labionem, ff. De iudic. mandans sequitur forum mandatarij, vt adducit modernus Barbos. cum

308 alleg. ab illo. Secundò ex identitate delicti, quia secundùm Mastrill. ad Indult. Regis Catholici, cap. 29. num. 14. mandantis, & mandatarij idem est delictum, vnde vtriusque punitio ad eundem Iudicē spectat; ergo cum mandatarius, seu confessarius sollicitās ad libidinem sit sub iurisdictione Inquisitoris, & ab isto ei vti de hæresi vehementer suspecto abiuratio de vehe-

vehementi instigatur, mandans sollicitare sub eadem Inquisitionis iurisdictione erit, ac de vehementi abiurare tenebitur. Ter-
309 tiò à simili, quia in abusu aliorum Sacramentorum ita se res habet, vti vidimus Regul. præcedenti in consulente, mandante, ac procurante polygamiam; ergò pari modo in hoc casu, si quis mandet, aut cōmittat Confessario vt sollicitet pœnitentem, sic mandans, aut committens, vti suspectus vehementer, quòd malè sentiat contra Sacramentum pœnitentiæ, de vehementi abiurare debet.

310 Sub finem dict. §.6. numer. 49. sic addit idem Carena. Et quæ dicta sunt, inquit, de mandante, proportionabiliter ob easdem rationes applicanda sunt omnibus auxiliatoribus istius confessarij, dummodo influant in sollicitationem; & sic etiam interpreti, cuius ope, & medio confessarius in Sacramento sollicitat, & eo abutitur. Hæc ille, quæ omninò approbo; quia per talem influxum fiunt vehementer suspecti malæ credulitatis huiusmodi auxiliatores; vndè de vehementi abiurare debent.

311 Cum autem confessarius sollicitare possit vel pro se, vel pro alio tertio, etiam quando sollicitat ad lenocinium, adiungit optimè Carena per sequentia verba. Vnū, inquit, animaduertendum puto ad finem huiusce §. circa praxim Hispanorum cogendi confessarios sollicitantes ad abiurandum tantùm de leui, quòd ego arbitrarer, hanc eorum praxim omninò cessare debere in confessario sollicitāte mulierem, vt peccet non secum, sed cum alio; quia cum in hoc confessario cesset stimulus carnis, in ipso dicitur etiam cessare causa, ob quam in illis Regnis suspicio istius confessarij creditur esse solūmodò leuis. Hactenus ille; cui libenter adhæreo, & exprimo quòd talis confessarius debeat de vehementi abiurare.

312 Sed quid, si fiat sollicitatio non ad venerea, sed ad alia peccata, eritne tunc sollicitans, vel cooperans ad talem sollicitationem vti suspectus in fide vehementer ab Inquisitoribus iudicandus, & abiurare de vehementi cogendus? Certum est apud omnes, quòd casus iste non comprehendatur in Bullis Pauli IV. de anno 1651. die 16. Apr. & Pij IV. de anno 1654. die 6. April. nec in decretis publicatis iussu Clemen. VIII. vt refert Param. lib. 3. c. 10. n. 168. & iussu Pauli V. anno 1612. vt apparet ex literis Cardinalis Arrigonij 5. Maij 1612. ad Inquisitorem Mediol. relatis à Bariola, in suis floribus Direct. Inquis. tract. de confess. sollicit. §. Inquisitores procedunt; neque tandem in nouissima Constitutione, Gregorij XV. citata. Ratio est, quia in eis tantum habetur sermo de sollicitatione ad libidinē, & de pænis cōtra sic sollicitantes; ergò non intelliguntur de sollicitātibus ad alia peccata vltrà luxuriosa.

313 Hinc nonnulli, vt Sanctarel. de hæres. cap. 46. nu. 1. concl. 1. & Diana resol. moral. par. 1. tract. 4. resol. 20. absolutè tenent, huiusmodi sollicitationes ad alia peccata, vltrà libidinosa, non spectare ad Tribunal S. Officij, & nullam insurgere ex eis suspicionem hæresis, neque obligationem abiurandi in sollicitantibus ad illa. Ostendunt indè, quia in prædictis Bullis, ac Decretis, ac nouissimè in Gregoriana Constitutione datur iurisdictio Inquisitoribus ad procedendum solummodò contra sollicitantes ad libidinosa, & non ad alia peccata; & cum simus in pœnalibus non debet fieri extentio de peccato ad peccatum, l. Interpretatione, de pœnis, cap. in pœnis, de reg. iuris in 6. de quo latiss. Villagut. de extens. legum, rubr. de extens. legis pœnalis, à nu. 1.

314 Nihilominus alij, vt Pegna 2. par. Direct. comment. 81. vers. Ille quoque. Sancius in Select. disp. 11. num. 23. Castr. Pala. tract. 4. disp. 9. pun. 6. nu. 2. & doctissimus Trasmiera de Polygam. lib. 3. quæst. 2. nu 46. oppositum asserunt, (horum assertionem probabilem iudico) nempe, quòd sollicitantes in sacramentali confessione ad alia scelera diuersa à libidinosis, sint suspecti de fide, eò, quòd abutantur Sacramento, eique iniuriam faciant; ac proinde subduntur iurisdictioni Inquisitorum, atque ab
315 istis ad abiurandum cogi possunt. Probatur ex contrario principio, quòd in prædictis Bullis, & Decretis Pontificijs non tribuatur de nouo iurisdictio Inquisitoribus ad procedendum contra sollicitantes ad libidinem, sed excitetur ea, quā prius pro quibuscunque casibus S. Inquisitionis iam acceperant à Iure Canonico, vel ab alijs Bullis antiquioribus; per quas Tribunalia S. Officij cum delegata iurisdictione instituta sunt, vt in Prolegomenis diximus. Ita cum Moura Acunham referente, opusc. 1. De Incant. sect. 3. Illustris. Trasmiera, dict. quæst. 2. num. 35.

316 Docet item optimè idem Trasmiera ibid. num. 53. cum eodem Moura loco citato, num. 15. ex Paramo per ipsum relato, quòd fæmina in confessione sollicitans confessarium ad libidinem incurrat etiam suspicionem hæresis, & per consequens, quòd iurisdictioni Inquisitorum subiecta, obligationique abiurādi obnoxia maneat, licèt in Bullis Pauli IV. & Pij IV. ac Gregorij XV. & in dictis Decretis nulla fiat mētio de hac sollicitatione. Ostenditur sic; quia pari modo in hoc casu est abusus Sacramenti & fit ei iniuria, atque ad ipsum Inquisitores à Iure Canonico, seu ab antiquioribus Bullis iurisdictionem habent.

317 Superest dicendum de abusu confessionarij, aut loci ad audiendas confessiones hic et nunc deputatis. Si absq; animo confitendi illuc accedatur, & confessor pœnitentem sollicitet, aut saltem inhonestos sermones inter se misceant, circa hoc tenet

net Diana par. 4. resol. 5. tr. 5. vers. Quo verò ad alios casus, insurgere inde suspicionem hæresis, & abiurandi obligationẽ: additque sic obseruari in Supremo Sanctæ Inquisitionis Tribunali Vrbis, & Orbis.

318 Quoad vtrumque insurgit Carena 2. p. tit. 6. §. 16. & primùm cum Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 34. numer. 68. bene contra Dianam docet, ex tali abusu confessionarij non insurgere obligationem abiurandi, licèt atteto diplomate Gregorij XV. & Decreto S. Congregationis sic eo abutentes ab Inquisitoribus pœna arbitraria puniri debeant. Ratio efficax est, quia, cũ tunc non fiat sacramentum, haud est abusus eius, nullaque ipsi infertur iniuria; ergo nequaquam inde orietur obligatio abiurandi.

319 Nec valet quidquam illud, quo inductus fuit Diana ad sic tenendum; nempe disponi in Bulla Gregoriana, vt Inquisitores procedant contra abutentes taliter cõfessionario, (sicut in causis fidei) quæ clausula similiter ibi apponitur pro casu confessarij sollicitantis in confessione, vt vna sic determinatio vtrumque casum æqualiter determinet, l. Iam hoc iure, ff. De vulgari. Surdus, consil. 31. num. 15.

320 Quippe respondetur, quòd dicta verba (sicut in causis fidei) cum possint opportunè intelligi, quoad modum procedendi, hac vtique ratione sint intelligenda; nec quidquam aliud Papa per ea intendere vi-

321 detur. Regula autem illa iuris, de vna determinatione respiciẽte plura determinabilia, non habet locum, nisi quando eadem ratio militat in omnibus determinabilibus secundùm eundem Surdũ cons. 67. num. 19. vol. 1. At iam apparet, quòd in casibus præsentibus sit diuersa ratio, cũ in vno reperiatur abusus Sacramẽti pœnitentiæ, & non in altero, sed abusus tantùm confessionarij.

322 Confirmat idem Carena, dict. §. 16. n. 82. & seq. ab exemplo sumpto ex Bullis, quibus conceditur Inquisitoribus Regnorum Lusitani, Valentini, Aragonen. & Gotolani, vt possint procedere contra Sodomitas, sicuti referunt Sousa, lib. 1. Aphoris. cap. 59. num. 10. & Castr. Pala. par. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 8. punc. 12. §. 2. in eis enim apponitur eadem particula (Sicut in causis fidei,) quam fuisse declaratã ab Vrbano VIII. ait ipse Sousa, quòd tantùm intelligatur, quoad modũ procedendi, addens id constare ex literis Cardina-

323 lis Mellini 5. Martij anni 1622. & tamen dictis Sodomitis nulla ibi ab Inquisitoribus iniungitur abiuratio, (fortè, quòd præsumptio hæresis sit leuissima) sed si sint minores 25. annis, flagellis cæduntur, & ad triremes condemnantur, si verò sint maiores, Curiæ sæculari relaxantur, vt docet idem Castr. Pala. loco allegato, sed nos de hac condemnatione, & relaxatione opportuniùs alibi Deo dante.

324 Tandem de secundo audi ipsum Carenã num. 88. sequentibus verbis. Nec atique, inquit, terrere debet attestatio eiusdem P. Dianæ, quòd ita obseruatur in vniuersali Romana Inquisitione; quia cum P. Diana sit versatus in Inquisitione Sicula non debet ei de necessitate credi, si attestatur de consuetudine alterius Regni, vt de DD. de consuetudine attestantibus dixit Surd. alijs allegatis, in cons. 74. num. 14. vol. 1. me tamen semper remitto determinationi S. Congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium Supremorum Inquisitorum. Hęc ille.

325 Sed clariùs id innotescit ex Praxi m. s. dict. cap. 7. edita, vt audio, ab Eminentissimo Cardinali Arigona, qui per multũ tempus dictæ S. Cõgregationi vel præfuit, vel saltẽ vt iudex interfuit: audiamus eius verba.

326 E perche molti confessori volendo cõmettere il delitto, e pensando declinare la pena, fanno venire le donne al confessionale, non per confessarsi, ma per trattar in detto luogo lasciuamente, si fece Decreto al Sant'Officio, che si procedesse anco contro questi tali, che abusano il confessionale, e si punissero con pene ad arbitrio, lasciando però l'abiura, la quale fundãdosi solo sopra l'abuso del Sacramẽto non hà luogo nell' abuso del confessionale. Hæc ibi, quibus nihil manifestius, nihil opportunius ad rem præsentem; atque eis Regula absoluta manet.

Proferens blasphemias hæreticales an ad abiurationem cogendus? & qualem? quid, si bis, vel ter in ira, eb (?) ietate, &c. blasphemet? quid si semel tantùm?

REGVLA CCCXCIII.

327 CVius hæreticaliter blasphemanti, si suam intentionem, seu mentis errorem fateatur, abiuratio de formali si-

328 ne dubio iniungenda. Casu autem, quo quis pluries, & consuetudinariè blasphemias hæreticales profert, fit de hæresi vehementer suspectus, atque si ex tortura inflicta nihil emergat, de vehementi abiu-

329 rare tenetur. Qui verò bis, vel ter in ira (idem dicito, vbi in leui ebrietate, in ioco, aut ex lubrico linguæ) hæreticaliter blasphemat, adhuc saltem leuiter malæ credulitatis suspectus redditur, & de leui

330 abiurare cogendus. Quòd si semel tantũ hoc delictum taliter cõmittat, absque vllã abiuratione cum sola correptione acri, ac pœnitentijs salutaribus expediri debet.

331 DIuisio blasphemiarum in hæreticales, & non hæreticales, quam lib. 1. nostri operis, c. 18. explicauimus, & lib. 4

Reg.

Reg. 351. vbi de tortura blasphemantibus hæreticaliter infligenda egimus, explicatã supposuimus; iterum nunc similiter supponenda, vt innotescat, quòd de solis hęreticalibus, aut tendentibus ad hęresim aliqua ratione, sit nobis hic sermo; nequaquã verò de alijs non hæreticalibus omnino, neque ad hæresim tendentibus vllo modo.

332 Prima particula nostræ Regulæ per se patet; nam si habeatur clarè ex confessione ipsius blasphemantis, quòd crediderit errori contra fidem, quem blasphemando protulit, adsintque omnia requisita ad eius formalitatem, nempe scientia oppositæ veritatis, quòd Ecclesia contrarium doceat, cum pertinacia voluntatis, nullũ dubium, esse iniungendam ei abiurationẽ de formali. Ita omnes Doctores agentes in communi pro quauis materia de expeditione causæ hæretici pœnitentis per reconciliationem, & abiurationem de formali. Eymer. 2. par. Direct. quæst. 40. & 3. part. rubr. de 8. modo terminandi processum fidei, vtrobique Pegna, commen. 65. & 34. Farinac. de heres. quęst. 193. §. 1. n. 4. & Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 44. visum est nobis specificare in hac materia blasphemiæ, vt similiter in alijs præcedentibus, & consequentibus iam maneat decisum.

333 De secunda particula Regulæ, vt firmiùs, & clariùs resoluatur, qualis abiuratio hęreticaliter blasphemantibus pluries, seu consuetudinariè, sit indicenda; discutienda à nobis prius aliqua, primum, quinam dicantur assueti, seu ex consuetudine blasphemare? secundùm Glos. in cap. Mos, distin. 1. & cap. Tua nos, & cap. illo Vos, De pignoribus, regulariter in alijs delictis ex duplici actu inducitur cõsuetudo. Ita Graff. decis. 48 nu. 3. & Cephal. cons. 28. num. 12. Quoniam, quod bis fit, frequenter fieri dicitur; cap. Monasteria, De vita, & honestate Clericorum, & ibi Abb.

334 num. 5. Confirmatur ab exemplo, ex c. Communiter, 33. dist. & cap. 1. 7. qu. 2. vbi disponitur, quòd laborantes morbo caduco, si frequenter cadant, nequeant in Ordinibus ministrare, dicuntur autem frequenter cadere, si vt ait Glos. in dict. cap. Monasteria, bis tantùm cadant; ergo pari modo, &c.

335 Nihilominus communis est omnium sententia, non sufficere, si quis bis, vel etiã ter blasphemet, vt dicatur habere consuetudinem blasphemandi. Ita Albert. de agnoscend. assert. cathol. quæst. 6. num. 15 Decian. tract. crim. tom. 2 lib. 6. cap. 3. num. 26. Mascard. de probat. conclu. 194. nu. 1. & Naza. Lazar. de blasphem. q. 8. num 4. & 5. Santarellus de hęres. tract. 3. de blasphemia, cap. 6. dub. 5. numer. 5. & alij.

336 Quot igitur requiruntur actus, vt quis ex consuetudine blasphemare censeatur? Zanar. in summ. diuin. præcep. tom. 2. c. 64. vers. Vnde ad constituendum; affirmat requiri saltem decem. Menoch. verò de arbit. iud. cent 4. cas. 375. videtur id remittere arbitrio Iudicis, quæ remissio pla-

337 cet Carenæ, tit. 7. §. 5. num. 26. Addit tamẽ ad minus quinque debere esse actus blasphemandi ad inducendam in hac materia consuetudinem, quę additio omnino mihi placet, & fuit ab eo desumpta ex Na. Lazar. vbi supra affirmante, vt quis possit dici blasphemus consuetudinarius, requiri quinque actus interpolatos; de qua interpolatione cum alijs auctoribus ab ipso citatis, eundem Carenam audiamus.

338 In fine tamen, inquit, huiusce quęstionis animaduertendum est, quòd actus, per quos probari intenditur consuetudo blasphemandi, debent esse interpolati; nam si quis vnico impetu plures blasphemias proferret, non diceretur talis pluries blasphemasse, sed semel tantùm, Cepol. cons. 76. in crim. Angus. consil. 12. in princip. lib. 1. Pænut. de momen. tempor. cap. 20. num. 16. & Bellon. de ijs, quæ in continẽti fiunt, lib. 1. cap. 97. num. 11. Farin. de delict. & pœn. quæst. 20. num. 43. Lazar. de blasphem. quęst. 8. nu. 23. & seq. optimè Salazar de vsu, & consuet. cap. 6. n. 13. vbi, quòd plures proferens blasphemias vnico impetu, licèt puniatur pœna plurium blasphemiarum, attamen cum de credulitate blasphemantis agitur, quia in hæresim tendunt, inspiciendum est interuallum temporis. Hæc ille.

339 Sit igitur firma resolutio, quòd talis blasphemus consuetudinarius, vbi adsunt quinque saltem actus blasphemiæ interpolati, & probati per legitimos testes cõtestes (singulares enim nequaquam sufficiunt, vt cum citatis Decian. nu. 8. Mascard. num. 2. & cum alijs docet bene idẽ Carena dict. §. 5. num. 27.) censeatur vehementer suspectus malę credulitatis, &

340 de vehementi abiurare teneatur. Idque ita se habet, si ille tàm in ludo, & ira, ac ebrietate, quàm extra ludum, iram, & ebrietatem blasphemet. Tradunt vt certum Eymer 2. par. Direct. qu. 41 n. 5. ibi Pegna, commen. 66. Locat. in Iudiciali, verb. Blasphemia, num. 5. & cum alijs Carena, dict. tit. 7. §. 4 num. 19. & §. 13. num. 47. citans ibi Genuensem, Lazar. & Zanard.

341 Verùm, cum secundùm omnes DD. in blasphemante hæreticaliter, inde suspicio erroris contra fidem minuatur, vel etiam aliquando ipse ab ea, & ab obligatione abiurandi prorsus excusetur, quòd protulerit blasphemias in statu iræ, vel ebrietatis, aut ex causa ioci, vel ex lubrico linguę: discutienda ista à nobis, & primò videndum quoad iram, an hæc originem ducat à iusta, & graui causa; an à leui, & iniusta; nam in isto casu minus minuitur presumptio erroris in blasphemante hæreti-

reticaliter, & minus habet locum excusatio, quàm in illo. Cum pluribus per eum allegatis docet Farinac. dict. quest 20. n. 48 vbi adducit causas iustas irę, et expressè ait, eam, quæ insurgit ex ludo, ortum habere ex causa illicita, et iniusta; maximè cum ludus alearum, et taxillorum sit reprobatus à iure, l. Alearum vsus, C. de Relig. et sumpt. funerum.

342 Quòd blasphemans hæreticaliter in ira ea proueniente ex graui, & iusta causa, sit tantùm leuiter suspectus malæ credulitatis, & quòd de leui abiurare debeat; Tradunt bene Albert. de agnoscen. assert. Cathol. quæst. 27. num. 2. & Farinac. loc. cit. Imò attenta qualitate personæ simplicis in simili ira blasphemantis, excusari hanc à dicta suspicione, & abiuratione, affirmat optimè Carena dict. tit. 7. §. 6. num. 30. vers. Addit tamen, circa medium; ipsum audiamus exemplum peculiare referentem.

343 Inspicienda, inquit, etiam est diligenter qualitas personæ; nam si esset rusticus magna ira commotus ex causa iusta, ab omni suspicione hæresis excusatur, sic in fortioribus terminis, magna C. V. Neapol. absoluit quendam rusticum, qui dum cum Domino eius creditore altercaretur, ex magna ira, & inconsideratè hæc verba protulit; Quod Deus non poterat facere, quòd ipse teneretur ad tantas operas. Io. Baptista de Thoro in Compend. decis. Regni, par. 1 fol. 79. vers. Blasphemans. Hæc ille.

343 Circa ebrietatem item, distinguendi sũt tres gradus eius, nempè magna, leuis, & leuissima; dicitur magna, quæ vsum rationis omnino impedit, & alienationem mentis inducit, vndè eá affectus nullo modo delictum committit, nec blasphemando hæreticaliter vllam hæresis suspicionem, aut abiurandi obligationem contrahit, quia ebrietas ista furori propè similis existit, vt ait Ladetch. cum alijs ab ipso relatis. cons. 207.

345 E contra vero ebrietas leuissima haud impedit vsum mentis, hominem solummodo exhilarat, ac promptiorem ad agendum reddit; propterea Bald. l. 1. num. 40. Cod. Vnde vi, rectè ait, ob hanc ebrietatem non minui pœnam delicti, & consequenter in proferente blasphemias hæreticales ob eam non minuetur suspicio hæresis, neque gradus abiurationis.

346 Leuis tamen, cum tùnc existat, quando calore vini mens turbatur, certum est, quòd in hac ebrietate blasphemans hæreticaliter soleat esse minus suspectus de hæresi, ac proindè minor abiurationis, & pœnæ gradus ei iniungi debeat. Ita Carena dict. §. 6. num. 32. ex mente Ladetch. citati, Ioann. de Anania, in 2. cap. de Maledic. & Gregor. Lopez in Rubr. tit. 28. part. 7. glo. 1.

347 Notandum verò hic, casu, quo aliquis se excuset, dicens, quòd protulerit blasphemias in statu dictæ iræ aut ebrietatis, onus probandi ipsi incumbere; ex communi omnium doctrina tradunt Sanctarell. de hæres. tract. 3. de blasphemia, cap. 8. vers. Ad hæc illud, num. 4. & Carena, dict. §. 6. nu. 35 post alios, maximè Pegnam 3. par. Direct. commen. 17. litera, D. Vbi

348 bene explicat, an, & quando sit suspectus de hæresi proferens blasphemias hæreticales ex lubrico linguæ, vel per iocum? legitima eius resolutio sic habet, quòd sit par ratio de isto, atque præcedentibus: Lege ipsum Pegnam circa hoc, & similiter circa illud, de adducentibus loca Scripturæ ad iocum.

349 Sed quid, si quis in ira bis, vel ter tantùm hæreticaliter blasphemet? Placet responsum Carenæ dict. §. 13. num. 70. ad dubium, quod excitat per sequentia verba. An autem, inquit, qui bis, vel ter in ira tantùm blasphemauit, sit cogendus ad abiurandum, dico quod sic, & hoc probant verba Eymer. in Direct. 2. par. quest.

350 41. nu. 6. vbi ait. Si verò non frequenter, sed raro, nec longo tempore, sed paruo, & non extra ludum, sed in ludo tantùm; tunc eo casu abiurare debent vti leuiter suspecti & qui blasphemauit in ira raro saltē dicitur blasphemasse, & in verbis prædictis Eimerici comprehenditur, igitur etiam talis debebit ab urare. Hæc ille.

351 Quòd autem in isto casu blasphemantis bis, vel ter in ira, non debeat ei iniungi abiuratio de vehementi, sed sufficiat, sed sufficiat de leui, confirmatur à fortiori, quia probabilis sententia Lazar. de blasphemass. quæstion. 6. numer. 17. Zanard. in summ. diuin. præcept. par. 1. cap. 11. de blasph. vers. Blasphemi autem in ira, Carenæ dict. § 13. num. 68. & aliorum asserentium, blasphemantibus hæreticaliter sæpius, seu ex consuetudine in ira, maximè si hæc non sit ob causam omninò iniustam, solam de leui abiurationem competere; ergo quantò magis blasphemanti

352 bis, vel ter tantùm in dicta ira? Addit tamen bene ipse Carena ibib. num. 70. ex Zanar. cita. quòd cum circa hoc extet varietas opinionum probabilium, sit seruanda praxis vniuscuiusque Tribunalis.

353 Verùm, quid, si aliquis semel tantùm in ira blasphemauit? hoc dubium optimè resoluentem cum alijs nu. 69. eundem Carenam audias. Si verò, inquit, quis semel tantùm blasphemiam hæreticalē protulerit in ira, tunc talis non solet abiurare, sed tantummodo graui ei facta obiurgatione dimitti solet cum pœnitentijs salutaribus, et aliquando, si persona sit vilis, cogitur stare præ foribus Ecclesiæ cum candela accensa in manu. Ita Genuen. in pract. Archiep Neapol. cap. 68. num. 13. vers. Item illis, qui semel, & Lazar. de blasphem. quæst. 6. num. 21. Hactenus ille.

354 Dixi, in ira; nam si extra iram ex leui oc-

occasione quis semel tantùm hæreticaliter blasphemet, nullum dubium, iniungendam esse ei abiurationem de leui saltem; quod clarè deduco ex allegatis Genuen, Lazar, & Carena, ac clariùs ex Prax. m.s. cap. 9. vbi, §. 3. sic habet. Se le be-
355 stemmie hereticali sono proferite fuori di colera, & à sangue freddo, ò per leggiera occasione, si come aggrauano l'intentione del proferente, dando inditio di mala credulità, mentre non appare, che da altra persona habbia hauuto occasione d'incitamento, così s'aggraua anco il grado dell' abiura. Ita Praxis m. s.

356 Tandem, quæ huc usque sunt tradita de abiuratione blasphemãtibus hæreticaliter indicenda, intelligi debent, siue verbis, siue factis hoc delictum ipsi cõmittant. Dicuntur enim verè blasphemare facto ipso, quicunque Sanctorum Imagines fædant, vel conspurcant, aut lacerant, &c. & vt plurimum sunt de hæresi vehementer suspecti, & consequenter de vehementi abiurare debent. Ita Alphon. de Castr. de iusta hæreticor. punit. lib. 1 cap. 12. & 15. Genuens. in prax. Archiep Neapol. capit. 18. num. 11. in fin. & in addit. num 17. Zanard. in summ. diuin. præcept. c. 64. vers. Dico quòd, & Carena dict. tit. 7. §. 7. n. 38. vbi cum eodem Zanard. addit sic.

357 Quòd hi, inquit, aliquando etiam abiurant de leui tantùm, & regulariter de vehementi, non autem de formali (si catholici sint) Quamuis, ait ipse, (idest Zanar.) aliqui tenuerint hos non debere abiurare, quia Maiestatem confitentur, & eam tantummodo odio, & malo animo offendunt. Ita ille; & quod ait Zanar. secundùm aliquos non debere istos tales delinquentes abiurare, quòd in aliquo casu id locum habeat, statim tibi ostendam.

358 Discutiendum hic nobis superest illud dubium; quod dict. tit. 7. §. 8. discutit Carena cum alijs multis auctoribus, an Inquisitores possint aliquando punire proferentem blasphemias non hæreticales, eumque cogere ad abiurandum, seu potius absque abiuratione vlla cum aliqua
359 correptione ipsũ expedire debeant? Resoluimus lib. 1. nostri oper. cap. 12. Regul. 99. num. 140. ex mente omnium DD. Inquisitores cognoscere non solùm de propositionibus hæreticis, & erroneis, ac sapientibus hæresim, sed etiam de malè sonantibus, temerarijs, Schismaticis, piarũ aurium offensiuis, & de alijs in materia fidei damnabilibus, quas ibi in varios gradus diuisimus, ac in vndecimo, & vltimo propositionem blasphemam reposuimus, non quidem hæreticalem, nam fuisset reponenda in 3. gradu, sed non hæreticalẽ, tendentem tamen ad hæresim.
360 Notauimus item ibi, cum Ant. Sousa lib. 1. Aphor. cap. 7. num. 25. ex omnium sententia, prædictos gradus diuersos propositionum contra fidem, non solum in ipsis propositionibus, sed etiam in factis reperiri, imò ab istis illas oppositionem contra fidem sibi assumere. Vnde similiter diuiditur factum in hæreticum, erroneum, sapiens hæresim, temerarium, malè sonãs, piarum aurium, seu piorum oculorum offensiuum, &c.

361 Ex prædictis itaque firma propositi dubij resolutio deducitur, quòd Inquisitores cognoscant etiam de blasphemijs, aut de factis blasphemis non hæreticalibus, habentibus tamen connexionem cum hæresi, aut tendentiam ad eam. Ita Albertinus de agnoscen. assert. cathol. quęst. 21. num. 63. Alphons. à Castro, de iust. hæret. pun. lib. 1. cap. 12. in fin. ibi sic, Blasphemia autem, quæ habet quandam cum hæresi vicinitatem, vel connexionem, ad Inquisitores spectat, Rojas, de hęret. p. 2. assert. 12 num. 168. & Carena dict. §. 8.
362 num. 44. Propter huiusmodi tamen blasphemias, aut facta blasphema nequaquam iniungenda reis abiuratio, quia vbi non est hæresis, aut præsumptio eius, saltem leuis, omissa omni abiuratione, cum sola correptione, & pœnitentijs salutaribus illi expediuntur, nec huic doctrinæ vllus contradicit.

363 Claudamus hanc Regulam verbis Carenæ, quibus ipse suum §. 8. claudit, explicãs, quòd huc etiã spectat De illis verò, inquit, blasphemijs, quę nec hæreticæ sunt, nec cum hæresi cognationem habẽt, non solent cognoscere Inquisitores, licèt de illis soleant malam, & prauam inquisiti rei indolem arguere, Sanctarel. de hæres. tr 3. de blasphemia, capit. 8. dub. 2.
364 num. 2. De illis tamen etiam cognoscũt Inquisitores, cum sunt coniuncta cum blasphemijs hæreticalibus, & ita passim obseruatur in hoc Sacro Tribunali. Hactenus ille.

Missam celebrantibus, vel Sacramentum Pœnitentiæ administrantibus, cum non sint Sacerdotes, num abiuratio aliqua, & qualis iniungi debet?

REGVLA CCCXCIV.

365 PRæter casum, quo secundùm Bullas Pontificias Laici, vel Ecclesiastici nõ Sacerdotes Missam celebrantes, aut confessionem audientes etiam pro prima vice absque vlla abiuratione, & reconciliatione, curiæ sæculari traduntur; aliàs cum non constat de corpore delicti, vel de eo perpetrato adsunt tantùm indicia, per torturam non euacuata, iuxta eorum qualitatẽ, & iuxta varium stylum diuersorum Tribunalium, de vehementi, aut de leui abiu-
366 rare debent. Si quis verò non Sacerdos audiat peccata in confessione, & pœnitẽtem non absoluat, cum sola tunc abiuratione de leui, aut etiam sine ipsa, attento dicto

367 dicto stylo vario, expediendus. Quæ expeditio similiter competit cuilibet ad Ordinem Sacerdotij nequaquam promoto, qui sacris licet iam vestibus indutus fuerit, Missam tamen non inchoauit.

---

368 DVplicem hunc casum facinorum enormissimorum duplici Regula, lib. 1. nostri oper. cap. 15. quoad qualificationem exposuimus: quoad torturam verò lib. 4. Regul. 353. num. 161. & seq. obiter attigimus; nunc quoad abiurationem, vtrumque per vnicam præsentem sufficienter indicabimus.

369 Plures extant Pôtificię Constitutiones, præsertim editæ à Gregorio XIII. anno 1574. incip. Officij nostri, & Clem. VIII. anno 1601. incip. Etsi alias, contra sceleratissimos quoscunque siue laicos, siue Ecclesiasticos non Sacerdotes ausu plusquam temerario Missam celebrantes, & confessionem sacramentalem audientes; per quas expresè disponitur, vt isti etiam pro primo lapsu ad reconciliationem non admittantur, sed curiæ sæculari relaxentur. Adducunt Maiol. de Irregul. libr. 4. cap 13. num. 1. Farinac. de hæres. quæst. 193. numer. 39. Sanctarel. in tr. de hæres. cap. 42. nu. 5. August. Barbos. de Officio, & Potest. Episc. par. 3. alleg. 110. nu. 19. & alij.

370 Notant autem Doctores, præcipuè Sousa, Opusc. de solicit. tr. 1. cap. 9. num. 1. & Castr. Pal. oper. moral. tom. 1. tr. 4. disp. 8. pun. 16. §. 9. numer. 2. prædictas Constitutiones Pontificias non fuisse vsu receptas apud Tribunalia S. Inquisitionis Hispanæ, & Lusitanæ, quod valde miror, cum puritas fidei, & maximus rigor in propellenda quauis hæretica prauitate penes nostras illas regiones iugiter vigeat, nec coniectare possim causam, cur ibi nequa-
371 quam fuerint practicatæ. Quid quod ait Sousa lib. 1. Aphor. cap. 32. numer. 12. fuisse iniunctum ab Vrbano VIII. per Epistolam Cardinalis Mellini ad Inquisitorem Generalem Lusitaniæ, 5. die Martij, 1622. vt dicta pœna relaxandi curiæ sæculari tales delinquentes exequutioni mãdaretur. Addit tamen ipse Sousa post declarationẽ istam, hoc practicari non vidi.

372 Excusatio autem, quã pro illis Tribunalibus adducit Carena, par. 2. tit. 11. §. 7. num. 33. non videtur habere locum; nempe quòd in casibus, qui in illis Regnis alicuius non sacerdotis celebrantis, vel audientis confessiones acciderunt, fortasse concurrerint aliquæ circumstantiæ delictũ minuentes; quì enim fieri potest, vt semper per tot annos sic tales casus acciderint vt nusquam vllus absque circumstantia aliqua minuente delictum commiserit?
373 & quidem huiusmodi circumstantiarum meminissent Auctores, qui in particulari similes casus referunt, vti refert Diana p. 4. tr. 7. resolut. 11. de quodam Religioso Subdiacono, qui plures confessiones fingendo se Sacerdotem audierat, & nullam exprimit Diana circumstantiam, ratione cuius nõ fuerit ille curiæ sæculari traditus per Tribunal S. Inquisitionis Siculum, quod vestigia Supremi Hispaniarum sequitur.

374 Cum itaque dubitari non possit, quòd cõmittentes prędicta enormissima scelera, ad sacerdotij Ordinem non promoti Missam celebrando, vel confessiones audiendo, sint suspecti de illa hæresi, quæ hisce nostris potissimũm temporibus grassatur, Lutheri docentis, vt alibi vidimus, quoscunque, etiã laicos esse idoneos ministros sacramẽtorum Eucharistiæ, ac Pœnitentię, consequenter dicendum, quòd debeant cogi ad abiurandum. Affert Carena cum alijs per ipsum relatis dict. tit. 11. §. 1. &
375 Prax. m. s. cap. 14. Atque hoc vltimum intelligendum est de quibuscunque talia delicta cõmittentibus respectu Tribunaliũ Hispaniæ, cùm nullus ab ipsis, vt dictum, relaxari curiæ sæculari soleat; respectu verò Supremi Tribunalis Romanæ Inquisitionis, & reliquorum Italiæ de illis solis, qui minimè conuincuntur huiusmodi crimina perpetrasse, eo quòd tantummodò adsint aliqua indicia, vel non constet de corpore delicti.

376 Vnde meritò videndum nũc breuiter, quando dicatur constare, vel non constare de corpore delicti in duplici casu dicto celebrandi missam, & audiendi confessionem per aliquem non Sacerdotem. De hoc egregiè tractat citatus Carena §. 4. per totum, & primò supponit esse prorsus certum ex iure, l. 1. §. Item illud, ff. Ad Syllan. & ex communi auctorum, vt Farinac. prax. crim. quæst. 2. cum multis, quos citat, in dictis duobus criminibus, sicut, & in reliquis quibuscunque vt contra eorum reos ritè, ac rectè procedi possit, debere in actis iuridicè cõstare de corpore delicti.

377 Qualiter autem id reperiatur in delicto celebrationis Missę per aliquem non sacerdotem, specificat Carena ibid. nu. 16. sic. Quòd vt possit circa hoc crimen procedi, debeat constare reum denunciatũ celebrasse tali, & tali die in tali Ecclesia
378 & tali Altari. Atque quòd requiratur, vt ista celebratio plenè probetur per testes contestes, & erunt quidem tales, si vnus deponat se tali die vidisse in tali Ecclesia, & tali Altari dicentem Epistolam; alter verò dicat, se vidisse eundem recitare Euangelium; alter item hostiam eleuare; ratio est, quia omnes deponunt de eiusdem Sacri celebratione, cum eisdem circumstantijs temporis, & loci. Ita cum Fel. in cap. Licèt ex quadam, De testibus, num. 2. & Abb. ibidem, num. 11. idem Carena, num. 17.

379 Attamen erunt singulares, & non probabunt plenè; nec constabit de corpore

deli-

delicti, maximè ad effectum condemnan-
di reum pœna ordinaria, si vnus testis de-
ponat, se audiuisse reum celebrantem vno
die, & alius testis altero die. Docet Ca-
rena ibid. num. 18. ex Abbate, quo cum
ostendit, cur sit disparitas inter hunc, &
præcedentem casum his te verbis.
380 Et rationem, inquit, differentiæ inter
partes indiuiduas vnius totius, idest Epi-
stolam, Euangelium, &c. respectu Missæ,
& partes diuiduas, vt puta plures Missas,
assignat Abb. vbi supra, numer. 3. quia,
inquit, omnes testes in sensu sunt singula-
res, nam ego video per meum visum, &
tu per tuum; vndè cùm dicunt DD. quòd
testes debent esse contestes, hoc intelli-
gitur respectu obiecti, super quo deponunt,
ita, vt obiectum eodem tempore se re-
præsentans sensibus testium, operetur,
quòd sint contestes, & propterea impossi-
bile est, vt deponentes super actibus, seu
partibus diuiduis probent; quoniam idē
obiectum non potest eodem tempore se
repræsentare sēsibus testium, ex quo vnus
deponit super vna parte, & alius super alia.
381 Secus in partibus indiuiduis, vt puta,
Epistola, &c. quia moraliter loquendo, &
secundùm communiter accidentia non
potest quis dixisse partem Missę, quin etiā
totam dixerit, & hanc pulcherrimam do-
ctrinam Abbatis sequitur Cardinalis Tu-
schus pract. concl. tom. 8. concl. 265. nu.
17. & 95 vbi quòd ratione connexionis,
quam habet vna pars cum alia, testes di-
cūtur contestes, licèt de diuersis partibus
deponant ex doctrina Alex. & aliorum de
quibus ibi. Hactenus Carena, penes quē
plura legas.
382 Resolutum itaque cum sit, quòd tales
rei suspicionem hæresis Lutheranæ, & obli-
gationem abiurandi contraxerint, dubi-
tatur modò, de quo gradu suspicionis, &
abiurationis debeat intelligi? circa hoc
discordant inter se DD. nam citati Ant.
Sousa, & Castr. Palaus, Emanuel Moura,
opusc. 1. de ensal. sec. 3. cap. 3. num. 9. &
alij iuxtà stylum S. Inquisitionis Hispania-
rum, & Lusitaniæ, absolutè tenent illos
tantùm esse leuiter suspectos, & conse-
quenter absque tortura abiurationem de
leui ipsis iniungendam?
383 Diana verò resol. moral. par. 4. tract. 7.
resol. 11. licèt prædictorum vestigia sequa-
tur vt Consultor Inquisitionis Regni Si-
culi, moderatur tamen suam sententiam
post medium dictæ resol. sequentibus ver-
384 bis. Nota tamen, inquit, quòd his in
in vno casu abiurationem de vehementi
imponerem, & torquerem, quando v. g.
essent de Prouincia infecta heresi Lutheri,
qui asserebat omnes esse ministros Sacra-
menti Pœnitentiæ, persona enim dicitur
suspecta etiam respectu regionis suæ; vt
optimè obseruat Sessè, tom. 4. decis. 152.
num. 4. ita ille.
385 Nihilominus quòd prædicti rei siue se-
culares, siuè Ecclesiastici carentes Ordine
Sacerdotij, ob celebrationem missę, vel
administrationem Sacramenti Pœnitentię,
attenta praxi Supremi Tribunalis S. Inqui-
sitionis Romanę, ac reliquorum Italiæ,
sint semper vehementer malę credulitatis
suspecti, & vbi ex tortura inflicta nihil e-
merserit, de vehementi abiurare debeant,
vti certum defendunt alij, (ego vt proba-
386 bilius amplector) & inde probant; quia
ex abusu cuiusuis Sacramenti oritur præ-
sumptio vehemens in abutente, quòd ma-
lè sentiat de ipso, ac propterea cogendus
ad abiurandum de vehementi, qualiter
euenit, vt vidimus supra, in polygamo,
confessario sollicitante, &c. ergo pari mo-
do erit in celebrante Missam, aùt confes-
siones audiente, cùm non sit sacerdos, eò
is facto ipso his Sacramentis abutatur. Ita
Carena dict. tit. 11. §. 1. numer. 3. 4. & 5.
ex mente Pegnæ par. 2. Direct. commen.
81. vers. Ille quoque Franc. Leon. in The-
saur. Fori Eccles. par. 3. cap. 37. numer. 35.
Martin. del Rio Disquis. Magic. lib. 5. sec.
15. & libr. 3. part. 1. quæstion. 3. sec. 1. ac
alij.
387 Sed quid, si laicus, aut Ecclesiasticus
non Sacerdos confessiones audiat, abso-
lutionem tamen non impendat, siuè ex
indispositione pœnitentis, siue ex alia
causa? est ne tractandus ac si eam impen-
disset? Affirmant Anton. Sousa, libr. 1.
Aphor. cap. 33. num. 3. & in Opusc. de
sollicit. tr. 1. cap. 9. num. 4. ad Freyt. in
editione nouissima, de confess. sollicit. q.
13. num. 36. quorum sententia rigida ali-
quantulum videtur.
388 Vndè partem negantem vti benignio-
rem, & magis rationi consonam bene
tuentur Sanctarel. de hæres. cap. 42. dub.
vnic. nu. 5. & ante eum Eman. Rodriguez,
& Ioan. Sanchez, quos citat, & sequitur
Diana resol. moral. par. 1. tr. 4. resolut. 16.
Ratio est, quia non impertita absolutione,
deest completus, & perfectus abusus Sa-
cramenti Pœnitentiæ, licèt iam ipse ex
parte reperiatur, ergo non Sacerdos au-
diens tantùm peccata, & non absoluens,
nequaquam ita rigidè expediendus ab In-
389 quisitore ac si absoluisset. Et quidem
quoad abiurationē, quæ est prǽsentis no-
stri instituti, cum secundùm probabiliorē
opinionem in completo abusu Sacramen-
ti pœnitentiæ, quiuis non Sacerdos eo
abutens etiam absoluendo pœnitentem,
abiurare debeat de vehementi, casu quo
non absoluit, iudico sufficere abiurationē
de leui.
390 Proponit autem breuiter alium casum
Diana sub finem dict. resol. 11. cum Sousa
citato sic. Addit etiam, inquit, non Sa-
cerdotem, qui solùm confessionem gene-
ralem audiuit, non tamen specialem pec-
catorum, subijci iudicio Inquisitorum li-
cèt mitius puniri debeat. Verba sunt Sou-
sæ, & crederem in hoc casu absque vlla
abiu-

abiuratione reum esse expediendum, salvo meliori iudicio.

391 Quid item, si aliquis nō Sacerdos celebrationem Missæ incipiat, sed minimè cōsacret? quid si tantùm vestibus sacris induatur absque inceptione celebrationis? Ex Sousa lib. 1. Aphor. cap. 32. num. 5. & 6. ad vtrumque casum respondent Diana resol. moral. par. 4. tr. 7. resol. 12. & Carena dict. tit. 11. §. 3. nu. 15. in fin. quòd primus comprehendatur in Bullis Pontificijs supra citatis Gregorij XIII. & Clem.
392 VIII. & in nouissimè edita per Vrbanū VIII. 23. Martij, 1628. incip. Apostolatus, (in hac disponitur, vt dicta pœna ordinaria tradendi brachio sæculari prędictum reum, extendatur ad maiorem 20. annis) & vbi contingat non tradi vel ob defectū ætatis, vel quòd non constet de corpore delicti, aut ob aliam causam, cum sit de hæresi vehementer suspectus, si ex tortura nihil emerserit, de vehementi abiurare debet.

393 Item respondent, quòd secundus casus non sit comprehensus in ipsis Bullis, cùm istæ loquantur de celebrante Missam, & non dicitur eam celebrare, qui tantùm fuit indutus vestibus sacris, & destitit ab incipienda celebratione, licèt priùs habuerit animum celebrandi. Ita Diana, & Ca-
394 rena. Qui nihil attingunt de expeditione talis rei; & cum sic induendo se vestibus sacris committat absque dubio delictum ad S. Inquisitionem spectans, ex eo videtur insurgere aliqualis suspicio hæresis, & quòd sit cogendus aliquo modo abiurare. Et quidem in sententia non improbabili eorum, qui, vt vidimus supra, incipienti celebrationem Missę, cum non sit Sacerdos, immo, & eam perficienti solam abiurationem de leui iniungunt, illum absque
394 vlla fortè expedient. At in nostra sententia probabiliori, cum non Sacerdos celebrans, aut incipiens celebrationem cogatur abiurare de vehementi, in induente se solummodo vestibus sacris, attenta qualitate personæ, videtur posse habere locum abiuratio de leui; meliùs tamen sentienti, seù potiùs iudicio S. Congregationis Vrbis nos libentissimè submittimus.

396 Tandem adducit Diana in fin. dict. resol. 12. casum singularem de vero Sacerdote in Missa non consecrante, quem proprijs ipsius verbis accipe. Notandum, inquit, est tamen hic obiter, quòd si Sacerdos non consecret panem, aut vinum, eo quòd sit in peccato mortali, & ideò habens ante se hostiam consecrandam, extrahit è tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis profert non super hostiam, quam eleuando ostendit populo, sed super eandem particulam consecratam, pot est per Inquisitores cō-
397 tra illum procedi. Et ita determinauit Congregatio S. Officij Mediolanen. 30. April. 1627. vt testatur, & docet Aloys. Bariola in Aphor. litera, S verb. Sacerdos, §. 12. vide etiam Lucernam Inquisitor. verb Sacerdos, & ibi Pegnam in annotat. Hæc Diana.

398 Qui similiter nihil exprimit de expeditione talis delinquentis, an debeat abiurare, nec ne? Crederem absque vlla abiuratione, cum sola acri admodum correptione, iniuncta item suspensione à celebrando per tempus arbitrio Inquisitoris iniunctis etiam alijs pœnitentijs salutarib. expediri posse; excusatur enim à suspicione erroris in omissione consecrationis super hostiam, quòd in statu peccati mortalis eā non posse proferre ignoranter iudicaret.

399 Non desinam hìc adiungere, quod affert Carena tit. 17. § 2. circa finem, sic. Eodem, inquit, modo puniri debent in S. Officio, per iocum alterius confessiones audientes; negari enim nequit, quin isti magnam iniuriam faciant Sacramento maximè stante hęresi Lutheri, qui voluit laicum posse administrare Sacramentum Pœnitentiæ: de quo videndus erit Roffens. contra Lutherum, artic. 13 & ita in nostro S. Officio semper fuisse obseruatum, testis est Reuerendiss. Amid. tom 3. vot. 21. & 57. Atque his Regula pręsens absoluta manet.

An, & qualiter insurdescentes per annum in excommunicatione seu in censura quauis, aut eam quoquo modo contemnentes abiurare debeant?

REGVLA CCCXCV.

400 QVis quis per annum integrum sciēs, & volens in excommunicatione, vel censura lata ob causam hæresis insurdescit, fit de hęresi vehementer suspectus; quòd si citatus ab Inquisitore non comparet, dicta suspicio transit in violentam, et sic insurdescens tractandus est vti hæreticus, iniuncta ei abiuratione de vehemen-
401 ti. Si verò insurdescat in censura ob aliā causam, etiam ciuilem, probabiliter redditur de iure suspectus leuiter malę credulitatis, et de leui abiurare debet; secus
402 de consuetudine: Excepto, vbi transacto anno fuisset per sententiam Ordinarij condemnatus, vt insurdescens, ex tunc, si non obediret, iurisdictioni Inquisitoris
403 subesse inchoabit. Contemnens autem positiuè verbo, vel facto censuras, perpēsis circumstantijs qualitatis personæ, loci, temporis, etc. reperitur magis, aut minus de hæresi suspectus, et maiori, vel minori
404 gradui abiurationis obnoxius. Idem prorsus de contemnente alias res, vel ceremonias sacras dicendum.

405 DE his insurdescentibus per annum in excommunicatione, vel alia censura, ex causa hæresis, aut ex diuersa, & de ipsis inde suspectis malæ credulitatis, aliqua attigimus lib. 1. nostri oper. c. 20. Regul. 148. num. 72. & seqq. quæ reuocanda nunc breuiter in memoriam, vt pro eisdem, & pro qualitercunque censuras Ecclesiasticas, & ceremonias sacras contemnentibus gradum abiurationis faciliùs decernamus.

406 Ex Syluest. in summ. verb. Contemptus, num. 1. & ex Menoch. de arb. iud. cent. 5. cas. 416. num. 27. duplicem censurarum contemptum affert Carena, par. 2. tit. 17. §. 2. alterum negatiuum, alterum positiuũ; hic talis est, cùm quis censuris actum aliquem irreuerentiæ, ac iniuriæ infert, aut verbis, vel factis eas vilificat, idque fit diuersis modis, vt infrà cum ipso Carena,
407 & alijs auctoribus ostendemus. Est item contemptus negatiuus, qui & impropriè contemptus dicitur, cum quis de re aliqua nullam curam habet, nequaquam tamen ei iniuriam vllam infert; sic censuras Ecclesiasticas contemnere censetur, qui per aliquod tempus in illis insurdescit; & de hoc contemptu censurarum agunt ex professo idem Carena, toto tit. 8. per decem §§. & Prax. m. s. cap. 13. cum alijs citandis.

408 Primæ particulæ nostræ Regulæ indicat præcipuas circumstantias, & conditiones ad veram insurdescentiam requisitas, vt effectus ex ea sequantur, maximè, vt insurdescens fiat suspectus de hæresi, & abiurare teneatur. Particula (per annum integrum) ostendit qualitatem circumstantiæ temporis; nisi enim quis spatio vnius anni completi, & non interrupti in censura lata persistat, haud dicetur insurdescere.
409 re. Vndè, si post sex menses absoluatur ad reincidentiam, licèt post absolutionem alios sex menses in censura permaneat, nequaquam erit insurdescens; nam in hac materia tempora minimè coniunguntur. Ita cum Rot. Rom. decis. 195. in impressis post secundum volu. consil. Farinacij, cum Bellarm. in suis notis ad Tridentin. sess. 25 cap. 3. de refor. & cum alijs Carena, vbi supra, §. 1. num. 3.

410 Sequens particula Regulæ (sciens, & volens) denotat perseuerantiam cum pertinacia animi, ad insurdescentiam requisita; nam qui nescit se esse excommunicatũ, vel noluit in excommunicatione permanere, sed institit, seu diligentias adhibuit pro obtinenda absolutione, nequit dici insurdescere, etiamsi transierit annus in ea, aut tempus multò longius Cum ead. Rot. decis. 202. Ricciullus, de iure person. extra Ecclesię grem. existen. lib. 4. cap 8. n. 10. & cum alijs Carena dict. tit. 8. §. 2. nu. 7.
411 & 8. Quin etiam ad complementum pertinaciæ requisitæ, & veræ insurdescentiæ debet ille iuridicè citari, vt reddat rationem, cur tandiù in excommunicatione permanserit. Ita idem Caren. cum auctorib. relatis.

412 Sed quid, si citatus compareat, & non se legitimè excuset, nec alleget causam iustam suæ moræ tanto tempore in censura lata, erit ne suspectus de hæresi, & ad abiurandũ cogendus? Pars affirmans certissima est, iuxta dispositionem Tridentini Concilij, sess. 25. cap. 3 de reformatio-
413 ne in fin. sic. Excommunicatus verò, inquit, quicunque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solùm ad Sacramenta, & communionem Fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus, in illis per annum insurduerit, etiam contra eum tãquam de hæresi suspectum procedi possit. Ita ibi.

414 Hæc autem Tridentini dispositio, quòd habeat locum in quibuscunque insurdescẽtibus in excommunicatione ob causam hæresis ipso facto inflicta, nullum est dubium, & afferunt communiter omnes, præcipuè Locat. Iudicial. Inquisit. verb. Excommunicati, num. 2. Eymer. part. 2. Direct. quæst. 47. num. 6. Pegna ibi commen. 72. Prax. m. s. dict. cap 13. & cum multis, quos adducit, Carena dict. tit. 8. §. 4.

415 Vndè in hoc casu Inquisitor post latam sententiam insurdescentiæ declaratoriam, quæ priùs ab ipso ferri debet, vt docent Mariscot. variar. resol. lib. 2. cap 35. n. 60. & Ricciull. dict. capit. 8. num. 12. & apud Carenam ibid. §. 2. contra sic insurdescẽtem, vti vehementer suspectum malæ credulitatis circa potestatem, & Claues Ecclesię procedet, & si ex inflicta tortura nihil eineṙferit, ad abiurandum de vehemẽti, ex vtroque capite, nempe insurdescentiæ, ac illius articuli, ob quem excommunicatus fuerat, eum condemnabit. Ita Simanc. Cathol. Instit. tit. 27. num. 4. & 5. Scacc. de Iud. cap. 98. num. 28. & 29. Zanar. in Summ. Diuin. præcept. tom. 1. cap. 5. De Fide, vers. Primus post annum, & cum alijs Carena dict. tit. 8. §. 8.

416 Quando autem quis est suspectus de hæresi, etiam leuiter, si citatus propterea ab Inquisitore, iudicium subterfugiens noluerit comparere, statim fit vehementer suspectus ob contumaciam; quòd si talis contumax excommunicatus per annum in excommunicatione permaneat, dicta suspicio vehemens transit in violentam, quæ est sufficiens ad condemnandum eum
417 veluti hæreticum. Probatur ex cap. Cum contumacia, de hæret. in 6. & ibi Glos. verb. Vehementem, item ex cap. Excommunicamus il p. etiam de hæretic. in 6. vbi Hostien. num. 2. ait, ex ista insurdescentia in excommunicatione nasci præsumptionem iuris, & de iure, quæ hæresim plenè probat. Ita etiam ibi Anania, num. 6. Anchar. num. 4. Ioan. Andr. n. 3. & Butri. num. 7.

Ni-

418 Nihilominus, quod talis violenter suspectus, vt possit declarari, & condemnari vti hæreticus, debeat denuò prius omnino citari, vt se purget ab ea suspicione violenta contracta ex eo, quòd per annum in dicta excommunicatione insurduerit, docent bene Salced. ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 118. Sanctarel. de hæres. c. 4. dub. 5. num. 2. & cum alijs allegatis Farinac. de hæres. quæst. 192. num. 27. Qui
419 ibi num. 19. Post Pegnam par. 3. Direct. commen. 49. sub litera A notat id quod sine dubio verum est, nempe talem sic insurdescentem, & violenter suspectum, licèt ex dispositione iuris, dict. cap. Cum contumacia, condemnari debeat veluti hæreticus, non esse tamen verè hæreticũ, ob eam rationem, quia particula, veluti, non identitatem, sed similitudinem im-
420 portat. Atque inde sequitur, in condemnatione esse illi iniungendam abiurationem non de formali, cum nequaquam sit formalis, & verus hæreticus, sed de vehementi, cùm violenter præsumatur talis; præsumptiones enim hæresis, vehemẽs, & violenta, haud differunt in gradu abiurationis, vt alibi iam resoluimus.
421 Sequitur discutiendum id, quod valdè controuersum est inter DD. an insurdescens in excommunicatione ob aliam causam, quàm hæresis, lata, sit de Foro S. Inquisitionis, & ad abiurandum cogendus? Partem affirmantem præter citatos supra Lucern. Inquis. Eymer. Pegnam, & Praxim m. l. defendunt multi alij, vt Simanc. tit. 27. de Cathol. Instit. numer. 4. Rojas Singul. 60 nu. 2. Gutierr. in canon. 99. lib. 1. capit. 12. Scacc. de Iud. libr. 1. capitul. 98. numer. 36. Genuens. in praxim. capit. 68. & Castrens. Palaus, tom. 1. Summ. tract. 4. disp. 4. pun. 2. n. 5.
422 Qui peculiariter cum Farinac. & Menoch. per ipsum citatis id tenet, etiam in excommunicatione lata ex causa ciuili.
423 Probatur efficaci ratione in communi pro quibuscunque casibus, quia loquendi forma Concilij Tridentini est vniuersalis, indefinita, & indeterminata, ergo potest, & debet intelligi de quauis insurdescentia in excommunicatione per annum lata ob quamcunque causam, etiam ciuilem. Imò ob istam in particulari efficacius ostẽditur, quia est leuior, & propterea regulariter excommunicatum à comparendo minus retardabit. Ita Castr.
424 Contra nostrum verò Castrum insurgit Diana 4. par. moral. resol. tr. 7. resol. 18. & ibi contrariam sententiam tenet cum Barbos. in Collect. tom. 3. lib 5 tit. 2. c. 8. num. 6. vbi hæc verba profert, Contumax, inquit, in excommunicatione per annum insurdescens suspectus habetur de hæresi, beneficijsque priuatur, quando esset excommunicatus pro crimine; secùs
425 pro causa ciuili. Ita ille; similiter Sayr. de censu. lib. 1. cap. 16. num. 4. & Gonzalez, in Regul. 8. Cancell. glos. 15. no. 106. vbi affirmat, ita decisum fuisse per Rom Rot. in vna Segobiensi insurdescẽtiæ 15. Iun. 1598. corã Seraphino, reiecto ibi Menoch, quem Castrens. pro se adducit.
426 Verùm placet valdè resolutio procedẽs sub distinctione, nempe vel ex vi iuris canonici, vel ex vi consuetudinis introductæ, vti resoluunt multi, præcipuè Pegna 2. par. Direct. comen. 72. vers. Ex recepta, Scacc. de indit. lib. 1. cap. 98. numer. 36. Sousa lib. 1. Aphor cap. 27. num. 6. Carena dict. tit. 8. §. 4. vers. Verùm quidquid;
427 imò ipse Diana loc. cit. Nam attento iure canonico, maximè Concilij Trident. relati, ob rationes paulò antè per nos adductas, negari non potest, insurdescentẽ per annum completum in excommunicatione ob quamuis aliam causam, quàm hæresis, etiam ciuilem, inflicta, esse suspectum saltem leuiter malę credulitatis, & condemnandum ad abiurationem de leui. Ita idem Carena, §. 5. num. 25. cũ Couarr. in cap. Alma Mater, par. 1. §. 7. Eymer. 2. par. Direct. q. 47 & ibi Pegna cit. Marius Alter. de censu. tom. 1. lib. 2. disp. 8. c. 3. Farinac. de hæres. q. 192. n. 23. & cum alijs.
428 Attenta tamen consuetudine Romanę Inquisitionis, & plurium Tribunalium S. Officij, nequaquàm procedunt Inquisitores contra insurdescentes in excommunicatione lata ex alia causa, quàm hæresis, vt docent citati Pegna, & Scacc. Iacobus Graff in summ. decis. par. 1. lib. 4. c. 14. nu. 4 Lælius Zecch in Summ. par. 1. Rubr. De Fide, cap. 11. num. 13. & cum alijs, quos refert Carena, dict. tit. 8. §. 4. n. 18.
429 Sed illorum punitio propter insurdescẽtiam spectat ad Ordinarios, qui contra ipsos tulerunt excommunicationem, in qua per annum insurduerunt, vt per se patet; vel etiam quandoque spectat ad Iudices Laicos, iuxtà Decretum Concilij Triburiensis, de quo Carena §. 3. nu. 13. persequentia verba.
430 Secundò, inquit, aiunt DD., insurdescentem posse puniri per Iudicem laicum, ex quo in Concilio Triburien. antiqui Patres decreuerunt, cap. 3. quòd; Qui post excommunicationem non fuerint ad pœnitentiam inclinati, per Secularem Principem puniantur, vt quos Dei timor non corrigit, saltem pœna temporalis corripiat. Ita Concilium.
431 Prosequitur autem optimè Carena ibi, num. 14. Hinc colligunt, inquit, DD. legem primam, & secundam tit. 5. libr. 8. Regiarum Constit. Hispan. quæ mandat Iudicibus Sæcularibus, vel laicos in excommunicatione vltra mensem perseuerantes puniant, sanctissimam esse; ita namque dixerunt Salcedo ad dict. cap. 118. Diaz. num. 6. latè Gutierr. canon. quæst. lib 1. cap. 12, & Marius Alter. vbi supra, disp. 8.

cap. 3. verſ. Hinc colligit, vbi alij allegātur, latiſſimè Azeued. in dict. l. 1. tit. 5. lib. 8. nouæ recompilationis, quæ in hac materia omninò videatur, Ita ille non ſine eruditione.

431 Dictam tamen conſuetudinem S. Inquiſitionis Romanæ, & conſequenter plurium Tribunalium S. Officij, ipſam ſequentium, egregiè moderatur Prax. m. ſ. à nobis ſæpius citata cap. 13. vbi priùs docet, quòd non ſit procedendum contra permanētes anno integro in excommunicatione non ob cauſam fidei, ſed ob aliam, criminalem, vel ciuilem lata, tanquàm contra ſuſpectos

433 de hæreſi, & ait, fuiſſe circa hoc editum, Decretum, & multoties confirmatum à Sacra Congregatione, per quod prohibetur talis modus procedendi, meminitque diuerſarum literarum, per quas de mandato eiuſdem Sacræ Cōgregationis peculiariter aliquibus Epiſcopis iniungitur, nè taliter contra illos procederent.

434 Nihilominus addit ipſa Prax. m. ſ. ex ordine ſummi Pontificis aliquando fuiſſe oppoſitum obſeruatum, exprimens etiā, quòd tunc præceſſerat ſententia inſurdeſcentię declaratoria, & condemnatoria; poſt quam, ſi inſurdeſcens non obediat, ſed adhùc indurato animo in inſurdeſcētia perſiſtat, ſtatim incipit eſſe ſaltem leuiter ſuſpectus de hæreſi, atque ab Inquiſitore, & non ab Ordinario, vti Ordinario, debet puniri, & ad abiurandum de leui condemnari; hæc penes dictam Prax. ex quibus ipſa Regulam ſcitu, & obſeruatu dignam deducit, quam proprijs eiuſdem verbis accipe.

435 Dal che, inquit, ſi deduce queſta Regola, che quando pure s'habbia à procedere contra l'inſordeſcenti, come ſoſpetti de Fide, è neceſſario, che prima ſiano citati, e moniti come tali auanti Monſignor Auditore della Camera, ò all'Ordinario, e come tali ancora ſiano condannati, e dechiarati per ſentenza; che così il Santo Officio ragioneuolmente vi entrerà; eſſendo, che l'inſordeſcenza in tal modo qualificata, induce di ſua natura ſoſpettione di mala credulità delle cenſure. Sic ibi hu-

436 cuſque. Nec aliud occurrit hic aduertendum, niſi, quòd etiam in hoc caſu poſt quàm inſurdeſcens cæpit eſſe ſuſpectus, ſaltem leuiter de hæreſi, poſſit inſurdeſcentia tantùm, ſeù tandiù creſcere, adeò animo indurato, vt inducat præſumptionem malæ credulitatis vehementem, imò gradatim violentam, & ſit iniungenda abiuratio de vehementi, & tractandus veluti hæreticus, iuxtà cap. Cum contumacia de hæret. in 6. & conſequenter iuxtà tradita à nobis ſupra, quia par eſt ratio.

437 Reſtat agendum de contemptu cenſurarum poſitiuo, & qualiter abiuratio iniungi poſſit ratione iſtius: varijs autem modis ſolent contemni poſitiuè cenſuræ, vt patet ex iure, & ex communi doctrina, de qua Gemin. in cap. Dilecto, num. 8. de ſent. excom. in 6. quos conuenientiùs duxi tibi priùs ante omnia exprimere.

438 Primò, ſi excommunicatus ex certa ſcientia intret Eccleſiam, etiam quando diuina officia non recitantur cap. primo 11. diſt. & cap. Clericus 24 quæſt. 3. Secundò ſi idem non intret Eccleſiam, ſed ad valuas audit Officium, quod eſt contra iura, cap. Quid in te, de pœnit. & remiſſ. & cap. Permitimus, de ſenten. excom. in 6. Tertiò ſi communioni Catholicorum, quos poteſt euitare, ſe ingerat, cap. Illud, de clerico excōmu. miniſt. Quartò ſi idem excommunicatus accumulet culpam culpæ. Quintò addit Carena tit. 17. §. 2. n. 6. ſi quis verbo cenſuras vilipendat.

439 Nullum item dubium extat inter DD. quòd huiuſmodi cenſurarum dictis modis poſitiuè contemptores ſint de hæreſi ſuſpecti, ac iuriſdictioni Inquiſitorum ſubdantur. Affert ex Marc. Ant. Columna, Franc. Pegna 3. par. Direct. commen. 24. vbi approbat, & meritò, quòd ab Inquiſitorib. inquiſiti fuerint, & proſequuti quidam homines, quòd nimis audacter deturpauerant, & lacerauerant cedulones excommunicationis; propter contemptū

440 cenſurarum, & Eccleſiæ clauium. Confirmat hoc idem Genuen. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 7. num. 6. & addit. n. 8. eſſe etiam procedendum ab Inquiſitoribus contra eos, qui in contemptum excommunicationis audent dicere. *Chi ſcomunica? che ſcommunica?* docent etiam Menoch. de arbit. Iud. cent. 5. caſu 416. num. 27.

441 Sunt itaque ſuſpecti de hereſi, & conſequenter abiurare tenentur prædicti cenſurarum contemptores: ſed qualiter? petes fortè. Apud nullum auctorem quidquā circa hoc in particulari reſolutum inuenio, ſolùm apud Carenam in communi, ſic.

442 Qualitatem autem, inquit, ſuſpicionis hæreſis (ac per conſequens abiurationis) metiri debent Inquiſitores à qualitate perſonæ, & à quantitate contemptus, iunctis alijs circumſtantijs. Hæc ille, & ſtatim exemplificat, referens caſum particularem, ſequentib. verbis.

443 Certè, inquit, ſupra 50. annos, quidam homo peſſimæ vitæ, de pluribus blaſphemijs, & alijs criminibus Cremonæ in S. Officio inquiſitus, ſed maximè de contemptu cenſurarum, & in ſpecie, quòd dixerit, *anco li ſcommunicati mangiano*; & quòd non obſtante cenſura Miſſam audierit; ex voto Congregationis noſtræ habitus fuit pro ſuſpecto, quoad articulum cenſurarum, & clauium, de vehementi de hereſi, vti atteſtatur Reuerendiſs. Marc. Anto. Amid. in ſuis votis redditis in S. Officio apud me exiſtentibus manuſcriptis tom. 2. caſ. 34. numer. 8. fol. 171. ita ibi, vide etiam Praxim m. ſ. cap. 12.

444 Dein doctrina tradita circa cōtemptores

res censurarum pari modo habet locum in contēnentibus Indulgentias, campanas templorum, personas sacras, ceremonias, & ritus Ecclesiæ Catholicæ, ac similia; quia par est ratio in ijs omnibus, ita ex mente omnium Carena, dict. §. 2. nu. 9. & ostendit adductis exemplis, sic.

445 Prout, inquit, de contemptore campanarum attestatur Zerola in prax. Episc. verb. Casus, in quibus, &c. vers. Campanarum; vbi quòd hic casus sibi accidit in facto, in quodam, qui nocte Sabbathi sancti abstulit martellos à quibusdam campanis, & illos appendit in arbore nucis, quique propterea post longam carcerationem abiurauit; ita etiam Riccius verba supradicta Zerolæ de verbo transcribens in prax. Fori Ecclesiast. resol. 423. vers. Campanarū Hæc ille.

446 Aliud item exemplum ipse Carena adducit sic. Idem etiam, inquit, dicendum est de cōtemptore aliarum ceremoniarū, & rituum Ecclesiæ, vndè in nostra Congregatione Cremonæ supra 60. annos, vt apparet ex votis manuscriptis Reuerēdiss. D. Amid. tom. 2, vot. 7. fuit conclusum potuisse S. Officium procedere contra quosdā Religiosos, qui ioci causa induerunt quendam Fratrem idiotam vestibus Pontificalibus, mitram capiti eius imponendo, & ei honorem vti Episcopo deferendo, eum imponentes super asinum, qui sic sedens dabat benedictionem per claustra Monasterij, alijs fratribus vario modo eum irri-

447 dentibus. Hæc Carena, qui nihil exprimit de abiuratione illis iniuncta, crederē, quòd absque ea, post longiusculam aliqualem carcerationem præcipuorum, cum acri correptione, & pœnitentijs salutaribus fuerint expediti, nec aliud pro complemento præsentis Regulæ occurrit.

Num edentibus carnes, vel etiam oua, & lacticinia diebus prohibitis sit iniungenda aliqua abiuratio, & qualis?

REGVLA CCCXCVI.

448 CVm olim multum viguerit, & hoc tempore denuò instaurata diuersis in locis valdè grassetur perniciosissima hæresis illa contra delectum ciborum in ieiunijs ab Ecclesia Catholica sub præcepto assignatis, sitque de fide certum, potuisse, ac conueniens esse per eam sic assignari; quicunque, illa in tali ciborum delectu absque sufficienti causa, vel absque legitima licentia violantes, tùm suspecti malæ credulitatis, tùm obnoxij alicuius abiura-

449 tionis regulariter redduntur. Vehemens autem præsumptio hæresis insurget, & obligatio abiurandi de vehementi, si quis pluries carnem, aut cibos prohibitos in die ieiunij comedat, si monitus non curet, sed potius contemnat, & alijs circumstantijs

450 concurrentibus. Secus erit tantùm leuiter suspectus, & cum abiuratione de le-

451 ui expediendus. Imò aliquando sine ea cum sola correptione, maximè si ex causa vera, sed occulta comedit, non petita tamen licentia, vel illa non manifestata.

---

452 EX pluribus casibus ad Officium S. Inquisitionis spectantibus, in eius edicto non peculiariter contentis (quas lib. 1. nostri oper. cap. 20. Regul 150. aliqualiter expressimus, hunc de comestione carnis, & ouorum, ac lacticiniorum diebus prohibitis, primo loco paucis verbis attigimus. Vndè copiosiùs hic maximè pro nostro Instituto de assignando gradu abiurationis expendamus oportet.

453 Pro completa iam declaratione eorum quæ in Regula nostra primo loco indicantur, ansam præbet nobis aliquantulùm laxandi habenas noster Gregorius de Valentia tom. 3. in 2. 2. D. Thom. disp. 9. quæst. 2. quam egregiè diuidit in quinque puncta, comprehendens in eis, & copiosè pertractans quæcunque ad hanc ieiunij materiam spectant. Primò, explicat, quid sit ieiunium in proposito, maximè Ecclesiasticum. Secundò an sit opus bonum, & ex præcepto necessarium. Tertiò quomodo sit ieiunandum. Quartò præceptum ieiunandi quando obliget. Quintò quinam teneantur, vel non teneantur ieiunare.

454 Sed meritò, nè extra chorum saltare videamur, sermonem retrahimus ad pauca ex multis, quæ copiosissimè adducit ipse Valentia, pun. 2 ad ostendendam ieiunij Ecclesiastici bonitatem, & ex præcepto necessitatem contra Hæreticos antiquos, & Sectarios nostri temporis, Nam ex illis alij omninò, & vndecunque, ne dum ob delectum ciborum, illud improbarunt, & reiecerunt; Sic de Gnosticis affirmat Tertullian. in Scorpiaco; de Eustachio Concilium Grangen. in Epistola Synodi ad Episcopos Armeniæ; de Iouiniano D. Hieronimus lib. 2. contra eum, & D. August. lib. de hæresib. c. 82. & de Pauperibus de Lugduno Guido Carmelita in Summ. de hære-

455 sibus. Alij verò Hæretici, præcipuè Sectarij non secundùm se, sed secundùm aliquas circumstantias ab Ecclesia præscriptas, ieiunium, vti superstitiosum, & impium oppugnarunt, & semper oppugnant, vt patet ex Confessione Augustana, & eius Apologia, ar. 15. & ex Luthero, lib de Visione Danielis contra Catharinum, & ex Caluino lib. 4. Instit. cap. 12. & ex Kemnitio in Exam. Trid. sess. 25.

456 Vndè ipse Valentia relatis sex, quæ tā apud Hæreticos, quàm apud Catholicos circa ieiunium sunt certa, & approbata (penes eundem videas) proponit quinque, circa quæ maxima extat controuersia inter nos, & ipsos: ex quibus duo tantùm

attingam ad declarationem prioris partis nostræ Regulæ conducentia. Tenent itaque Sectarij prauum, & superstitiosum esse ieiunium ex necessitate, seu sub præcepto Ecclesiæ, & sub obligatione peccati mor-
457 talis susceptum. Sed huic errori, qui fuit Arrij veteris Hæretici, teste D. Epiphanio, hæres. 75. opponitur Fides Catholica, quæ docet præcepta Ecclesiæ de ieiunio verè obligare Fideles sub mortali (quantùm est ex genere actus), & nequaquam superstitiosè, sed rectè, ac iustè suscipi ab eis ieiunium sic sub præcepto ab Ecclesia iniunctum, & necessarium ad peccatum euitandum. Huius veritatis Catholicæ plenam, & abundantissimam probationem ex Sacris Litteris, ex Concilijs, & ex SS. PP. desumptam omitto, à te apud eundem Gregorium de Valentia videndam, ne diutiùs immorer, & vt citiùs secundum, quod magis ad rem facit, tibi porrigam.

458 Maximoperè item improbant Sectarij ieiunium ab Ecclesia institutum per abstinẽtiam à carnibus, ouis, & lacticinijs, seù cum delectu ciborum; eo quòd abstinentia huiusmodi, & delectus ciborum sit ceremonia quædam Iudacia, quæ statim exoleuit post prædicationem Euangelij, dicente Apostolo ad Coloss. 2. Nemo ergo vos iudicet in cibo, & potu, &c. quæ sunt vmbra futurorũ. Tùm, quòd censeatur doctrina Dæmoniaca abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum, secundùm eundem Apostolum 1. Timoth. 4. & patet Genes. 9. illis verbis; Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. His, & alijs multis rationibus ad sic erroneè affirmandum nimis impudenter inducuntur.

459 Nihilominus, quidquid canina lingua oblatrent Hæretici veritas Fidei Catholicæ circa dictum Ieiunium Ecclesiasticum præualet; quòd sic sumptum cum abstinentia à carne, ouis, & lacticinijs sit opus valde bonum, laudabile, & meritorium. Patet ex Sacra Scriptura, Daniel. 10. Ierem. 35. & Matth. 3. vbi exemplis ipsius, Danielis, Rechabitarum, & S. Ioannis Bapitstæ ieiunium cum delectu ciborum, & potus fuisse Deo admodum gratum, meritorum, & impetratorium clarè ostendi-
460 tur. Idem patet ex Concilijs, Toletano 1. in assertione fidei, Braccarensi 1. can. 14. & ex 6. Synodo Constantinopolitana. Hoc ipsum confirmant multa, & manifesta Sanctorum Patrum testimonia, S. Basil. homil. 1. de laudibus ieiunij, S. Chrisost. homil. 1. in Genesim, S. August. lib. 3. contra Faustum, cap 5. S. Bernard. serm. 66. in Cantica, & aliorum, vt refert in particulari Valentia citatus, propositis ibidem, & solutis rationibus in contrarium; quibus sic breuiter tibi notificatis.

461 Accipe iam resolutionem certissimam, quòd quisquis in huiusmodi vtroque errore Sectariorum ex propria confessione deprehẽditur, credens, & affirmans pertinaciter, ieiunium cum delectu ciborum ab Ecclesia institutum, & sub præcepto iniunctum, esse impium, & superstitiosum, ac ceremoniam quandam Iudaicam; cùm hic sit verus, & formalis hæreticus, ab Inquisitoribus vti talis tractari, & ad abiurandum de formali cogi debeat; quod per se patet, nec vlla indiget
462 probatione. At si facto ipso dictum ieiunium reijciat, ac diebus prohibitis carnem, oua, & lacticinia comedat, indè sine dubio vtriusque erroris sit, vt plurimùm, suspectus, & consequenter alicuius gradus abiurationis obnoxius. Docent communiter omnes, Repertor. Inquisit. verb. Cognoscere, vers. Sed an iudex; Pegna 3. par. Direct. coment. 24. ver. Ecclesiastica Sacramenta Farinac. de hæres. quæst. 178. nu. 80. & cum alijs, quos citat, Carena 2. par. tit. 15. §. 2. num. 3. qui num. 4 bene probat sic.

463 Ratio, inquit, huius conclusionis desumi potest ex verbis D. Gregorij relatis in cap. Si qui sunt, dist. 81. peccatum, ait, paganitatis incurrit quisquis dum Christianum se asserit, Sedi Apostolicę obedire contemnit. Hæc Carena, & addit confirmationem ex dicto Soti in Relect. de hęres. nempè, quòd facere opera mala aliquando tamen ab Hæreticis laudata, & probata, inducat hæresis suspicionem, intellecto tamen moderatè, sicuti ille intelligit sequentibus verbis.

464 Attamen, inquit, existimo ego dictum illud procedere posse, vbi opus, quod fit, magis communiter ab Hæreticis laudaretur, & probaretur, & de illo essent plurimæ speciales hæreses, prout adsunt in casu nostro, in quo omnes ferè nostri temporis Hæretici conueniunt, in reprobando ciborum delectu in ieiunijs, vt videre est ex Valen. supra citat. Bellarm. in particulari lib. de ieiun. & Leonar. Less. de Iust. & Iure, lib. 4. cap. 2. num: 25 & seq. Ita ille.

465 Dixi, vt plurimùm, vt excipiam à tali suspicione quemcunque ex licentia carnes, oua, & lacticinia comedentem diebus prohibitis; cùm hæc comestio sit licita, & suspicione hæresis careat; quod enim fit per mittente lege, pœnam non meretur l.
466 Graccus, Cod. ad l. Iul. de Adult. Imò sine licentia, vbi omnis contemptus, & occasio scandali cessaret, eo quòd adesset infirmitas corporis, vel causa certa, & manifesta. Ita cum Paris. cons. 169. nu. 68 & seq. vol. 4. & Bonacina, de legibus disp 10. q. 1. pun. 2. n. 5. Carena dict. tit. 15. § 2. num 6.

467 Nùm verò adsit causa sufficiens dispensandi in tali comestione, standum est iudicio Medici; quòd si hic de causæ sufficientia etiam dubitet, tunc recurrendum est ad Episcopum, vel, si huius copia haberi nequeat, aut vbi adest consuetudo, ad Parochum, vt decidat. Bonacin. ibid. vers. Dixi modò, Filiucc. q. moral. to. 2. tract. 27. cap. 6. quæst. 10. num. 127. Azor. Institut.

moral.

moral. tom. 1. lib. 7. cap. 18. quæst. & alij.

468 Concludit itaque ex dictis cum Parisio citato Carena ibidem, quòd comedens carnes in die ieiunij, etiam sine licentia Superioris, si id non faciat in Ecclesiæ cõtemptum, sed ex iusta causa, maximè per Medicum approbata, non est de hæresi suspectus, & per consequens neque ad abiurandum cogendus, secus, si desit causa iusta, vel legitima dispensatio.

469 Sed est aliquantulùm controuersum inter DD. qualiter sint suspecti de hæresi comedentes carnes, aut cibos vetitos in diebus ieiunij, an vehementèr, seu potiùs leuiter? & qualisnam gradus abiurationis illis iniungendus? Non pauci ex eis tenent ex dicta comestione insurgere præsumptionem malæ credulitatis vehementem, & comedenti abiurationem de vehementi esse infligendam. Ita Genuen. in prax. Archiepisc. Neapolit. cap. 18. num. 11. Pegna 2. par. Direct. comment. 80. vers. Et ob hunc, vbi expressè ait, Vescentem carnibus absque licentia, & necessitate in diebus prohibitis esse suspectum de hæresi vehementer, licèt hoc interdum ab ingluuie, & voracitate prodire possit, & idem Pegna par. 3. Direct. comment. 24. vers. Ecclesiastica Sacramenta, & alij.

470 Verùm, vt optimè docet Carena dict. §. 3. nu. 8. proposita sententia intelligi debet cum moderatione, nempè, quòd tunc habeat locum, vbi præter carentiam licentiæ, & defectum causæ, coniungitur simul, quòd quis pluries comederit cibos vetitos; quòd correptus, vel hanc correptionem despexerit, vel impiè protulerit illa verba, quæ ab Hæreticis proferri solent, Quidquid intrat per os, non coinquinat animam; quòd item inquisitus de tali comestione sit malæ vitæ, & maximè quòd ducat originem ex regione prædicto errore improbante delectum ciborum in ieiu-
471 nijs infecta. His circumstantijs, vel aliquibus saltem ex eis concurrentibus, nullum dubium, huiusmodi inquisitum esse vehementer suspectum malæ credulitatis, & de vehementi abiurare debere, si ex tortura inflicta pro intentione, nihil emerserit. Ita idem Carena §. 5. nu. 15. qui priùs num. 9 sic addit.

472 Quod, inquit, comprobari potest ex pulcherrimè traditis per Pegnam part. 3. comment. 24. vers. Denique, vbi dicit, quòd omnia opera, per quæ quis diffidet à communi vita Fidelium, aut ab Ecclesiæ probatis ritibus, & consuetudinibus, aut à receptis Patrum doctrinis, & præceptis, quæ communes magis quàm priuatos respiciunt, aut hæresim inducunt, aut hæresis supicionem. Iunctis traditis per eun-
373 dem Pegnam par. 2. commen. 80. vers. Et ob hanc (Vbi, quòd vehemens suspicio hæresis oritur ex signis exterioribus operum, vel verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, quòd qui talia facit, est hæreticus) hactenus cum Pegnæ verbis Carena.

474 Ex quibus ipse, quoad casum præsentem rectè concludit, quòd cum is, qui dicto modo carnes comedit, à communi vita Fidelium, &c. diffideat, ex huiusmodi comestione deducatur argumentum efficax, quòd similia faciens, seù modo dicto carnes comedens vt plurimùm sit hæreticus; ergò &c.

475 Facit etiam valdè ad propositum nostrum id, quod optimè notat idem Pegna 2. par. direct. commen. 81. vers. Postremò vnum hoc, cuius simul meminit Carena dict. §. 3. num. 50. Postremò, inquit, vnum hoc præ cæteris habeant Inquisitores antè oculos, nè facilè credant hunc, vel illum esse vehementer suspectum, quia in hoc, vel illo Auctore reperiant ex tali, vel tali causa oriri vehementem suspicionem; nam plurimùm semper sunt & personarũ, & causarum circũstantiæ considerandæ, ex quibus interdũ vehemẽs suspicio interdũ
476 leuis, interdũ verò nulla oritur. Vt in eo, qui retinet libros prohibitos ostẽdi supra, (nos sequenti Regula ostendemus) hac 2. par. super cap. fraternitatis, §. ex supradictis, & seq. & in cæteris causis idem est considerandum, ne quid vnquam durius, quàm postulat æquum, statuatur Hæc Pegna perdoctè quidem, ad assignandum gradum abiurationis in reo quouis fidei multùm conducentia.

477 Quare circa præsentem materiam de comestione ciborum, prohibitorum in die ieiunij sub præcepto, si quis tantùm semel comedat, vel si non concurrant circumstantiæ prædictæ, aut aliquæ saltem ex eis, proueniet indè sola leuis præsumptio malæ credulitatis. Docet Carena in dict. §. 3. num. 8. in fin. his paucis verbis. Aliàs, inquit, leuis tantummodò suspicio orietur. Vndè sic leuiter suspectus abiurare de leui tenetur.

478 Imò aliquando nulla abiuratio iniungenda, vt affirmat idem Carena dict. tit. 15. §. 6. num. 16. in hunc modum. Qui verò, inquit, ex tali comestione suspecti non redduntur, sed tamen aliqualiter deliquisse reperiuntur, vel comedendo in media nocte, in hora illa diuisoria vnius diei ab alia, vel ex aliqua infirmitate, sed sine licentia, vel etiam inaduertenter, vel cum aliquo scandalo, sed cum licentia; in hisce casibus, omissa abiuratione, videntur grauissimè obiurgandi, & cum aliquorum ieiuniorum impositione, vel alijs etiam pœnitentijs salutaribus dimittendi, ita ille.

479 Tandem discutiendum illud dubium, de quo apud ipum Cenam §. 2. num. 6. mentionem inuenio sequentibus verbis. Quæri tamen, inquit, hoc loco potest, quid sentiendum sit de edente in diebus ieiunij quædam animalia, de quibus dubitari potest, an sint pisces, vel carnes, vt sunt

sunt Ponticus, vulgò Londria, Camaleones, &c. & breuiter in hac re semper recurrendum ad iudicium Medicorum, vt in proposita quæstione dixit Fagundez in quartum Ecclesiæ præceptum lib. 2. cap. 2.
488 num. 9. In omni tamen casu tales, meo iudicio, essent ab Inquisitoribus vocandi, & vti temerarij, grauiter ore tenus obiurgandi, quantum enim est ex se, exponunt se periculo frangendi Ecclesiæ præceptum circa delectum ciborum. Hec bene ibi Carena.

481 Potest hic adiungi obiter aliud dubium quod ingeniose discutit Filliuccius noster, moral. 99. lib. 2. tract. 27. cap. 4. quest. 5. an habens dispensationem comedendi carnem in diebus vetitis, si comedat cum ea simul pisces, peccet? & inde insurgit aliud dubium, an fiat propterea de foro Inquisitionis ita, vt ab Inquisitoribus ad abiurandum aliqualiter possit cogi, aut saltem increpari? Hoc secundum solus, quod sciam, tractat Carena dict. tit. 15 §. 4. num. 12. vbi ait, fuisse aliquandò agitatum in Tribu. S. Officij: & pro eius legitima resolutione præmittit discussionem illius prioris.

482 Circà quod duplex est sententia prima Nauarri, consi. 5. de obseruat. ieiun. lib. 3. in antiq. & Graff. de casib. reseruat. lib. 2. cap. 10. num. 5. vers. 18. Immunem, affirmantium, quòd dispensatus, vt possit edere carnes, peccet mortaliter, si in eodem prandio, & mensa pisces etiam comedat (nisi paruitas materiæ faciat, vt sit veniale, aut omninò excuset) tametsi possit fauori suo ex parte renunciare, & vno die comedere carnes, altero verò pisces, Idem repetit Graff. in suis aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 37. nu. 59. vbi assignat rationem, quia vel talis comedens potest manducare pisces, & sic cùm careat necessitate comedendi carnes, non potest eas edere, vel non potest comedere pisces, & peccat illos comedendo, ergò, &c.

484 Altera sententia (cui adhæreo) Filliuccij, & Carenæ loc. cit. qui tenent primo vti prorsus certum, cum Nauar. & Graff. esse licitum habenti dispensationem, vno die comedere carnes, & altero pisces, aut mane vnum, & vespere aliud; nec indè sequitur, quòd causa dispensationis sit inanis, cum plerisque contingat comestionem piscium continuam esse nociuam, non verò interruptam. Vnde priuilegio ipsis concesso comedendi carnes possunt vti non semper, sed alternatim.

485 Tenent item Filliucc. & Carena, esse probabilius, quòd licitè, & absque vlla culpa possit taliter dispensatus in comestione carnium, simul in eadem mensa pisces edere. Ostenditur indè, quia ex se, attenta natura rei, clarum apparet, minus nociturος pisces simul cum carnibus esos, quam solos. Quanquam circa hoc standum videtur iudicio Medicorum, &c.

486 Alterius iam dubij resolutionem tradit bene ibidem Carena sequentibus verbis. Ex his, inquit, patet, quid sit dicendum ad quæstionem propositam, nam sentio, contra dispensatum, vt possit edere carnes, si pisces comedat, non posse per S. Officium inquiri, vti de hæresi suspectum, tùm quia talis licitè comedit pisces, igitur ob id non debet censeri suspectus de hæresi (& consequenter nec ad abiurandum cogi) tùm quia obligatio legis Ecclesiasticæ abstinentiam à carnibus
487 præcipientis iam quoad hunc fuit per dispensationem sublata; et quatenus etiã talis peccet contra temperantiam, non ob id potest dici suspectus de hæresi Lutheranorum, & aliorum Hæreticorum delectum ciborum in ieiunijs improbantiũ; quinimo addo, quód existente licentia cesset contemptus Ecclesiæ, in quo propriè & formaliter fundatur suspicio hæresis in hoc crimine. Ita ille.

488 Qui statim subdit hæc pauca. Si tamen, inquit, S. Officium. & illius Fiscus probaret, dispensationem obtentam fuisse dolosè, arbitrarer, posse tunc Inquisitores contra talem inquirere; nec sufficeret, si Fiscus allegaret, dispensatum comedere etiam pisces: nam potest esse, quòd talis comedens peccet tantùm contra temperãtiam. Hęc Carena, quibus iam Regula nostra terminatur.

Propter lectionem, retentionem, &c. librorum in S. Officio inquisitis, an, & qualis abiuratio iniungenda?

REGVLA CCCXCVII.

489 TVm in alijs materijs, tùm in ista retentionis, lectionis, &c. librorum prohibitorum, apud S. Officium pro assignando legitimè abiurationis gradu, aut pro reo ab ea eximendo, perpendendæ diligenter circumstantiæ: cùm contingere possit, vt attenta qualitate personæ penitùs ignaræ retinentis libros etiam in Bulla Cœnæ vetitos, nulla sit ei infligenda
490 abiuratio. Similiter dicendum quandoque perspecta circumstantia finis, vt si persona docta retineat ad refutandos er-
491 rores. Verùm si non ad hoc, durat tamen retentio breui tempore, aut si ex eis parum legit, & e sola de leui abiuratio
492 iniungi debet. At de vehementi, vbi retentio, vel lectio illorum fuerit longa aut alijs indicijs concurrentibus; imo aliquando de formali, si ex tortura, aut aliunde inpotuerit de mala credulitate, quæ
493 haud celari potest in aliquo casu peculiari. Tandem retinens, &c. librum prohibitum non ob hæresim, sed ob contenta in eo contra bonos mores, vel ob aliud, nequaquam ad abiurandum cogendus, sed acri reprehensione mulctandus.

Vul-

494 VNiuersã hác librorum prohibitorũ materiã, quæ ex se præ cæteris valdè practicabilis est, cũ frequẽtius circa eã, quàm circa quamlibet aliam, casus multiplices occurrant, lib. 1. nostri oper. per totum cap. 19. sex Regulis longiusculis, completè, & exactè tractauimus. Ibi eos in quatuor gradus, strictioris, vel minùs strictæ prohibitionis perspicua, & adæquata diuisione partiti sumus. Actiones item retinendi, legendi, imprimendi, defendendi, &c. ipsos libros prohibitos perpendimus, vt de violatoribus talis prohibitionis clariùs innotesceret.

495 Tandem isti violatores, quatenus subijciantur iurisdictioni Inquisitoris, & qualiter ab isto sint expediendi, etiam quoad abiurationem, ibi sub finem dict. cap. 19. Regul. 145. ita completè tradidimus, vt nihil deesse videatur. Quare ne actum denuò agamus, illuc lectorem ad notitiam rei capiendam, etiam circa gradum abiurationis infligendum, vel secus, omninò remittimus. Hic tantùm sub speciali præsentis Regulæ titulo, maioris claritatis gratia, aliquid attingimus.

496 Quòd circumstantiæ in hac materia librorum prohibitorum attendantur expediat ad deliberandum de abiuratione, notant DD. maximè Praxis m. s. capit. 10. & Carena, 2. par. tit. 10. §. 8. num. 49. vbi sic. Tandem, inquit, in hac materia semper cum casus occurret, tria ante oculos sunt habenda. Primò qualitas personæ, penes quam libri reperiuntur. Secundò qualitas librorum repertorum. Tertiò diuturnitas retentionis; vt ex his qualitas suspicionis

497 possit apparere. Ita ille; Nam pro modo, & gradu suspicionis de mala credulitate ob lectum, vel retentum librum prohibitum, modus, seu gradus abiurationis est iniungendus, vt ex mente omnium benè ait ipse Carena initio eiusdem §. 8. num. 44.

498 Vndè si personæ retinentes casu libros prohibitos sint adeò ignorantes, vt linguã Latinam, qua ipsi reperiuntur scripti, nullo modo percipiant, aut etiam penitus nesciant legere, quamuis tales libri retenti strictissimè extent prohibiti, eo quòd contineant, vel defendant errores contra fidẽ aut tractent de Religione, &c. nequeunt illæ condemnari ad abiurandum. Ratio est, quia ex huiusmodi retentione librorũ prohibitorum nulla insurgit præsumptio hæresis, vt per se patet, attenta qualitate personarum taliter ignorantium, ergo neque vlli abiurationi poterit esse locus, sed sufficiet aliqualis correptio. Ita Pegna 2. par. Direct. commen. 3. Zanar. in Summ. Diuin. precept. par. 2. cap. 24. Rubr. de tortu. in causis fidei, vers. Primò inspiciendum, & post alios Carena dict. tit. 10. §. 8. num. 44.

499 Similiter non est iniungenda abiuratio alicui, licèt sit homo doctus, ob retentionem, lectionem, &c. prædictorum librorum, si eos retineat, legat, &c. ad errores in ipsis contentos contra fidem pro communi bono Reip. Christianæ confutandos. Quòd autem ad hunc finem retinuerit, legerit, &c. potest manifestè innotescere S. Officio, si in perquisitione domus, dum libri fuerunt reperti, simul fuerint etiam repertæ scripturæ, per quas ille dogmata hæretica dictorum librorum confutasse

500 prospicitur. Vndè cùm ab omni hæresis suspicione sit immunis, consequenter à tortura, & abiuratione omninò venit liberandus; corripiendus tamen, & puniendus aliquantulùm, eo quòd absque licentia, propria auctoritate, dictos libros retinuerit. Ita cum Felin. Mascar. Albert. & alijs, quos citat, Castrus Palaus, tract. 4. disp. 2. pun. 10. §. 2. num. 8. & Carena dict. tit. 10. §. 5. num. 28.

501 Est item immunis ab omni abiuratione quiuis siue doctus, siue ignarus, si statim atque librum aliquem prohibitum ob hæresim se habere aduertit, seu statim ac ad manus suas peruenit, ipsum comburit, aut lacerat. Vnde ostenditur, quia tunc omnis præsumptio malæ credulitatis cessat; ergò abiuratio quæuis etiam cessare debet. Ita cum multis per ipsum relatis Farinac. de hæresi, quæst. 180. num. 40, Declan. tract. crim. lib. 5. cap. 46. num. 26. vers. Limitatur secundò, & Carena ibidem num. 45.

502 Qui bene aduertit ex Duar. ad Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 1. quæst. 52. & ex Ricciull. de iure personar. extra Eccl. grem. existen. lib. 5. cap. 24. quòd non contraxerit ille hæresis suspicionem ex dicta cõbustione, vel laceratione libri prohibiti propria auctoritate facta, si bona fide ipsum combussit, aut lacerauit, nesciẽs, aut non aduertens, nequaquam id posse facere, sed teneri ad Inquisitorem deferre, iuxtà dispositionem Bullarum Apostolicarũ Iulij III. incip. Cũ meditatio cordis, & Vrbani VIII. incip. Apostolatus officiũ, &c. quidquid sit de iure, seu iuxtà Bullas antiquiores.

503 Præterea neque est locus vlli abiurationi casu quo quis retinet, legit, &c. librũ, in quo non sunt hæreses contra fidem, nec aliquid directè, vel indirectè sapiens hæresim, sed tantummodò propositiones aliquæ temerariæ, & scandalosæ. Docet ibid. Carena num. 47. cum Bursat. consil. 344. num. 18. vol. 4. ob rationem iam sæpius adductam; quia vbi non adest materia inducens suspicionem hæresis aliquam, non potest abiuratio aliqualiter locum habere.

504 Addendus item alius casus; in quo ex retentione dictorum librorum nec præsumptio hæresis, nec obligatio abiurandi insurgit, nempe si per manifesta indicia innotescat S. Officio, quòd retinens libros hære-

hæreticorum, prorsus ignorauerit illorum qualitatem. Docent præcipuè Castr. Palaus dict. tract. 4. disp. 2. pun. 10. §. 4. n. 6

505 & Carena loc. cit. §. 4. numer. 27. Qui priùs benè idem de alio affirmauerat sic. Si tandem, inquit, libri hi sint reperti penes hæredem, qui nondùm omnes angulos domus hæreditariæ lustrauerit, vtique talis nullam contrahet heresis suspicionē, & consequenter nullam abiurandi obligationem. Ita ille.

506 Quoad suspicionem autem hæresis leuē ob retentionem dictorum librorum, sic exemplificat idem Carena §. 4. num. 26. Si inconsideratè, inquit, retinuerit, vel legerit, si parùm, & semel, si repræhendenti statim obtemperauit, si statim ac sciuit librum esse prohibitum, illum Inquisitori detulit, si sollicitè absolutionem quęsiuit, is leuiter tantummodò suspectus ha-

507 bendus est. Hęc ibi ille. Et §. 8. nu. 44. rectè exprimit, quòd taliter suspecto malæ credulitatis abiuratio de leui iniungi debeat.

508 Circa hoc legendi sunt Suarez, tract. de fide, disp. 24. sec. 2. n. 4. vbi ait, esse vsu receptum, vt abiuret de leui, si quis legerit librum hereticum; item Genuen. in prax. Archiepis. cap. 68. vbi similiter affirmat, ita seruari in Curia, vt ob retentionem libri heretici, aut pentaculi necromantici, vel similis scripturæ continentis hæresim, aut apostasiam, si ex tortura inflicta pro intentione nihil emergat, de leui tantùm iniungenda sit abiuratio.

509 Tandem Diana resol. moral. par. 4. tr. 7. resol. 6. notans ibi, quòd in Tribunalibus Hispaniæ S. Inquisitionis regulariter ob dictam causam retinendi, legendi, &c. libros hæreticorum sola abiuratio de leui iniungatur.

510 Verùm secundùm eundem Dianam ibi & secundùm Sanchez de hæret. cap. 7. n. 7. Leocat. verb. Libri, Repert. Inquis. eod. verb. & alios, negari non potest ex retensione, lectione, &c. Librorum hæreticorum oriri sępius vehementē hæresis suspicionem, & consequenter obligationem abiurandi de vehementi contra retinentē legentem, &c. Hoc præ cæteris exprimit, bene Carena dicto § 8. n. 44. en eius verba.

511 Si vero, inquit, inquisiti primò quidē loco homines sint docti, secūdo si libri hæreses contineant, tertio si eos diutissimè retinuerint, & legerint, ac cum diligentia ex longinquis regionibus conquisitos ad se transportari curauerint, quæ sunt præcipua, consideranda in hac materia, tunc pręuia tortura, vt pręcedenti quęst. dixi, super credulitate, & intentione

512 propositionum hæreticalium; super. Cōplicibus, à quibus libros habuerunt, quibus mediantibus super vsu dictarum propositionum [illegible] eas docuerint, vt [illegible] ignorauent, adhuc [illegible] vehementi ad

similitudinem aliorum suspectorum de hæresi vehementer; de quibus Pegna ad Direct. cap. 3. comment. 19. vers. Quòd si nō compareant. Hactenus Carena.

513 Quin etiam aliquando ex retentione, lectione, &c. librorum hæreticorum potest quis reddi violenter suspectus de hæresi; adeò, vt debeat tanquam hereticus expediri, imò formalis hæreticus reputari, maximè in eo peculiari casu, cùm apud aliquem fuerit repertus liber ab ipso compositus, in quo per eundem ex professo hæreses exprimantur, & stabiliantur, atquē veritates Fidei catholicæ summo conatu impugnentur, tunc manifestè patet de hæretica credulitate auctoris; ergo de formali abiurare debere videtur. Ita cum multis per eum relatis Farin. de hæres. q. 180. num. 16. & 17. Duard. ad Bull. Cænæ lib. 2. Can. 1. q. 51. numer. 21. & Carena §. 3. num. 24. præter Pegnam, Par. & alios quos citauimus dict. cap. 19. lib. 1. nostri oper. Reg. 145. vers. Sed eorum.

514 Quòd autem tunc auctori illius libri, si certò sciatur, ab ipso fuisse compositum, & non ignoranter, sed ex proposito aduertenter hæreses in eo expressas, & veritates catholicas refutatas, debeat infligi abiuratio de formali, efficaciter ibi à fortiori ostendimus cum Pegna 2. par. Direct. super cap. fraternitatis, extrà de hæret. cōment. 3. vers. Horum tamen, hac ratione, quia si proferens verba hæretica, quæ ab errore nullo modo excusari possunt, condemnandus est cum abiuratione de formali, & pœna ordinaria puniendus, quātò magis id exequendum est in eo, qui illa scribit? Cum verba hæretica majori deliberatione, vt plurimùm scribantur, quàm ore solo pronuncientur.

515 Ex prędictis tamen omnibus manifestè resoluitur, quòd vix possit dari regula certa ad deliberandum de pręsumptione erroris, & de abiuratione iniungenda ob retentionem, lectionem, &c. librorum hæreticorum; sed id perpensis cunctis circūstantijs relinqui debeat arbitrio prudentis Inquisitoris.

516 Qui pro diuersitate casuum decernat, talium librorum retentores, lectores, &c. nunc esse leuiter suspectos de heresi, nunc vehementer, nunc violenter, et aliquando etiam reponendos inter formales hereticos, et pro varietate istorum graduū abiurationem esse infligendam iam de formali, iam de vehementi, iam de leui, aut nullam; si nulla adsit præsumptio hæresis. Ita Param. lib. 3. quæst. 9. num. 147. Zanchin. de hæret. cap. 7. num. 7. Azor. to. 1. lib. 8. cap. 16. quæstiun. 10. Sousa libr. 1. Aphor. cap. 21. num. 36. et alij multi, per

517 eos allegati. Quidquid in contrarium dicant Archidia. in cap. Sanè 24. qu. 2. et Carrar. tract. de hæres. num. 125 affirmātes, retinentem, legentem, etc. libros hæresibus infectos esse semper habendum

pro

pro hæretico, quorum sententiam vti falsam merito improbant Torreblan. de Magia, lib. cap. 15. num. 31. & Diana moral. Resol. par. 4. tract. 7. resol. 6.

518 Vltimo loco vnum verbum de alijs libris ob alias causas excepta hæresi prohibitis; quid de retinente, aut legente eos? Sub fin. dict. Resol. 6. hæc pauca affert idē Diana.

519 Non desinam, inquit, etiam hìc adnotare, quòd legentes, & retinentes libros Astrologię Iudiciariæ, qui de futuris contingentibus, fortuitisue casibus, & liberis tractant, ab Inquisitoribus puniuntur: & vide nouissimè Constitutionem Vrbani 520 VIII. sub die 1. April. 1631. Item legentes libros prohibitos ab Inquisitoribus, etiam si nō sint libri hereticorum possunt ab ipsis Inquisitoribus puniri. Ita Sousa in Aphor. Inquis. lib. 1. cap. 31. num. 54. & Sessè tom. 4. decis. 464. numer. 24. Hæc Diana de illorum punitione, sed nihil exprimit de abiuratione, quę est nostri instituti, an iniungenda aliqua; seù prorsus omittenda? Verùm istam expressionem non omisit Praxis m. s. in fin. capit. 10. sic.

521 *Ma se i libri*, inquit, *non contengono dottrine hæretiche, erronee, prossime ad errore, ò altra qualità sospetta, ò direttamente, ò indirettamente in fede, mà solo cose scandalose, e temerarie, si puniscono i ritentori con pene arbitrarie, mà senza abiura, non essendo abiuratione se non la materia, che porta seco sospettione ò vehemente, ò leggiera d'heresia*. Hæc 522 ibi; Atque prædicta intelliguntur præcipuè de libris prohibitis ob inhonesta, & impudica contra bonos mores in eis contenta, vt traditur in vltima clausula nostræ Regulę; cuius expositio, & probatio his iā absoluta manet.

Quid de Iudice Laico in causis hæresis se ingerente? quid de fingente se ministrum S. Officij? iniungenda ne eis abiuratio? an secus?

REGVLA CCCXCVIII.

523 NVllum dubium, Iudicem Laicum attenta dispositione iuris canonici, in causis hæresis, & apostasiæ esse omninò incapacem: Vndè, si de ipsis tentet vllo modo cognoscere, præter excommunicationem Papæ reseruatam, quam ipso facto incurrit, possunt Inquisitores contra eum procedere, & aliqualiter condemnare; nequaquam tamen abiuratio vlla vide- 524 tur ipsi infligenda. Similiter etiam decidendum circa illum, qui se fingit ministrum Sancti Officij; excepto, quod de excommunicatione dictum.

525 PRæter casus in edicto DD. Inquisitorum expressè contentos, sunt plures alij ad S. Officium pertinentes, per clausulam peculiarem eiusdem edicti implicitè indicati, vt vidimus in Proæmiolo, cap. 20. lib. 1, nostri oper. vbi non paucos adducimus apud Tribunalia S. Inquisitionis tractari solitos, atque hìc præsenti instituto, de iniungenda reis abiuratione vel secùs, necessario repetimus, & nonnullos adiungimus ibi omissos; cuiusmodi sunt isti duo, quos in hac Regula simul non incongruè explicamus.

526 Constat manifestè ex cap. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus quoque de hæret. in 6. Iudices Laicos non esse capaces, nec posse cognoscere de causis hæresis, & apostasiæ, etiam in quęstione facti; traduntque vt certum communiter omnes, quorum multos citat Farin. de hęres. quęst. 183. 527 num. 11. Vndè reijcienda prorsus secùdùm Carenam par. 2. tit. 3. numer. 13. & secundùm alios, quos ipse allegat, ordinatio Regni Lusitani lib. 5. tit. 2. §. fin. quæ videtur probari, quòd possit Iudex Laicus iudicare de apostasia, quando est quæstio circa factum simplex, an quis fuerit apostata, & fidem omninò deseruerit? præcipuè id defendit Pereyra de manu Regia, par. 2, cap. 74. num. 3.

428 Sed cōtra eum fit efficax argumentum; quia apostasia non est peccatum specie diuersum ab hæresi, vt ex vera doctrina adducunt Bannez in 2. 2. D. Thom. qu. 12. art. 1. Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 11. pun. 1. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 21. qu. 3. Castr. lib. 1. de iust. hæret. punit. capit. 7. Pegna par. 2. Direct. commen. 74. & alij; sed Iudex Laicus nequit cognoscere de causa hæresis, vt patet ex dict. §. Prohibemus, tametsi agatur de quæstione facti, cùm, vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus; ergò neque poterit cōgnoscere de quæstione facti apostasiæ, cùm habeat admixtam quæstionem iuris.

529 Et quidem circa assertum Pereyræ bene Diana, par. 4. tract. 1. resol. 12. per sequentia verba; Notandum, inquit, est hìc obiter, ipsum Pereyram num. 5. in fine, asserere suam sententiam repugnare communi opinioni, sed illam sequi posse, quia Reges non tenentur sequi communes opi- 530 niones, sed probabilem. Verùm ego puto, hanc sententiam non esse probabilem, cùm sit contra capit. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus, de hæret. in 6. vbi absolutè in causa hæresis prohibetur laicis se ingerere. Ita ille, atque statim ad rem subiungit:

531 Sed quoad electionem, inquit, opinionum in casibus similibus, Reges obseruent consilium alterius Senatoris, & non Pereyræ; is est doctus, & pius Valenzuela, in Defens. Monitorij Pauli V. par. 1. nu. 43. vbi docet, quòd in conflictu opinionum illa

illa magis est aspicienda, quæ sanct Ecclesiæ. Hactenus Diana.
532 Nihilominus iuxta interpretationem
Morlæ in Emporio Iuris par. 1. tit. 2. de
iurisdict. omnium Iudic. in princip. n. 136
in fin. vbi ait, verba Textus in dict. §. Prohibemus, quoquo modo posse referri ad
factum seu ad quæstionem facti, vbi de ea
principaliter ageretur, non incidenter, &
533 in consequentiam; Carena vbi supra à
num. 17 vsque ad 21, proponit casum peculiarem cum probatione efficaci, in quo possit Iudex Laicus cognoscere de causa hæresis, atque apostasiæ; nempè quando agitur de quæstione facti omninò separata à quauis quæstione iuris, incidenter, & per modum exceptionis oppositæ in Iudicio coram Iudice Laico non ad effectum principaliter puniendi hæreticum, vel apostatam; sed ad effectum non admittendi eum in Iudicio, aut excludendi eius filios ab aliquibus dignitatibus, & muneribus honorificis.

534 Distinguit autem benè idem Carena de duplici modo, quo potest fieri oppositio; primò, si opponens dicat. Excipio, quòd tu es hæreticus, quia V. G. tali die docuisti talem propositionem hæreticam; & tunc in cognitione istius exceptionis nullo modo debet se ingerere laicus; quia exceptio illa requirit maximam discussionē, etiam articulorum iuris; non enim ex eo, quòd quis proferat propositionem hæreticam, rectè infertur, ergo est hæreticus; quia potest esse, quòd quis eam proferat vel metu, vel iracundia, vel ex ignorantia, quo casu solus Ecclesiasticus est competens. Ita ille de primo modo; & statim subdit de secundo.

535 Vel opponitur, inquit, dicta exceptio hoc modo, dicendo; non debes audiri in Iudicio, quia fuisti declaratus à Iudicibus Ecclesiasticis hæreticus; & in hoc casu arbitrarer, posse Iudicem Laicum examinare testes, qui fuerunt præsentes, dùm fuit à Iudicibus Ecclesiasticis declaratus hæreticus, & condemnatus in pœnas hæreticorum, ad effectum tantummodo excludendi eum à iudicio, successione, dignitatibus, muneribus, &c. Dummodo tamen ipse non opponeret de inualiditate dictæ denunciationis; nam in hoc casu vtique remittenda esset huiusce rei cognitio ad suos Iudices Ecclesiasticos. Ita ille.

536 Confirmat item efficaciter ab exemplo de quo communiter DD. nempè quando corā Iudice Laico opponitur actori, quòd non possit stare in iudicio, vt Actor, eo quòd sit excommunicatus, iuxtà dispositionem in cap. Intelligimus, extrà de Iudic. vbi modernus Barbos. plures refert, tunc similiter distinguendum. Nam si ta-
537 lis actor replicet, excommunicationem non fuisse validam, in hoc casu cùm adsit quæstioni facti [illegible] quæstio iuris; & excommunicatio de natura sua sit pœna spiritualis, cognitio totius rei ad Iudicem Ecclesiasticum remitti debet. Ita Franc. in cap. 1. §. Si quis igitur, vers. An iudex sæcularis, de except. in 6 & cum alijs multis Ricciull. de iur. person. extra grem. Eccles. existen. lib. 4. cap. 31. num. 15. & 16.

538 At si talis actor replicet, non constare se fuisse excommunicatum; in hoc secundo casu, cum agatur de probando mero facto, nempe, an actor fuerit à Iudice Ecclesiastico excommunicatus, vel denunciatus, poterit vtique Iudex Laicus testes recipere, & de eo mero facto cognoscere, an scilicet reus rectè exceptionem suam, quoad factū merum tantùm probauerit. Ita cum dictis auctoribus Carena loc. citato. Ex cuius
539 mente concludo, quòd Iudex Laicus non possit esse Iudex quæstionis facti, an aliquis sit, vel fuerit hæreticus, sed tantùmmodo quæstionis facti per modum exceptionis oppositæ, an sit, vel fuerit à Iudicibus Ecclesiasticis condemnatus, & declaratus hæreticus. Nihilominus subiungit in fin. dict. §. 5. per sequentia verba.

540 Quia tamen, inquit, res hæc admodum periculosa est, omnia, quæ hucusque dicta sunt, subiecta semper intelligantur declarationi Eminentiss. DD. Cardinal. Supremorum Inquisitor. & iudicio quorumcunque piorum, & doctorum virorum.

541 En qualiter ille se subijciat, & ego pari modo in omnibus, & per omnia eidem correctioni Sac. Congregationis Vrbis, & iudicio cuiusuis meliùs sentientis me libētissimè subijcio.

542 Pro declaratione item sequentis particulæ nostræ Regulæ, dico, quòd postquā per ius canonicum allegatum dict. cap. Vt Inquisitionis officium, §. Prohibemus, annullatæ sint, vt benè notat Sanctarel. tr. de hęres. cap. 40. dub. 4. numer. 22. leges ciuiles, Authen. de Sanctiss. Episcop. § Si verò crimen, lib. 1. §. final. C. de summa Trinit. & l. quicunque §. vltimo C. de hæ-
543 ret. Secundùm quas de causis hæresis poterant cognoscere iudices laici, si isti in eis se ingerant, duplicem ipso facto excōmunicationem contrahāt, alteram in dict. §. Prohibemus expressā, alteram in diplomate Iulij III. incip. Licèt à diuersis, relato à Pegna in fin. Direct. et hæc est Papæ reseruata. docet Bonacina de censur. disp. 2. quæst. 10. pun. 8. Scortia in select. Roman. Pontif. Constit. Theoreu. 172. vers Porrò.

544 Dein contra Iudices Laicos sic se ingerentes in causis hæresis, vel apostasię meritò procedit S. Officium, & contraxisse dictas excommunicationes declarat, ac alijs pœnis arbitrarijs punit. Circa hanc materiam legendi sunt Far. de hær. q. 186. num. 153. vbi plurimos allegat, Sanctarel. loc. cit. & Carena 2. p. tit. 17. §. 14. n. 54.
545 et quibus auctoribus nullus, nec alius, quod inuenire potuerim, attingit hoc pū-
ctum,

ctum, an sit illis iniungenda aliqua abiuratio, aut secùs? sed cùm ex ista actione ingerendi se in causis hæresis, nullam suspicionem malæ credulitatis contra iudices laicos insurgere appareat, neque abiurandi locus in hoc casu esse videtur.

546 Quòd autem fingens se ministrum S. Officij, cum re vera non sit, subiaceat iurisdictioni Inquisitionis, & punitioni eiusdē, concedunt omnes: sed vt constet qualiter puniendus, & expediendus, attendenda est distinctio, de qua Alex. in addit. ad Bart. in l. eos, §, qui se pro milite, ff. ad l. Corneliam, de falsis, nempè, vel quòd fingat se quis ministrum S. Officij solùm verbo tenus, & tunc cùm hoc delictum sonet meram iactantiam, venit puniendus pœna extraordinaria, vt docet Carena tit.

547 17. §. 13. Si quis verò fingens se ministrum exercet aliquos actus ad solum verū ministrum S. Inquisitionis spectantes, tunc puniri debet pœna falsi, secundùm Menoch. de arbitr. Iud. cent. 4. cas. 318. nu. 21. & secundùm alios, quos citat, & sequitur Carena dict. §. 13. num. 53.

548 At noster Castr. Pal. par. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 8. pun. 16. §. 7. nu. 4. multò magis distinguens ait illud, quod proprijs ipsius verbis non grauabor tibi tradere.

549 Rursus, inquit, huic Tribunali subiectus est reus vsurpans officium Inquisitoris notarii, aut alterius ministri, quia offendit sanctissimam huius Tribunalis iurisdictionem, meritoque ab eius Iudicibus coerceri debet; sed qua pœna puniatur, non constat examinanda enim est diligenter causa vsurpationis: nam si officium vsurpauit, vt se ab aliquo periculo, in quod fuit coniectus, libararet, nec alicui nocuit, leuiter est puniendus, reprehensione aliqua verbali secretò in Tribunali facta, & pœna aliqua pecuniaria, vel exilio per aliquot annos: sic colligitur ex ijs, quæ tradit Menoch. de arbit. lib. 1. cas. 306. à nu. 14. vbi probat falsitatem, quæ nemini nocuit, nec nocere potest, non pœna falsi,

550 sed aliqua extraordinaria puniri. At si officium Inquisitionis vsurpauit, vt aliquos terreret, & concuteret, vel pecunias extorqueret, aut aliam crimina pręstaret, in actu publico est producendus, ibique legenda est eius sententia, vt aliquoties vidi. Sententia autem solet esse pecuniaria, fustigationis, & triremis pro qualitate delicti. Sic docuit Simanc. cathol. Institut. tit. 46. col. vlt. & in Enchir. cap. vlt. n. 15.

551 & probat auctoritate Iul. Clar. lib. 5. recept. senten. tit. ad l. Corneliam testamētariam, vbi ita scriptum reliquit. Qui insignibus altioris ordinis vtuntur, militiamque confingunt, quò quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur. Hactenus Pala?

552 Cui adhæret Carena citatus, addens sic. Potest etiam, inquit, ad hoc allegari historia, quam refert Ludouic. à Param. de orig. S. Offic. lib. 2. tit. 2. cap. 15. de Saauedra, qui fingens se Cardinalem, & supremum Inquisitorem introduxit Officiū S. Inquisitionis in Lusitania; quæ historia si vera est, verè dici debet admirabilis, vt vnicuique eam legenti facilè apparebit.

553 Dixi (si vera est) quia de illius historiæ veritate multi dubitant, & eam impugnant omnes ferè iurisconsulti Lusitani, & præcipuè Freytas ad Roderic. de confess. solicit qu. 22. num. 33. ex pluribus seq. Hæc Carena, quę addenda traditis iam à nobis de re ista, initio nostri oper. Prolegom. VI.

554 Mirum tandem, quòd nec Castr. Pal. Cæsar Carena, neque alius, quod sciam, de abiuratione fingenti se ministrum S. Officij iniungenda, necne, quidquam attigerint, fortè ideo, quòd pars negatiua supponatur omnino certa ob rationem similem dictam, quia vndè non insurgit suspicio vlla hæresis, haud insurget obliga-

555 tio abiurandi, &c. Quæ dicta sunt de pœnis tali fingenti, vel iudici laico se in causis hęresis ingerenti infligendis, licet ad librū VI. sequentem spectarent; visum tamen est hìc præmittere: Atque his Regulæ finis.

Frangens carceres S. Officij, aut in eo carceratus se occidere tentans, sitnè indè suspectus de hæresi, & obnoxius abiurationi?

REGVLA CCCXCIX.

556 TAmetsi alij carcerati fugientes fracto carcere habeantur communiter pro confessis de criminibus, propter quæ in custodia detenti erant, & absentes

557 ad pœnas eorum condemnentur. At carceratus ob hæresim in S. Officio, si frangēs carcerem fugiat, nequaquam absens statim vt hæreticus condemnandus; (excipe nisi de hæresi esset in processu conuictus) fractio tamen carceris auget hæresis suspicionem, & præbet indicium ad torturam, ac consequenter ad abiurationem; secùs, si frangat, & discedat, vt se illicò supremis

558 Iudicibus pręsentet. Dein pari modo dicendum est de carcerato S. Officij, qui tentat se occidere postquàm sciuit adesse cōtra se semiplenam probationem delicti; nulla vero præsumptio pro Fisco indè insurget, si non ex tali scientia, sed ex tædio vitæ ad inferendam sibi mortem excitetur.

---

559 NOn est nostri instituti ex professo agere de carceratis aliorum Tribunalium, fracto carcere, fugientibus, & de effectibus contra eos ex tali fractione, & fuga sequutis; non potui tamen non obi-

ter cōmunem doctrinam circa hoc attingere, vt in Regula: tradunt eam præcipuè Godifred. Abacco, in praxi, & theorica crim. S. fuga carceribus effractis, num. 2. & in prax. reatuum, quæst. 13. Gram. voto crim. 37 num. 1. Viui, lib. 1. commun. opinion. opin. 119. Iul. Clar. §. fin. q. 21. vers. tertio autem modo, Portules ad Repertor. Molini, super ritibus, & obseruātijs Regni Aragonum, in verb. Fractor.
560 num. 8. & seq. par. 2. Vbi id extendit, vt etiam procedat in carceratis, qui cœperūt frangere carceres, sed nequiuerunt fugere, quòd isti quoque sint habendi pro cōfessis, & condemnandi vt tales ac si fugissent.
561 Verùm hanc extensionem vti nimis rigorosam meritò reijcit Carena dict. tit. 17. §. 21. num. 70 affirmans non esse veram, & communem sententiam omnium auctorum, vno excepto Portule citato, fuisse practicatam per Curiam Cremonen. in casu peculiari, quem refert, quin omnes carcerati, qui fracto carcere auferant, de anno 1636. condemnati sunt in contumaciam ad pœnas ordinarias illorum criminum, ob quæ in carcerem coniecti fuerāt, iuxta obseruantiam status Mediolani, de qua Clar. loc. cit.
562 Prædicta autem doctrina nequaquam locum habet respectu carcerati apud Tribunal S. Inquisitionis si fracto carcere aufugiat, absens haud condemnandus statim vt hereticus, (excipe, vbi de heresi esset iam in processu conuictus; sed facta citatione iuridica, si non compareat, infligēda est ei excommunicatio, in qua si per annum insurdescat, tunc potest, & debet hæreticus declarari, ac ipsius statua de more comburi. Ex mente omnium ferè DD. tradunt Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 26. nu. 37. Diana par. 4. tract. 5. resol. 17. & Carena vbi supra, concl. 2. nu. 72. post Ioan. Rojas de hæret. par. 2. asser. 15. Simancam cathol. Instit. tit. 16. num. 23. & Pegnam par. 3. Direct. comment. 35.
563 Et quamuis Zanchin. de hæret. cap. 10. num. 4. & eius Additionator Campeg. ibi. lit. B. oppositum teneant, dicentes quòd carceratus pro hæresi, si fugiat, sit pro conuicto habendus, & tanquam hæreticus condemnandus; eorum tamen dictum meritò reijcitur à citatis auctoribus, & ab alijs, solumque potest habere locum in casu à nobis per parenthesim expresso in Regula, quem defendit vti certum ibidem Carena, nempè, nisi de hæresi esset in processu conuictus.
564 Deducit autem ipse Carena numer. 73. rationem propositæ communis doctrinæ ex benignitate S. Officij Tribunalis, quòd non statim præsumit, reum fugientem esse hereticum formalem; cum fuga possit procedere vel ex tedio carceris, vel ex metu eius, quando fugiens adhuc non fuerat carceratus, vel ex similibus causis, vt testatur etiam Ludouic. Param. libr. 3. de orig. S. Inquis. quæst. 4. num. 72. Pro maiori verò declaratione, & confirmatione prædictorum, adducit idem Carena nonnulla ex tractatu Pauli Garziç Hispanica lingua edito, inscripto, Orden de procesar enel S. Officio; audi eius verba.
565 Há se de aduertir, inquit, quam alos reconciliados, ò penitenciados con abiuracion de vehementi, quam estando reclusos quebrantan sus penitencias, y se ausentan, no hauiendo contra ellos otra informacion, saluo dela fuga, seles deuen hacer sus processos conforme al Capitulo, cùm contumacia, de heret. in 6. Porque la sospecha, quam resulta dela fuga, lunto conla de hauerse dexado estar escomulgados mas tiempo de vn anno, hacen entera prouāza para poderlos declarar por herejes relapsos, y relaxar sus estatuas al braço seglar. Però hauiendo informacion, por la qual estan conuencidos de hauer cometido nueuos delictos de heregia, y ausentandose, seles podran hacer los processos en la via ordinaria, conforme al segundo modo, quo dispone la instrucion de Se-
566 uilla 19 del anno 1484. Mas esto no se deue hacer con sola la informacion dela fuga, come algunos lo han acostumbrado; porque a quella no basta para cōdenarlos por relapsos, como se determinò enel Cōsejo en esta causa, qua hauiendose procedido en ausentia con sola la informacion dela fuga contra cierta persona reconciliada ausente, y relaxando la esta tua al braco seglar, como relapsa, se reuocò la sentencia, por no estar conuencida de nueuos delictos, y se mandaron restituir, y restituyeron los bienes, que por ella sele hauian confiscado. Hactenus Ille.
567 Addit autem Carena sic. Et quamuis, inquit, Garzia videatur loqui de eo, qui aufugit è carcere sibi assignato adimplendas pœnitentias, attamen eadem est ratio de aufugiente è carcere sibi dato ad custodiam, quoad effectum declarandi fugientem relapsum in primo casu, & hæreticum in secundo idem docuit alijs allegatis Pater Diana, dict. resol. 15. vers. Notandum est etiam. Hęc ille ad rem prÿsētem conducentia.
568 Excitat item hic peculiare dubium idē Carena, dict. §. 21. nu 76. an fugiens fracto carcere S. Officij incidat in pœnas Cōstitutionis Pij V. incip. si de protegendis. discutit ipsum in vtramque partem, pro affirmante allegat doctrinam Bosij, in tit. de captura, num. 17. secundùm Constitutionem Status Mediola. sub tit de pœnis §. prohibitum est omnibus, vbi imponitur certa pœna impedienti exequutionem capturę in quauis causa criminali, quòd ipsa comprehendat nō solum illum, qui eximit captum, seù carceratum de manibus iustitię, ad etiam ipsummet carceratum, si se eximat, quòd copiosè probat, & addit sic fuisse iudicatum per Senatū Mediolani.

Pio

569 Pro negãte verò efficaciter arguit, quòd equidem verba dict. Constitutionis non videantur posse accommodari huic casui; cùm multò grauior sit casus eximentis alium è manibus Iustitiæ, quàm eximentis se ipsum; quia vnicuique licitum est, suum sanguinem redimere, l. 1. de his, qui sibi
570 mortem, &c. Adde, quòd similis extat Bulla Sixti V. contra resistentes Iustitiæ, quæ nunquam fuit in Curia Romana ad praxim redacta ab eius Iudicibus circa eximentem se ipsum à manibus Iustitiæ, vt benè aduertit Farinac. de carceri, & carcerat. quæst. 33. num. 23. vers. sed quidquid sit de mero iure.

571 Vnde ipse Carena resoluit, cùm nullus Doctorum, qui post editam Bullam, si de protegendis, de rebus ad S. Officium pertinentibus scripserunt, eiusque nonnunquàm mentionem faciunt, ipsius rigorem applicauerit (quod sciam) frangenti carceres S. Officij, vt inde aufugiat, occurrente casu, conueniens esse, vt Inquisitor recurrat ad supremum Sac. Congregationis Tribunal, & ab eo congruum responsũ expectet; atque hanc Carenæ resolutionẽ prorsus approbo.

572 Dato autem, quòd prædicta Bulla, si de protegendis, non habeat locum in reis fugientibus fracto carcere, si isti à ministris iterum capiantur, ratione fractionis, & fugæ apud alia Tribunalia statim aliqua pœna mulctantur. In Statu Mediolani regulariter tribus funis ictibus etiam illi, qui solùm carcerem frangere tentauerunt, vt docet Iul. Clar. §. fin. quæst. 21. vers. tertio autem modo. Imò in nostro Tribuna-
573 li S. Inquisitionis secundùm Canteram in suis quæst. crim. par. 4. cap. 9. numer. 37 Sousam lib. 2. Aphor. cap. 26. num. 32. & 37. & Lud. Param. lib. 3. de origine S. Inquisitionis quæst. 4. n. 72. & 73. fractores carcerum, si sint personæ viles, fustigantur si nobiles, strictiùs, ac duriùs custodiuntur.

574 Quin etiam ad istas extendit fustigationem Cantera citat. secretò tamen in carcere eis infligendam, addens nihilominus quòd viderit Clericum publicè per vias flagellari ob fracturam carceris; sed expedit, vt in carcere, seù in alio loco secretò fiat, vt ait Carena ibidem, num. 75.

575 Qui nihil prorsus attingit circa id, quòd magis spectat ad nostrum institutum, nempè ex tali fractione carceris, & fuga contra reum S. Officij fractorem, & fugitiuum insurgere præsumptionem hæresis, aut saltem augeri, adeò, vt adsit sufficiens indicium ad torturam, & per consequens ad aliquam abiurationem de leui, aut de vehementi pro qualitate delicti, & personæ, si ex tortura quoad intentionẽ nihil emerserit. docent Clar. §. fin. quæst. 21. versic. tertiò autem modo, Menoch. de præsũp. lib. 1. quæst. 89. num 42. Farinac. in praxi crim. quæst. 30. numer. 85. & Sousa libr. 2
576 Aphoris. cap. 26. num. 34. & 37. Quod dictum de abiuratione patet manifestè ex traditis sæpe, scilicet, quod iuxta maiorẽ, vel minorem præsumptionem de mala credulitate, sit gradus abiurationis infligendus.

577 At si fugiens fracto carcere statim se se præsentet coram Iudicibus supremis, seù coram Sac. Vrbis Congregatione S. Officij præcisè ex fuga, vel ex fractura carceris nequaquam oritur suspicio hæresis, seù delicti commissi contra fugientem, neque hìc propterea est pœna aliqua puniendus Hãc doctrinam vniuersaliter respectu quorumlibet fugientium è carceribus cuiusuis Tribunalis tradunt multi, præcipue Iacob à S. Georgio in l. 1. numer. 9. C. de seruis fugitiuis, Mar. Giurb. cons. decisiuo 69. num. 19. & cum alijs, quos citat Carena
578 dict. §. 21. num. 77. Probant inde, quia qui vadit ad superiores, non dicitur formaliter frangere carceres, nec fugam arripere, cùm vtatur iure suo, maximè si nõ occurrat alia via, qua possit se suo supremo Iudici præsentare.

579 Quamquam Franc. de Auilez in suis comment. ad capita, seù leges Prætorum, cap. 18. vt refert citat. Carena, post approbationem prædictæ doctrinæ, affirmat, totum hoc remissum esse prudenti arbitrio Iudicis; nimirùm posse hunc, vt interpretandum videtur, dum ipsi non constat fugientem reum supremo Tribunali se præsentasse, contra eum procedere, & contra
580 cooperantes ad fugam eiusdem, vt in facti contingentia habuimus casum aliquot ab hinc annis in nostro Tribunali Meliten. S. Inquisitionis de quodam Religioso, qui iam carcerationi proximus, facta iniunctione per Capitaneum, vt solet, nauigium fortè paratum conscendit, & Romam versus aufugit, ibique Sacræ Congregationi se præsentauit. Interim Illustriss. D. Inquisitor processum contra fugitiuum completè formauit, & copiam eius ad Vrbem transmisit, ac Religiosos, ad fugam auxilium illi præbentes carceribus mancipauit, donec de ordine S. Congregationis, per quam causa fuit expedita, liberati sunt.

581 Quoad vltimam clausulam nostræ Regulæ de carcerato, qui tentauit se occidere, pro legitima decisione præmittit Carena dict. tit. 17. §. 22. doctrinam generalem certam, cum Balth. Gomez de pot. hominis in se ipsum, lib 1. cap. 1. & Farin in prax. crim. quæst. 128. per totam, nimirum cùm nemo sit dominus vitæ suæ, aut membrorum suorum, ob id nulli esse licitum se ipsum occidere, nec vllo modo vulnerare.

582 Distinguit item bene idem Carena cum citato Gomez, quòd ex duplici capite possit prouenire, vt carceratus se ipsum occidat, aut tentet occidere, seù vulneret Primò ex tædio vitæ, seù ex impatientia doloris, vel carceris, & ex hoc capite nulla erro-

ter communem doctrinam circa hoc attinoil gere, vt in Regula: tradunt eam præcipuè Godifred. Abacco, in praxi, & theorica crim. §. fuga carceribus effractis; num. 8. & in prax. reatuum, quæst 13. Gram. voto crim. 37 num. 1. Viui, lib. 1. commun. opinion. opin. 119. Iul. Clar. §. fin q. 21. verf. tertio autem modo, Portules ad Repertor. Molini, super ritibus, & obseruātijs Regni Aragonum, in verb. Fractor.

560 num. 8. & seq. par. 2. Vbi id extendit, vt etiam procedat in carceratis, qui cœperūt frangere carceres, sed nequiuerunt fugere, quòd isti quoque sint habendi pro cōfessis, & condemnandi vt tales ac si fugissent.

561 Verùm hanc extensionem vti nimis rigorosam meritò reijcit Carena dict. tit. 17. §. 21. num. 70 affirmans non esse veram, & communem sententiam omnium auctorum, vno excepto Portule citato, fuisse practicatam per Curiam Cremonen. in casu peculiari, quem refert, quin omnes carcerati, qui fracto carcere auferant, de anno 1636. condemnati sunt in contumaciam ad pœnas ordinarias illorum criminum, ob quæ in carcerem coniecti fuerāt, iuxta obseruantiam status Mediolani, de qua Clar. loc. cit.

562 Prædicta autem doctrina nequaquam locum habet respectu carcerati apud Tribunal S. Inquisitionis si fracto carcere aufugiat, absens haud condemnandus statim vt hereticus, (excipe, vbi de heresi esset iam in processu conuictus) sed facta citatione iuridica, si non compareat, infligēda est ei excommunicatio, in qua si per annum insurdescat, tunc potest, & debet hæreticus declarari, ac ipsius statua de more comburi Ex mente omnium ferè DD. tradunt Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 26. nu. 37. Diana par. 4. tract. 5. resol. 17. & Carena vbi supra, concl. 2. nu. 72. post Ioan. Rojas de hæret. par. 2. asser. 15. Simancam cathol. Instit. tit. 16. num. 23. & Pegnam par. 3. Direct. comment. 35.

563 Et quamuis Zanchin. de hæret. cap. 10. num. 4. & eius Additionator Campeg. ibi. lit. B. oppositum teneant, dicentes quòd carceratus pro hæresi, si fugiat, sit pro conuicto habendus, & tanquam hæreticus condemnandus; eorum tamen dictum merito reijcitur à citatis auctoribus, & ab alijs, solumque potest habere locum in casu à nobis per parenthesim expresso in Regula, quem defendit vti certum ibidem Carena, nempè, nisi de hæresi esset in processu conuictus.

564 Deducit autem ipse Carena numer. 73. rationem propositæ communis doctrinæ ex benignitate S. Officij Tribunalis, quòd non statim præsumit, reum fugientem esse hæreticum formalem; cum fuga possit procedere vel ex tędio carceris, vel ex metu eius, quando fugiens adhuc non fuerat carceratus, vel ex similibus causis, vt testatur etiam Ludouic. Param. libr. 3. de orig. S. Inquis. quęst. 4. num. 72. Pro maiori verò declaratione, & confirmatione prędictorum, adducit idem Carena nonnulla ex tractatu Pauli Garzię Hispanica lingua edito, inscripto, Orden de processar enel S. Officio; audi eius verba.

565 Hà se de aduertir, inquit, quam alos reconciliados, ò penitenciados con abiuracion de vehementi, quam estando reclusos quebrantan sus penitencias, y se ausentan, no hauiendo contra ellos otra informacion, saluo dela fuga, seles deuen hacer sus processos conforme al Capitulo, cùm contumacia, de heret. in 6. Porque la sospecha, quam resulta dela fuga, Iunto conla de hauerse dexado estar escomulgados mas tiempo de vn anno, hacen entera prouāza para poderlos declarar por hereges relapsos, y relaxar sus estatuas al braço seglar. Però hauiendo informacion, por la qual estan conuencidos de hauer cometido nueuos delictos de heregia, y ausentandose, seles podran hacer los processos en la via ordinaria, conforme al segundo modo, quo dispone la instrucion de Se-

566 uilla 19 del anno 1484. Mas esto no se deue hacer con sola la informacion dela fuga, come algunos lo han acostumbrado; porque a quella no basta para cōdenarlos por relapsos, como se determinò enel Cōsejo en esta causa, qua hauiendose procedido en ausentia con sola la informacion dela fuga contra cierta persona reconciliada ausente, y relaxando la esta tua al braço seglar, como relapsa, se reuocò la sentencia, por no estar conuencida de nueuos delictos, y se mandaron restituir, y restituyeron los bienes, que por ella sele hauian confiscado. Hactenus Ille.

567 Addit autem Carena sic. Et quamuis, inquit, Garzia videatur loqui de eo, qui aufugit è carcere sibi assignato adimplendas pœnitentias, attamen eadem est ratio de aufugiente è carcere sibi dato ad custodiam, quoad effectum declarandi fugientem relapsum in primo casu, & hæreticum in secundo idem docuit alijs allegatis Pater Diana, dict. resol. 15. vers. Notandum est etiam. Hęc ille ad rem pręsētem conducentia.

568 Excitat item hic peculiare dubium idē Carena, dict. §. 21. nu 76. an fugiens fracto carcere S. Officij incidat in pœnas Cōstitutionis Pij V. incip. si de protegendis. discutit ipsum in vtramque partem, pro affirmante allegat doctrinam Bosij, in tit. de captura, num. 17. secundùm Constitutionem Status Mediola. sub tit de pœnis §. prohibitum est omnibus, vbi imponitur certa pœna impedienti exequutionem capturę in quauis causa criminali, quòd ipsa comprehendat nō solum illum, qui eximit captum, seù carceratum de manibus iustitię, ad etiam ipsummet carceratum, si se eximat, quòd copiosè probat, & addit sic fuisse iudicatum per Senatū Mediolani.

Pio

569 Pro negãte verò efficaciter arguit, quòd equidem verba dict. Constitutionis non videantur posse accommodari huic casui; cùm multò grauior sit casus eximentis alium è manibus Iustitiæ, quàm eximentis se ipsum; quia vnicuique licitum est, suum sanguinem redimere, l. 1. de his, qui sibi
570 mortem, &c. Adde, quòd similis extat Bulla Sixti V. contra resistentes Iustitiæ, quæ nunquam fuit in Curia Romana ad praxim redacta ab eius Iudicibus circa eximentem se ipsum à manibus Iustitiæ, vt benè aduertit Farinac. de carceri, & carcerat. quæst. 33. num. 23. vers. sed quidquid sit de mero iure.

571 Vndè ipse Carena resoluit, cùm nullus Doctorum, qui post editam Bullam, si de protegendis, de rebus ad S. Officium pertinentibus scripserunt, eiusque nonnunquàm mentionem faciunt, ipsius rigorem applicauerit (quod sciam) frangenti carceres S. Officij, vt inde aufugiat, occurrente casu, conueniens esse, vt Inquisitor recurrat ad supremum Sac. Congregationis Tribunal, & ab eo congruum responsũ expectet; atque hanc Carenæ resolutionẽ prorsus approbo.

572 Dato autem, quòd prædicta Bulla, si de protegendis, non habeat locum in reis fugientibus fracto carcere, si isti, à ministris iterum capiantur, ratione fractionis, & fugæ apud alia Tribunalia statim aliqua pœna mulctantur. In Statu Mediolani regulariter tribus funis ictibus etiam illi, qui solùm carcerem frangere tentauerunt, vt docet Iul. Clar. §. fin. quæst. 21. vers. tertio autem modo. Imò in nostro Tribuna-
573 li S. Inquisitionis secundùm Canteram in suis quęst. crim. par. 4. cap. 9. numer. 37 Sousam lib. 2. Aphor. cap. 26. num. 32. & 37. & Lud. Param. lib. 3. de origine S. Inquisitionis quæst. 4. n. 72. & 73. fractores carcerum, si sint personæ viles, fustigantur si nobiles, strictiùs, ac duriùs custodiuntur.

574 Quin etiam ad istas extendit fustigationem Cantera citat. secretò tamen in carcere eis infligendam, addens nihilominus quòd viderit Clericum publicè per vias flagellari ob fracturam carceris; sed expedit, vt in carcere, seù in alio loco secretò fiat, vt ait Carena ibidem, num. 75.

575 Qui nihil prorsus attingit circa id, quòd magis spectat ad nostrum institutum, nempè ex tali fractione carceris, & fuga contra reum S. Officij fractorem, & fugitiuum insurgere præsumptionem hæresis, aut saltem augeri, adeò, vt adsit sufficiens indicium ad torturam, & per consequens ad aliquam abiurationem de leui, aut de vehementi pro qualitate delicti, & personæ, si ex tortura quoad intentionẽ nihil emerserit, docent Clar. §. fin. quæst. 21. versic. tertiò autem modo, Menoch. de præsũp. lib. 1. quæst. 89. num 42. Farinac. in praxi crim. quæst. 30. numer. 85. & Sousa libr. 2
576 Aphoris. cap. 26. num. 34. & 37. Quod dictum de abiuratione patet manifestè ex traditis sæpe, scilicet, quod iuxta maiorẽ, vel minorem præsumptionem de mala credulitate, sit gradus abiurationis infligendus.

577 At si fugiens fracto carcere statim se se præsentet coram Iudicibus supremis, seù coram Sac. Vrbis Congregatione S. Officij præcisè ex fuga, vel ex fractura carceris nequaquam oritur suspicio hæresis, seù delicti commissi contra fugientem, neque hìc propterea est pœna aliqua puniendus Hãc doctrinam vniuersaliter respectu quorumlibet fugientium è carceribus cuiusuis Tribunalis tradunt multi, præcipue Iacob à S. Georgio in l. 1, numer. 9. C. de seruis fugitiuis, Mar. Giurb. conf. decisiuo 69. num. 19. & cum alijs, quos citat Carena
578 dict. §. 21. num. 77. Probant inde, quia qui vadit ad superiores, non dicitur formaliter frangere carceres, nec fugam arripere, cùm vtatur iure suo, maximè si nõ occurrat alia via, qua possit se suo supremo Iudici præsentare.

579 Quamquam Franc. de Auilez in suis comment. ad capita, seù leges Pretorum, cap. 18. vt refert citat. Carena, post approbationem prædictæ doctrinæ, affirmat, totum hoc remissum esse prudenti arbitrio Iudicis; nimirùm posse hunc, vt interpretandum videtur, dum ipsi non constat fugientem reum supremo Tribunali se præsentasse, contra eum procedere, & contra
580 cooperantes ad fugam eiusdem, vt in facti contingentia habuimus casum aliquot ab hinc annis in nostro Tribunali Meliten. S. Inquisitionis de quodam Religioso, qui iam carcerationi proximus, facta iniunctione per Capitaneum, vt solet, nauigium fortè paratum conscendit, & Romam versus aufugit, ibique Sacræ Congregationi se præsentauit. Interim Illustriss. D. Inquisitor processum contra fugitiuum completè formauit, & copiam eius ad Vrbem transmisit, ac Religiosos ad fugam auxilium illi præbentes carceribus mancipauit, donec de ordine S. Congregationis, per quam causa fuit expedita, liberati sunt.

581 Quoad vltimam clausulam nostræ Regulæ de carcerato, qui tentauit se occidere, pro legitima decisione præmittit Carena dict. tit. 17. §. 22. doctrinam generalem certam, cum Balth. Gomez de pot. hominis in se ipsum, lib 1. cap. 1. & Farin. in prax. crim. quæst. 128. per totam, nimirum cùm nemo sit dominus vitæ suæ, aut membrorum suorum, ob id nulli esse licitum se ipsum occidere, nec vllo modo vulnerare.

582 Distinguit item bene idem Carena cum citato Gomez, quòd ex duplici capite possit prouenire, vt carceratus se ipsum occidat, aut tentet occidere, seù vulneret Primò ex tædio vitæ, seù ex impatientia doloris, vel carceris, & ex hoc capite nulla erro-

erroris præsumptio, nullaque pœna contra eum assignatur. Patet clarè ex text. in l. final. §. si quis autem, ff. de bonis eorum, qui sibi mortem, &c. ibi, nisi tædio vitæ, vel impatientia alicuius
583 doloris coactus est hoc facere. Et afferunt communiter DD. præcipuè Gothofred. in suis votis, proponens varia exempla, Farinac. ibid. num. 39. & Clar. §. fin. quæst. 68. vers. se ipsum occidens, &c.
584 Secundò si quis carceratus se occidere tentet, inflicto vulnere ex conscientia cõmissi criminis, maximè si iam sciebat adesse contra se semiplenam probationẽ, quòd tale crimen patrauerit, tunc ex hac actione vulnerandi se, seù tentandi se occidere, insurgit suspicio malæ credulitatis in reo carcerato S. Officij, & indicium aliquod, ob quod, & ob alia præcedentia carcerationem, potest Inquisitor procedere contra eum, infligendo ipsi torturam, & gradum abiurationis debitum. Ita cum Cãsera citato defendit Carena dict. §. 22. nu. 85. & 86. Atque hæc sint satis pro repræsenti, quibus finem Regulæ imponimus.

Quiuis portans arma infidelibus, & Regularis ad eos vltra mare sine licentia proficiscens de apostasia ne, vel fautoria suspectus? Et ad abiurandum cogendus?

REGVLA CCCC.

585 CErtum prorsus, quoscunque arma, cibaria, & alia prohibita saracenis, ac quibusuis fidei hostibus deferentes spectare ad forum Sancti Officij, & ab Inquisitore pro grauitate criminis posse puniri. Quamuis autem isti vti suspecti de fautoria secundùm aliquos Doctores, antea de leui abiurare solerent, hodie verò nequa-
586 quam abiurent: Vera tamen resolutio sub distinctione ita habet, si deferant arma, & similia vetita ad terras infidelium lucrãdi, aut negotiandi causa, nulla eis abiuratio iniungenda: at si id faciant animo adiuuandi illos in bello cõtra Christianos, de leui, aut etiam de vehementi abiurare
587 tenentur. De Regulari item absque licentia superioris vltrà mare proficiscente sic decidendum, quòd regulariter sit suspectus de hæresi, & consequenter aliquali abiurationi subiectus maneat.

588 CAsus iste deferendi ad infideles arma, & alia conducentia pro inferendo bello Christianitati, vt refert Bouadill. in sua Politica, tom. 1. lib. 1. cap. 17. num. 69. sub iurisdictione Sanctę Inquisitionis esse cœpit in nostris Regnis Valentino, Aragonensi, & Gotolano, posteà pedetentim ad quascunque alias Prouincias Christiani Orbis se extendit, itaut vbicunque accidit, de eo Inquisitores cognoscant; audi verba Bouadillę hispano idiomate.
589 Caso 35. inquit, es contra los que lleuan armas, dineros, ò cauallos, ò otros pertrechos de guerra alos enemigos dela fe, ò tienen con ellos trato, y confederacion en tiempo de guerra como quiera este delito concerne a toda la Christianidad, y à los que le cometen estan escomulgados por solo hecho. Y assi entiendo que en los Regnos de Aragon procede el S. Officio
590 de la Inquisicion contra los tales. Hęc ille, indicans per hæc vltima verba, quod in Regnis, Castellæ, vbi ipse existebat, & scribebat, adhuc casus iste non pertineret ad Tribunalia S. Inquisitionis.
591 Posteà verò factam fuisse dictam extensionem patet manifestè ex traditis per cãteram insignem Inquisitorem in suis q. 4. par. concernentes punitionem delictorũ, cap. 1. de hæret. nu. 67. & 68. vbi etiam circa fin. ait, sic fuisse iudicatum in S. Officio Murciæ, & approbatum tandem per supremum consilium Inquisitionis Hispaniæ; & quod in Tribunalibus Italiæ sit parimodo receptum, nimirum taliter delinquentes esse sub iurisdictione Inquisitorũ, confirmatur testimonio Carenæ Cremonẽsis 2. par. tit. 17. §. 20. Qui vltimus, quod sciam, de hac re scripsit, & inde efficaciter ostendit, quia cum crimen istud deferendi arma tendat in destructionem totius Status Religionis Christianæ, ipsum committentes non apparet, vnde excusari valeant, nè censeantur infidelibus, apostatis, & hæreticis fauere; ergo meritò iurisdictioni Inquisitorum subduntur.
593 De huiusmodi autem Reis transmittentibus arma, equos, bellicaque tormenta hostibus Christianæ Religionis, audi qualiter loquatur Castrus Palaus in opere morali, trac. 4. disp. 8. pun. 16. §. 10.
594 Inquisitores, inquit, Hispani de hoc crimine cognoscunt ob suspicionem hęresis, Videntur enim sic delinquentes fautores hæreticorum esse; & ità in carceribus secretis recluduntur, dum eorum causa agitur. Illa conclusa, simul cum Ordinario (quod semper intelligitur) pronunciatur sententia, quæ regulariter in tribunali tantùm pronunciatur, & non in actu publico, nisi in aliquo casu graui, &
595 extraordinario. Huius autem pœna est, si vilis persona est, fustibus cædi, sin minus, exilio, & pecunia in ea quantitate, qua equi, armaquè valebant, & insuper omnia illa confiscantur; quòd si iam fuerint transmissa, pœna pecuniaria duplicatur, & scio quendam religiosum ob hoc crimen ex consilio supremi Senatus condemnatum fuisse in sexcentis scutis, & in annua in suo Conuentu reclusione, & suspensione interim ab Officio: quam condemnationem adimpleuit, & pecuniam ex redditu sibi prouenturo duobus annis sol-

soluit. Antiquitùs abiurabant de leui, modò non est in vsu. Ita ille non sine eruditione, expressis nonnullis scitu dignis.

596 Verùm circa id, quod vltimo loco ait,
abiurationem scilicet nō esse modò in vsu,
haud exigua occurrit difficultas, nàm cum
Inquisitores, vt affirmat ipsemet Castrus
Palaus, cognoscant de hoc crimine, & ip-
sum committentibus abiurationem de leui
antiquitus iniungere consueuerint ob hę-
resis suspicionem; cumque hæc parimodo
semper adsit contra dictos delinquentes,
nequit assignari ratio, quæ valeat, cur an-
tiqua consuetudo abiurandi sublata fuerit
secundùm assertionem Castri Palau, quā
nullo modo admitto.

597 Quare quidquid ipse, vel quiuis alius
dicat, illum non vsum dictæ abiurationis
approbans, merito eius sententia reijcitur
à Diana 4. par. tract. 7. Resol. 19. & à Ca-
rena vbi supra, num. 67. placetque valdè
modus eorum resoluendi sub distinctione,
videlicet, si deferens arma, & alia prohi-
bita infidelibus sit mercator, alias de hæ-
resi non suspectus, & appareat clarè, quod
fuerit inductus ad sic deferendum tantùm
causa lucri, & negotiationis, tunc cùm
cesset omnis suspicio hæresis, cessare etiā
omnino debet obligatio abiurandi: quæ
decisio pro quouis tempore vera fuit.

598 At si quis exequatur hanc actionem
transmittendi arma, equos etiam hostibus
nostræ Religionis, animo adiuuandi infi-
deles, & hæreticos in bello ad impugnā-
dum Catholicos, cum ex hac transmissio-
ne oriatur fautoria præsumptio, istam
tollere debet per aliquam abiurationem
de leui, aut etiam de vehementi, atten-
ta qualitate facti, & personæ, maximè
si contra hunc exteriam alias præsumptio
de hæresi, vel si sit de genere mauorum,
seù Turcarum, atque hinc deducitur,
quod dicto animo iniquo id faciat. Ad
599 cognitionem huiusce rei completè ca-
piendam lege doctissimum Azeued. ad le-
ges nouæ recompilationis libr. 8. tit. 3. l.
10. per totam, vt ipsum citat Carena ibi-
dem.

600 Circa secundum, quod proponitur in
Regula nostra de quouis Regulari, qui
absque licentia sui Superioris ad infideles
vltra mare proficiscitur, extat Bulla Ioan.
22. incip. Ad nostrum, posita inter extra-
uagan. Sub titulo de Regularibus, & quod
iste sic proficiscens sit vehementer suspe-
ctus de hæresi, tradunt, vt certum Pegna
2. par. Direct. commen. 81. & ex eo Ca-
601 rena dict. tit. 17. §. 7. Maximè si in
partibus vltra marinis commorantes abs-
que dicta licentia, detrahant Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ, & de ritibus eius audacter
obloquantur, vt deciditur expresse in di-
cta Bulla, quòd ob talem profectionem
detractionem, & oblocutionem fiant ve-
hementer suspecti de hæresi, aut de apo-
stasia à fide, & per consequens, quod de
vehementi eam abiurare teneantur, qui-
bus præsens Regula terminatur.

Circa obloquentes de Sancto Officio, & de Inquisitore quid? puniendi ne ab isto, & ad abiurandum condemnandi? an secus?

REGVLA CCCCI.

602 QVamuis nullus iudex cuiusuis Tri-
bunalis (excipe supremum) possit
de sibi, suisque ministris iniuriam oblocu-
tionibus inferente cognoscere, & talis
causa iudicio alterius tertij sit committēda.
603 At speciale est hoc in Sancto Officio, vt
quicunque de eo, aut de aliquo Inquisito-
re etiam particulari inferiori obloquatur
ab ipsomet Inquisitore condignè puniri va-
604 leant. Quòd si oblocutio in fautoriam,
aut aliter in hęresis suspicionem vergat,
oblocutori pro qualitate criminis, & per-
sonę aliqua abiuratio iniungi debet. Se-
cùs verò, si nulla præsumptio erroris ad-
sit.

605 TOta doctrina huius Regulæ adeò
per se nota, & manifesta apparet,
vt breuissima eius explicatio per partes ad
eam completè capiendam sufficiat; quoad
primam iam alibi docuimus, in quauis cau-
sa, seù actu iudiciali concurrere tres per-
sonas nempè Iudicem, actorem, & reum,
itaut isti duo sint partes inter se litigantes
apud illum, & regulariter loquendo repu-
gnat, vt idem sit iudex, & pars in eadem
606 causa siue ciuili, siue criminali. Atque
particulariter in præsenti de inferente iniu-
riam ipsi iudici verbalem, quòd hic non
possit iudicare illum, neque ob tale deli-
ctum punire, & quod causa debeat com-
mitti alteri iudici, iuxta textum, in Auth.
de Defens. ciuitatum etiam, & cum Don
Tho. Carleual. in tract. de foro competen-
ti, lib. 1. tit. 1. disp. 2. quęs. 7. sect. 1. nu.
785. alios allegante, tradit Carena dict.
tit. 17. §. 9. & exemplificat sic.
607 Senatus inquit, noster Mediolani, die
19. Augusti 1621. iussit Prætori Terræ So-
resinæ, qui processum formauerat contra
Deputatos dictæ Terrę super nonnullis
iniurijs ipsi, & iustitiæ ab eis factis, quòd
processum remitteret Prætori Cremonæ,
cui etiam iniunxit, quod testes repeteret,
& in causa seruatis seruandis procederet.
Ità ille.
608 Adiunximus autem limitationem per
parenthesim huiusmodi (excipe supremū)
nam Iudices, seù Principes absoluti, &
Tribunalia suprema contra quemcunque
sibi, vel suis ministris iniuriam verbaliter,
aut realiter inferentem Iudices esse possūt
ex vi iuris naturalis, nam alioquin, cùm
inferior non sit competens, neque idem

Iudex ad puniendas iniurias superiori, seu Supremo illatas, sequeretur hoc maximum inconueniens, quòd delicta adeo grauia manerent impunita, cum non exiguo Rei-
609 publicæ Christianæ detrimento. Affert ibidem Carena, & præter citatum Thom. Carleual, allegat pro eadem doctrina Godofredum Abauo in praxi reatuum, q. 7. num. 60. & Hieron. Portul. ad repert. Molini super ritibus, & obseruan. Regni Aragonum, par. 3 verb. iniuria, num 36.
610 Ostendit item ipse Catena verijs exemplis, præcipuè ex supremo Tribunali sui Senatus Mediolani desumptis, vt exemplo cuiusdam Francisci de Fenaschis, qui quòd de Curia oblocutus fuisset, ex Ordine Senatus fuit punitus triplici funis ictu, & genibus flexis præsente ingente Populi multitudine à Curia veniam petijt, iniunctúque ei præceptum, vt à talibus abstineret
611 sub pœna Triremium Exemplo etiam alterius Io. Francisci Bruscoloni qui propter similem oblocutionem contra DD. Protectores Carceratorum, adiectis etiam minis, pari modo fuit punitus, ac veniam petijt. Ad exempla verò aliorum supremorum Tribunalium videnda non pauca proponit Carena Lectori citatum Godofredum, qui copiosè ea adducit.
612 Sequitur dicendum de eo, quod est proprium nostri instituti; concordes circa hoc Scriptores esse, scilicet speciale apud quoduis Tribunal. Sancti Officij, quòd possit Inquisitor, etiam particularis, seu inferior contrà inferetes sibi, & ipsi Sancto Officio, ac eiusdem Ministris temerarijs oblocutionibus iniuriam verbalem procedere. Ita Zanchinus de hæret. cap. 31. ibi copiosè ipsius Additionator Campegius, Simanch. de Cathol. Instit. tit. 34. num. 28. Farinac. de hæres. quæst. 182. num. 79. Carena dict. tit. 17. §. 8. num. 27. & alij.
613 Ratio inde sumitur, quia talis iniuria censetur facta Ecclesiæ, & Sic expedit in fauorem fidei, vt, iniurians ab ipsomet Inquisitore iniuria affecto puniatur. Atque est Nobis hic sermo de iniuria verbali, vt etiam notauit benè ibidem Carena na a. nam cōtra iniuriam realem adest Bulla Pij V. Si de protegendis, multo maiori rigore disponens, vt alibi diximus.
514 De punitione autem prædictorum obloquentium contra Sanctum Officium, & Ministros eius ait idem Carena, si sint personæ honestæ quòd possint condemnari ad petendam veniam genibus flexis in plena Congregatione à D. Inquisitore, & pro grauitate oblocutionis ad aliquam pœnam pecuniariam: loco verò huius, si sint viles, ad fustigationem: vel ad vtramque, si iniuria sit valdè grauis, & proponit exemplum sic?
615 Atque ita, inquit, cùm alias Cremonæ inquisitus fuisset in Sancto Officio quidam hebræus ob libellum famosum factum contra P. Inquisitorem, & Sanctum Officium, Congregatio Cremon. fuit in voto, quod si iste hebræus delictum in tortura fateretur condemnari deberet, vt publicè per Ciuitatem fustigaretur, cū mulcta pecuniaria, die 28. Augusti 1576 vti attestatur Reuerendissimus D. Marcus Anton. Amid. in suis votis manuscriptis in causis sancti Officij, penes me existentibus, tom. 1. voto 20. num. 5. hæc ille, nec aliud melius occurrit exemplum.
616 Deinde notatu dignum est illud, quod ipse Carena sub fine §. 9 addit sequentibus verbis Benè verum, inquit, est quod tam Inquisitor, quàm Iudices Laici Supremi, cum iniuria est ipsis facta notoriè, puta in actu publico fidei, vel in loco vbi pro Tribunali Laici iudices sedent, tunc potest iniurians puniri etiam sine processu & sententia in scriptis lata, cum solo decreto oretenus lato, Carleual, vbi supra nu. 799. qui addit se ità vidisse sæpius practicari in Tribunalibus supremis Hispaniarum, & ibi multos Doctores allegat, quibus addo ego Hieronymum Porteles in dicto verbo, iniuria, num. 39. & seqq. hæc ille.
617 Qui benè cum Carleual. loc. cit. n. 798. limitat supra traditam doctrinam, & affirmat, quod Officiales Regij, seu Iudices maiores, licèt non sint supremi, possint procedere contra inferentem ipsis iniuriam, si hæc inferatur eiusdem pro Tribunali sedentibus, & sic notoriè, vt nulla tergiuersatione celari possit, eo quod pro bono publico, & pro reuerentia iustitiæ debita, prorsus expediat, vt contrà taliter iniuriantem illi procedatur. Vndè quantò magis id locum habebit, si iniuria obloquendo inferatur cuiuis Inquisitori.
618 Tandem circa id, quod huc magis spectat, nempè dictis oblocutoribus, seu iniuriam verbalem sancto Officio, aut alicui Inquisitori inferentibus, sit iniungenda, nec ne aliqua abiuratio? nullus ex auctoribus supra citatis, quidquam profert, nec alius, quod sciam; decisum tamen sub fine Regulæ ex principijs sæpius adductis tibi vt certum tradidimus; per se enim manifestum apparet, quòd obloquens de sancto Officio, aut de Inquisitore sit cogendus ad abiurandum in aliquo gradu, si ex tali oblocutione præsumatur intentio fauendi hæretius, aut eorum erroribus adhærendi: liberandus verò ab omni abiuratione, si nulla præsumptio huiusmodi inde oriatur: atque his finis Regulæ.

Commorantes Itali in locis hæreticorum, & isti in Italia Domum habentes; vel ad quasuis Christianorum terras commercij causa euntes quomodo sint de foro Sancti Officij, & ab eo expediendi?

REGULA CCCCII.

619 AD fidem Catholicam in sua totali puritate, & integritate retinendã, opportunè statutum a Summis Põtificibus, ne Itali in terris hęreticorum habitent, nisi seruatis conditionibus determinatis, & è contra nè hæretici in Italiam venientes etiam sub colore Mercimonij, ibi domum apertam, propriam, vel conductam ha-
620 beant, neque vllus sic eos recipiat. Contra facientes autem subduntur inquisitori, & vt suspecti de hæresi abiurare aliqualiter
621 tenentur. Possunt item inquisitores procedere contra hæreticos, seu infideles ad Christianitatis terras ex permissione Principum accedentes causa commertij, si scandalum præbeant probabiliter, non ratione hæresis aut infidelitatis; sed scandali; vnde absque abiuratione, arbitrio puniuntur: probabile etiam oppositum.

622 EX commercio cum hæreticis septentrionalibus, & vltramontanis, ne prouinciæ Italiæ aliqua hæresis labe inficerentur, maximopere inuigilarunt semper Summi Pontifices. Propterea Clemens viij. die 26. Iulij ann. 1596. edidit constitutionem, incip. Cum, sicut, per quam non sine diuina inspiratione disponit, ac præcipit, ne Itali cuiusuis status, & conditionis discedant ad terras hæreticorum, & habitent, aut domicilium teneant in loco, vbi aliqua Ecclesia cum parocho, seu Sacerdote Catholico non existat, & liberè audiri possint Missæ, & alia diuina officia atque iuxta ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ.
623 Præcipit item, ne Itali Matrimonia contrahant cum Mulieribus hæreticis; ne sepulturis hæreticorum vtantur; ne permittant filios suos de sacra Baptismi fonte per hæreticos Patrinos leuari; neque istorum filios ipsi leuent, nisi per Sacerdotem ritu Cathol. baptizentur, ne ad loca hæreticorum accedant, nisi priùs id suis Ordinarijs, aut inquisitoribus manifestent. Denique ne medicamenta à medicis hæreticis accipiant, nec eos ad medicandum vocent, excepto casu necessitatis, cum alius non
624 adest. Ex quibus plura iam extabant de iure prohibita, vt expendit benè Carena 2. par. tit. 17. §. 5. qui casum exceptum necessitatis, simili demonstrat his verbis.
625 Sic cum, inquit, Christianis prohibitum sit sub pœna Excommunicationis, accipere medicinam à Iudæis, cap. Nullus 28. quæst. 1. si tamen necessitas vrgeat, vtique licitum erit Christianis, etiam à Iudæis medicinam accipere, argu. cap. qualitas temporis 27. quæst. 1. ita Originaliter dixit Marian. Socin. in cap. 1. extra de Iudæis Paulus Duran. de cond. & modis impossibilibus par. 1. n. 39. Eberard. Speckan. in suis quæstionibus Iuris Cæsarij Pontificij, & Saxonici quæst. 14. per totam, sed maximè n. 6.
626 Caueant tamen, quantum fieri potest, Christiani à medicis Iudæis; Quia, vt refert, Boubdill. in sua Politica, lib. 1. cap. 4. num. 27. Henricus Tertius Rex Castellæ obijt opera Don Mayr Iudęi sui medici, in quo plurimam fiduciam habebat, hactenus ille; ergo pari modo vrgente necessitate quiuis ęgrotans opera medici hęretici vti poterit.
627 Si quis verò Italus dictis conditionibus non seruatis, Constitutionem Clemẽtis viij. violauerit; vti de hęresi suspectus subijcitur iurisdictioni Inquisitorum, puniendus; vt disponitur in ipsa Constitutione, & addit ibidem Carena, nosque attigimus lib. 1. nostri Operis, capit. 20. Regul. 150.
628 Extat item Bulla 2. Iulij anno 1622. à Gregorio xv. edita, incip. Romani Pontificis, confirmatoria dictę Bullę Clementis viij. & ampliatoria in hunc modum, quod prohibeat quibuscunque hęreticis ad Italiam, & ad insulas ei adiacentes accedentibus domum apertam propriam, vel conductam, aut gratis concessam habere, domiciliumue contrahere, neque etiam sub pretextu mercimonij, aut quouis alio, atque decernat non curantes de dicta prohibitione esse puniendos ab Inquisitoribus secundum formam iuris, vt affert Carena loc. cit. contra receptores verò illorum sic additur in dict. Gregoriana.
629 Et simili modo eos, qui hęreticos prędictos receptauerint, ijsque quoquomodo contra pręsentium literarum tenorem, fauorem, opem, seu auxilium prębuerint, vti fautores, & receptores hęreticorum puniri, sicque per quoscunque Iudices etiamque definiri debere, &c. decernimus, & declaramus, hęc ibi, ad rem, de qua agimus spectantia.
630 Verùm nulla in prędictis Bullis mentio de abiuratione Italis contra normam Clementis viij. in terris hęreticorum habitantibus, vel contra prohibitionem Gregorij xv. in Italia, aut in Insulis ei adiacentibus, eosdem hæreticos recipientibus
631 iniungenda, vel secus. Carena item sub finem citati § 5. circa talem abiurationem se breuiter expedit his paucis. De modo autem, inquit, procedendi contra reos incidentes in has constitutiones, maximè quoad torturam, & abiurationem plenè dixi in tit. de Fautoribus, &c. in §. de conuersantibus cum hæreticis. ita ille; Recurrendum itaque nobis ad illum §. Cum ipso

Care-

632 Carena. Per conuersantes autem cum hæreticis intelliguntur diuersi: primò, qui alloquuntur eos, vel immediate ore ad os, vel per tertiam personam, aut per transmissionem, ac receptionem literarũ. Ita Farinac. de hæresi, quæst. 182. n. 168. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. n. 12. & Pegna 2. par. direct. commen. 81. lit-
633 tera D. vers. iam vt vno verbo. Item qui eos visitant, iuxtà textum in cap. Accusatus, §. ille quoque, de hæreticis in 6. Eymericus 2. par. Direct. quæst. 56. n. 8.
634 & Farinac. ibidem num. 175. Dein qui hæreticis munera tribuunt, & cum ipsis cõtrahunt affinitatem. Afferunt Locatus in verbo suspicio num. 20. Eymericus, & Pe-
635 gna loc. cit. Præcipuè tamen intelliguntur, qui commercium, seù negotiationem cum ipsis hæreticis habent secundum Farinac. vbi supra, & Ioan. Rojas singulari 212. maximè stante dict. prohibitione Clementis VIII. & Gregorij XV. in Bullis eorum allegatis.
636 Quòd autem omnes regulariter cõuersantes cum hæreticis, & præsertim negotiantes cum illis contra dictam prohibitionem, sint suspecti de hæresi, vel fautoria, & debeant aliqualiter abiurare, adducit & erudite idem Carena in dict. §. 7. de conuersantibus cum hæreticis, audi quæso eius verba.
637 Sciendum tamen, inquit, est generaliter hosce conuersantes cũ hæreticis suspectos esse de hæresi, fautoresque dici hæreticorum; ita Reportor. Inquisitor. in verbo hæreticus, vers. Nota, quòd conuersatio, & in verbo conuersatio, vers. 2. & in verb. Detegitur, vers. Item si nunquã vbi quòd hæc suspicio est vehemens. Locatus in Iudiciali Inquisitorum, in verbo suspicio, num. 15. vbi propterea, quod habentes familiaritatem cum hæreticis, propter vehementem suspicionem, debeãt abiurare, Ludo. a Paramo de origin. Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 9. num. 166. & seqq. vbi, quod ex conuersatione vehemens oritur suspicio, ob quam tales conuersantes sępe coguntur, vel se purgare, vel familiaritatem illam, & conuersationẽ abiurare. Hactenus Carena cum citatis ab ipso auctoribus.
638 Addit tamen benè ipse Carena ex sententia Locati in Iudic. Inquisit. in verbo credentes, num. 2. Siman. de cathol. Instit. tit. 11. num. 9. & Farinac. de hæres. q. 182. num. 9. quòd prædicta n. præcedenti non sint indistinctè sumenda, cum non semper huiusmodi cõuersantes cum hæreticis sint vehementer suspecti de hæresi, sed aliquãdo tantùm leuiter, attenta qualitate personarum, loci, temporis, & aliarum cir-
639 cumstantiarũ. Vnde consequenter abiuratio eis secundum gradũ suspicionis, modo de vehementi, modo de leui iniungẽda.
640 Circà hæreticos tandem mercaturæ causa ad quascunque Christianorum terras venientes quid? De his ex professo tractat Antonius Sousa lib. 1. Aphorism. capit. 31. per totum, 20. numeris, vbi pro explicando modo, quo Inquisitores contrà eos procedere possunt, & debent; vel secùs, varia resoluit ex ijs, quę in alijs casibus à Doctoribus traduntur, cum de hac materia nullus sit, qui scripserit, vti istismet verbis id affirmat ipse Sousa (intelligitur ante eum) & confirmat Carena dicto tit. 17. §. 6. vbi ex illo solo, nullo alio auctore citato, aliqua hùc spectantia desumpsit.
641 Certum primò est, quòd ex permissione, seu ex conuentione, facta inter Principem catholicum, & Principem hæreticum (sicut multis ab hinc annis fuit facta inter Regem Hispanię, & Regem Angliæ) possint venire hæretici ad loca Christianitatis sub conditione in his, quæ ad fidem, & Religionem pertinent, eos non fore molestandos, nisi dato scandalo; tuncque propter ipsum prout de iure puniendos ab Inquisitoribus scilicet. Ita citati Sousa, & Carena.
642 Secundò, certum est, prędictam permissionem, seu conuentionem sub illa cõditione, non sortiri effectum, si tantùm Principis, seu Regis auctoritate nitatur; quia huius iurisdictio laica non se extendit circa negotia Ecclesiastica, & ad fidem spectantia, cap Decernimus, de iud. mar.
643 de iurisdict. tr. 1. & 2. Debet ergo esse approbata talis conuentio à Summo Pontifice, & expedit sępe, vt per eum ob bonum publicum communitatis approbe-
644 tur. Sine hac autem approbatione integrum relinquitur Inquisitoribus contrà dictos hæreticos ad terras catholicorum negotiandi causa venientes procedere, prout iuris fuerit, ratione hæresis, siue hàc isti in eorum districtu manifestauerint, siue in alio; nam hęreticus vbique peccat, & vbique capi, ac puniri potest. Eymer. 2. par. Direct. quæst. 42. vbi Pegna, commen. 91. & par. 2. in cap vt commissi, n. 12. de hæret. in 6. Afferuntque totum hoc relati Sousa, & Carena.
645 Tertiò, certum est, si ante talem conuentionem approbatam à Papa, fuerat iã denunciatus aliquis hæreticus Sancto Officio; licet postea in Hispaniam v.g. ad negotiandum transeat, posse apprehendi, & obligari ad amplectẽdam fidem ab Inquisitore. Cum hic per denunciationem pręcedentem habeat ius acquisitum contra hunc hæreticum, quod ius per subsequẽtem conuentionem non amittitur Ita Sousa, & Carena ibidem.
646 Quartò certum est, quòd secundum doctrinam D. Thomæ 2. 2. quæst. 43. art. 5. tunc adsit scandalum, ratione cuius potest Inquisitor procedere contra talem hæreticum, quando hic dictis, vel factis minus rectis præbet alicui occasionem ruinæ in materia fidei. Extendit hoc bene Sousa à num.

num. 16. vt si hæreticus, rationibus, persuasionibus, aut alia via persuadere nitatur suam sectam, seu errorem aliquem cōtra fidem alicui homini catholico, aut hūc à Doctrina Catholica, & puritate fidei re-
647 mouere. Item si sacramenta profanet, aut ipsis, vel sacris imaginibus iniuriam inferat, si ad præsentiam diuinæ Eucharistiæ non assurgat, vel cooperto capite incedat, & his similia faciat, quibus scandalum præbet, & propterea ab Inquisitore, prout de iure, puniri potest.

648 Prædictis vt omninò certis sic traditis, restat discutiendum illud dubium, an cōtra hæreticum, ad loca Christianitatis mercaturæ causa venientem, si ibi dicto modo scandalum præbeat, possit procedere Inquisitor ratione hæresis? Hoc secundum esse probabile affirmat Sousa dict. cap. 35. num. 7. & 8. quia per delictum scandali cessat conditio contenta in conuentione non molestandi in materia fidei, seu Religionis talem hęreticum, vnde fit de foro absolutè Sancti Officij, & potest cogi ab Inquisitore ad relinquendam hæresim, & si nolit, puniri prout de iure.

649 Nihilominus ipse Sousa num. 9. primū iudicat probabilius, quòd nequeat Inquisitor punire illum hæreticum propter hæresim, sed tantum propter scandalum; quia ità videtur exceptum in dicta conuentione, à Summo Pontifice approbata; & quia delictum scandali non tribuit iurisdictionem in aliud delictum hęresis exceptum, secundum Doctores in cap. fin. de foro compet, & in cap. 1. de raptoribus Sousæ in hoc absolutè adhæret Carena
650 dict. §. 6. num. 25. Ego verò neutram partem, vt probabiliorem admitto, cum nulla appareat ratio, quæ ad id me inducat: Proinde vnicuique earum probabilitatem tantum tribuere, congruum iudicaui.

651 Secundum autē eam sententiam, quam Sousa pro babiliorem tenet, quoad abiurandum, vel secus, quod est proprium nostri instituti, sic sentit (Hæreticis, inquit, qui ratione scandali puniuntur, non est ea abiuratio indicenda, quæ secundum ius hæreticis, vel suspectis indicitur: cum nec de hæresi solum iudicentur suspecti, nec
652 ad fidem redeant.) Hæc ille, quæ non habent locum attenta opposita sententia probabili secundum quam, contra dictos hæreticos prębentes scandalum, procedēdum ab Inquisitore, & ratione scandali, & ratione hæresis, hinc reducti illi ad fidem catholicam, de formali abiurare debent, vt per se manifestè patet.

653 Restat denique hic peculiare dubium, an supposita dicta conuentione inter Regem Hispaniæ, & Regem Angliç, approbata a Summo Pōtifice possint venire Angli hæretici causa commertij ad has Insulas Melitenses, absque eo quòd molestentur in materia fidei, & Religionis, nisi dato scandalo? Dubitabatur olim circa hoc à
654 DD. nostris Inquisitoribus. Et consulta Sacra Congregatione Vrbis, responsum fuit ab ea affirmante, vt patet ex litteris ipsius 1. Iulij 1605. & 8. Octobris 1605. itē 23. Nouembris 1607. quę asseruantur in Archiuio nostri Tribunalis melitensis, idque apparet rationi congruum, cum Rex Hispaniæ habeat dominium directum istarum Insularum, atque his Regula nostra terminatur.

An ad Inquisitores spectet examinare reuelationes muliercularum, & aliorum? & an aliquando cum abiuratione expediri debeant?

REGVLA CCCCIII.

655 TAmetsi absolute loquendo examen reuelationum, à quibuscunque habeantur, siue maribus, siue fæminis, pro-
656 prium iudicetur ordinariorum; Si tamē personæ eas habentes præsumantur à Dæmone illusæ, vel si occasione ipsarum reuelationum proferant, aut doceant aliquid hæreticum, sapiens hæresim, erroneum, temerarium, scandalosum, etiam absque dubio potest Inquisitor contra tales personas inquirere, & expendere à quonam spiritu huiusmodi reuelationes dimanant;
657 Perspectis autem circumstantijs facti, personę, loci temporis, etiam decernendū circa abiurationem aliquam illis iniungēdam, vel secus.

658 GRauissima est, & valde copiosa materia ista de Reuelationibus; ex qua, vt quod ad rem præsentem spectat facilius explicetur, & clarius comprehendatur, conuenientius duxi, nonnulla breuiter (quandoquidem occasio fert) attingere de multis, quæ circa eam traduntur abundanter à Doctoribus, præcipue à Beato Vincentio Ferrerio tr. de vita Spirituali cap. 11. & 12. Ioann. Gersone tr. de probat. Spirituum, & ab alijs, quos citat Martinus Delrius disquis. Magicarum lib. 4. q. 3. vbi omnia ad tria capita reducit, nempe de eo, qui iudicat an sit vera, vel falsa reuelatio, de persona cui facta est, de ipsa reuelatione, & eius circumstantijs, atque varijs sectionibus eruditè expendit.

659 Quoad hoc postremum, vt ordine retrogrado procedamus, perpendenda aliqua sunt, vt innotescat, an sit vera reuelatio, an falsa, seu illusio Dæmonis. primò perpendendum, sit ne reuelatio diuinæ sapiētiæ conformis, eritque talis, si contineat à D. Iacobo in epist. canon. cap. 3. requisita; nempe si sit *pudica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatio-*

tione. Si inducat ad aliquid, quod exemplis Christi, & Sanctorum magis assimilet, si hominem intrinsecè demissorem efficiat, quàm sine reuelatione esset, quibus, & alijs pluribus susius extendit cum Gersone Delrius lib. 4. sect. 5.

660 Confirmat autem ipse testimonio Ioan. Salisber. lib. 2. cap. 17. his istius verbis. Sed cùm hæc, inquit, à spiritibus circà homines fiant, eam solum rerum imaginem fidelis anima non aspernarur, quæ innocentiam relinquit incolumem. Quod si materiam vitijs afferat, libidinem fortè accendens, aut auaritiam, aut dominandi ingerens appetitum, aut quidquid huiusmodi est, ad subuersionem animæ, proculdubio, aut caro, aut malignus spiritus immittit. Hactenus testimonium Salisber.

661 Ex eius verò vltima parte duo falsarum reuelationum fontes manifestè apparent, nempe caro, & Dęmon, vt benè notat ibidem Delrius, & approbat; meritò tamen reijcit hic obiter illum, (reiecerat iam ipsum ex professo lib. 2.) circà id, quod minus peritè, & verè affirmat, falsa scilicet esse, quæ de lamijs communiter dicuntur, de transportatione earum ex loco, ad locum, operante Dæmone &c. non sine fundamento dici, alibi iam à nobis ostensum, & infra pluribus ostendetur: Nunc posterior fons multiplicis falsæ reuelationis iam magis indicandus cum Delrio, qui sic prosequitur.

662 Dæmoniacę, inquit, reuelationes censendæ, quæ prædictis operantur contraria, ad Scurrilia, & carnalia, vel inuida, & detractoria, & immodesta incitant, quæ hominem reddunt auersum à Christi, & Sanctorum imitatione, reddunt gaudentem nouis, & singularibus inuentis suis. Vt enim optimè D. Bernardus ait serm. de vtilitate verb. Domi. se transfigurat malignus ille Spiritus aliquando in Angelum lucis, vt virtutis simulatione plus noceat; sed & tunc quoque si diligenter aduertimus, numquam nisi amaritudinis, & discordiæ semina spargit. Suadet enim nonnullis singularia ieiunia quædam, vnde cæteri scandalizentur, non quia diligit ieiunium, sed quia scandalo delectatur. Item si suadeat aliqua contrà canones, &c.

663 Ostendit prædicta idem Delrius varijs exemplis diuersarum personarum, quæ à Dæmone illusæ falsas habuerunt reuelationes, & quæ veras, diuinitus acceptas absque vlla illusione: vide ea apud ipsum loc. citat. desumpta ex Simeone Metaphr. ex Surio, & ex alijs auctoribus. Duo tamen referre nõ grauabor maioris claritatis gratia, alterum reuelationis falsæ; ex verba ipsius Derlij.

664 Vah? inquit, quàm contraria fuit illa gaudensis virgo nostris temporibus? Misella diu vacarat orationi, & sacramenta frequentarat; sed vel non satis exercitatũ nacta fuerat confessarium, vel si nacta, ei sua secreta spiritualia non pandebat, vel benè monenti non credebat, quidquid horum fuerit, paulatim varijs reuelationibus eam diabolus superbiæ spiritu inflauit. Tãdem persuasit, meritis reliquis parem esse Deiparæ Virgini: deesse fæcunditatem iũctam virginitati illibatæ; si pergat, id quoque consecuturam. O Vafrum commentũ, & muliebri ingenio accommodatum?

665 Iam illa se confessionis indigam non esse rebatur, itaque per annos aliquot eam intermittens, non abstinebat tamen à Sacra Sinaxi. Quid multa? semel dum in templo versatur, & communionem expectat, ardentiusque beneficium illud reliquũ postulat, audit, bono sis animo, dilecta, exorasse te scito concessa tibi fæcunditatis cum castimoniæ prærogatiua, quam petis: de cælo confide te grauidatam. Commiscuerat enim se cum Dæmone, qui lucis An-

666 gelum mentiebatur. Domum reuersa, sentit vterum tumescere: iusto post partus tempore aduenienie, pium quendam, & prudentem adit ciuem, benè notum, narrat rem totam, petitque, vt in Domus eius penetralibus sibi liceat parere, & stipulatur arcanum foro. Ille nec credulus dictis de reuelatione, nec tamen sustinens virginẽ domo excludere, veritus, ne grassari iam incipientibus sectarijs, materiam res vulgata præberet blasphemis hæreticorum dicterijs, atque lædorijs, eam suscepit, & adhibita obstetrice fida partum expectat.

667 Misera doloribus vehementer torquebatur, tandem magnam pro humana prole, horridorum, & villosorum fædissimorumque vermium copiam effudit vtero, quorũ tam dirus erat aspectus, vt omnes exhorrescerent, tam teter odor, vt fætore ferme exanimarentur. Sic demum, misella se delusam intellexit, & superbiæ suę fructum, à superborum Principe retulisse, quem oportebat. Hactenus ille ex proprijs.

668 Alterum exemplum verę reuelationis, seu apparitionis narrat Delrius ibidem sic. Genebaldus Laudonensis Episcopus per incautam cum vxore, quam deseruerat familiaritatem, ex bono principio ortam, tandem quę humana fragilitas est, cum ea corpus miscuerat, sed posteà ad cor reuersus, & D. Rhemigio Remensi confessus in angustissimum locum instar sepulchri reclusus fuerat, vbi cum septem annis pænitentiam asperrimam egisset.

669 Septimo (inquit Hinemarus in D. Rhemigij vita apud surium 13. Ianuarij) anno in vigilia Cenæ Domini, cum idem Genebaldus in oratione Domini pernoctaret, & se ipsum defleret, circa mediam noctem Angelus Domini cum magna venit luce, ad eum in oratorium, vbi pronus iacebat, & ait ad eum: Genebalde exauditæ sunt pro te orationes patris tui Rhemigij; suscepit quoque Dominus pœnitentiam tuã,

&

& dimissum est peccatum tuum. Surge, & hinc egredere, facque ministerij Episcopalis officium, & reconcilia Domino pœnitentes criminibus suis. Genebaldus autē nimio terrore perculsus, respondere nihil
670 potuit, Tunc Angelus Domini confortans eum, & ne timeret, hortatus est, sed gauderet in misericordia Domini sibi collata. Qui animatus, dixit ad Angelum, non possum hinc egredi, quia Dominus, & Pater meus Remigius clauem huius ostij secum habet, quod, & sigillo suo signauit. Et Angelus ad eum, vt non dubites (inquit) me à Domino missum, sicut patet tibi Cęlum, sic, & ostium istud patebit. Et statim saluo sigillo, & cera, ostium illud apertum est. Hæc ille cum Hincmaro citato.

671 Sed Genebaldus, licet non dubius de vera reuelatione ex miraculosa ceræ, & sigilli integritate ad certitudinem eius multo maiorem obedientię signum, seu remedium omnium certissimum sibi assumpsit: Vnde ibidem sic additur. Tunc Genebaldus in modum Crucis se iactans in limine dixit, etiam si ipse Dominus Iesus Christus dignatus fuerit ad me venire peccatorem; hinc non egrediar, donec ille venerit, qui me in eius nomine, in ista reclusione constituit. Et statim Angelus Domi-
672 ni recessit ab eo. Quid ergo? placuit Deo Genebaldi animus, & per Angelum hæc omnia eadem nocte, remis pernoctanti in oratione D. Remigio manifestauit, eique laudunum proficisci iubet, & Genebaldum Episcopali sedi restituere, quod, & factum ab eo confestim. Hucusque Delrius.

673 Perpendendum item, quod multiplices sint in omnem partem Dęmonis fraudes: quandoque inducit ad id, quod optimum est, & tunc subest periculum superbię, quæ vt pestis valde cauenda, & manifeste apparet ex casu prædicto Gandensis Virginis. Quandoque inducit ad bonum, & inde potest colligi talem inductionem esse à Dæmone, si hoc bonum sit maioris boni impedimentum, atque propterea Diabolus multos decepit, quia ad hoc non attenderunt. Tradit idem Delrius dict. sect. 5. ex communi omnium doctrina,

674 Comprobatque Exemplo viri insignis B. Iordanis Illustrissimæ Religionis Dominicanæ Magistri Generalis, quem Dæmon, vt ad concionandum redderet inidoneū impulit relinquere illa, quæ eius corpusculo erant necessaria, sub specie boni exempli, & austerioris vitæ præbendi; sicque ipsdm ad maximam virium infirmitatem redegit. Narrant historiam diuersi; præcipue Leander Albertus eiusdem Religionis in eius vita cap. 21. & 22. Lubet proprijs ipsius verbis referre: Sic ergo scribit Albertus de illo febri acutissima laborante.

675 Forte, inquit, cum venerando Patre erat quidam cænobij cuiusdam præsidens, quem priorem appellant, ordinis nostri, vir discretus, sollers, prouidus, litteris callens, & moribus compositus, qui aliquando medicinę operam dedit. Is igitur Iordanis Patris animum ignorans, & sciēs eum in ęgrotatione sibi rigidissimum, dixit. Pater oportet ægrotum in omnibus medico se subijcere, si pristinam nancisci cupiat sospitatem. Qua propter licet sis nostræ Religionis Præfectus, & caput, ægrotus præfecturæ auctoritatem dimittas, mihique te subdas, & obedias necesse est. Quod si feceris, haud vereor, quin in bre-
676 ui incolumis hinc exeas. Annuit Venerandus Pater humiliter: præter ergo ordinis nostri consuetudinem super plumas ægroto quiescenti (sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus, formam præ se ferens Angelicam apparuit, dicens, veluti admirabundus. Est ne hic Iordanes, fama, & opinione apud omnes tam præclarus? Præfectus, & Pater tam insignis Prædicatorum Ordinis? essem anceps, nisi ante hac te diu nouissem. O quam vilis, & impudens factus es, qui veluti vnus de dominis terræ in strato plumis, & sericis
677 ornato quiescis? O infælix quale ordini tuo, & fratribus exemplum præbes? sed non est tui Deus in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur ē grabato, terraque protinus supplex inhæreas, statimque Diabolo euanescente perterritus Iordanes in terram corruit, & sic iacens postquam illuxit, à Priore, & fratribus inuenitur. Quem Prior seuere corripiens, coegit ex merito obedientiæ in strato præparato decumbere.

678 Sequente nocte iterum Diabolus pristina forma assumpta adstitit, & durius quā antea redarguit velut sibi inobedientem, moxque in solum ipsum desilire præcepit. Quem cum mane eius diei Prior iteratò super solum iacere conspexisset, apprimè indignatus dixit, miror tuam simplicitatē, ne dicam inscitiam, qui non solum in corporis, sed & animæ præiudicium contra obedientiam hoc facere præsumpseris. Ego enim Deum cæli, terræque Dominum testor, quod noluissem pro toto terrarum orbe sic grauiter contra Deum, & ordinē deliquisse: Et hæc dicens in fletum maxi-
679 mum prorupit. Quod cernens Venerabilis Pater, & ipse lachrymans procidit ad pedes eius, narrans ei visiones, sed magis illusiones, & qualiter, vt conijcere poterat diabolum illum fuisse, qui in Angelum lucis fuerat transfiguratus. Prior vero captus admiratione, ac quadam commiseratione illius, aliquantulum lenitus, iussit ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tantam membrorum debilitatē contraxerat, sicque humores indurati fuerāt, vt vix spiritum ad quiescendum haberet.

680 Tertia nocte Diabolus, vt prioribus adfuit, quem vt conspexit vir sanctus (ia m enim

enim in increpationes eruperat) ait. O nequissime generis humani hostis, ô impudice canis, ô immunda bellua, quomodo meam ausus es simplicitatem deludere, seu zelum qualemcunque ergà ordinem præ te ferens? Et ego quidem, nisi hoc Omnipotentis Dei dispensatio permisisset, sapiẽtius aduertissem, quòd multo melior est obedientia quam stultorum victimæ; Et in faciem eius expuens eum fugauit. Ita ille.

681 Deinde perpendendum, an quod reuelatum fuit (vt ait Gerson, lib. de probat. spirit.) id humana intelligentia quis sine reuelatione potuerit assequi: nam tunc suspectam esse debere, vt superuacaneam, & haud necessariam, ex se apparet. E cõtra verò si fuerit de re quauis, quæ humanam intelligentiam & Dæmonis scientiam superat, vt si dependeat à libero arbitrio futurus effectus, tunc non poterit aliunde, quàm desursum accepta fuisse reuelatio.

682 Verùm an res talis sit, difficile censetur statim iudicare, cum nequeat nisi successu temporis sæpius id percipi, maxime quando euentus prædictionis veritatem est manifestaturus. Docet loc. cit. Deltius, cum Gersone relatu ex mente omnium.

683 Occurrit autem opportune ad hoc vltimum verum ostendendum reuelatio illa, quam habuit personæ quædam, de cuius eximia virtute, & charitate in Deum, ac perseuerantia mirabili in exercendis pijs operibus valde mihi innotescit, cum per longissimum tempus bis vnaquaque hebdomada, & aliquando ter eius confessionem audierim, & Sacram Eucharistiam sumendi facultatem concesserim, atque circa veritatem huius reuelationis absque ylla Dęmonis illusione post effectum secutum transacto aliquo tempore, nulla potuit esse dubitatio: audias eam, quia scire iuuabit.

684 Die itaque 29. mensis Aprilis 1613. accedens de more summo mane ad confessionem, indicauit in ea mihi habitam præcedenti nocte reuelationem, seu apparitionẽ Sancti Ioannis Baptistę, pręcipientis ei, vt curaret notificari tria Eminentissimo Magno Magistro Alofio Vvignacourt, iussu eius exequenda. Primum, inquit, vt custodientes partes maritimas huius Insulæ, id hac æstate vigilantius exequantur, eo quòd triremes turciæ sint huc sine dubio venturæ, & immineat periculum aliquod
685 oppidum prędandi. Secundum, vt quãprimum in portu australi, vulgo, Marsa Scilocco propugnaculum fortissimum erigatur, ad impediendum illuc ingressum classe Turcarum, quæ in his oris post bre-
686 ue tempus conspicietur. Tertium, vt parti aquilonari huius Vrbis Vallettę ad leuam Sancti Elmi maior fortificatio adhibeatur, quòd inde hostibus ad eius expugnationem fere aditas pateat. En tria reuelationis capita mihi indicata: silentium tunc iniunxi personę indicanti, ne cum aliquo de his loqueretur, sed rem totam Deo commendaret.

687 Equidem tota die cogitabundus incedebam anceps valdè in negotio tanti momenti quid consilij caperem; sed die sequenti vltima Aprilis, diuino inspirante numine, viam atripui Obedientiæ tutissimam, & ab omni Dæmonis illusione liberam, nempè directionem, & iussionem mei superioris: Adiui tempore Orationis Patrem Rectorem Hieronymum Falconẽ, virum eximiæ sanctitatis, & prudentiæ, ac experientiæ, cui in actu sacramentalis confessionis prædicta omnia manifestaui, & ipse expediens duxit, vt prius ista Illustrissimo Domino Episcopo Thomæ Gargallo, & postea ex approbatione eius, Eminentissimo Magno Magistro nota fierent; sicuti per me iussu eiusdem Rectoris, illi eodem die, huic vero sequenti, prima
988 Maij notificata fuerunt. Quamquam Eminetissimus Alofius circa executionem statim secundi, & tertij nequaquam se obtulit, & inducias dixit sumendas quousque opus maioris considerationis, cui totus tunc intentus erat, adducendi maximis expensis per spatium septem miliarium fontem excellentis aquæ perennem, & abũdantissimum intra mænia huius Vrbis Vallettæ, ad finem perduceret.

689 Verùm postquam ab effectu primam reuelationis partem prorsus veram conspexit, non amplius dubius de secunda, & tertia, ad vtrumque, quod per eas à Sancto Ioanne Baptista ei iniungebatur, illico animum applicuit (non omisso fontis opere) & manum executioni admouit. Quippe die 17. Augusti eiusdem anni vidimus omnes, ante ortum Solis, non longe ab Arce Sancti Elmi ad partem dexteram, octo triremes Turcicas, quæ huc accessere, dum Tunetum proficiscerentur, animo (vt eidem personæ piæ diuinitus reuelatum) prędandi oppidum Belchercara; sed maior vigilantia custodientium noctu eas partes maritimas, effectum impediuit.

690 Post discessum dictarum Triremium, vix dies 20. transacti erant, cum de construendo propugnaculo in prædicto portu australi à venerando Concilio status resolutum fuit, tantaque diligentia, & assistẽtia per Dominum Vvignacourt in constructione eius adhibita, vt per spatium ferè sex mensium præsidente, & promouente opus viru ad id aptissimo Gregorio Xerri ex Primarijs huius insulæ, vltimam perfectionem acceperit, ad effectum intentum per opportunam, nempe non solum alijs quibuscunque piratis: sed ipsi etiam Turcarum classi ingressum in portum illum impediendi, vti post aliquod breue tempus, omnibus manifeste innotuit.

691 Anno namque sequenti 1614. die 6. Iulij, quo celebratur octaua Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, prima post dimidiam

diam noctem hora transacta, sexaginta triremium turcicarum classis illuc appropinquauit, nihil sciens de nouo propugnaculo ibi extructo, cum sæpius ingredi tentasset, semper frequenti, & horribili tormentorum æneorum explosione, penitus ab eo fuit repulsa, ac propterea coacta in alio loco, vulgo, Marsa Scala, ab illo fere per milliare, & dimidium eius distanti, non ita commode, nec ita tempestiue, aurora iam illucescente, suos milites, numero quinque millia, ad prædandum in terram emittere, vti deliberauerat; sed frustra, absque
692 vllo effectu; Imò cum detrimento, atque dedecore non exiguo; cum à nostris vix bis millibus fuerint ignominiosissimo reiecti, non paucis ipsorum captis, & occisis, nostrorum verò vno tantum vulnerato, qui postea bene munitus confessione per me audita, & alijs sacramentis obijt, & altero minoris ætatis in captiuitatem ducto.

693 Post hanc insignem sanè, & gloriosissimam Victoriam, quæ secundam prædictæ ostendit, transactis paucis diebus, non tardauit Eminentissimus Vvignocourt executioni mandare tertium illud, quod S. Ioannes Baptista ei iniunxerat, maiorem scilicet fortificationem adiungendi, parti aquilonari Vrbis Vallettæ ad leuam Sancti El-
694 mi. Atque hæc à me hic obiter tradita, tum vt historiæ adeo insignis aliqualiter memoria extet; tùm vt reuelationem à secuto affectu apparere veram, absque vlla illusione, peculiari exemplo ostenderetur.

695 Est etiam illud perpendendum ad indagandam veritatem alicuius reuelationis particularis, an ab auctoribus referantur aliæ similes indubitatæ, quibus ipsa confirmetur: quod varijs exemplis ostendit Delrius dict. sect. 5. vers. Quinta consideratio, e contra verò an circa idem adsint duæ reuelationes oppositæ: nam tunc altera earum necessario falsitatem, seu Dæmonis illusionem continet, sicuti nonnulli referunt, quòd adsint contrariæ reuelationes circa Mysterium Conceptionis B. Virginis Mariæ: sed hoc nos Regula sequenti reijciemus.

696 Sumenda item inditia ad cognoscendam veritatem, vel falsitatem, seu illusionem reuelationis ex circumstantijs eius, vt loci, temporis, modi, &c. præcipue à circumstantia finis nempe quid induxerit hominem ad reuelationem ab ipso habitam alijs propalandam; an curiositas, leuitas, seu vanitas? an ambitio, vel cupiditas, seu auaritia? num vtilitas propria, spiritualis, aut carnalis, an aliorum, plurium, vel paucorum. Ita Delrius dict. quæstion. 3. sect. 6.

697 Vbi addit sic cum Gersone citato; In hac ipsa, inquit, causæ inuestigatione perpendendus finis, non tantùm proximus,

& apertus, sed occultus etiam, & remotus. Potest enim finis proximus apparere bonus, & salubris, & deuotus ad ædificationem aliorum, qui tandem prolabatur in multiplex scandalum, dum non responderunt vltima primis, vel alias falsum, fictumque deprehendetur in personis fuisse reputatis mægnæ sanctitatis vt docuit ætas nostra in deceptionibus Doctorum Ioãnis de Varenis, Ioann. iuss. & similium. Hactenus cum Gersone Delrius apud quem plura legas huc spectantia.

698 Non possum tamen omittere id, quod ipse adducit ex lib. exercit. S. Patris nostri Ignatij, de dignos spir. per sequentia verba. Quartò videndum, inquit, quomodo se spiritus ipse ingesserit. Nam proficientibus spiritus malus se dure, implacide, & violenter, quasi cum strepitu quodam, vt imber in saxa decidens, infundit. bonus verò ijsdem leniter, placidè, & suauiter, sicut aqua irrorat spongiam. Illis verò, qui in deterius proficiunt experientia docet contra euenire. Ita ibi.

699 Quoad secundum de persona habente reuelationes, Delrius tota sect. 2. dicta quæst. 3. ex varijs auctoribus diuersa adducit perpendenda ad percipiendum an illę sint veræ, à bono spiritu immissæ, seu falsæ à Demone deriuata? Primo, perpendendum sit ne habens reuelationem Fide Catholica sincere præditus. Vnde nullo modo est credendum reuelationibus Dæmonicolarum, & hæreticorum, qui ea pror-
700 sus carent, si illas fingant. Sicuti Ecclesiæ initio falsas Charintus finxit, & ipsas Apostolorum nominibus insigniuit, vt ex Caio, & Dionysio Alexandrino refert Eusebius lib. 3. cap. 22. & lib. 7. cap. 10. Extiterunt parimodo falsæ, & finctæ reuelationes sectatorum Marci Magi, teste Sancto Ireneo lib. 1. cap. 8. & 9. Tales etiam fuerunt illę, quibus Donatistæ conati sunt decipere generosum. vt ait D. August. ep. 165. & lib. 3. de animæ origine, capit. 11. Tales aliæ multæ, præcipue nostris temporibus, de quibus vide Delrium citatum.

701 Perpendendum item, an sint irreptitiæ personæ; illarum enim reuelationibus, aut prophetijs, seu potius illusionibus nequaquam credendum, cum delusæ à Dæmone censeantur, vt bene ait Firmianus scribens ad B. Cyprianum, extat inter hu-
702 ius epist. num. 75. Hinc prophetiæ montani iudicantur falsæ, quia sponte incipiebat vaticinari sed inuitus, furoreque, & ementia correptus pergebat, vt cum Eusebio per ipsum relato testatur Delrius, dict. sect. 2. vers. 2. Num sint. Etiam hinc numerantur inter falsas prophetias, illæ Monialium Quercetensium, de quibus Christianus Massæus in suo Chronic. lib. 20. anno 1491. per sequentia verba.

703 Eodem, inquit, anno, circa festum Cathedræ (terribile dictu) cæperunt Dæ-

mo-

mones habitare, & possidere Monasterium Dominarum Quercetensium, quas annis quatuor, & mensibus totidem miserabiliter vexauerunt. Vidisses eas crebrò, velut canes per agros discurrere, instar auiũ volare per aëra, sicut feles in arbores repere, pendere de ramis; variarum animantium effingere voces, secreta prodere, de futuris euentibus prophetare.

704 Denique quoties Dominus Henricus Cameracensis Episcopus, aut Dominus Aegidius Nettelet, Decanus eiusdem Ecclesiæ, viri virtutum, ad exorcismum earum accederet: En, inquiunt, cornutus ille, nunc in via est, vt nobis comminetur, venit. Post multa remedia vndecunque collata, earum nomina delata Romam ab Alexandro vj. lecta fuerunt in Cæna Domini sub diuino sacrificio, sed nihil profuit, ita ibi, vide plura pœnes Delrium.

705 Tertio perpendendum, inquit idem Delrius: Num fidei sinceritatem, vitæ, ac morum integritas, virtutesque commendent; an verò vitia, & imperfectiones notabiles eam dehonostent. Ideo non credendum superbis, ambitiosis, impatientibus, carnalibus, dissidia serentibus, & alios diffamantibus, vel pecunias hinc corradentibus; nec etiam hypocritis, qui singularia quædam affectatæ deuotionis, & pœnitentiæ signa, per superiores ecclesia-

706 sticos non approbata, ostentant. Confirmantur hæc vnius ex primis Patribus, Appollonij sententia, qui prophetias Montanistarum falsitatis hinc arguebat, tùm quòd Maximilla, & Quintilla maritos suos deseruerant, tum quod erant pecuniæ cupidæ, fœnus exercentes, tesseris, & tabulis ludentes, & mercedem prophetiarum accipientes; tum quod lasciuæ deditæ pigmentis, cultui corporis, & sumptuoso luxui Vestimentorum, hactenus ille cum Eusebio lib. 5. cap. 17.

707 Addit autem ex Gersone sic: Habet, inquit, pręterea quælibet passio profundata suam læsionem, suam ætatem, suam (vt Origenes loquitur) Dæmonium: patet in philocaptis, Zelotypis, & iracundis, in inuidis, & auaris. Vnde Poeta,

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Nimirum hi sunt manes, quos quemque pati Poeta cecinit; hæc quæ cuique Deus fit dira cupido, hæc eruditè Delrius.

708 Deinde perpendenda qualitas personæ habentis reuelationes, circa corporis constitutionem & dispositionem, an prę ferat redundantiam bilis acræ? an valetudo parum firma? an habitus corporis inedia, vel insomnis plus æquo deformatus? sit ne læso cerebro, aut nimis apprę hensiuus, vel imaginationis turbidæ, &

709 æquo vehementioris. Nam huiusmodi persona, vt dici solet, etiam vigilans putat se videre, audire, gustare, quæ nec gustu, nec auditu, nec visu percipit: sed Dæmon ei facilè imponit, eo quod falsarum rerum imaginibus obuersantibus tenaciter adhæreat, & assentiatur. Sic contigit sępè Epilepticis, qui vi morbifera agitati vaticinantur, quibus vaticinijs, seu ariolationibus nunquam incauti fuerunt decepti; vt optimè notat Delrius citatus, qui historiam admiratione dignam narrat epilepticæ feminæ lib. 5. sect. 16. in fine, ex Gersone, huius verba accipe.

710 Recitatus, inquit, est Lugduni Galliæ coram Clero processus cuiusdam Mulieris delatæ, & detentæ Burgi in Breyssia, quæ est notabilis villa Ducis Sabaudiæ, circa quam est Domus Sellionis Ordinis Carthusiensis. Hæc mulier sub pallio deuotionis, & reuelationum fingebat mirabilia. Asserebat enim se esse vnam de quinque fæminabus missis à Deo compassiuè pro redimendis innumeris animabus de inferno. Et iam sua collusione subdola deceperat in Regione illa quamplurimas simplices

711 Mulierculas. Sciebat videndo frontem peccata, quę fecerat vnusquisque: hoc enim secundum Augustinum Diaboli malitia scire potest, & suis reuelare; Non autem ea, quæ futura sunt absolutè, siue ea, quæ in secreto cordis latet & nullo exteriori motu, aut signo sesè produnt.

712 Habebat etiam supradicta mulier duos carbones in pede, qui eam afflixerant, quotiescunque aliqua anima ad infernum descendisset. Quotidie tres animas ab inferno liberauit; Vnam, vel duas sine difficultate, aliam, seu alias cum pœna maiore, vt dicebat. Mentis quoque excessus, seu extaticos sępè habebat, in quibus mirabilia per reuelationem didicerat, eratque mirę abstinentię, singularissimæ etiam vitę, plura verò alia de ea scribenda forent.

713 Nuper autem cum spiritus almus Ecclesię suę rector verus (vt creditur) hunc Spiritum falsum detegere vellet; hęc mulier capta, & pœnis vt torqueretur, est addicta, quę omnem veritatem confessa est, qualiter omnia prædicta cupiditatis occasione finxisset, vt se nutriret hoc modo, & paupertati suę subueniret; aut fortassis pro huiusmodi Diabolo se miseram in famulam dedicauit. Inuenta est insuper morbum caducum habere, ac eundem sub extaticis

714 excessibus, quos finxerat, palliari. De qua cùm varia opinio esset, an tanquam heretica puniretur; iudicatum est à Doctis ad penitentiam eam admittẽdam, nec esse hereticam, quia illa, quę fecerat, dimisit, nec obstinata permansit hucusque verba Gersonis lib. de examinat. doctrina litt. O, in fine vt refert ibidem Delrius.

715 Prosequitur autem ipse Delrius vbi supra lib 4. Magicar. Disquis. cap. 1. quęst. 3. sect. 3. perpendere qualitates personę habentis reuelationis, maximè qualitatem sexus, an fœminei? vt facilius percipiatur, sit ne falsa, an vera reuelatio? Sexus, inquit, ratio est habenda, quia si cętera sint paria, plus fidei virorum reuelationes merentur

rentur. Quia sexus iste (nempe fœmineus) imbecillior, naturales, vel Dęmoniacas suggestiones plurimùm habet pro diuinis, ita ille, qui diuersa adducit exempla ad id verùm ostendendum, qualiter sępius mulierculę suo Marte pietati deditę falsis reuelationibus à Dęmone allucinentur, vide ea apud ipsum, & non pigebit: ea ommitto, ne nimis diffundar.

716 Vnum tamen aliunde proponam in confirmationem; casus valdè singularis apud nostrates accidit, dùm Gandię Philosophię operam darem, in Monasterio Sanctæ Clarę obijt Monialis quędam cum eximię virtutis, & sanctitatis fama, vetula, vt dicebatur, ferè septuagenaria (demortuã vidi ad crates in Choro, & ex aspectu apparebat valdè iuuenis) vocabatur Soror Villeges, cui germanus frater in nostra Societate Iesù Pater Iosephus Villeges, vir summę Religionis, & auctoritatis. Die ipso obitus Pater noster Rector Collegij Gandensis, Hieronymus la Rocca, prudentia, & pietate prętans post prandium tempore recreationis coram multis è nostris, me audiente sequentia narrauit.

717 Triginta, inquit, sunt anni, ex quo, dum parimodo essem Rector huius Collegij, circa statum periculosum istius Sororis Villeges hodie de mortuę fui consultus Obierat tũc in isto Monasterio Sanctę Clarę alia Monialis, vocata Soror Clareta, qua cum priùs per multum tempus illa peculiarem familiaritatem spiritualem habuerat, vnde ante mortem conuentum secretò inter ipsas de apparitione, si Deo placuisset, denuncio dispositionis animę ... gratia, vel secus, ac de tempore moriendi Sororem Villeges, quę citius foret, aiebat se optare, vt ab infortunijs, & periculis

718 huius miseræ vitę liberaretur. Statim autem post sepulturam defunctę Sororis Claretę, hęc maximo splendore, & lucis gloriosę, vt apparebat, radijs clarescens, Prima noctis hora illi comparens, nunciat de fęlici animę statu per gratiam Saluatoris Christi Iesu; quod ei sit Charissima sponsa, post curriculum vnius tantum anni ad cęlestes nuptias transferenda, ac proinde se interim pręparet, additque sibi cõcessam à Domino facultatem quandoque ei comparendi, vti postea comparuit, ad ipsam magis excitandam, & disponendam; quibus nunciatis illa euanuit.

719 Verùm Soror Villeges peractis Deo gratijs, quòd vanam gloriam valde timeret, rem nulli, nec ipsi confessario manifestauit, atque iter vitę admodum singularis arripuit, asperrimis pænitentijs corpus macerando, à consortio aliarum monialium ferè omnino recedendo, ac præter diurnas iugiter preces in vigilijs, & Orationibus Domini pernoctãdo; ad istaque exequendã nouis apparitionibus sororis Claretæ, seù potius Dæmonis transfigurantis se in Angelum lucis in dies magis, magisque excitabatur; & nisi benignissimus Deus de remedio quamprimùm prouidisset, de illa sine dubio quoad animam, & quoad

720 corpus infęliciter actum esset. Adnotarunt citò omnes sorores in ipsa nouam, & nimis singularem viuendi normam, & quãuis prius ab abundantiori spiritus feruore id procedere putarint, maximè attenta eiusdem virtute, & maturitate, multorumque annorum regulari obseruantia; decursu tamen temporis de illusione Dæmonis meritò dubitari cæpit.

721 Vnde D. Priorissa coram paucis monialium senioribus Sororem Villeges examinauit, et si quid noui absconditum haberet, propalare iniunxit; illa primò negauit se quidquam habere, postea verò cum instantius cogeretur, & dixisset velle loqui cum ipsa sola Priorissa, alijs foras dimissis, Omnia prædicta ei secretò manifestauit, feriò affirmans se breui morituram; Quorum vehementer admirans D Priorissa iniunctio illi præcepto silentij, illicò ad capiendum consilium me vocauit, & de auditis ab illa certiorem fecit, & quid decernendum petiuit. Non dedi tunc ei responsum, sed die sequenti post fusas ad Deum preces, me

722 daturum promisi. Reuersus itaque ad Collegium, implorato per Orationem diuino lumine, tres à nostris Patribus prudentiores, & veteranos in consultationem adhibui, & communi omnium sententia resolutum, Sororem Villeges esse sine dubio à Dęmonio seductam, & allucinatam

723 Hæc autem resolutio per me subitò delata fuit ad Priorissam, cum adiunctione, vt præciperet illi in virtute Sãctæ Obediẽtię cõmunitatem in Omnibus, & per omnia sequi, à cõmercio ordinario aliarũ Monialiũ non recedere, nec defunctam Claretam, si denuò comparuisset vllo modo audire, sed potius prolatis Iesu & Meriæ nominibus, aspersaque aqua benedicta à se eam repelleret; sicuti hoc remedio; ac præsertim obedientiæ vi fuit repulsa, atque reliquũ illius anni, imò hucusque totos triginta annos Soror Villeges quietè, & sanctè vixit: Vnde veritas dictæ allucinationis, & seductio-

724 nis Dæmoniacæ omnino comprobata mansit. Hactenus de historia, quam ab ore Patris Hieronymi la Rocha, mei Rectoris Colegij Gandiensis audiui: Ex ea manifestè innotescit, qualiter in fæminis sit maius periculum, quòd à Dæmone falsis reuelationibus seducantur.

725 Quoad tertium denique, circa personam de veritate, aut falsitate reuelationum iudicaturam; distinguendum primò de reuelatione habita ab eo, qui laturus est iudicium, vel de habita ab alio, & quidem plus periculi, & difficultatis reperitur in priore casu, quàm in secundo, vt per se patet: nam nemo est bonus iudex sui ipsius, & maximè in rebus proprijs habet locum illud, Prouer. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Ad vtrumque tamen Casum requiritur, vt per-

persona iudicatura de reuelationibus, sit spiritualis, & deuota; nam vt ait Apostolus 1. Corint. 2. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.

726 Debet itaque primò ad rectè iudicandum an reuelatio sit vera, aut falsa, seù illusio, donum discretionis à Deo enixe postulare, concedeturque ei à Domino, si solidæ humilitatis virtute præditus fuerit, quia vt benè ait Moses ille apud Cassianum, solis humilibus à Deo hæc cognitio datur; vt in se, & de se sciat probare spiritus, ac etiam vt sciat illos de alijs, & in alijs discernere, an ex Deo sint. Ad id autem præstandū quasi duplex modus designari solet, alter *Experimentali*, & infunditur illi, cui facta reuelatio cum ipsa reuelatione propria.

727 Qui modus (vt ex Gersone adducit Delrius dict. quæst. 3. sect. 1.) fit per inspirationem intimam, seù internum saporem, siue per experimentalem quandam dulcedinem, siue illustrationem à Montibus æternis effugantem omnes tenebras dubietatis

728 Hic Modus rarus est, & paucis concessus: Et quibus concessus non est, illi non possunt suo iudicio, in proprijs reuelationibus stare: quibus verò concessus à Deo fuerit, illi tamen eo vti non possunt ad discernendas aliorum reuelationes; quia sicut *nemo nouit, quæ sunt Spiritus nisi spiritus* ipsemet; sic nemo cognoscit infallibili certitudine per experimentalem hunc sensum, ea, quæ in alieno sunt animo hæc ille.

729 Alter modus discernendi spiritus, qui datur Maximè in ordine ad alios, vocatur doctrinalis nam quicunque de reuelationibus alterius iudicium est laturus, expedit omnino doctrina non mediocri excellat, per diligentem, & piam sacrę scripturę tractationem, ex qua regulę sumuntur ad falsos prophetas à veris discernendos. Debet etiam applicare animum lectioni sanctorū Patrum, & Historię Ecclesiasticę, hincque illusiones, & reuelationes signis, ac notis

730 peculiaribus diiudicari poterunt. Multum etiam conferet si in dubijs, & ambiguis petatur Consilium à viris doctis, & pijs, ac in via spiritus longè progressis; in militia verò contra Dæmonum astus exercitatis, Veteranisque: sperandum est posse deceptiones in materia reuelationum, vel apparitionum sic sentiri, & vetari. Docet Delrius loc. cit. Qui addit per sequentia verba.

731 Plane ad hunc vltimum iudicicij ferendi modum non sufficit sola doctrina, sed accedat oportet ad illam experientia propria, vt quis sit, & doctus, & contemplatiuus, vt & scripturam, & reliquam Theologiam non leuiter delibauit, & in semetipso expertus sit variam (ait Gerson) affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nunc in cęlos, nunc descenderit in abyssos, & vident mirabilia Dei in profundo; Nam qui nauigant mare hoc mysticum, diuersarum affectionum, quasi collidentium se fluctuum enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium, quid nouit eorum?] ita ille, pœnes quem inuenies multò plura circa hanc materiam reuelationem, & apparitionum; Nobis prædicta attigisse sit satis.

732 Superest nunc proferre vnum verbum ad declarandam aliquantulum præsentis Regulæ Doctrinam, quæ extat bipartita: circa primam partem concordes sunt Doctores, quod habentes reuelationes, & apparitiones, quicunque sint, siue mares, siue fœminæ, in examine, siue iudicio earum, subdantur Ordinarijs locorum, vt passim practicari videmus in Curijs Ecclesiasticis, quod benè notat Carena 2. p. tit.

733 17. § 19. Et admonet Ordinarios, vt in illis examinandis semper habeant præ oculis Io. Gerson. Cancell. Parisień in tract. de probat. spiritum, in cuius fin hoc præcipuè monitum illis præbet, vt diligentissimè animaduertant, qualiter mulieres habentes reuelationes, aut apparitiones cum suis Confessarij conuersentur: sicque ex eo aduertit etiam Delrius lib. 4. Magicar. disquis. quæst. 3. sec. 3. & addit dignum esse tale monitum, vt litteris aureis scribatur.

734 De secunda etiam parte nullum est dubium, si occasione reuelationum, aut apparitionum quicunque eos habens hæresim aliquam credat, aut doceat, vel si in aliquod sapiens hæresim, erroneum, temerarium, scandalosum, & blasphemum inclinet, vel si illusione Dæmonis decipi præsumatur, contra hunc posse Inquisitorem procedere. Tradunt Simanach. Cathol. Instit. tit. 21. num. 25. & 29. Emanuel la Valle de Moura in Opusc. 2. de Incant. & Ensal. sec. 2. cap. 3. num. 19. Raphael della Torre in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. quæst. 95. art. 2. disput. 3. Diana, resol. Moral. part. 4. tract. 8. resol. 125. & Carena loc. cit.

735 Prædicti autem Doctores nequaquam exprimunt, qualiter Inquisitor expedire debeat huiusmodi reum, sibi subiectum, an cum aliquo gradu abiurationis, & quo seù potiùs sine ea? ex traditis tamen per nos alibi facile deduci potest, quid decernendum pro singulis casibus occurrentibus, attentis circumstantijs personæ, facti &c. Atque his finem Regulæ imponamus.

Contra Bullas Papales circa Conceptionem B. Virginis vtramuis partem qualificantes, quomodo in Sancto Officio expediendi?

REGVLA CCCCIV.

736 QVamuis summi Pontifices nec adhuc circa Conceptionem Sanctissimæ Virginis Mariæ determinauerat. Nihi-

737 hilominus ab eisdem Summi Pontificibus vetitum sub grauibus pœnis, ne alterutri parti siue affirmanti, siue neganti cẽsura aliqua tribuatur, subijciunturque contrafacientes iurisdictioni Inquisitorum vtique expediẽdi ab eis vt plurimũ absque vlla abiuratione, sed cum sola Monitione acri, ac declaratione, quòd in dictas pœnas pro lapsi fuerint.

---

738 DE hoc sacratissimo mysterio Cõceptionis Deiparæ Virginis Mariæ aliquam diximus lib. 1. nostri operis cap. 20. tota Regula 146 & ex Constitutionibus Pontificijs, Sixti IV. in extrauag. Graue nimis, de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, Pij V. incipien. super specula, Pauli V. incip. Regis pacifici de anno 1616. & ex Decretis editis in Congregatione Sancti Officij ab eodem Paulo V. & Gregorio XV. satis indicauimus, quid tenendum circa hanc materiam. Pauca itaque nunc illuc, & huc spectantia addentur.

739 Cauendum autem diligenter ne alterutri parti, siue neganti, siue affirmanti nimis adhæreas; nam si quis crederet Conceptionem sine peccato B. Virginis Mariæ vti articulum fidei esset sine dubio hæreticus si adsit pertinacia, à qua recedens deberet reconciliari cum abiuratione de formali quod ex Alfonso de Castro de iusta hæreticorum punitione lib. 1. capit. 8. dubio 4. affert Carena vbi supra, & addit sic.

740 Vnde etiam, inquit, propositio cuiusdam, qui dixerat, quòd licet articulus Conceptionis non esset de fide, erat tamen de pertinentibus ad fidem, quodque qui pro eo moreretur, esset vere martir, fuit damnata à supremis Inquisitoribus in Portugalia annuente Sanctissimo Paulo V. de anno 1619. teste Portel. in dubijs regul. in verbo Conceptio Deiparæ num. 6. Valeret tamen votum vel Iuramentum defed. Conceptionem sine peccato, vt late probauit idem Portel. vbi supra num. 1. Hactenus ibi Carena.

741 Quamquã personæ simplices ob ignorantiam, & simplicitatem ab hæresi sæpius fortè excusantur, si credant vt de fide certum B. V. Mariam fuisse conceptam sine peccato originali vel huius contrarium quia deest in eis pertinacia, ad formalitatem hæresis requisita, erit ergo in ipsis so-
742 lus error materialis. Nec sane mirum, cum in personis non simplicibus, sed iudicio præditis bis inuenerim hic, & Neapoli hunc maiorem errorem materialem circa istud mysterium, quòd crederent fuisse B. Virginem conceptam sine peccato originali idem esse atque conceptam sine peccato originali, idem esse atque conceptam per operationem Spiritus sancti, sicut fuit in Conceptione Verbi æterni, sine copula Sancti Ioachim cum Sancta Anna. Vnde constat, quantum expediat, vt cõcionatores explicent modum, quo fuit mysterium operatum.

742 E contra verò erit similiter hæreticus & de formali abiurare debebit, quicunque vt certum de fide crediderit, aut defenderit pertinaciter partem affirmantem quòd B. V. Maria fuerit concepta cũ peccato originali: imò ad vltimum suppliciũ condemnari, si à tali pertinacia noljt resilire. Patet ex iam traditis alibi, & similis casus affert diuersa exempla ibidẽ Derius ex Nicolao Baselio, monacho Hirsaugiensi, in Additione ad Chronicon Naucleri anno 1509. inueniens huius verba apud illum.

743 Vt plurimum tamen quicunque faciẽtes aliquid contra prohibitiones in præcitatis constitutionibus, ac Decretis Pontificijs contentas, absque vlla abiuratione in Sancto Officio expediuntur, sed si constet de contrauentione, declarantur incidisse in pœnas in eis expressas; quòd si non constet, sed tantum sint indicia contrauentionem sapientia, præsumptus cõtrauenisse, acriter corripiendus, & iuxta qualitatẽ casus, pœna aliqua mulctandus, vt si sit concionator ab vsu concionandi arbitrio remouendus. Ita Praxis m. s. sæpe à nobis citata cap. 19. & Carena dict. tit. 17. §. 11. Qui varios citat videndos circa hanc materiam, vt Naldum in sum. verb. conceptio. Barbosam de officio epist. alleg. 105. Comitol. 99. moral. lib. 6. 9. 40 & alios, deinde addit sic.

744 Praxis autem, inquit, contra hosce transgressores nostrarum Constitutionum esset, vt acceptata nunciatione in S. Officio, vel ad supremam Romanam Inquisitionem mittatur denuntiatio, ab eo que supremo Tribunali expectentur iussa ac Inquisitoribus in partibus exequenda.

745 Vel si denuntiatio commodè Romam mitti non potest, fieri debet ab Inquisitoribus diligens perquisitio scripturarum, & concionum in domo Inquisiti, & testes super contrauentionem diligenter examinãdi, quibus peractis, si de contrauentione constat, declarare debent Inquisitores, & ordinarij reos incidisse in pœnas, & censuras comminatas in dictis constitutionibus. Hæc ille, & ante ipsum citata Praxis m. s.

746 Tãdem cùm in prædictis Bullis, & Decretis summorum Pontificum includatur omnis modus possibilis prohibẽdi, ne quis audeat vlterutri parti affirmanti, vel neganti qualificationem tribuere quousque Sedes Apostolica circa mysterium Conceptionis B. V. M. decernat, egregie resoluit Carena ex magis fundata doctrina, quòd quiuis siue directe, siue indirecte contra prohibitionem faciat, in pœnas, & censuras ibi contentas incident. Atque his Regula clauditur.

Quanam expeditio in Sancto Officio de testibus falsis, & eorum subornatoribus, ac de reuelantibus depositionem, cùm abiuratione? an secùs?

REGVLA CCCCV.

747 TEstes falsi deponentes in Tribunali Sanctæ Inquisitionis contra reũ tribuendo ei hæreses, verba, aut facta hæretica, vel hæreticalia, quæ ab ipso nunquam fuerunt prolata, neque executa, nequaquam condemnantur vllo modo ad abiurandum, sed ad pœnas tantum con-
748 dignas. Si verò illi deponant falso in fauorem, ac defensionem dicti rei, sine dubio aliquis vt plurimum gradus abiurationis, pro qualitate depositionis, personæ deponentis, & aliarum circumstantia-
749 rum ipsis infligendus. Idem dicito de corruptoribus, & subornatoribus similiũ testium, de consulentibus, & mandanti-
750 bus illos ibi sic deponere. Dein si testis reuelet depositionem à se factam in Sancto Officio, & hoc tendat in fauorem delinquentis contra fidem, quandoque cogendus est ille aliqualiter abiurare; secùs, si non ita tendat.

---

751 CIrca primã partem doctrinæ huius Regulæ nullus dubitat, sed nec dubitare potest, cum per se pateat, traditque Illustrissimus D. D. Transmiera statim citandus ratio efficax est quia ex eo, quòd testes falso deponant in Sancto Officio cõtra aliquem de delicto Fidei Catholicæ opposito, nulla insurgit præsumptio hæresis aduersus illos; ergo tunc non est locus abiurationis vllius, sed solum condi-
752 gnis pœnis sunt puniendi. Quænam autem censeantur condignæ, explicabimus in proprio loco lib. seq. vbi de punitione delinquentium, seù de pœnis vnicuique eorum infligendis ex professo agemus: interim pro casu præsenti de punitione similium falsorum testium vide prӕter alios, Castrum Palaum, in sum. tom. 1. tract. 4. disp. 8. pun. 15. §. 6. num. 6. Dian. par. 4. resol. moral. tract. 7. resol. 16. & Carenã, 2. par. tit. 17. §. 15. num. 55. & 3. p. tit. 6, §. 9. num. 68.

753 Dubium autem non leue circa secundam Regulæ partem insurgit, an testes falsum deponentes coram Inquisitore in materia hæresis pro defensione Inquisiti, abiurare debeant? Quod vix est vllus scriptorum, qui ex professo discutiat, nos attigimus obiter supra Regula 391. n. 274. cum Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 8. nu. 27. Dian. 4 par. Resolu. moral. tract. 7. resol. 16. & Trasmiera lib. 3. de polygamia, q. 17.
754 num. 28. & 29. Pro sententia negatiua videtur admodum vrgere, quòd nullibi, quòd sciam fit vsus, huiusmodi falsis testibus iniungendi abiurationem, sicut nec illis, qui coram ordinario falso deponunt, de morte prioris coniugis, vt alter coniux ad cuius instantiam fit talis depositio, ad secundas nuptias conuolare possit. Et quidem de non vsu nostri Tribunalis Melitẽsis Sanctæ Inquisitionis per spatium quadraginta annorum vt consultor eius fidem certam exhibere valeo; Cum tamen sæpius casus occurrerit, maxime deponentium falso coram ordinario, &c.

755 Nihilominus cum præcitatis auctoribus Sousa, Diana, & Trasmiera sententiæ affirmanti firmiter adhæreo, quòd testibus falso deponentibus, aut veritatem quando interrogantur ab Inquisitore, occultantibus pro defensione delinquentis contra fidem, debeat imponi aliqua abiuratio, de vehementi, aut saltem de leui, pro qualitate, & modo deponendi, vel occultandi attentis circumstãtijs personæ,
756 loci, temporis, &c. Ratio efficax est, quia in tali depositione falsitatis, vel occultatione veritatis pro defendendo reo Sancti Officij, manifesta continetur fautoria, & quòd hæreticorum fautores debeant abiurare, & qualiter, ostendimus complete in superioribus Regula 388. cũ auctoribus ibi citatis.

757 Ad hanc verò sententiam affirmatiuã videtur manifestè accedere Carena par. 3. tit. 6. §. 9. num. 71, sequentibus verbis; Quia tamen; inquit, casus hic testis falsi super generalibus frequenter, potest accidere, cum examinatur ad defensam, ideo diligenter animaduertere debent Inquisitores in hac materia, an talis testis inciderit in fautoriam fauendo hæretico carcerato. Ita ille tunc eam abiurare tenetur.

758 Quod spectat ad subornatores dictorũ testium, ad consulentes, & mandantes falso testificari in Sanct. Officio pro defensione inquisiti, quòd sint ibi eodem modo expediendi, atque ipsi sic testificantes, tenet, & tradit Carena 3. par. tit. 6 §. 9. cum Diana vbi supra. Imò istos mandantes, & consulentes esse magis suspectos de errore contra fidem, & propterea cogi debere ad abiurandum, docet benè citatus Trasmiera, & nos cum ipso tradidimus prӕdicta Regula 391.

759 Tandem quid de teste in Sancto Officio suam depositionem factam, alibi reuelante? Ab hoc dubio paucis se expedit Carena 2. par. tit. 17. §. 17 num. 61. resoluens ipsum ex doctrina, magis recepta diuersorum, quos citat, quoad pœnas infulgendas taliter reuelantibus: audi eius resolutionem, quam hic extra suum locum trado, vt tibi circa rem istam completè sit satisfactum.

760 Breuiter inquit dicendum, testem, cui in Sancto Officio solet sub pœnis arbitrarijs iniungi silentium, si suam depositionem reuelet, posse in hoc Tribunali puniri arbitrio iudicantium, inspectis singulis cir-

circumstantijs facti. Simanach. de Cathol. Instit. tit. 63. nu. 83. vbi quod possunt huiusmodi testes damnari in pœnali pecuniaria, exilij, fustium, & etiam triremium, si id facti qualitas deposcit. Videatur de hac materia Abbas. cap. Fraternitatis, num. 13. de testibus, Farinacius de testibus quæst. 67. num. 296. qui alios allegat.]

761 hæc Carena. Nihil attingens de abiuratione dicto reuelanti suam depositionem iniungenda nec ne? Sed negari nequit, quod debeat ei iniungi, si reuelatio cedat in defensionem delinquentis Sancti Officij, quia adest fautoria, aut saltem præsumptio eius: aliàs secùs; iuxta distinctionem à nobis traditam. Atque hæc satis pro hac Regula; vide duas citatas, 388. & 391.

Quid si Regulares Superiores contra suos subditos in causis hæresis procedant? Quid si quasdam Bullas Pontificias eis publicare omittant? expediendi ne cum aliqua abiuratione?

REGVLA CCCCVI.

762 SVblata fuit omnino superioribus Religionum facultas procedendi contra suos subditos in causis hæresis, & translata ad Inquisitores fidei: Vnde si illi cõtraueniant Iurisdictioni sancti Officij subijciuntur; & pręter excommunicationem reseruatam, quam contrahunt, expediuntur ibi cum pœnis, & pœnitentijs latis contra fautores hæreticorum, & impedientes Sanctum Officium pro modo culpæ, absque vlla tamen, vt plurimum abiuratione.

763 Similis etiam expeditio in eis seruatur, si impedire audeant, ne aliquis subditus regularis Sancto Officio hęreticos, aut suspe-

764 ctos de hæresi denuntiare possi. Neque item condemnantur illi ad abiurandum, sed ad priuationem Officij, ac vocis actiuę, & passiuæ, si in publicandis aliquibus Bullis Pontificijs ad munus Sanctæ Inquisitionis spectantibus, fuerint negligentes.

765 OMnia in Regula ista per nos comprehensa, ex Cõstitutionibus Summorum Pontificum manifestè constant, & vix vlteriori indigent declaratione. Nam Pius Papa IV. in sua Bulla, incipiente, Pastoris æterni, quæ adducitur in fine Directorij, tribuit facultatem Inquisitoribus procedendi in causis fidei contra quascunque personas regulares quamuis exemptas dempta ex ipsarum Superioribus excepto casu præuentionis.

766 Quin etiam quoad hunc casum dictam Bullam non fuisse executioni mandatam, affirmat cum Francisco Pegna, part. 3. Direct. Commen. 77. vers. Tametsi verò. Carena, par. 2, tit. 17, §. 10. num. 35. quidquid tamen sit de hoc.

767 Postea Paulus V. anno 1606. edidit Constitutionem incip. Romanus Pontifex, per quam expresŝè declarat, ac prohibet ne Superiores regulares in causis Sancti Officij vllo modo procedere audeant, dictamque præuentionem prorsus aufert, causas etiam coram ipsis tunc pendentes se auocando, & Inquisitoribus committendo; sub pœnis inhabilitatis, priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, excommunicationis ipsi reseruatæ, & alijs omnibus contra fautores hæreticorum, & contra impedientes Sanctum Officium à Iure impositis, ita in dicta Bulla, quam post Campan. in diuers. Iuris Canonici Rubr. 12. c. 13. n. 138. affert Diana in fine 4. part. Resolut. Moralium.

768 Similiter procedendum est ab Inquisitoribus inflictis eisdem pœnis contra Superiores Regularium, quouismodo impedientes suum Regularem Subditum, ne statim hæreticos, aut de hęresi suspectos Sancto Officio denuntiet. Ita in memorata

769 Bulla Pauli V. Circa quod benè notat Carena ibidem cum Bonacina per eum ad incurrendas pœnas, necessariò requiri, vt Contrauentio fiat scienter cum audacia, vel præsumptione, attentis verbis Bullę, quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, vel pręsumant. Nam verbum præsumant, denotat temeritatem, secundum Bald. Cons. 486. num. 5. vol. 4. & Me-

770 noch. cons. 763. num. 10. Et dispositio puniens aliquem pręsumentem &c. non comprehendit eum, qui agit bona fide, ignoranter, & in aduertenter, Gened. ad Decretal. collect. 45. num. 3 & Nauar. cap. Acceptæ, de rest. spol. opposit. 8. num. 38.

771 Hinc verum conuincitur id, quòd rectè docet idem Carena, debere scilicet sanctum Officium mitiùs procedere contra Regularium Superiores, qui absque vlla pręsumptione ignoranter, cum aliquali tamen culpa reperiuntur violasse prędictam Constitutionem Pauli V. quę violatio cum multoties ex tali ignorantia culpabili contingere possit, raro tamen ex audacia, vel temeritate, propterea dixi in Regula, quod huiusmodi violatores sint expediendi abs-

772 que vlla, vt plurimum abiuratione. Quamquam si cum audacia, seu pręsumptione contrauenerint ad abiurandum probabiliter videntur cogendi, sicuti coguntur fautores hęreticorum, & impedientes sanctum Officium, vt iam supra vidimus, quandoquidem eisdem pœnis vtrique puniuntur.

773 Addit autem Carena citatus per sequentia verba Vbi tamen, inquit, dicti Superiores Regularium in aliquibus locis haberent iurisdictionem, quasi Episcopalem, tunc sine dubio, non obstante dicta Bulla, possent procedere contra Regulares suos Subditos. Ita tamen, vt simul cum Inquisitore procedant, quoad illos actus

quos

quos aliàs Episcopi, & Inquisitores simul debent exercere. Ne tamen ex hoc aperiatur via fraudibus, Consulo Superioribus regularium, iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus, vt statim accepta denuntia, de ea cerciorem reddant Supremum Tribunal Vrbis. Ita ille, interpretans, & limitans Bullam.

774 Verum hęc interpretatio, ac limitatio mihi non videtur admittenda, nec modus loquendi absolutè placet; Nam quotquot sunt Superiores Ordinarij Religiosorum, etiam locales, vt Guardiani, Priores, Prępositi, Rectores &c. dicuntur propriè habere iurisdictionem quasi Episcopalem, ita Sanchez ex communi omnium lib. 8. de matrim. disp. 2. nu. 13. & disp. 3. num. 9. expendens verba Trident. Sess. 24. cap. 6. licet Episcopis &c ergo non potest sic intelligi, alioquin Bulla Pauli V. Frustra esset edita, cum nullum Superiorem Regularem comprehenderet.

775 Quòd si Carena intelligat, vt credo ipsum velle, de Superioribus Regularium, qui nullam habent subordinationem cum Ordinarijs locorum, seu qui dicuntur esse nullius diœcesis, vti esse dicuntur huius Illustrissimę Religionis Hierosolymitanę, ac diuersi Abates; Neque hoc modo limitatio Carenæ debet admitti, quia in Bulla Pauli V. absolutè absque vlla exceptione, & distinctione comprehenduntur quicunque Superiores, & Pręlati cuiusuis Ordinis, & instituti, & vbi ius, seu Bulla Pontificia non distinguit, nec nos vllo modo distinguere debemus.

776 Confirmatur exemplo dictę Religionis Hierosolymitanę, quę licet sit nullius diœcesis, & olim consueuerit de causis hereticis suorum Subditorum per se sola cognoscere, vt vidimus initio nostri operis, Proleg. 10. ex Historiographo Iacobo Bosio, par. 3. lib. 16. fol. 333. litt. D. at post editas memoratas Constitutiones Pij IV. & Pauli V. à simili cognitione omnino abstinuit.

777 Quòd si aliquando ignoranter, seu inaduertenter contrauenisse fuit deprehensa, vti contigit paucis ab hinc mensibus ob confectum processum, in quo tangebatur materia ad Sanctam Inquisitionem spectans. Ministri eius conficientes illum à sacra Congregatione sancti Officij Vrbis mitius procedendo contra ipsos tantum declarati sunt contraxisse excommunicationem in Bulla Pauli V. latam, ac reseruatam, vt patet ex littera per eam hùc transmissa, quam attentè legi: in ipsa concedebatur proprijs Confessarijs facultas absoluendi illos, vti vnum ex ipsis, cuius Confessionem frequenter audire soleo statim absolui, cuius viris Doctis à me consultis, præsertim Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Inquisitore Antonio Pignatello iudicio id omnino verum.

778 Sequitur declarandum breuiter quomodo expediendi in sancto Officio superiores Regulares, qui omittunt exequi decretum de Mandato Vrbani VIII. in Congregatione Sanctæ Inquisitionis Romanæ editum; quo iniungitur eis, cuiuscunque sint ordinis sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ in perpetuum semel quouis anno nempe feria sexta post Octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in publica Mensa, vel Capitulo, suos subditos commonere ad obseruantiam quarundam Constitutionum Apostolicarum, ad Sanctæ Inquisitionis munus pertinentium, eis ipsas publicando, sunt autem huiusmodi.

779 Constit. Iulij III. prima incip. licet à diuersis.

Constit. Pij V. 2. incip. Si de protegendis.

Constit. Pij IV. 31. incip. Cum sicut nuper, & Gregorij XV. 34. incip. Vniuersi Dominici gregis.

Constit. Gregorij XIII. 22. incip. Officij nostri.

Clementis VIII. 81. Et si alias, & Vrbani VIII. 79. incip. Apostolatus officium.

Constit. Sixti V. 17. incip. Cœli, & Terræ Creator, & Vrbani VIII. incip. Inscrutabilia.

Constit. Clemen. VIII. 42. incip. Cum sicut, & Gregorij XV. 28. incip. Romani Pontificis.

Constit. Pauli V. 26. incip. Romanus Pontifex, eiusdem 97. incip. Regis pacifici, & Gregorii XV 29 incip. Sanctissimus Dominus Noster.

Constit. Gregorij XV. 27. incip. Romanus Pontifex, eiusdem Constit. 40. incip, Apostolatus officiũ, & Sanctitatis suæ 114 incip. & modo.

Constit. Vrbani VIII. 37. incip. Sanctiss. D. N. sollicitè, eiusdem 50. incip. pro debito. Item alia eiusdem edita 5. Nouemb. 1631. Cum sicut accepimus: quas omnes Constitutiones inueniens simul collectas apud Antonium Dianam in fine 4. partis Resolutionum Moralium.

780 Quoad rem verò præsentem concludit Carena 2. par. tit. 17. §. 24. num. 99. Sic: Non est, inquit, dubium, quin Superiores non parentes memoratæ Constitutioni, subsint iudicio Inquisitor. Vnde cum in nostra Inquisitione Cremonæ quidam Superior spontè se denunciasset, quòd iuxta Constitutionem prædictam statuta die memoratas in ea Bullas publicari non fecisset, re ad supremum Vniuersalis Inquisitionis Tribunal delata, fuit benignè tractatus, monitus tùm, vt in posterum diligenter obseruationem dictę nostræ Constitutionis curaret. Ita ille: nec mirum non fuisse vltra punitus ob spontaneam comparitionem.

781 At pro alijs non spontè comparentibus, sed denunciatis, ita addit idem Carena. Accepta igitur, inquit, ab Inquisitore denunciatione Superioris in nostram Constitutionem delinquentis, non statim contra eum procedere debet, sed prius re communicata cum suprema Congregatione,

ne, omnia ex eius iussu peraget, considerata qualitate personæ, & omnium aliarum circumstantiarum, quæ solent ommissionem hanc, vel augere, vel minuere. Hæc
782 Carena. Qui nihil attingit de præsumptione erroris, aut de abiuratione iniungenda: nec credo huic esse locum ob talem ommissionem. Atque his Regula iam absoluta.

Quænam expeditio in Sancto Officio de venerantibus homines mortuos nondum Canonizatos, vel Beatificatos an cum abiuratione?

REGVLA CCCCVII.

783 NVmquam extitit consuetudo in Ecclesia Catholica veneradi homines mortuos publico, & solemni cultu tanquam sanctos, priusquam à legitimis Iudicibus tales approbati essent: ad quam approbationem, & si olim in Prouincijs extra Vrbis districtum, sufficeret Episcoporum, & Prouincialium Conciliorum
784 auctoritas. Postea tamen Romani Pontifices quascunque Beatificationis, & Canonizationis causas sibi specialiter reseruarunt, atque dicto modo hominibus nõdum canonizatis, aut beatificatis, quantumuis cum fama sanctitatis obierint, eorumque reliquijs, & imaginibus venerationẽ exhibere semper strictiùs prohibue-
785 runt. Violatores autem huius prohibitionis subsunt Inquisitorum iurisdictioni; cũ præsumantur malè sentire de potestate Papæ, & quòd sit licita talis cultus exhi-
786 bitio. Vnde eum abiuratione quandoque saltem de leui, attentis qualitatibus facti, & omnium circumstantiarum expediri debent.

787 LIb. 1. nostri Operis, cap. 7. Regul. 65. pauca attigimus circa hanc materiam, expendentes ibi, qualiter Romanus Pontifex sit viua fidei norma in rebus credibilibus, exemplificauimus in beatificatione, & canonizatione Sanctorũ, quòd in his exequendis nullo modo possit errare, & differentiam inter ipsas tunc ostendimus, illuc pro his discendis lectorem remittimus. Hunc verò, quomodoquidem occasio se obtulit, plura addemus spectantia ad eandem materiam, discussis singulis doctrinæ istius Regulæ particulis.

788 Dixi, numquam extitit consuetudo, &c. id ostendit Carena 2. par. tit. 17. §. 12. n. 38. testimonio diui August. tom. 7. in breuiculo collationum, in collatione tertię diei, cap. 13. & Optati Mileuitani, lib. 1. contra Donatistas, quòd nõ fuerint venerati homines mortui tanquam Sancti, nisi priùs vt tales auctoritate publica legitimorum Iudicum Ecclesiasticorum approbarentur.

789 Quidquod perpetuò cautum summa cum vigilantia de præcauendo falsorum Sanctorum cultu: atque ad hanc cautelam multi, & salubres Canones fuerunt editi per diuersa concilia, præcipuè vt adducit benè Carena ibidem num. 45. simul collecta, per Carthaginense, 1. cap. 2. Laodicenum, cap. 9. & 34. Grangrense, ca. 20. relatum à Gratia, cap. si quis per superbiam, 30. distinct. Carthaginense v. cap. 14. relatum ab eodem Gratia, cap. placuit, de consecratione dist. 1. Bracharense, cap. 5. alias, 6. Moguntinum, cap. 53. Lateranense sub Innocen. III. citatum in cap. 1. de reliq. & veneratione Sanctorum, ac eandem Concilium Tridem. sess. 25. titulo de Inuocatione, veneratione, & Reliquijs Sanctorum.

790 Dixi, publico, & solemni cultu, &c. quisnam iste sit, ex Bellarmino lib. 1. de Sanctis, capit. 10. & ex alijs communiter, explicat optimè Sanchez in summa, lib. 2. cap. 43. num. 3. sic: Dicitur autem, inquit, publicus, & solemnis cultus, non eo quòd coram alijs exhibeatur, sed ille qui totius Ecclesiæ nomine, & tanquam ab ea insti-
791 tutus exhibetur. Qualis est depingere imaginem alicuius cum radijs, & diademate in altari eam collocare, in litanijs publicis illum apponere, & similia, Ecclesiæ auctoritate instituta. Atque hoc cultus genere non potuerunt vnquam, nec possunt venerari, nisi homines mortui iam canonizati, vel beatificati, eorumque reliquiæ, ac Imagines. Patet ex cap. 1. & cap. finali, de reliq. & venerat. Sanct. docetque idem Sanchez.

792 Attento itaque iura communi, quòd priuatus cultus potuerit, & possit alicui, Sanctorum numero per canonizationem, vel beatificationem nõdum ascripto exhiberi constat ex eodem cap. finali, vbi eum publicè, & solemniter coli interdicitur, ergo à contrario sensu priuatus cultus ipsi conceditur. Sic tenent ibi Abb. num. 3. Anton. num. 6. Card. notab. 4. Innoc. ca. 1. eod. tit. in fine, Ioan. Andr. nu. 6. Syluest. verb. Reliquiæ. Bellarm. vbi supra, & cum alijs citatus Sanchez.

793 Ex prædicta autem doctrina infertur, quòd sit licitum talem hominem, nondũ canonizatum, qui cum opinione virtutis, & sanctitatis obijt, credere, & vocare sanctum. ac ipsum inuocare, etiam multis alijs audientibus, ita fuerunt S. Gregor. Nazianzenus in vita Sancti Athanasii, & Sancti Basilij, ac Sanctus Hieronymus in vita D. Paulæ, priusquam in sanctorum numerum per canonizationẽ essent cooptati. Inde patet, quia si oramus viuentes tametsi esse eos sanctos nesciamus, cur nõ erit licitum mortuos orare, quos maiori cum fundamento sanctos esse credimus. Tradit Sanchez ibid. nu. 5. & addit. sic.
794 At non liceret eum prædicare tãquam san-

sanctum in sanctorum Cathalogo à Ponti-
fice inscriptum. Nec liceret etiam in pu-
blicis Litanijs, & sacro Officio eum inuo-
care, quia est cultus publicus, & nomine
totiùs Ecclesiæ institutus. Hæc docet Bel-
795 larm. num. 3. allegatus. Quòd intel-
ligo non tantum, quando Litaniæ pu-
blicè recitantur: sed etiam quando priua
tim, sicut de Officio Canonico dicendum
est. Quia reuera is cultus est ab Ecclesia
institutus tanquam publicus, & solemnis
nomine ipsius delatus. Quare solis sanctis
canonizatis competit, hæc ille: Vide plus
alias illationes penes ipsorum.
796 Dixi, priusquam à legitimis Iudicibus
tales approbati essent, &c. Ad hanc appro-
bationem, seu canonizationem sanctorum
quænam requisita? Certum primò est apud
omnes scribentes super cap. 1. de Reliq. &
Veneratione Sanctorum, & apud alios Do-
ctores, multo plura requiri pro Confesso-
ribus referendi in numerum Sanctorum,
quàm pro Martyribus, maioremque ab Ec-
clesia fuisse semper adhibitam diligentiam
in illarum canonizatione, quàm in canoni-
797 zatione istorum. Nam ad canonizan-
dum aliquem Confessorem exigit Mater
Ecclesia diuersa, præcipuè hæc tria, con-
stantem scilicet famam de Sanctitate il-
lius; Continuationem item miraculorum
per ipsius intercessionem factorum; Mul-
tiplicatas denique preces magnorum vi-
rorum pro canonizatione intercedentium.
Ita Cassan. in Cathalogo glor. mundi p. 3.
consider. 30. Maluezius de canonizatione
Sanctorum dubio 5. & cum alijs, quos ip-
se citat, Carena par. 2. tit. 17. §. 12.
num. 43.
798 At pro canonizatione cuiusuis Marty-
ris non est necessaria probatio miraculo-
rum, vt cum Flau. Cherubino Schol. 2. ad
Const. 4. Alex. III. Schol. 2. ad Constit. 2.
Innoc. IV. docet Carena citatus num. 42.
Addens cum eodem, quòd requiratur, &
sufficiat probare causam, propter quam
passus fuit martyrium, vt innotescit ex
vsu Ecclesiæ. Atque hinc ostenditur Mar-
tyrij Excellentia, & sublimatas; de qua
idem Carena ex D. Hieronymo sic.
799 Benè, inquit, D. Hieronymus in Ps. 115.
super illis verbis, Calicem salutaris, &c.
ait, grandis res est Martyrium; quomodo
grandis res? quoniam retribuit Domino,
quod accepit à Domino, Christus pro ip-
so passus est, & ipse pro eius nomine pati-
800 tur. Et ob id idem D. Hieron. super se-
quentibus verbis Psal. Dirupisti Domine,
ait, quicunque Sanctus moritur sua mor-
te, licet sit sancta, qui misericordias ope-
ratus sit, fecerit signa, Dæmones eiecerit,
non vadit ad Dominum securus, horrescit
eius conscientia, quando videt Dominum;
Martyr autem etsi post baptismum pecca-
uerit, tamen secundò martyrij baptismate
ablutus, securus vadit ad Dominum. Ita
ille.
801 Sed quid de legitimis Iudicibus ad dictā
approbationem, seu canonizationem, aut
beatificationem quorumcunque? Neque
circa hoc est vlla dissentio inter Doctores,
tàm Romæ, & in eius districtu, quàm vbi-
cunque locorum, semper Romani Ponti-
fices extiterunt legitimi Iudices ad quos-
uis numero Sanctorum, vel beatificato-
802 rum ascribendos. Hinc Romæ Clemens
Papa S. Anterus, & Fabianus opportunè,
ac salubriter assignarunt septem Notarios,
qui acta Martyrum inquirerent, vt ea pos-
sent Romani Pontifices pro canonizatio-
ne eorum perscrutari, vt quæ probanda vi-
803 derentur, postea probarent. In singulis
item Prouincijs olim fuerunt etiam legiti-
mi, & sufficientes Iudices ad dictum effe-
ctum canonizandi, aut beatificandi ali-
quem soli Episcopi, & Concilia Prouincia-
lia. Colliguntur ista ex D. Augustino, &
Optato supra relatis, & ex Fabiano epist. 1.
ad Ecclesię Comministros, & cum Mascar-
do tom. 1. conclus. 262. nu. 50. affert citatus
Carena.
804 Dixi, postea tamen Romani Pontifi-
ces, &c. cum ascriptio alicuius numero
Sanctorum, sit vna de maioribus causis,
propterea negotium istud canonizandi,
aut beatificandi aliquem meritò Papa sibi
specialiter reseruauit. Habetur expressè
cap. 1. de reliq. & veneratione Sanctorum,
vbi Hosti. num. 7. Ioan Andr. num. 5. & alij
Expositores, afferunt præcipuè Card.
Tusch. Pract. conclus. tom. 1. litt. C. concl.
41. Barbos. de potest. & offic. Episc. alleg. 50.
805 & Mascard vbi supra. Prædicta autem
reseruatio adeò strictè sumenda, vt causa
canonizationis, vel beatificationis, nullo
modo spectet ad Legatum de Latere, etiā
ex commissione speciali ipsius, Summi Pon-
tificis. Ita Iacob. Castell. de Canon. Sanc-
ctorum quæst. 3. art. 2. & Moder. Barbos. in
cap. 1. de reliq. & vener. Sanctorum nu. 6.
& 7. & ob eam rationem, quia Papa non
potest delegare potestatem definiendi res
fidei.
806 Hæc autem ratio eandem vim habet
respectu Collegij Cardinalium, cui non
competit posse canonizare Sanctum ali-
quem: docet ibidem Barbosa, idem affir-
mans de Concilio Generali, sed nequit id
de eo affirmare ob eandem rationem, quia
Concilium Generale habet potestatem
definiendi res fidei. Vnde si ab ipso per
Papam congregato, & approbato definire-
tur canonizatio alicuius, sine dubio legiti-
ma esset.
807 Ex dictis sequitur, quòd nequeant Epi-
scopi in suis Diœcesibus (idem dicito de
quibusuis Superioribus Religiosorum in
suis Religionibus) introducere celebratio-
nem festi alicuius Sancti nondum per Sum-
mum Pontificem canonizati, aut beatifica-
ti. Ita reiecto Vincentio Doctore quo-
dam antiquo oppositum asserente, tenent,
& volunt esse intelligendos textus in cap.
final.

finali de ferijs, & capit. 1. de Consec. dist. 3.
Vbi conceditur Episcopo, quod possit in
sua Diœcesi instituere diem festum alicu-
ius Sancti nimirum iam ab Ecclesia in San-
ctorum numerum cooptati. Glossa dict.
cap. 1. verb. festiuitatis. ibi Hostien. num. 5.
Ioan. Andr. num. 6. Syluest. verbo Dominica,
qu. 1. dict. 1. & cum alijs multis per ipsum
relatis Sanchez dict. cap. 43. n. 9.

809 Limitationem tamen proponit idem
Sanchez, num. 11. Nam postquam nu. 10.
discussit hinc inde illam difficultatem; An
attento Decreto Tridentini sessio 25. in fi-
ne, de inuocatione, veneratione, & Reli-
quijs Sanctorum; Liceat Episcopo appro-
bare reliquias Sancti antiqui nondum ca-
nonizati, atque eas populo venerandas
exponere?

810 Et optimè resoluit negare cum Suarez
tom. 1. in 3. part quæst. 25. disput. 55. sect. 2.
vers. Sed quæret. Azor. tom. 1. lib. 7. instit.
Moral. cap. 8. quæst 8. & cum alijs ex vi al-
terius Decreti Concilij Lateranensis; (ex
eo desumptum est cap. final. de reliquijs,
& venat. Sanctorum) decretantis, *vt reli-
quiæ denuò repertæ non adorentur publi-*
811 *cè, sine licentia Summi Pontificis*; Re-
ductis in concordiam dictis Cõcilijs, quòd
Lateranense loquatur de Sanctis nondum
canonizatis, Tridentinum verò de iam ca-
nonizatis. Nihilominus idem Sanchez
statim subiungit per sequentia verba.

812 Sufficeret tamen, inquit, vt de sancti-
tate personæ per traditionem, aut Vniuer-
salem Ecclesiæ consensum constaret, Quia
hæc canonizationi æquipollent. Et ita
docet Suar. num. præc. alleg. Et ita debet
intelligi. Hostien. cap. fin. num. 9. de reliq. &
vener. Sanctorum, vbi dicit ideò eum tex-
tum dicere solius Pontificis esse reliquias
de nouo inuentas approbare; Quia si in-
ueniretur cum ipsis Scriptura testans esse
alicuius Sancti antiquitùs approbati, pos-
813 sent Pontifice in consulto venerari. Et
idem Hostien. cap. 1. eodem tit. num. 8. &
ibi Ioan. Andr. num. 6. vbi aiunt posse Epi-
scopum diem festum Sancti instituere, mo-
dò antiquitùs Sanctus ille approbatus es-
set. Et reddit rationem Hostiensis, eo quòd
antiquitùs non seruabatur solemnitas ca-
814 nonizationis, quæ modò est in vsu. Sed
vtrumque dictum intelligendum est iuxta
doctrinam proximè traditam, quando San-
ctus ille antiqua Ecclesia traditione, aut
Vniuersali illius consensu approbatus est.
Hæc ille, rectè quidem, & eruditè.

815 Ex supradictis item sequitur, quòd ima-
go alicuius etiam cum fama sanctitatis de-
functi, nondum canonizati, aut beatificati
per Summum Pontificem, non possit in
Oratorijs priuatis pingi cum radijs, vel
Diademate. Imò etiam si sic depincta sit
tenenda in angulo Domus secreto, aut in
proprio cubiculo. Tradunt Sanchez loc.
cit. n. 7. & Carena dict. §. 12. num. 45. & 50.
habeturque expressè decisum per Consti-
tutionem, non à Gregorio XV vt aliqui
falsò putant sed ab Vrbano VIII. anno
1625. editam cuius tenorem pro resolu-
tione præsentis casus, & aliorum huc spe-
ctantium ad verbum hic apponere oppor-
tunum duxi; sic habet.

Decretum de Defunctis cum Sanctitatis fama ne priuatim, vel publicè colantur; neue eorum imagines, vel miraculorum signa exponantur, antequam canonizentur, vel Beati declarentur.

816 Feria 5. die 2. Octobris 1625. In Ge-
nerali Congregatione Sanctæ Ro-
manæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita
in Palatio Apostolico Montis Quirinalis
coram S. D. N. D. Vrbano diuina Proui-
dentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reueren-
diss. D. D. S. R. E. Cardinalibus, aduer-
sus hæreticam prauitatem Inquisitoribus
Generalibus à Sancta Sede Apostolica
specialiter deputatis.

817 Cum Sanctiss. in Christo Pater, & D. N.
Vrbanus diuina Prouidentia Papa VIII.
die 13. Martij 1625. Decretum ediderit
infrascripti tenoris videlicet. Sanctissi-
mus D. N. sollicitè animaduertens abusus
qui irrepserunt, & quotidiè irrepere non
cessant, in colendis quibusdam cum san-
ctitatis, aut martyrij fama, vel opinione,
defunctis; qui etsi neque canonizationis
neque beatificationis honore insigniti sint
ab Apost. Sede, eorum tamen Imagines
in Oratorijs, atque Ecclesijs, alijsque lo-
cis publicis, ac etiam priuatis, cum lau-
reolis, aut radijs, seu splendoribus propo-
nuntur; miracula, & reuelationes, aliaque
beneficia à Deo per eorum intercessiones
accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum
enarrantur; & ad illorum sepulchra Tabel-
læ, Imagines, & res aliæ ad beneficia acce-
pta testificanda, & lampades, & alia lumi-
818 na apponuntur. Volensque proindè hu-
iusmodi abusibus pro debito officij Pasto-
ralis occurrere (re etiam cum Illustriss. &
Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra
hæreticam prauitatem in Vniuersa Repu-
blica Christiana Generalibus Inquisitori-
bus communicata, & maturè considerata,
ac discussa.) declarauit, statuit, & decre-
uit, ne quorumuis hominum, cum sancti-
tatis, seu Martyrij fama (quantacunque
illa sit) defunctorum Imagines, aliaque præ-
dicta, & quodcunque aliud venerationem,
& cultum præseferens, & indicans, in Ora-
torijs, aut locis publicis, seu priuatis, vel
Ecclesijs tàm sæcularibus, quàm regulari-
bus, cuiuscunque Religionis, Ordinis, In-
stituti, Congregationis, aut societatis ap-
ponantur, antequam ab Apostolica Sede
canonizentur, aut Beati declarentur, &
si quæ appositæ sunt) amoueantur, prout
eas statim amoueri mandauit.

819 Ac pariter imprimi de cætero in hi bui
li-

libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, siue martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerit, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat; & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam trasmittat, eiusque responsum expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque sua Sanctitas.

819 Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit tabellas, atque imagines ex cera, aut argentea, seu ex alia quacunque materia, tam pietas, quam fictas, atque exculptas, appendi, seu affigi, & lammpades, siue alia quæcunque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino (prout supra) facienda, Sedique Apostolicæ referenda, & approbanda.

820 Declarans, quod per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, & tolerantia Sedis Apost. vel Ordinarij coluntur.

821 Vt autem præmissa diligentius obseruentur: Vniuersis, & singulis, tàm Ordinarijs, quam hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtè præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, vel Prouincia sedulò peruigilet, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exdonantur; aut miracula, reuelationes, ac beneficia prędicta publicentur, aliaue, contra superius disposita fiant; Transgressores verò si regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, necnon, & suspensionis à Diuinis: si verò Clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis à diuinis, & ab administrat, one Sacramentorum, Executioneque suorum Ordinum respectiuè, alijsque suorum Ordinum respectiuè alijsque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis

822 pœnis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquomodo affinxerint, vel formauerint, cæterique artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniarijs, alijsque etiam corporalibus pęnis, iuxta criminis grauitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contrarijs quibuscunque non obstantibus.

823 Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in aciæ Campi Floræ affixum, omnes proindè arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset: quodque præsentium transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

824 Postmodum verò idem Sanctiss. D. N. à quibusdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatus conseruare liceret; Sanctitas sua, quæ tantummodo voluit occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam Diuinæ Clementię placuerit admirandis operibus illustrare: re priùs cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus communicata, præsenti decreto declarauit.

825 Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum huiusmodi, itaut nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, statuit impræsentiarum, & decreuit, vt quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumue alium publicum, sæcularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudue simile quispiã detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non ascriptorum, quamuis cum Martyrij, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetrauisse dixerit, liceat, Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumue prædictorum curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, siue pictas, siue ex quauis materia fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorumque, qui conscijs fuerint, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinarijs, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque iam amota collocare, & asseruare, vt si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi sanctitatis qualescunque probationes Apostolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ. Contrarijs quibuscunque non obstantibus. Hactenus decretum.

826 Dixi, violatores autem huius prohibitionis &c. Fuerat iam olim prohibitum, ne quis defunctus, nondum canonizatus, aut beatificatus, licet cum opinione, & fama

ma sanctitatis obijsset, publico, ac solemni cultu veneraretur, contrafacientes verò superant iurisdictioni Inquisitorum, & ab ijs puniri poterant. Cum Zanchino, de heret. cap. 22 nu. 8. & cum alijs docet Carena dict. tit. 17. §. 12. num. 51. addens, quod sint interrogandi ab eisdem, quid sentiant de potestate summi Pontificis. † At postquam prodijt propositum Decretum Vrbani III. dicta iurisdictio Inquisitorum contra tales delinquentes in hac materia multo magis innotescit.

827 Quid tandem de expeditione in casu occurrenti quoad abiurationem instigendam, vel secus? Nihil circa hoc expresè attingit Carena loc. cit. sed cum affirmet esse interrogandum delinquentem, quid sentiat de Romani Pontificis potestate, sine dubio admittit, adesse præsumptionem saltem le-
828 uem, quod malè sentiet de ea † & consequenter, quod possit ei iniungi adminus abiuratio de leui: id quandoque habere locum, attentis qualitatibus facti, pesonæ, & aliarum circumstantiarum, dixi in fine Regulæ, quæ ijs absoluta manet.

Quid si Confessarius sigillum Sacramentalis Confessionis frangat; condemnandus ne in sancto Officio? cum aliqua ne abiuratione?

REGVLA CCCCVIII.

829 CONfessarij omnes strictissima obligatione tenentur quęcunque peccata in confessione sacrementali audita sub sigillo secrete semper retinere. Frangere tamen huiusmodi sigillum, nequaquam censetur casus sanctæ Inquisitionis, exce-
830 pto duplici euentu. † Primo quando aliquis confessarius crederet talem sigilli fractionem esse licitam; tunc deberet vti hereticus puniri, & hanc erroneam creduli-
831 tatem abiurare. Secundo, quando cõfessarius violans sigillum, esset malæ vitæ, & famæ, ac alias iam de hæresi suspectus; tunc in ista violatione præsumeretur malè sentire de sacramento Pœnitentiæ, proptereà ad abiurandum saltem de leui cogendus.

---

832 PRo faciliori declaratione, & ostensione huius doctrinę traditæ, circa dubium huc spectans, de puniendo nec ne in sancto Officio, & qualiter, an cum abiuratione aliqua, confessario violante sigillum confessionis? quod ex parte discutit Carena 2 par. tit. 27. §. 23. præcipua quæque huius materię sigilli sacramenti Pœnitentiæ vt attingamus oportet.

833 Obligatio strictissima seruandi sigillum confessionis prouenit ex triplici iure naturali, diuino, & ecclesiastico; de primo sic ostenditur, quia si alicui reuelatum fuit aliquid extra cõfessionem sub secreto, ad hoc seruandum obligatur ille iure naturæ, & si violet ipsum, facit contra fidem datam, & tenetur ad reparationem damni, ex iniusta secreti manifestatione secuti; ergo quanto magis confessarius iure naturæ obligatur audita in confessione sub secreto retinere?

834 Item † quia iure naturali debemus infamiam proximi cauere, ergo debemus etiam iure naturæ audita in confessione nulli manifestare, cum ex eorum manifestatione pœnitenti posit infamia prouenire ita Nauarrus, in cap. sacerdos de pœnitentia, dist. 6. num. 33. Sayrus, de pœnitentia cap. 26. num. 11. Reginal. lib. 3. num. 3. & alij communiter.

835 Quod item ex iure diuino proueniat inde probatur, primo quia confessarius vices Dei tenet, vnde sicut Deus remissorum peccatorum, omnino obliuiscitur. Ezechiel, cap. 18. Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius] aut saltem post remissionem tegit ipsa Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sũt peccata] ità confessarius debet prorsus tegere peccata per confessionem cognita,

836 † Secundo probatur ex vi institutionis, quia Christus Dominus Sacramentum Pœnitentiæ instituit, eo modo, quo posset facilè ab hominibus recipi, & quidem difficillimè ab eis reciperetur, imò confessio fieret odiosa, & onerosa, ab eaque pœnitẽtes valdè retraherentur, si confessarius non esset ad sigillum obligatus; ergo &c. ita D. Thom. in additionibus, quæst. 11. art. 1. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 13. punct. 1. Nauarrus, Sayrus, Reginal. loc. cit. & alij multi.

837 De iure verò Ecclesiastico patet ex ca. Omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs, & remissionibus, vbi hoc de seruando sigillum strictissimè iniungitur confessario sub pœna comminatoria depositionis, & perpetuæ pœnitentiæ in arcto Monasterio exequendæ: in quam commutata fuit alia peregrinationis, quæ olim confessario sigillum frangenti iniungebatur. ita Mascardus tom. 1. de probationibus, concl. 377. Coninch. disp. nu 4. Henriq. lib. 6. cap. 20. n. 1. Nugn. in additionibus D. Thomæ quæst. 11 art. 1. difficul. 1. vers. circa iura, & alij.

838 Cadunt autem sub confessionis sigillũ omnia peccata, quæ fuerunt manifestata confessario Sacerdoti per ordinem ad confessionem sacramentalem, animo se accusandi factam conuincitur hoc efficaci ratione, quia ex fractione sigilli circa quoduis peccatum confessario Sacerdoti taliter manifestatum, præter iniuriam sacramento Pœnitentiæ illatam, redditur confessio nimis

839 onerosa, & odiosa. † Secùs accidit, quando non manifestantur Sacerdoti per ordinem ad confessionem sacramentalem, ob contrariam rationem. Docent Martinus Delrius, magicar. disquisit. lib. 6. cap. 1.

Lazarius in monitorijs, sect. 2. quæst. 17. num 18. Suarez tom.4.in 3. par. D. Thom. disput.33. sect.2. Reginald. lib.3.num.5. & reliqui scriptores.

840 Ex prædicta doctrina deducitur resolutio diuersorum casuum. Primò, quod nõ adsit obligatio seruandi sigillum, si quis scienter manifestet sua peccata Laico, quẽ actu cognoscit non esse Sacerdotẽ, tametsi ex tali manifestatione nasci obligationem sigilli putet; cùm non dicatur manifestare sua peccata Sacerdoti in Ordine ad confessionem, ita præter suã rem, & Reginaldum loc.cit. Graffius 1.par.lib.1. cap. 23. nu.45. Coninch.de pœnitentia disp.9.nu.6.& alij.

841 † Quando tamen quis se finxit Sacerdotem, & ex hac fictione prouenit, quòd pœnitens notificauit ei sua peccata sic fingens obligatur ad seruandum sigillum. Patet indè quia pœnitens notificauit ipsi sua peccata in ordine ad confessionem sacramentalem, alioquin hæc redderetur odiosa, & quidem fraus delinquenti patrocinari non debet, ita iijdem auctores loci cit. Suarez vers. Maius dubium Reginald.nu.6 &16. Coninch. num. 8. Graff.& alij: quidquid in contrarium dicat Oniphri.de sigillo sect.3. qu.vnica, dub.4 pag. 184. quem meritò omnes relinquunt.

842 Deducitur Secundò, illum, cui aliquid sub sigillo confessionis notificatum fuit ab eo, qui nullo modo habebat animum confitendi, non obligari ad sigillum confessionis, quod enim de iure non subsistit, nullum causat effectum, talis autem obligationis effectum oritur à confessione facta animo se accusandi, & in ordine ad Con-
843 fessionem sacramentalem. † Atque hoc etiam locum habet, quamuis notificans affirmauerit sub sigillo se illud notificare, aut hoc fecerit flexis genibus præmissa cõfessione generali, vt solet dicendo, confiteor Deo &c. Nam cum ibi nulla adsit intentio confitendi, seù accusandi se sacramentaliter, nulla insurget obligatio sigil-
844 li. † Insurgit tamen obligatio secreti naturalis Iuris; vt ex se innotescit. Ita prædicti Doctores, loc.cit. Graffius, n.26. Reginal.num.5. Coninch num.9.& præter alios Sanchez lib.3.de matrimonio dis. 13. num.6.

845 A fortiori deducitur tertio, quòd non teneatur confessarius ad sigillum, quando aliquis ad ipsum venit, non vt confiteatur, sed vt pertrahat confessarium ad peccan-
846 dum. † vt si hereticus occultus fingit se velle confiteri, vt Confessarium ad suos errores inducat, aut si furtum simili fictione aliquid confessario dicat quò faciliùs furetur, vel furtum iam factum retineat. ita Coninch. Suarez, Reginald. loc.cit.& alij, & quidem in exemplo heretici sine dubio obligatur confessarius denunciare ipsum sancto Officio.

847 E contra deducitur Primò, confessariũ obligari ad seruandũ sub sigillo ea, quæ in confessione sacramentali audiuit, quamuis ob aliquam causam pœnitentem non absoluerit, cum illa per ordinem ad confessonem audierit. † Hinc Parochus, si in confessione sacramentali cognouit aliquem esse obstrictum impedimento dirimenti, vt si habuit rem cum aliqua, cuius sororem, vel consanguineam in secundo gradu vxorem ducere vult, tenetur hoc celare sub sigillo, ac illi in foro externo petenti Sacramentum Matrimonij negare non potest. ita Coninch. ibidem num 16. Reginald. loc. cit. num. 23. Henriq. lib.6 cap.19. nu.5. Suarez loc.cit, & alij.

848 Similiter deducitur, esse obligationẽ tenendi sub sigillo peccata manifestata in confessione sacramentali non solùm quæ sunt occulta, sed etiam publica. Vnde confessarius de istis nõ potest loqui si aliũde & non cognouit, nisi per confessionem,
849 vt per se patet. † Secùs si alia via notitiam eorum acquisiuit, ita d. Thom. in additionibus, quæst.11 art.5. Graff. loc. citat, Neuarrus, cap. Sacerdos, dist.6. num. 161. Reginal. vbi supra num.63. & alij commu-
850 niter. † Qui egregie exemplificant in Parocho, quòd possit hic, (imo quod teneatur credo) repellere à communicatione publicum concubinarium, quem extra confessionem cognouit esse talem; tametsi hoc idem ipsi ex confessione innotescat. Debet tamen cauere, ne indicit à se illum repelli ex scientia in confessione acquisita sic enim sigillum frangeret.

851 Hoc idem alio exemplo in peccatis occultis ostendit cum Soto in 4. dist.18. qu.4. art.5. Bonacina, tom.1. disp.5. quæst 6. sect.5 punct.2. nu.9. sequentibus verbis: Ex quo, inquit, infert Sotus, si quis mihi surripuit res meas, & ego nouerim extra confessionem, ipsum mihi surripuisse, possum denunciare, postquam mihi confessus fuerit hoc furtum, modò non vtar scientia confessionis, nec maiora adducam inditia ob audita in in confessione, neque ostendam me illa scire ex confessione] hæc ille, & rectè quidem.

852 Tenentur autem ad seruandum sigillũ non solum confessarij, qui immediatè audiunt confessionem, vt per se constat, sed etiam Superiores, quibus illi aliquid auditum in confessione manifestarunt, vt facultatem absoluendi à reseruatis obtinerent. Probatur inde, quia tunc superior gerit vices confessarij; cum ad ipsum causa delata sit, & ad quemcunque res defertur, cum suo onere transit, cap. Pastoralis, de decimis. Item quia alioquin confessio fieret valde onerosa, & odiosa ita Coninch. disp.9. dub.3 num 50. Henriquez lib.6.c.2. num 3. Reginald. lib.3. num.25. Nauarrus, cap. Sacerdos de pœnitentia dis. 6. n. 109 & alij.

853 Dein tenentur ad sigillum quicunque notitiam personæ pœnitentis, vel alicuius peccati confessi ab ipsis confessarijs acce-
perunt

perunt, aut de licentia ipsiusmet pœnitẽtis
consilij ca piendi causa, aut casu, dũ pro-
pe confessionalia adstarent, confessore, &
pœnitente alta voce loquentibus maxime
si aliter confessio fieri nequit, vt contingit
in periculo naufragij, aut tandem malitio-
sè, vt si ex odio, vel ex alio prauo affectu
confessarius personam pœnitentis cum ali-
854 quo peccato confesso manifestet. Pari-
modo ad sigillum seruandum obligatur in-
terpres, quo vtitur pœnitens in sua con-
fessione, quia sicut ille concurrit ad con-
fessionem, & cognoscit peccatum pœnitẽ-
tis per ordinem ad eam, ita afficitur effe-
ctu ipsius, & sigillo eiusdem tenetur. Tra-
dunt hæc omnia, vt certa Honophrius de
sigillo, sect. 3. quæst. vnica, dub. 2. Suarez
disp. 33. sect. 4 Nauarrus, Henriquez Nu-
gnus, & alij loc. cit.
855 Præterea inueniens chartam, in qua
scripta sunt alicuius peccata in ordine ad
confessionem, obligatur saltem ad secre-
tum naturale: quin etiam grauiter peccat,
si aliquid ex ea legat postquam cognouit in
ipsa contineri dicta peccata, quia grauem
infert iniuriam pœnitenti inuito. ita Na-
uarrus dicto cap. Sacerdos num. 113. Sotus
dist. 18. quæst. 4. art. 5. Reginald. lib. 3 n. 34.
& alij, quos refert Bonacina vbi supra.
856 Qui num. 7. hac ratione ostendit, quod
talis inueniens Chartam non teneatur ad
sigillum, nec frangat ipsum, si loquatur
cum alijs de contentis in ea, quia obliga-
tio sigilli confessionis dependeat propriè
ex inchoata confessione, & ex ijs, quæ pœ-
nitens manifestauit confessario per ordinẽ
ad confessionem animo se accusandi: quæ
ratio non valet si post factam iam confessio
nem, quis dictam Chartam inueniat, tunc
obligatio inde non insurgere sine dubio vi-
detur.
857 Sed quid si superior, aut Iudex dicta
peccata sic scripta casu inueniat, poterit
ne contra pœnitentem, qui commisit ea
procedere? Audi resolutionem à Bonaci-
na relato, num. 8. sequentibus verbis. [Ad-
do inquit, cum Soto, loc. cit. Iudicem, qui
legit repertam paginam, in qua descripta
continebatur peccata pœnitentis, non pos
se de huiusmodi peccatis inquirere, sed de
bere ea perpetuo silentio tegere. Ratio est
tum quia licet propriè non teneatur ad si-
gillum, tamen tenetur ad secretum natu-
rale, nisi fortè aliter postulet commune
bonum, iuxta doctrinam alibi traditam
de obligatione secreti, tum quia reueren-
tia Sacramento debita postulare videtur,
vt instrumenta confessionis non deducan-
tur ad externum forum cum periculo odij,
858 & oneris in confessione. Idem tenet
Menochius lib. 1. de præsumpt. præsumpt.
89. num. 26. vbi cum Balbo, & Gometio
loquitus de cognitione habita per reuela-
tionem sigilli & Martinus Delrius lib. c. 1.
sec. 2. Sotus loc. cit. Reginald. nu. 31. & alij

testantur illum esse absoluendum, & dimit-
tendum, qui fuit accusatus, & conuinctus
de crimine ob notitiam tantum habitam
per fractionem sigilli, nam cognitio in con-
fessione, cum censeatur facta Sacerdoti vi-
cem Dei gerenti non debet humano Iudi-
cio deseruir hæc ille ex mente aliorum.
859 Nequauqam verò frangit sigillum cõ-
fessarius, vel quiuis alius, qui tenetur ipsũ
seruare, si loquatur de auditis in confessio-
ne absque manifestatione persona pœnitẽ-
tis, & absque periculo, vt audientes in
cognitionem, aut suspicionem eius ve-
niant. Secùs, si manifestet, aut præbeat
ansam audientibus in cognitionem, vel
suspicionem illius veniendi. Ratio vtrius
est, quia ex primo non prouenit iniuria pœ-
nitenti, neque confessio redditur odiosa,
bene tamen ex secundo, ergo, &c. ita Na-
uarrus cap. Sacerdos, dist. 6. num 56. & in
Manuali cap. 8. num. 9. Coninch. Suarez,
& alij loc. cit.
860 Ob rationẽ autem prædictam non frã-
gitur sigillum, si confessarius dicat ex sciẽ-
tia habita per confessionem in tali ciuita-
te adesse multos sceleratos, nullum pecu-
liarem exprimendo. Similiter si dicat,
Audiui confessionem Pauli, & eum absolui.
Item Petrus confessus est mihi sua peccata,
aut peccata venialia in communi, nullo par
861 ticulari indicato. Quod si aliquod ve-
niale tantum indicet confessarius, iam frã-
git sigillum, & peccat mortaliter: quia
hac in re non datur paruitas materiæ, quæ
excuset à mortali, cum manifestatione cu-
iuslibet rei in confessione auditæ possint
grauia sequi inconmoda, & confessio ipsa
reddi odiosa, & onerosa. ita Nauarrus dict.
cap. Sacerdos, n. 39. Suarez. disp. 33. sect. 1.
nu. 12. Sotus in 4. dist. 18. qu. 4. art. 5. & alij.
862 Denique si confessarius, absque libera
pœnitentis licentia, vtatur scientia con-
fessionis ad aliquid faciendum, vel omit-
tendum (ex licentia ipsius secundum com-
munem DD. sententiam ea vti potest) seu
reuelat audita in ipsa, vel frangit quouis-
modo sigillum; committit duplex pecca-
tum, seu vnum duas habens malitias, con-
tra duplicem virtutem: primò peccat con-
tra iustitiam, & tenetur ad restitutionem
863 damni ex violato sigillo prouenientis,
Secundò peccat cõtra religionem peccato
sacrilegij cum iniuriam inferat sacramento
pœnitentiæ, quod cum obligatione sigilli
à Deo fuit institutum. ita citati auctores
Nauarrus, Suarez, Sotus, & alij.
864 Dubitatur autem circa id, quod est
præsentis instituti, an confessarius frangens
sigillum peccet etiam contra aliam virtu-
tem, nempè contra fidem, seu præsumatur
de eo, quod malè sentiat de sacramento pœ
nitentiæ Non desunt, qui affirmantur
respondeant, præcipuè Alphons. de Leone,
tom. 1. de ciouoɔɔɐɟuoɔ ssarij resolu. 22. n. 12.
cas. 2. Addens, quod huiusmodi violatores

 sigil-

sigilli denuntiari S. Officio debeant. Inde potest ostẽdi, quia ex sollicitatione ad peccatum in confessione insurgit præsumptio erroris contra confessarium, quòd habeat malam credulitatem circa penitẽtiæ sacramentum, & venit denunciandus S. Officio; ergo ex fractione sigilli insurget etiam similis præsumptio, & denunciandi confessarium fractorem sigilli obligatio, cum ex vtroque capite inferatur iniuria sacramento, imò maior ex secundo, vt patet, ergo, &c.

865 Nihilominus communiter receptum habetur inter Doctores, fractionem sigilli non esse casum sancti Officij, nec adesse obligationem denunciandi ibi eius fractorem. ita cum Malfes. in summ. tripl. Iuris, tom. 1. tract. 7. cap. 23. num. 68. Diana 4. par. resol. moral. tract. 7. resol. 95. & alijs, Carena par. 2. tit. 17. §. 23. num. 91. vbi testatur se nũquam vidisse similes processus fractionis sigilli agitari in S. Officio, prout, vidit quãdoque eosdem agitari in foro Episcopali: Atque hoc probare intendit per sequentia verba.

866 Ratio, inquit, huius sententiæ est, quòd Inquisitores cognoscunt tantummodo de hæreticis suspectis de hæresi, & turbatoribus sancti Officij, & aliquando cognoscunt etiam de criminibus, ex quibus hæresis suspicionem oritur, id est ex specialibus Decretis summ. Pontificum, vt accidit in sodomia, de qua cognoscunt Inquisitores Lusitanæ ex particularibus prescriptis Pij IV, Greg. XIII. Vrbani VIII. de quibus Sousa in Aphor. Inquisit. lib 1. cap. 59. nu. 10. Ex hac fractione sigilli neque oritur hæresis, neque hæresis suspicio, nec ex ea impeditur Tribunal sancti Officij, nec vlla Pontificis lege cautam reperitur, quòd Inquisitores de ea procedant; igitur in eius criminis cognitione nullo modo se se ingerere possunt Inquisitores,) hæc ibi Carena.

867 Prædicta tamen ratio nequaquam tollit vim alterius adductæ pro sententia opposita, secundum quam tenendum est, ex fractione sigilli oriri suspicionem hæresis, sicut oritur ex solicitatione in confes-
868 sione, quod ipse Carena negat. Et quòd ait Inquisitores quandoque procedere cõtra committentes aliqua crimina merè ex vi rescriptorum Pontificium absque vlla præsumptione erroris, ponitque exemplũ in sodomia, absolutè non admittimus consequenter loquendo ob tradita à nobis lib. 1. nostri operis cap. 20. Regul. 150. vbi nu. 147. & seq. cum Emanuele Moura opusc. 1. de incant. sect. 3. cap. 1. à nu. 16. cum Henr. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 24. num. 2. in Glossa litt. P. & cum alijs tenuimus probabiliter, ex crimine sodomię, sicut [illegible] valdè enormi oriri præsumptionem erroris, ex natura rei, & non ex vi [illegible] Pontificium, quæ dicta prę-sumptionem [illegible]. Vide plura ibi.

869 Admittit verò idem Carena, duos casus in quibus possunt Inquisitores procedere contra frangentes sigillum confessionis. Primò si confessarius scienter crederet licitam esse reuelationem secreti sacramentalis, & sigilli fractionem, quia tunc malè sentiret de sacramento pœnitentiæ, vt ait etiam Malfes. loc. cit. essetque hæreticus formalis ex scientia contraria veritatis, seu cum pertinacia sic credens, & in expeditione causæ hanc hæresim de formali abiurare deberet; ita ille num. 93

870 Secundus casus discutitur à Carena, & resoluitur num. 94 & seq. sub hac distinctione, quòd vel fiat violatio sigilli sacramentalis à confessario alias omnino probatæ vitæ, & non consuetudinario in hoc delicto; tunc ait non esse locum procedendi in sancto Officio contra talem sigilli violatorem.

871 At si violetur sigillum à confessario malæ vitæ, & aliàs de hæresi suspecto, affirmat benè ille posse ipsum ab Inquisitore interrogari, quid sentiat de hoc Pœnitentiæ sacramento: & in expeditione, attenta facti qualitate, addo posse aliquando eidem abiurationem saltem de leui iniungi, cum modernorum hæreticorum errores contra istud sacramentum adsint.

872 Pro confirmatione tandem casus præcedentis adducit alium similem in diuersa materia idem Carena, à quo proprijs eius verbis audiamus.

873 Et ita, inquit, in effectu in casu simili video sensisse nostram Congregationem S. Officij Cræmonę sub die 9. Nouembris 1587. apud Reuerendissimũ Marcum Antonium Amidanũ in eius votis manuscriptis apud me existentibus, voto 34. num. 9. tom. 2. Cum enim in sancto Officio tunc adest quidam homo perditæ vitæ grauatus de horrendis blasphemijs, de contemptu censurarum, de non seruato delectu ciborum, de non auditione missarum diebus festiuis, & etiam de adulterio, & concubi-
874 natu ex consuetudine, Congregatio cẽsuit per omnes, attenta eius pessima vita, & alijs delictis, ex quibus aliàs iste erat de hæresi suspectus, posse eum interrogari in tormentis, quid sentiat de sacramento matrimonij, cuius fidem (cum coniugatus esset) per adulteria violauit hæc ille, quibus iam Regula nostra terminatur.

Reus ne sancti Officij aliquis in triplici casu disperato exprimendo? qualiter item ibi expediendus, maximè quoad abiurationem.

REGVLA CCCCIX.

875 HAud subijcitur Inquisitorum Iurisdictioni confessarius, qui non vult absoluere pœnitentem, si non manifestat sibi complicem delicti: nisi fortè pertinaciter credet esse licitum difamare proximũ etiam in sententia tenentium ex notitia per con-

confessionem habita sequi infamiam nam tunc esset formalis hæreticus, & de forma-
876 li abiurare deberet. Fit autem reus Sancti Officij quicunque sine facultate, & approbatione Sedis Apostolicæ Religionem aliquam instituere audet: & cùm præsumatur malè sentire de potestate dictę Sedis in prohibendo talem fundationem Religionis, quandoque abiuratio saltem de
877 leui ei iniungi potest. Subest denique sanctæ Inquisitionis Tribunali defendens eam doctrinam ex mente aliquorum Doctorum temerariam, & erroneam indicatam, quod detur minimum in re venerea, ob eamque ibi etiā de vehementi aliquando, vel leui abiurare tenetur.

---

878 Negatiuam primi casus resolutionē propositam ex Villalobos in summa, & ex Diana 4. par. resol. moral. tract. 8. resol. 97. affert Carena 2. par. tit. 17. §. 25.
879 num. 97. quibus cum approbo. Quamquam ratio, quam pro ea assignat ipse Carena non videtur multum vrgere, nempe quod nullo iure cautum reperiatur, oriri inde hæresis suspicionem, si confessarius neget absolutionem pœnitenti uolenti indicare sibi complicem delicti, quia suspitio hæresis, vt lib. 1. nostri operis cap. 20. Regul. 150. cum Moura Henriquez, & alijs ibi citatis ostendimus ex aliquo delicto nō dimanat, quòd in iure dispositum sit, vt sanctum Officium contra delinquētem peculiari forma & peculiaribus pœnis procedat, sed e contra talis dispositio à iure facta, eo quòd præsumptio hæresis ex eo delicto oriatur.
880 Ratio itaque propositæ resolutionis negatiuæ ista videtur assignanda, quia scilicet ex hac Confessarij actione negandi absolutionem pœnitenti, eo quòd nolit manifestare ipsi confessario complicem delicti per se & ex natura rei nullo modo oritur aliqua præsumptio erroris, cum secundum multorum sententiam pœnitens ad illius manifestationem semper teneatur etiam si sequatur infamia complicis apud solum confessarium: ita Bonacina de contract. disp. 2. quæst. 4. punct. 4. num. 2. Coninch. de sacram. tom. 2. Reginald. in praxi tom. 1 lib. 6. cap. 4. & alij.
881 Dicere autem absolutè, quòd sit licitum proximum infamare, vt attingit Carena loc. cit. sine dubio est hæresis, atque sic tenens pertinaciter, constituitur hæreticus formalis, ac de formali abiurare debet, vt per se clarè constat. Quamquam verum est id, quod adducit ibidem Carena ex Gaspar. Hurtado de sacram. tom. 1. de pœniten. disp. 9. difficul. 11. nempè per reuelationem complicis factam vni tantū confessario, qui notitiam eius retinet sub sigillo sacramenti non posse dici, quòd ip-
882 se complex infametur. Et in confirmationem profert verba illa D. Bernardi de formula honestæ vitę in fine. De nullo, inquit, sinistrè loquaris, nisi in confessione, & hoc vbi non potest aliter peccatum suum manifestare atque hæc de primo casu.
883 Quoad secundum, eius resolutionem tradidimus ferè totaliter lib. 1. nostri operis cap. 20. Regul. 150. num. 161. & seq. expresso ibi Decreto sacræ Congregationis coram Paulo Papa IV. edito die 16. Iulij 1556. in hanc formam: Prælibatus S.D.N. ratificauit capturam Ioan. Francisci Raymundi Mutinen. Congreg. S. Pauli, & Barnabæ Ciuit. Mediolani, & commisit Reuerendiss. DD. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, siue R. D. Commissario facultatem procedendi, seù procedi faciendi in futurum contra quascunque personas volentes instituere, seu instituentes nouam Religionem, cuiuscunque status, gradus,
884 & conditionis existant. Et de contentis in titulo, seù titulis de Religiosis Domibus, & de Constituentibus nouam Religionem, Monasteria, vel alia quæcunq. loca pia, quod possint dicti Reuerendissimi Cardinales, seù dictus Reuerendissimus Commissarius ea reuidere, & corrigere, ac omnia alia & singula in præmissis facere, quę eis videbuntur viri consona. En decretum vti ad verbum adducit Diana in fine 4. par. Resol. moral.
885 Cum autem contra institutorem alicuius Religionis absque facultate, & approbatione Sedis Apostolicæ violato prædicto Decreto sacræ Congregationis insurgat ex tali facto erroris suspicio, & præsumatur, quòd malè sentiat de potestate sedis Apostolicæ in prohibendo huiusmodi fundationem Religionis, seu non esse iustam hanc prohibitionem: item præsumatur, quòd intendat in tali Religione sic à se fundata seruari aliquid dissonum, & repugnans doctrinæ Catholicæ, ritibusque Ecclesiasticis per Inquisitores, quorum iurisdictioni subest, pro modo culpæ, & qualitate personæ puniri potest, & aliqua abiuratio saltem de leui ei iniungi; quod adeo certum per se est, vt nulla indigeat probatione.
886 Quid tandem de tertio casu datur ne minimum in re venerea, ita vt delectatio de osculis, aut tactibus libidinosis, aut de alio obiecto graui sumpta sit tantum venialis? Non defuerunt auctores aliqui, qui in partem affirmantem inclinarunt, præcipuè Thomas Sanchez lib. 9. de matrimon. disp. 46. num. 7. Sed posteà iam factus senior re melius considerata palinodiam dixit tom. 2. Operis moralis lib. 5. cap. 6. n. 9. quod facilius capietur propositis eius verbis.
887 Quod si petas, inquit, quando accidat culpa lethalis contra castitatem in tactibus, aspectibus, & alijs venereis. Hoc pertinet ad sextum præceptum, vnum tamen aduertere volo, sententiam, quam lib. 9. de

de matrim. disp. 46. num. 7. dixi esse verissimam, nempe amplexus, & oscula libidinosa, quamuis sola venerea delectatio quę in ipsis sentitur, placeat excluso alio ordine ad copulam esse mortalia, & contrariam ab aliquibus appellari temerariam, & erroneam, hodie approbatam esse à summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. qui Inquisitoribus fidei denunciari iusserunt asserentem in illis non committi crimen
888 lethale. Et quamuis ibi num. 9. dixerim hanc doctrinam esse moderandam, nisi delectatio esset parua, quia tunc ratione paruitatis materiæ excusaret à mortali. At nunc conformius prædicto mutui proprio, & veritati iudico non reperiri paruitatem materiæ in delectationibus venereis, quæ deliberatè capiuntur ex obiecto graui, etiā secluso periculo pollutionis, & consensus in aliud obiectum graue] hæc ille, & confirmat ex Rebello sic.

889 Quod latissimè, inquit, & optimè probat Rebellus de iustitia par. 2. lib. 3. q. 19. tota sec. 3. eiusque rationis èd hanc in summa rediguntur. Quòd delectatio venerea, siue notabilis, siue modica, quando ex deliberatione sufficienti captatur, ac proinde non excusatur à culpa graui ratione modicæ deliberationis, si sit complacentia de fornicatione, siue naturali, siue contra naturam, ad quàm ordinatur, & à qua totam malitiæ rationem habet, vt colligitur ex D. Thoma 1. 2. quæst. 11. art. 1. ad 3. & 2. 2.
890 quæst. 154. art. 4. corp. & ideo quantumcunque modica sit, si est de obiecto mortali, erit semper mortalis, nec ratione paruitatis materiæ excusari à mortali poterit si deliberata sit: Sicut complacentia deliberata de quocunq. alio obiecto mortali, vt de homicidio, furto, & similibus, quantumuis modica sit, est semper lethalis] hæc ille; vide plura apud ipsum in maiorem confirmationem.

891 A prædicta autem sententia affirmante, quod detur minimum in delectatione venerea, vt Religiosi omnes nostræ societatis Iesu prorsus recedant, opportunè prouisum prudenter, & efficaciter per superiores nostros maiores duobus Decretis, quorum posterius declarationem, seù extensionem prioris continet, vtriusque tenorem ad verbum hìc visum est exprimere, rem tanti momenti completiùs capiēdam.

Decretum de paruitate materiæ in venerea delectatione Admodum Reuerendi Patris Claudij Aquauiuæ Bon. Memor.

892 QVia nonnullorum opinio, quæ docet in venerea exiguam aliquā delectationem deliberatè quæsitam propter leuitatem materiæ excusari à peccato mortali, plurimum obesse possit non solum bonæ Societatis existimationi, sed etiam puritati morum, quam in exter-nis, tanti semper fecit Societas. Et quia propter periculum, in quod inducit, & moralem impossibilitatem distinguendi practicè in re tàm lubrica materiam leuem à graui à doctis admodum, grauibusque societatis Patribus, cum quibus negotium hoc communicauimus, in praxi omnino falsa, ac periculosa, valdeque puritati contraria iudicatur: re maturè considerata, statuendum in Domino duximus, ne quis in Societate publicè, vel priuatim non modo vt veram, vel probabilem, sed ne vt tolerabilem quidem illa ratione eam doceat, aut placere sibi significet, aut secun-
893 dum illam consilium cuiquam det. Quare omnibus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus, sub pœna excommunicationis, ac priuationis lecturę, vocis actiuæ, & passiuæ, nec non & habilitatis ad quælibet officia, ac alijs pœnis arbitrio nostro infligendis. Et ad professionem tales intelligant se minimè esse admittendos: Et vbi de re satis constiterit, Prouinciales statim exequi debebunt, nosque primo quoque tempore monere, vt re examinata statuere possimus, an qui rem tanti momenti, atque à nobis tam serio commendatam neglexerit, retinere in societate expediat. At hoc interim, donec (quod futurum speramus) grauius aliquid in hanc doctrinam
894 à suprema Romana Sede statuatur. Volumus etiam, vt post manifestationem huius decreti, si quis in posterum aliquem ex nostris circa prædicta deliquisse nouerit, teneatur in virtute Sanctę Obedientiæ superiori aperire. Romę 24. Aprilis 1612.

Decretum de paruitate materiæ in delectatione venerea non quæsita, sed admissa, Admodum Reuerendi Patris Generalis Vincentij Carafæ.

895 QVoniam à nonnullis doceri audio non esse mortale consentire motibus venereis vi naturæ insurgentibus, & non excitatis per ipsum hominem si non sint graues: nec aduersari putant sententiam decreto P. Claudij edito 24. Aprilis anno 1612. & nuper inter censuras Societatis impresso iussu postremę Cōgregationis generalis; quasi eo decreto vetaretur solum doctrina de delectatione deliberatè quæsita in materia leui, non autem de delectatione deliberatè admissa, seu sorta, quando exurgit ex impetu naturæ, Ideo re maturè perpensa cum PP. A A. & auditis super ea Theologorum aliquot iudicijs, ne tam periculosa sententia latius serpat inter nostros in detrimentum Angelicæ puritatis, quidquid sit an aduersetur illa prædicto decreto P. Claudij, prout ver-
896 ba sonant: Ego decretum illud totum ad dictam sententiam extendo, atque adeo sub eisdem pœnis, & censuris, & sub præcepto sanctæ obedientiæ omnibus nostris interdico, ne quis sententiam illam

pu-

publicè, vel priuatim doceat, aut sibi eam placere tanquam tolerabilem significet, aut secundum illam consilium cuiquam det.

897 Et denique si quis aliquem ex nostris contra deliquisse nouerit, teneatur illum in virtute sanctæ Obedientiæ superiori manifestare. Romæ 25. Ianuarij 1947.

898 Circa hęc duo decreta nihil occurrit adnotandum; cum omnia in eis contenta per se sint manifesta, & apud me prorsus certa. Addam tamen vnum verbum pro ampliori manifestatione, quod scilicet ex mente doctissimorum virorum, quos consului, idem sit affirmandum de displicentia de peccato mortali carnis non commissi, se cū obtulerit opportunitas committendi, cum eadem sit ratio de ista, atque de venerea delectatione obiecti mortalis; ergo in tali displicentia non datur paruitas materiæ. Idemque erit de displicentia homicidij aut furti, aut alterius delicti mortalis non commissi, quòd occasione oblata potuit committi, atque his Regula absoluta.

899

Sortilegi, ac malefici, quoquomodo habentes pactum cum Dæmone, an & quali abiuratione expediendi in sancto Officio.

REGVLA CCCCX.

900 Si pactum expressum habeat sortilegus, aut maleficus cum Dæmone, si eum inuocet, & adoret maximè cultu latriæ, si fidem Catholicam ex parte, vel in totum ipsi abneget, cùm inde verus, & formalis hæreticus, aut apostata constituatur, de formali abiurare debet. Similiter si res sacras sortilegijs admixtas ad prauos vsus inseruire posse credat.

901 At si qualificatum, seu sapiens manifestè hęresim sit sortilegium, & sortilegus, seu maleficus malam credulitatem negat etiam post sustinentiam torturam, abiuratio de vehementi est ei iniungenda.

902 Ex sortilegijs denique simplicibus; seu non hæreticalibus manifestè, sed tantum implicitè cum solummodo insurgat leuis suspicio hæresis, ad eam euacuandam calibus sortilegis, vel leuis tortura, vel abiuratio de leui est infligenda; quandoque etiam sola correptio, si quæ confecerunt, sint merè simplices superstitiones.

903 De hac materia sortilegiorum, magicarumque superstitionum, & maleficiorum copiosiùs præ cæteris egimus iam lib. 1. nostri Operis toto cap. 14. per quindecim Regulas haud quaquam breues sed non omninò completè, nec satis abundè, pro ingenti, & inenarrabili copiæ huiusce materiæ, pro innumeris pœnè speciebus, seù nouis modis sortilegiorum, qui duce, seù doctore Dæmone indies emergunt, & denuntiantur apud Tribunalia sanctæ Inquisitionis, præsertim apud

904 nostrum Melitense. Equidem consultò distuli præsentem Regulam ad finem huius capitis, cum multo prius apponere debuissem, vt non pauca hoc spectantia magnæ curiositatis pœnes nullum scriptorem reperta, dictę sortilegiorum materiæ adiungerem ex causis grauissimis, quæ in isto Tribunali tractantur, si interim fuissent expeditæ, & publicatæ, sed nullus adhuc finis, nec ante publicationem audeo quidquam attingere cum periculo strictissimum secreti iuramenti violandi spe tamen ea alibi tibi trodendi haud destitutus maneas.

905 Porrò ferè tota huius Regulæ doctrina per se nota est, & vix vlla indiget probatione, sed tantum aliquali expressione per singulas particulas. Quoad primam, nullum dubium, quod pactum expressum cum dæmone regulariter non sit, nisi apostatādo à fide, negando Baptisma, conculcando Christum Crucifixum, & adorando ipsum Dæmonem, atque hinc sortilegus, seu maleficus constituitur formalis hæreticus, siue apostata à fide, & de formali abiurare tenetur. Ex Martino Delrio disquis. Magic. lib. 2. quæst. 4. Farin. de hæresi, qu. 181. num 34. copiosè de hoc tractantibus, & ex alijs adducit Carena par. 2 tit. 12. §. 14. num. 137.

906 Proposita verò doctrina habet præcipuè locom casu, quo paciscens expressè cum Dæmone, eum adorat actu latriæ, imò, & duliæ, credens alterutrum ex his adorationibus ei competere; vnde tunc

907 abiuratio de formali iniungenda. Quòd si malam credulitatem neget, ob vehementem eius suspitionem, sic adorans venit torquendus, & vbi ex tortura nihil emerserit, de vehementi abiurare debet. Patet ex traditis per Eymericum par. 2. direct. quæst. 43 numer. 5. & seq. ibi Pegnan. commen. 68. Zenhinum in summ. par. 1. tit. de fide cap. 15. num. 15. Simanch Cathol. Instit. tit. 21. & tit 30. de hæret. n. 19. Farinac. de hæresi quæst. 181. nu. 68. & seq. Carena dict. tit. 12. § 10. num. 56. & per alios, ac per nos aliqi.

908 Ex prædictis benè colligit tria idem Carena cum Auctoribus, quos citat: Primum colligitur, inquit, sortilegium hæreticale committi ab eo, qui inuocat dæmonem, primo faciendi circulos in terra, illosque aliquibus signis muniendo, & puerum in medio ponendo; nam talis videtur honorem aliquem Diabolo tribuere, maximè cum circuli sint signa diuinitatis, ita Zechius in summ. loc. proximè cit. n. 5. vers. 3. modus, Farinac. dict. quæst. 181. n. 7. vbi allegat Zachini Additionatorem. ita ille, & prosequitur.

909 Colligitur, inquit, secundo, quod sortile-

tilegia omnia, in quibus sortilegus obediẽtiam præstat diabolo, in his, quę tendunt in opprobrium fidei Christianę, sunt hereticalia. Decian. tractat. crim. lib. 1. cap. 17. vers. quinquagesimo primo. Farinac. vbi supra num. 71. hęc ille & addit.

910 Colligo 3. inquit, sortilegium hæreticale esse portare chartam appẽsam ad collum cum nominibus Gibat, & alijs incognitis, quia nomen illud, Gibet, est nomen dęmonis, vt dixit Ioan. Laurent. de Anania, lib. 2. de natura dęmonum, cap. 6. & delatio illa ad collum, est signum reuerentię & cuiusdam adorationis exhibitæ Dæmoni, sicut signum est reuerentiæ, & deuotionis, erga sanctos, eorum Reliquias, & ossa ad collum gestare. hactenus Carena: nec dubium, quod ex sortilegijs huiusmodi fiat talis sortilegus de hæresi vehementer suspectus, & quod iuxta iam tradita de vehementi abiurare debeat.

911 Absque adoratione item Dæmonis, si inuocetur hic à sacrilego ad faciendum ea, quę solus Deus potest facere, vt ad suscitandum mortuum, &c. Vel ad sciendum futura, quę per naturam sciri nequeunt, eo quod dependeant à sola Dei voluntate, qualia sunt misteria gratię à libero creaturę rationalis arbitrio, vel quod determinatam non habeant causam; talis inuocatio Dęmonis sortilegium continet qualificatũ & consequenter ex eo fit sortilegus de hęresi vehementer suspectus, atque ad abiurandum de vehementi cogendus. Patet ex traditis per Martinum Delrium disquis. Magic. lib. 4. cap. 2. quæst. 2. vers. primo nequit. & lib. 5. sect. 15. vers. Primum Axiuma. Zanardum in summ. tom. 2. cap. 64. & præter alios, quos citat, Sanchez in decalog. lib. 2.

912 num. 7. vbi benè addit, quòd illa futura possit Dęmon coniectans probabiliter prędicere ob ingenij acumen, longam experientiam, cognitionemque temperamentorum hominum.

913 Dæmonis tamen inuocationi ad faciendum, aut sciendum ea, quæ ipse viribus suę naturæ facere, vel scire valet, nequaquam est coniunctum sortilegium qualificatum, seu manifestè sapiens hæresim; Vnde inuocans sic dęmonem absque vlla adoratione, & absque verbis deprecatiuis nõ reddetur suspectus vehementer de hæresi, sed tantum leuiter, & sola abiuratio de leui videtur ei iniungenda, Constat ex mente Pegn p. 2. direct. quæst. 43. Commen. 68. vers. Verum plurimum, refert, cum alijs per ipsum relatis Genu. in Praxi Neapoli cap. 18. nu. 11. & Farinac. de hæresi, quæst. 181. nu. 5. &c.

914 Quamuis autem Eymericus, quęst. cit. vers. 3. casus, supponat vt certum, quòd inuocare dæmonem, simpliciter sit actus hęreticus, eo quòd contineat cultum latrię iuxta illud Psalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, & Genes. 4. Iste cœpit inuoca-

915 re nomen Domini. Nihilominus eius Commentator Pegna loc. cit. vers. tertius casus meritò, & rectè ipsi contradicit, & cum vera doctrina resoluit, inuocationem Dęmonis fieri posse absque cultu, & adoratione, vt cum requiritur aliquid abeo, quòd ipse præstare potest absque vlla reuerentia semota omni cogitatione subijciendi se Dęmonibus, imò etiam cum actu interiori odij in ipsos. Vt optimè cum Caietano 2. 2. quęst. 95. art. 4. affert. totidem ferè verbis Carena 2. par. tit. 12. §. 10. num 63.

916 Prędicta Pegnę resolutio etiam locum habet, quando inuocatur Dęmon verbis deprecatiuis: quanto magis habebit. Si eius inuocatio fiat verbis imperatiuis? Quę duplicem modum inuocandi Dęmones, admittunt diuersi Auctores, prçcipuè citati Pegna, & Carena quamquam secundum veriùs refellunt alij, vt Simanchas Cathol. Instit. tit. 30. num. 17. ex doctrina D. Augustini lib. 10. de Ciuit. Dei, cap. 11. affirmãtis ridiculum esse inuocare Dæmones per modum imperij, aut eis comminando præcipere; non enim est potestas super terram, quę comparetur eis, vt habetur Iob. 41. sed de hoc iam nos alibi egimus.

917 De in extante solo pacto etiam tacito cum Dęmone, nempe cum quis superstitiosis vtitur signis, ad quorum vsum Diabolus vigore pacti expressi habiti cum ipso à primo instituente aliquid operatur, vti benè declarat Delrius, lib. 2. disquis. Magic.

918 quęst. 4. vers. Pactum tacitum. Si in sortilegijs adhibeantur res sacræ, vt aqua, vel Candela benedicta, vel abusus Sacramentorum, qualificata, & manifestam, ac violentam prębebunt hęresis suspitionem, quia nullus tales res sacras sortilegijs adhiberet, nisi crederet eas ad similia opera sortilega exercenda aliquam vim habere. Vnde si conficiens ipsa hanc crudelitatem fateatur, vti hęreticus tractandus est, & abiurare de formali cogendus. ita Pegna, par. 2. direct. commen. 67. vers. item illa. Genuen. in Praxi Archiep. cap 18. num. 11. vers. admiscentes, & Carena, vbi supra numer. 242.

919 Quod si credulitatem dictam neget sortilegus etiam post inflictam pro intentione eruenda torturam abiuratio de vehementi illi iniungenda ob vehementem hæresis præsumptionem: ita idem Carena cum Alphons. à Castro de iuxta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 15. vers. vt autem

920 hoc apertius, & cum alijs. Secùs autem erit, vbi tantum adest pactum tacitum cum Dæmone & in sortilegijs nõ admiscẽtur res sacræ; nam tunc solum insurget suspitio leuis de mala credulitate, & abiuratio de leui debet iniungi; imò nec de leui, sed sola correptio cum pœnitentijs salutaribus, cùm clarè apparet, quòd adsit mera superstitio, cum leuissima hæresis suspitione, aut nulla. Ex communi doctorum sententia tradit Carena dict. tit. 12. §. 20. num. 241. vbi cum Pegna egregiè supponit id, ex quo deducitur an, & qualis abiu-

abiurationis gradus sit iniungendus, accipe propria ipsius verba.

921 Ante omnia tamen, inquit, supponendum est, Iudices violatæ Religionis non facilè credere debere, hunc, vel illū esse vehementer de hæresi suspectum, quia in hoc, vel illo auctore reperiant ex tali, vel tali causa oriri vehementem suspitionem: Nam qualitas personarum, & circumstantiæ causarum diligenter sunt cōsiderandæ; Ex his namque augetur, & minuitur suspicionis gradus; imò aliquando in totum omnino tollitur hæresis suspicio ita Pegna in direct. Inquisit. par. 2. comm. 81. versic. Postremò vnum hoc, & latius comm. 3. par. 2. vbi de præsumptione oriēte ex retentione librorum prohibitorum, Genuens. in praxi Archiep. Neapól. c. 18. num. 12.) hæc ille.

922 Qui num. 244. proponit praxim interrogandi sortilegos, seù maleficos, eruendique ab eis malam credulitatem pro assignando legitimo abiurationis gradu, & exēplificat circa casum peculiarem, scitu dignum sic.

923 *Dixi*, inquit, cum pertinacia, quia si mulier v. g. interrogata an crediderit Dæmonem in sortilegio ad amorem posse amasij cogere voluntatem? Responderit affirmatiuè, non ob id statim cogenda erit ad abiurandum de formali, sed sufficit, si cogatur ad abiurandum de vehementi, dummodo parata sit corrigi, quia mulieris simplicitas excusat, ita Alphons. à Castro, de iusta hæreticorū punitione lib. 2. cap 15. Maximè cum articulus libertatis arbitrij non sit ex articulis notis omnibus, prout est articulus Incarnationis, &c.

924 Præterquam, quòd illa responsio mulieris posset exponi de coactione morali, iuxta vulgatum dictum, cogit sua quemque voluptas, non de coactione phisica.) hactenus Carena.

925 Quod si hæc secūda expositio de coactione morali est admittenda, vti sine dubio debet admitti ex mente tanti auctoris, dictam mulierem, sic affirmatiuè respondentem Dominus Inquisitor absque vlla abiuratione expedire tenetur, aut saltem prorsus leuis, quòd de phisica coactione eius affirmatiua responsio fuerit.

926 Refert autem loc. cit. num. 250. ipse Carena singularem opinionem Zanardi in summat. diuinorum præceptorum tom. 2. cap. 64. de pœna mortis sortilogorum, vers. Huic difficultati. vbi asserit (saluo sēper sanctæ Matris Ecclesię iudicio) quamuis leuiter in materia fidei suspectum nō esse cogendum ad abiurandum de leui, sed talem suspicionem posse, & debere ab eo purgari per leuem torturam. Hanc suam assertionem Zanardus nulla ratione vllius considerationis probat.

927 Vnde quoad eam partem, quòd leuiter suspectus nō debeat suspicionem purgare per abiurationem de leui, meritò ait Carena esse falsam, cum expressè repugnet textui canonico in cap. Accusatus, de hæreticis in 6. nam ibi interrogatus Papa, an qui hæresim in Iudicio abiurauerat, & postea reincidit in ipsam censeri debeat iurisdictione hereticus relapsus? Respōdit, quòd vel abiurauit vti vehementer suspectus, & tunc censeri debet relapsus; vel vti tantū-

928 modo leuiter suspectus, & sic non. Atque hinc clarè deducitur oportunè, & non frustra fuisse introductam à Iure abiurationē de leui ad purgandam leuem hæresis suspicionem, Sicuti multis copiosè ostendit Pegna 3. par. direct. comm. 40.

929 Falsa item Zanardi assertio repugnat Manifestè vniuersali consuetudini abiurandi de leui in omnibus Tribunalibus S. Officij receptæ præsertim in supremo Vrbis, & orbis. Quamuis enim suspectus leuiter de hæresi, tàm in materia sortilegiorum, quàm in quauis alia possit per leuem torturam talem suspicionem omnino purgare, nec vllus sit, qui id neget, vt iam lib præcedenti suo loco diximus; regulariter tamen sic suspectus non torquetur, sed per abiurationem de leui dictam suspicionem tollit. Ita idem Carena, num. 253. cum Genuensi in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 68 in notis. & cap. 84 in Antiq. num. 8. vers. quando reperitur quis.

930 Praxis autem ista inde deducitur esse maximæ auctoritatis, & æstimationis, quòd vt ipsemet Genuensis in fine dicti capitis affirmat, tota fuerit desumpta ex multiplicibus litteris sacræ Cōgregationis S. Officij de Vrbe ad curiam Neapolitanam transmissis circa diuersas reorum sanctæ Inquisitionis causas; pro earum, vt solet, legitima decisio.

931 Certum itaque est, quòd sortilegis leuiter suspectis possit, & debeat iniungi abiuratio de leui. Exemplificat in sortilegis Astrologiæ iudiciariæ facientibus iudicia circa Natiuitates hominum contra Bullā Sixti V. incip. Cæli, & terræ, Diana tract. 7 Resol. 17. par. 4. Resol. Moral. vers. Vnde in Inquisitione Hispanica, vbi refert, quod quidam Clericus, qui prædixit tempus, genus, & modum mortis Regis Francorum, vt postea euenit, abiurauerit de leui suspensus fuerit ab ordinibus, & beneficijs priua-

932 tus, & à tota Hispania exulatus. Addit ibidem, quòd alius etiam clericus eodem tempore abiurationem de leui emiserit cū pœna reclusionis per annum in quodam monasterio.

933 Nihilominus, si astrologus affirmet, se tantum prædixisse, in quantum astra possunt inclinare, cum corpora cælestia secūdum veram doctrinam D. Thomæ prima par. quæst. 115. & aliorum Theologorum, agant in hæc inferiora, in corpus quidem humanum directè, in animam verò hominis indirectè, nulla est ei abiuratio iniungenda, eo quòd talis prædictio ex se omnino indifferens censetur. ita cum Zanardo

do to.1.cap.5. de fide vers. primò sortilegus, seù diuinator Carena ibidem nu. 254.

934 E contra verò si Astrologus interrogatus circa crudelitatem tueatur cum pertinacia, astra posse directè agere in voluntatem hominis, vti hæreticus est iudicandus & ad abiurandũ de formali cogendus. Non item liberabitur à iusta punitione per Inquisitores infligenda, nec aliquo gradu abiurationis de leui, aut de vehementi, attenta qualitate personæ, aliarumque circumstantiarum, etiam si ipse protestetur, se non prædicere certò effectus à libero arbitrio dependentes. Vtrumque adducit benè Carena citatus ex Zanardo relato, & ex Sousa lib.1. Aphor cap.48. num.15.

935 Tandem pro assignando abiurationis gradu, vel secùs, adducit Carena dict. §. 30. nu. 241. aliud principium certum per sequentia verba.

936 Supponendum, inquit, est secũdò, quòd abiurationi ob hæresis suspicionem non potest esse locus, nisi consti to plenè, & concludenter, non autem præsumptiuè solum de facto, ex quo prætenditur oriri hæresis suspicio: alias enim præsumptio ex præsumptione oriretur, contra regulam, l.1. Cod. de Doct. promiss. Rot. decis. 800. nu.17. p.1. diuers. Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. in octaua declaratione. Et hoc benè notandum est etiam in omnibus alijs delictis ad hoc sanctũ Tribunal pertinentibus. ita ille.

937 Verùm intelligi debet non solum quãdo constat plenè de facto principali, & completo, vt de sortilegio iam executo; sed etiam quando tantummodo constat omnino de præparatorijs ad ipsum efficiendum, vel ad eius vsum, vt si penes sortilegum reperiantur instrumenta Magina, vt pentacula. Hinc enim sufficienter inditiari ad torturam pro crueda intentione malæ crudelitatis, & si nihil emerserit, esse cogendum ad abiurandum de leui, affirmat Genuens. in praxi Archiep. Neapol. ca.18.n.13 fuisse decisum à sacra Congregatione sancti Officij Vrbis contra quemdam doctorem bonæ famæ.

938 Pari etiam modo si penes aliquem reperiantur libri continentes sortilegia hæreticalia, vt Clauicula Salomonis Almaden, &c. cantra retentorem insurgit vehemens hæresis præsumptio, & super intentione, complicibus, & vsu infligenda ei tortura, Ex qua si nihil emergat, iniungenda ipsi abiuratio de leui ita cum Pegna Parinac. Genueus. & alijs per ipsum citatis, Carena

939 par.2. tit.12. §.21. nu. 175. Qui nu.176. cum dictis Pegna, & Genuensi benè addit, quòd si in libris retentis ab aliquo contineantur sortilegia non hæreticalia, possit retentor expediri absq. abiuratione cum so leui tortura, & pœnitentijs salutaribus, Atque hactenus prædictis, & Regulæ, & capiti esto iam finis.

CAPVT VI.

De tribus modis, nono scilicet, Decimo, & Vndecimo expediendi causas S. Officij absque vlla abiuratione, vel secùs in ipsius reis, pœnitentibus relapsis, ac impœnitentibus relapsis, aut non relapsis.

PROEMIOLVM.

1 Post longam disquisitionem, qualiter in singulis casibus, seù particularibus materijs S. Inquisitionis abiurandum, toto capite præcedente à nobis traditam, sequitur expendamus quinque reliquos terminandi processu causarum fidei modos, absque vlla abiuratione, aut cum aliqua ex illis tredecim; quos eruditè proponit Nicolaus Eymericus, & per eruditè commentatur Franciscus Pegna, 3. par. Directorij à num. 141. vsque ad 216.

2 Comprehendimus tres in isto capite ob aliqualem connexionem, quam inter se habent, vt ex titulo proposito iam clarè apparet, & clarius apparebit ex statim à nobis pertractandis cum Eymerico, & Pegna, loc. cit. & 2. par. direct. quæst.58. commen.83. cum Sousa, Santarello, Farinacio, Castro Palao, & alijs citandis, qui de hac materia relapsorum in hæresim, vel apostasiam pœnitentium, aut impenitentium, vel non relapsorum impenitentium ex professo egerunt: sicque paucis Regulis omnia huc spectantia congruè perstringemus.

Quis, & quotuplex dicatur relapsus? Quomodo hæretici relapsi pœnitentis causa sine abiuratione terminatur.

REGVLA CCCCXI.

3 Qvamuis reus sancti Officij dicitur relapsus, qui in abiuratam hæresim, vel

4 apostasiam iterum labitur. Relapsorum item multiplex est differentia, quidem sunt relapsi manifestè, de quorum lapsu primo, & secundo legitimis probationibus manifeste constat, quidam verò sunt relapsi præsumpti, quorum duplex lapsus non plenè probatur, sed violenta iuris præsumptione

5 relapsi esse censetur. Rursus aliqui sunt relapsi verè, & aliqui fictè, nempe iurisfictione;

ne; quæ diuisio fere coincidit cum præce-
6 denti. Quisquis autem hæreticus gradum relapsus quouismodo pertingit, quantumuis de suis erroribus pœniteat, sine abiuratione vlla, aut reconciliatione per traditionem Curiæ seculari à sancto Officio semper expeditur.

---

7 Afferamus primo loco cum Carena, 2. par. tit. 2. §. 5. num. 26. omnia iura, in quibus præcipuè hæreticorum, vel apostatarum relapsorum materia exprimitur, némpe in cap. Ad abolendam, §. qui verò, & in illos quoque de hæret. & in cap. Accusatus, in principio, & §. Eum verò, & §. ille quoque, de hæretic. in 6. Atque hoc caput ait idem Carena fuisse desumptum ex Bulla Alexandri IV. quæ incipit, quod super.

8 Ex quibus iuribus si attentè inspiciatur, reperietur, quòd deducta fuit primò descriptio relapsorum, quã proposuimus initio nostræ Regulæ ex mente Eymeri. & Pegnę, 2. par. direct. quæst. 40. commen. 65. & q. 58. comment. 83. Simanch. Cathol. Instit. tit. 57. num. 1. Farinac. de hæresi, quæst 195. § 1. num. 1. & aliorum communiter, nec vlla indiget declaratione.

9 Deducitur inde secundò illa relapsorum diuisio iam satis indicata à nobis in relapsos manifestos, & præsumptos; Et similiter illa alia, quòd aliqui sint relapsi vere, nempe si legitime confessi, aut conuincti abiurarunt, & postea de hæresi iterum con-
10 uincuntur, aut confitentur. Aliqui autem sint relapsi ficte, illi scilicet, qui prius abiurarunt de vehementi, & postea de hæresi confessi, aut conuincti reperiuntur vel e contra, illi, qui prius hæresim formalem abiurant, & postea vehementem hæresis suspicionem contrahunt. ita ex Zanchino, tract. de hæreticis, cap. 26. num. 2. & ex Deciano lib. 5. cap. 56. num. 1. tract. Crimin Farinac. dict. §. 1. num. 2. & 3. quibus adde Sousam, lib. 2. Aphoris. cap. 45. nu. 2. cuius hæc sunt verba.

11 Relapsus, inquit, alius est manifestus, seù verus, alius præsumptus, siue fictus. Verus relapsus est ille, de cuius vtroque lapsu legitimis probationibus constat. Præsumptus, de cuius vtroque lapsu manifestè non constat. Quod contingit dupliciter. Primo quando quis abiurauit vehementem hæresis suspicionem, & postea legitimè deprehenditur hæresim formalem abiurauit, & posteà hæresis vehementem suspicionem contraxit: hæc ille compendiosè, & egregiè.

12 Ex quibus innotescit clarè id quod addidi in Regula, secundam scilicet relapsorum diuisionem coincidere cum prima.

13 Similiter innotescit, quòd attentis iuribus citatis, ille censeri debet relapsus, qui vel primo abiurauit hæresim formalem, & posteà incidit in vehementem eius suspicionem: Vel qui primo abiurauit de vehementi, & posteà incidit in hæresim formalem. Nam quòd lapsus præsumptus antecedat, vel subsequatur lapsum certum, nil refert, cum sit accidentalis, & valde leuis considerationis. ita post Geminia in cap. Accusatus, § Ille quoque de hæret. in 6. Menoch. cons. 81. nu. 148. lib. 1. Alphons. à Castro, de iusta hæreticorum punit. lib 2. cap. 2. Zanch. de hæretic. cap. 16. num. 3. Albert. de Agnosc. Assert. quæst 25. num. 25. Royam, de hæret. par. 2. Assert. 41. Pegna, 2. par. direct. commen. 63. & post alios, docent optimè Castrus Palau. in oper. Moral. tract. 4. disput. 6. punct. 2. num. 9. & Carena 2. par. tit. 2. § 5. num. 27.

14 His itaque quoad descriptionem, & diuisionem relapsorum præmissis, resolutio vniuersalis, & certa, quòd quicunque hæretici, seù apostatæ, licet pœnitentes, statum relapsi pertingunt nequaquam abiurant, nec reconciliantur, sed irremisibiliter curiæ sæculari traduntur; patet ex cap Ad abolendam, §. Illos quoque extra de hæret. vbi sic. Illos quoque, inquit, qui post abiurationem erroris depræhensi fuerint, in abiuratam hæresim reincidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. & ibi Glos. in figuratione casus, vers. Tertio dicitur. Hostiens. nu. 9. in verbo reincidisse, Anton. de Butrio, nu. 1. vers. Relapsis verò, & alij multi, quos copiose refert Farinac. vbi supra num. 4.

15 Qui in confirmationem bene adducit textum in cap. super eo, de hæret. in 6. ibi si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio: ita in eo textu.

16 Cur autem huiusmodi hæreticis relapsis non sit locus abiurationis, & reconciliationis, congruam reddit rationem Carena, 2. par. tit 1. §. 23. nu. 127. per sequentia verba.

17 Tandem, inquit, animaduertendum, quod quæ de abiuratione dicta sunt, intelligenda sunt de hereticis pœnitentibus; secùs de relapsis, qui licet petant se vnitati Ecclesię restitui, attamen non admittuntur ad abiurandum, quoniam quoad forum exterius habentur pro impœnitentibus; licet quoad interius admittantur ad sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistię. ita Massin. in praxi sancti Officij p. 9. Assert. 11. pri. Imp. & ita dedit sacra Congregatio vt in litteris Emin. olim Card. Pisani 15. Decembris 1568. hucusque Carena.

18 Qui infra §. 6. nu. 41. cum Simanch. de Cathol. Instit. tit. 57. num. 14 cum Sanctarel. de hæret. cap. 42. num. 17. vers. Obijcies, & cum alijs hoc idem aliter declarat, quod dictis relapsis concedatur reconciliatio in foro poli, non verò in foro fori, & consequenter absque iuridica abiuratione, seù alijs terminis cum Carena in suis quæst. crimin cap. 1. de hæret. nu. 13. vers. sed certè (atque in idem reincidit) quod tales relapsi pœnitentes reincorporantur Ecclesiæ

siæ per receptionem sacramenti Pœnitentię, non tamen reconciliantur, ac propterea ne-
19 que abiurant. Qualiter autem dictam reincomparationem executurus sit confessarius, explicabimus infra vltimo huius lib. 5. capite, vbi per totum de modo, quo à cõfessarijs quoad forum conscientiæ expediẽdi sunt rei sanctæ Inquisitionis, etiam discurrendo per materias particulares ex professo agemus.

20 Hunc prosequamur modum expediendi eos in foro externo sancti Officij, quando sunt relapsi pęnitentes; eum proponit per extensum Eymericus, 3. par. direct. nu. 197. Præmittit titulum sic, de nouo modo terminandi processum fidei in casu relapsi pęnitentis; Dein sic incipit.

21 Nonus, inquit, modus processum fidei terminandi, & finiendi est, quando delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur confessus hæresim & pęnitens, sed relapsus realiter; Et hoc est quando delatus ipse confitetur iudicialiter coram Episcopo, & Inquisitione alias se abiurasse omnem hæresim, & ita legitimè reperitur, & quòd post credidit illi tali hęresi, seu errori; vel quod specialiter aliquam hæresim abiurauit, & post redijt, & credidit in eandem. Sed post adhærens consilio saniori pęnitet, credit catholicæ,
22 & reuertitur ad Ecclesiæ vnitatem: Tali enim non sunt, si humiliter petat, deneganda Pęnitentiæ, & Eucharistiæ sacramenta, sed quantumcunque pęniteat, nihilominus vt relapsus est tradendus brachio sęculari vltimo supplicio feriendus: hoc autem intelligitur, vbi reperitur, quod abiurauerit tanquam depræhensus in hæresim, seu tanquam suspectus de hæresi vehementer, non autem leuiter tantum. hæc ille, circa quæ excitari possunt aliqua dubia, sed de his in Regula sequenti.

23 Deinde agit Eymericus de praxi tenenda in isto non modo terminandi causam hęretici relapsi pęnitentis; ibi, circa autem istum talis practica est seruanda, & peculiariter exprimit, quod ab Inquisitore duo, vel tres præsertim Religiosi, vel clerici sint assignandi, qui ei assistant, & ipsum disponant ad nuncium mortis æquanimiter fe-
24 rendum. Circa quam expressionem, seu instructionem, vti valde rationi consonam laudet, & merito Eymericum Campegius adud Zanchinum cap. 16. vers. relapsus recipiatur: Atque Pegna in suo comment. 45. num. 197. consonat dicens id expedire, ne anima, inquit, eius ex hoc sæculo migraturam, quæ cunctis rebus est præferenda. C. sancimus, C. sacrosan. Ecclesijs, naufragium faciat: ita ille.

25 Aduertit item idem Eymericus, si relapsus curiæ sæculari tradendus fuerit Clericus sacris Ordinibus initiatus, quod debeat prius degradari: ibi, consideradum autem inquit, fuerit in sacris Ordinibus constitutus, vel alias Sacerdos, vel cuiuscunque ordinis, seu Religionis obumbratione fuscatus, antequam tradatur, est totius Ecclesiastici ordinis prerogatiua nudandus, &c.

26 Occurrebat hic occasio tractandi de vsu, & ritu degradationis, sed ne nimis diffundar hanc tractationem omitto, & induco lectorem curiosum ad videndum circa eam, auctores de ipsa agentes, præcipuè Pegnam in cit. commen. 45. num. 198. vers. Quoniam verò.

27 Tandem proponit Eymericus 3. par. direct. num. 199. formam ferendi sententiam contra eum, qui in hæresim est relapsus, sed pęnitens, & vt relapsus traditur Curię sæculari: ibi, sic, Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, Et Frater N. Ordinis Prędicatorũ Inquisitor hæreticæ prauitatis, &c. Attendentes legitimè informati, quòd tu talis, &c. reliquum tenoris eius vide apud ipsum Eymericum, vt prædictis iam pręsens Regula terminetur.

An aliquando relapsus pœnitens possit ad abiurationem, & reconciliationem admitti ob defectum alicuius requisiti?

REGVLA CCCCXII.

28 CVm ad hoc, vt aliquis apostata, vel hęreticus, (idem dicito de schismatico, sortilego, & inuocante Dæmonem, si adsit error in mẽte.) post abiuratã hæresim vel apostasiam, sit canonicè relapsus, & absque abiuratione, ac reconciliatione brachio sęculari tradatur, diuersa concurrere debeant, tum ex parte probationis, tùm ex parte Inquisitoris, aut subdelegati ab ipso, tum ex parte inquisiti, &c. Ex defe-
29 ctu cuiuscunque istorum regulariter talis hæreticus haud erit iuridicè relapsus poteritque ad abiurandum, & reconcilian-
30 dum admitti. Secùs verò, si omnia requisita ibi concurrant: hinc ostendendo per partes doctrinam huius Regulę, multiplices casus oportunè decidentur.

---

31 SVmamus initium ab ea, quam per parentesim ex auctoribus citandis indicauimus; nam quidquid à nobis dictũ actenus fuit, & dicetur de hęreticis, & suspectis de hęresi quoad esse relapsos, & excludi à reconciliatione, abiuratione; aut è contra ad eam admitti, intelligi similiter debet de schismaticis, sortilegis, atque inuocantibus Dęmonem, dummodo ad primum in istorum mente adsit error con-
32 tra fidem, & ad secundum desit. Inde ostenditur, quia par est ratio in vtriusque; & constat per tradita à Simanch. Cathol. instit. tit. 57. num. 9. Pegna, 3. par. direct. Commen. 26. vers. Vnum hic, Sousa lib. 1. Aphor. capit. 45. numer. 41. & is, ac præcipuè à Farinac. de hęresi quęst. 195. §. 1. nu. 9.

& seqq. quem videas.
numer. 9. Dein. vt hæreticus sit iuridicè relapsus,
33 requiritur primo duplex lapsus externus distinctus, nec sufficit vnus tantum, continuatus, licèt appareat duplex cum reuera non sit. Hinc Antonius Sousa dict. c.45. proprio Marte absque citatione vllius auctoris decidit duos casus peculiares; cuius decisiones cum omnino mihi placeant, tibi trado eas eiusdem etiã verbis: sic nu. 10.

34 Qui post abiuratam, inquit, hęresim, de qua legitimè fuit conuictus, vel confessus, iterum ab Inquisitoribus apprehenditur, quia probatur fecisse diminutam confessionem, si fateatur, & plenam prętęritorum errorum confessionem faciat, non reputatur relapsus, eo quòd non datur nouus lapsus, ita ille: Vnde talis hęreticus ad reconciliationem, & abiurationem admittendus.

35 En secundam Sousę decisionem, nu. 11. sic; Si quis, inquit, hęresim, aut illius vehementem suspicionem abiurauit, & posteà compręhensus fateatur se semper in hęresi perstitisse vsque ad tempus præsentis confessionis; Verum post pręcedentem abiurationem non constat de aliquo actu externo hęresis ostensiuo, non est ab Inquisito-
36 ribus puniendus vt relapsus. Ratio est, quia nullus ibi datur nouus lapsus externus verus, aut pręsumptus; cùm nullus ad illã internam hęresim sequutus sit actus externus; & sic continuatio illa post abiurationem manet intra limites hęresis internæ nec abiuratio sine actu externo facit præsumptionem noui lapsus quoad pœnæ impositionem: hęc ille.

37 Qui licet bene affirmet in neutro prędicto casu talem hęreticũ esse expediendum, aut puniendum vti relapsum; non exprimit, tamen qualiter debeat expediri cum noua abiuratione, quod pręcipuè spectat ad pręsens nostrum institutum. Et quidem credo supponi à Sousa omnino certum sicuti reuera est, quòd denuò sit cogendus ad abiurandum de formali, maximè si prius abiurauerat de vehementi; & posteà confiteatur, se in actu hęresis interno absque actu externo permansisse.

38 Ex dispositione item iuris, vt aliquis reus sancti Officij sit legitimè relapsus, requiritur duplex lapsus externus alter saltem cũ præsumptione hæresis vehementi, & post hanc de vehementi abiuratam, alter cum errore formali. Patet ex cap. Accusatus in princ. de hęretic. in 6. Sic ibi: Accusatus, inquit, de hęresi, vel suspectus contra quem de hoc crimine magna, & vehemens suspicio orta erat, si hęresim in iudicio abiurauit, & posteà committit in ipsa, censeri debet quadam iurisfictione relapsus, licet ante abiurationem suam hæresis crimen plenè probatum non fuerit contra ipsum. ibi Glos. in figuratione casus, versic. Aut de de primo, & cum multis, quos copiose citat Farinac. loc. cit. num. 14.

39 Si quis verò abiurauit de leui, & posteà in formalem hęresim iterum labitur, nequaquam vti relapsus expediendus, sed cũ abiuratione de formali, & reconciliatione deducitur clare ex eodem capit. Accusatus, ibi: Si autem leuis, & modica suspicio illa fuerit, quanquam ex hoc sit grauius puniẽdus, non tamen debet in hęresim relapsorum pœna puniri, & idem habetur in Bulla Alexandri IV incipien. Quod super relata per Pegnam inter litteras Apostolicas. Docentq. Syluest. hereticus 1. num. 15. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 863. & cum alijs quos citat Sanctarel. dict. cap. 42. nu. 6.

40 Prędictum tamen casum optime limitat cum Squillacensi de fide Catholica, ca. 31. num 2. Idem Sanctarellus, & Carena, par. 2. tit. 2. §. 5. num 33. esse scilicet relapsum, & non admittendum ad reconciliationem, & abiuratiooem eum, qui post abiuratam hęresim de leui incidit in hæresim formalem, si posteà depręhendatur manifeste, quod tunc esset hęreticus formalis, quando de leui abiurauit. Rationem assignat Carena sic, quia apparet eum in prima abiuratione fuisse impœnitentem, nec voluisse veritatem fateri, &c.

41 A fortiori autem non censetur relapsus ille, sed ad reconciliationem, & nouam abiurationem admittitur, qui postquam leuiter, aut vehementer fuit suspectus, ac de leui, aut de vehementi abiurauit, iterũ in leuem, aut vehementem hęresis pręsumptionem incidit. Ratio est, quia nullus dicitur relapsus, nisi plene constet de vno lapsu; at non constat, licet quis sępius leuem, aut vehementem hęresis suspicionem contrahat. ita Pegna, 2. par. direct. ad q. 58. commen. 83. vers. Ex quibus apparet. Decian. lib. 5 crimin. cap. 56. num. 13. Farinac. dict. §. 1. nu. 22. & Sousa dict. cap. 15. nu. 5.

42 Quamquam in materia Fautorię probabiliter tenet loc. cit. ijdem Pegna, Decianus, Farinac. num. 36. & Sousa, num. 6, esse relapsum illum, qui in eam pluries incidit receptando hęreticos intuitu hęresis auxilium eis quouismodo prębendo, Quòd si bis tantum id faciat, esse expectandam Summi Pontificis declarationem illi volunt.

43 Verùm quid quid sit circa dicta numero pręcadenti; illud certissimum est, quod habeatur relapsus, & consequenter sine abiuratione per traditionem Curię sęcularì expediendus quicunque post abiuratam hęresim de formali, in fautoriam incidit, aut hęreticos receptat. Textus manifestus in cap. Accusatus, §. ille quoque, de hęretic.
44 in 6. Sic ibi: Ille quoque, inquit, de cuius lapsu in hęresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat, si post illam hęreticos receptat, deducat, visitet, siue associet, aut dona, vel mùnera, seù fauorem eis impendit, meritò debet iudicari relapsus: hactenus verba textus.

45 Circa quę notat Farinac. dict. quęst. 195. §. 1. num. 18. quod licet diuersi Inquisitores Italiæ secundum aliquorum sententiam

non soleant vti relapsum cōdemnare eum, qui primo confessus, vel conuictus fuit de hæresi, & expeditus cum abiuratione de formali, ac postea in illius vehementem præsumptionem incidit, non debeat hoc extendi ad casum expressum in dict. textu
46 de fautore hæreticorum. Sed nos iam supra num. 13, ea sententia omissa, oppositam vti magis communem, & receptam in Tribunalibus Hispaniæ, ac in alijs tenuimus cum auctoribus melioris notæ, præcipuè cum Castro Palau, & Carena.

47 Prędictum item casum fautoriæ limitant aliqui, quòd dabeat intelligi, quando fauet hæreticis profitentibus eandem hæresim, quam ipse fautor abiurauerat, & secùs si profitentibus diuersam. ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 57. num 6. Alphons. de Castro de iusta hæretic. punitione lib. 2.
48 & Menoch. cons. 82. num. 149. Hanc tamen limitationem meritò reijciunt Petrus Gregor. Syntagm. iuris. lib. 33. cap 8. nu. 6. Didacus Canter. quæst. crimin. de hæretic. cap. 1. num. 58. in fine, & Castrus Palau. tract. 4. disp. 6. pu. 2. num. 11. ob eam rationem, quia abiurans vnam hæresim, omnes hæreses tacitè abiurat, & propterea si in vehementem illius suspicionem incidit relabi fictione iuris iudicatur. item quia in dict. textu, §. ille quoque, absolutus est sermo, nec apparet, qualiter illa limitatio elici inde possit, sed potius contrarium.

49 Dein post purgationem canonicam alicui indictam ob vehementem hæresis diffamationem, si in eandem incidat hæresim à qua se purgauerat, censetur verè relapsus: secùs tamen si in vniuersam. Docent communiter auctores, præcipuè Eymericus, 3. par. direct. nu. 150. ibi Pegna, commen. 38 Ludouic. Paran. de Origine Inquisit. lib. 3. quæst. 4. num. 50. Farinac. dict. §. 1. num. 27. & Sousa, lib. 2. Aphorism. cap. 45. nu. 8. nec vllus est, qui huic doctrinæ non consentiat.

50 At post abiurationem de formali, aut de vehementi alicuius hęresis, fiet relapsus sancti Officij reus, etiam si in aliam diuersam incidat, idque maximè verum habet, si abiurans illam hæresim, in quam prius lapsus erat, simul etiam omnes generaliter tunc abiurauit, vti solet fieri. Textus est expressus in dict. cap Accusatus, §. cum ve-
51 rò, de heret. in 6. ibi sic: Eum vero, qui in vna hæresis specie, vel secta commisit, aut in vno fidei articulo, seù Ecclesiæ Sacramento errauit, & post modum hæresim simpliciter, vel generaliter abiurauit, si ex tunc in aliam hæresis speciem siuè sectam, aut alio articulo, seù Sacramento committat volumus, vt relapsum in hæresim iudicari. Et notarunt ibi Glos. Archidiac. Gemin. & reliqui doctores, qui circa hoc concordant.

52 Est tamen aliqualis controuersia inter ipsos, casu quo quis, omissa illa generalitate solam hæresim, in quam inciderat, abiurauit, & postea in aliam diuersam reincidit, sit ne iuridicè relapsus habendus? Partem negantem probabiliter tuentur Gloss. in dict. cap. Accusatus, & ibi Ioan. Andr. n. 8. & 9. Repert. Inquisit. verbo relapsus, sub vers. 3. Eymer. 2. par. direct. quæst. 40. nu. 5. vers. Secus, si tantum, & ibi Pegna, commen. 64. Menoch. consil 82. nu. 156. & seqq. lib 1, & Suarez de fide disp. 23. sec. 2. nu. 8. in fine. Ostenditur inde, quia non potest dici relapsus ratione criminis, cum sit diuersum: neque ratione abiurationis, cum
53 ipsum non abiurauerit. Et videtur fauere supradictum cap Accusatus, vbi expressè assignatur abiuratio generalis, quarumcunque hæresum, vt aliquis relapsus reputetur.

54 Sed pars affirmans probabilior apparet eamque absolutè tenent in dict. cap. Accusatus, Archidiac. Genimian. & Franc. Mandos. in addictionibus ad Repertor. verbo Relapsus, sub vers, 3 litt. B. Vmbert. Locatus, in iudiciali Inquisit. verb. relapsi, n. 6. (Pegna in dict. commen. 65. licet sit in contraria sententia, ait hanc præualere) item Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 26 n. 2. & post alios Castro Palau. dist. disput. 6. pu.
55 2. nu. 13. Probatur efficaci ratione, quia abiurans quamlibet hęresim, tacitè omnes hereses abiurat; cum abiuret recessum à diuina reuelatione per Ecclesiam proposita, quæ in omni hæresi includitur, promittitque tacitè ab Ecclesia non discessurus. Ergo ex hac pręcisa abiuratione, si denuò in hæresim aliam labatur, relapsus censeri debet. Propter vim huius rationis iudicat Castrus Palau, hanc opinionem esse probabiliorem: sed addit per sequentia verba.

56 Limitanda tamen est doctrina in casu, quo prius de hęresi vehementer suspectus abiurasti, & postea in diuersam hæresis speciem lapsus fuisti, quia in hoc casu, etiam si abiuratio prior generalis fuerit, non debes cēseri re lapsus, per textum in cap. Accusatus, ibi si postea deliquit in ipsā quasi diceret, si in ipsā hæresim deliquit, quā prius de vehementi abiurauit, secùs, si in aliam diuersam, & notauit Farinac. quæst. 165. num. 46 ita ille; cui adhæreo.

57 Requiritur præterea ad iudicandum aliquem reum sancti Officij relapsum, & absque abiuratione noua expediendum, vt de priori abiuratione constet, & quod ritè, ac rectè fuerit iuditialiter facta; secùs, si nulliter. ita post Oldradum consil. 271. num. 1. Farinac. dict. §. 1. n. 26. Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 45. nu. 6. & Sancta rell. dict. cap. 42. nu. 7 Qui in confirmationem adducit verba Pegnę 2. par. direct. quæst. 58. cōmen. 83. vers. obseruandum est, quæ non grauabor hic referre.

58 Obseruandum est, inquit, hic tractari de illis relapsis, qui post abiuratas hæreses iterum in hæreses incidisse conuincuntur: non de illis, qui in eundem errorem iterum atque iterum labuntur, nulla pœnitentia solemni interueniente, aut abiuratione

tione, canonicaue purgatione iudicialiter facta. Si quis enim iterum, atque iterum in varias, aut easdem hæreses labatur, non tamen verè relapsus dici possit, priusquam illas abiurauit, at puniri non debet velut relapsus ita vt tradatur Curiæ sæculari, dummodo velit pœnitere. ita ille.

59 Sed clarius ad rem præsentem adducit etiam Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 8. c. 14.

60 quæst. 1. quem audias quæso. In iure, inquit, canonico relapsus hæreticus censetur is, qui postquam hæresim publicè coram Iudice abiurauit, hoc est, iure iurando damnauit, & execratus est, in eam iterum incurrit; Vnde etiam si millies quis in hæresim, à qua per veram cordis pœnitentiã recessit, relabatur; relapsus non habetur, nisi eam hæresim coram Iudice abiurauerit. hactenus Ioan. Azorius, & cum ipso Sanctarellus.

61 Rursus non censetur relapsus ille hæreticus, qui occultè in hæresim iterum labitur, sed necessario de hoc secundo lapsu debet constare (sicut constiterat de primo,) per propriam confessionem in iudicio, vel per ter testes legitimos, vel per euidentiã facti, seù notorietatem. Tradunt vt omnino certum Syluester, hæreticus primò, num. 19. Menoch. lib. 1. consil. 82. num. 177. & Sanctarell. vbi supra nu. 8.

62 Sed quid si talis hæreticus conuictus de secundo lapsu reuocet? Accipe decisionem huius dubij à solo Doctissimo Sousa lib. 2. Aphor. cap. 45 num. 12.

63 Si quis, inquit, in prædicto casu fateatur aliquem externum actum occultè factũ per quem verè relapsus constituitur, si postea quoad hunc lapsum reuocat confessionem. vel perseuerantiam in hæresi post dictam adiurationem, non est tradendus Curiæ sæculari, sed examinandus per torturam qui de illo actu, aut perseuerantia nulla est probatio in iudicio: Sed cum ex tali reuocatione præsumatur mendacium, & aliqualis impœnitentia, datur sufficiens indicium ad torturam; sed quia inditium magnum non est, tortura debet esse moderata. hæc illius decisio, quæ mihi valde placet.

64 Aliud autem requisitum, vt quis post abiuratam hæresim fiat canonicè relapsus, vel secùs, si desit; & admittatur ad reconciliationem, & abiurationem, se tenet ex parte subdelegati ab Inquisitore de eo agit Carena dist. tit. 2. §. 5. num. 36. & sic dubitat.

65 Pulcherrimum tamen, inquit, dubium esse potest: an si quis coram subdelegato ab Inquisitore, vti hæreticus abiuret, si postea in eandem, vel aliam hęresim reincidat habendus sic pro relapso, si non constet de subdelegatione illius Iudicis coram quo abiurauit? cui dubio sic ipse ibidem respondet.

66 Casus hic, inquit, in indiuiduo accidit in Ciuitate Comi, teste Lamber. de Contract. mulierum, &c. Hlos. 7. num. 75, & seq. vbi etiam attestatur, de consilio totius Collegij iuris consultorum dictæ Ciuitatis ac Reuerendiss. Episci & Illust. D. Io. Thomæ Odescalchi R. D. Senatoris, fuisse mulierem illam, vti relapsam brachio sæculari relaxatam, & combustam, & eo loco Lambertengus attestatur, ita fuisse indicatum, & executum Mantuæ in simili casu, qui ibi contigerat.

67 Quod inquit, subiungens, verissimum est, nam adest pulchrissimum Consilium Bursati 24 vol. 1. factum in casu, qui ibi contigit, & in fine consilij ita executum

68 attestatur anno 1568. hęc Carena. Cuius responsio à fortiori locum habet respectu D. Inquisitoris, quòd tametsi non constet de eius delegatione, & iurisdictione, qui post abiuratam hęresim coram ipso in eam denuò, incidit, constituitur canonicè relapsus, & sine abiuratione, & reconciliatione fori externi Curię sæculari tradi debet, nec hoc maiori indiget probatione.

69 Tandem quid ex parte reorum sancti Officij, requiritur ne aliquid, vt sint iuridice relapsi? vel secùs? Duplex dubius hic occurrit discutiendum, primum excitatur à Carena loc. cit. sic: An hæreticus spontè comparens, & abiurans hæreses, si relabatur, habendus sit pro relapso ad effectum tradendi eum brachio sęculari? Relata sententia negatiua in quam videtur inclinare Torreblanca lib. 3. de delictis, in quibus aperta, vel occulta inuocatio Dęmonis interuenit cap. 122. nu. 10.

70 Sub distinctione ipse Carena resoluit si hęreticus spontè comparens, sit minor 25. annorum, vel 18. respectu Regni Siculi, & Insulæ Melitensis, ac post reconciliationem cum abiuratione, etiam si denuò in hæresim incidat, non est habendus pro relapso, talis recõciliatio fuit facta cum solita clausula, citra pœnam relapsi, vt ipsemet Carena ex communi omnium sententia tradit infra tit. 18. §. 2. num. 12. Vnde talis minor ad nouam reconciliationem, & abiurationem admittendus erit.

71 At si hæreticus spontè comparens in sancto Officio sit maior ętatis post abiuratam hæresim in eam reincidisse depræhendatur, pro relapso habendus, & tractandus videtùr. ita idem Carena in fin. dict. x. 5. se totius remittit iudicio sacrę Congregationis, & ego eidem similiter me remitto. Ratio sumitur ex opposito fundamento, quia in reconciliatione maioris non apponitur clausula illa, citra pœnam relapsi Multa enim à Iure concedi solent minoribus, quæ maioribus meritò non conceduntur.

72 Quod dictum de maiore intelligitur etiã iuxta iam tradita, si compareat spontè, & abieret hęresim de formali, ac postea contrahat vehementem eius suspicionem, vel incipit in fautoriam conceptando hæreticos. Et quidem sufficit vnica receptatio

73 scienter tamen facta: nam verbum receptet

cap. Accusatus, §. illequoque, de hæreticis in 6. Verificatur etiam in vnica receptione, l. Mariti, §. quæsitum, ff. de Adult. tradirque cum Zanchin. & locato per ipsum citatis, Carena, 2. par. tit. §. 5. num 31. vers. hinc etiam. Qui in fine dicti nu. non extra rem, de qua agimus affert casum curiosum sequentibus verbis.

74 Addit, inquit, vlterius Cantera ibidem vers. Aliam habemus, quòd ex receptione vel conuersatione hæretici, habita post abiurationem de formali, talis reputatur relapsus: Et ait Glos. in cap. Accusatus, § illequoque de hæret. in 6. quæ dicit, quòd fames in hoc casu excusat, dummodo saltem sit violenta, non fuisse in facto receptam in supremo Concilio sanctæ Inquisitionis Hispaniæ, in qua fuit relaxatus brachio sæculari vti relapsus, quidem, qui cũ fuisset vti de genere Maurorum reconciliatus. & post fuit ad alios eiusdem generis, & se excusabat ex illa glosa, quod fuit ad eos ad famem. ita ille, & quidem egregiè.

75 Sed quid si quis, vel spontè comparens, vel denunciatus in sancto Officio abiurauit de vehæmenti præsumptionem hæresis, postea incidit in fautoriam, vel receprat hæreticos, relapsus ne censendus, & vt talis curiæ sæculari relaxandus? Pars negans omnino certa est, & eam ita tenent Simanc. Cathol. instit. tit. 57. num. 5. Pegna 2. par. Direct. quæst. 56 comment. 81. vers. iam, Eymericus, & cum alijs Sanctarellus, de hæresi, cap. 42. num. 12. Patet manifestè ex eo, quia nullo iure disponitur, quod talis sit relapsus, & pœnæ non sunt extendendæ; ergo ad reconciliationem, & nouam abiurationem admitti debet.

76 Alterum dubium ex parte reorum sancti Officij, è contra insurgit sic, an relapsus, qui non inditiatus de secundo lapsu sponte se præsentat Inquisitori, & fatetur suum delictum, sit admittendus ad gratiam, & nouam abiurationem? seù potius relaxãdus brachio sæculari? Hoc secundum videtur tenere Simanchas, de Canthol. Instit. tit. 57. num. 21. & seq. Post sic ostendi, quia reperiuntur tunc omnia in iuribus citatis requisita, vt quis sit verè relapsus; ergo vt talis in sancto Officio tractandus, & expediendus.

77 Nihilominus in primum vt magis benignum, & fundatum inclinant reliqui auctores, qui hac de re agunt, præcipuè Albertin. de agnoscen. assert. quęst. 25. nu. 25. Alphons. Castren. lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 2. Pegna 3. par. Direct. commen. 12 num. 56. vers. sed quid si, Farinac. de hæres. 193. num. 36. & Carena 2. par. tit. 18. §. 2

78 num. 13. Qui post citatum Pegnam, benè admonet, vt occurrente casu, vt particulares Inquisitores supræmum Senatum sancti Officij consulant, & illud circa tales relapsos spontè comparentes exequantur, quod ille causa cognita decernet.

79 Hanc autem partem benigniorem esse secundum mẽtem Concilij Biterrensis cap. 2. inde ostendit citatus Pegna, quòd inde clare deducatur, spontè venientibus impunitatem mortis esse concedẽdam; idque in crimine hæresis nullo modo posse competere attenta Concilij dispositione, nisi

80 relapsis. Item probatur, quia in isto relapso spontè veniente cessat sinistra illa suspicio; qua relapsi putantur ficte conuersi cũ se ipsum pœnitendo deferat, & veniam postulet: neque hic censendus est incorrigibilis, cum spontè crimen fateatur, & reconciliari per abiurationem deprecetur.

81 Denique notat Carena dict. tit. 18. §. 2. num. 15. prædicta num. antecedentibus, debere intelligi de relapso, vbi verè esset spontè comparens: qualis non censetur, quando metu imminentium probationum in sancto Officio compareret, puta quod sciuerit aliquẽ se præparare ad ipsum accusandum, vel esse rumorem de eo accusando. Tunc enim talis relapsus nequaquam est admittendus vllo modo ad gratiam, & abiurationem. ita cum Decian. Alphons. à Castso, & Farinac. per eum relatis, egregiè idem Carena. Atque hactenus de relapsis, & hic Regulæ finis.

Qui nam hæretici impœnitentes non relapsi? & an hi cum abiuratione, & reconciliatione expediri possint? vel secus?

REGVLA CCCCXIII.

82 DEcimus modus terminandi processum in causis fidei spectat ad hæreticos impœnitentes non relapsos, & tales dicuntur esse illi, qui ab Inquisitoribus, aut ab alijs conuicti, adhuc errores suos defendunt, vel illos detestari, & ad Ecclesiæ vnitatem conuerti nolunt abiurando, vel se purgando secundum Inquisitorum arbi-

83 trium. Pro conuersione autem eorum procuranda, assignandi sunt viri docti, & alia remedia per longum tempus adhibenda: quod si conuerti velint ad reconciliationem, & abiurationem admitti debent,

84 sicut quiuis hæreticus non relapsus. Nequaquam tamen admittendi, sed relaxandi tandem brachio sęculari, si pertinaces conuersionem reijciant.

---

85 TAmetsi proposita descriptio hæreticorum impœnitentium non relapsorum ex se manifesta apparet, & nulla declaratione indigere videatur, eamque adducant, & approbent communiter omnes, præcipuè Eymericus 2 par. direct. qu. 40. ibi Pegna commen. 65. Tabiena. verb. hæreticus num. 16. & 26 Farinac. de hæres. quęst. 196. num. 2. & Sousa lib. 2. Aphoris.

86 cap. 46. num. 1. Nihilominus, quia ista vocabula hæretici pertinaces, & impœnitenten-

tentes quandoque confunduntur, ac impœnitentes censentur, qui pertinaces sunt & è contra, vt ex Tabien. cit. affert Farinac. ibidem num. 1. propterea ad tollendã omnem æquiuocationem, persistendum hic aliquantulum & doctrinaliter declarãdum, qui nam sint isti hæretici impœnitentes? de quibus nos in Regula.

87 Equidem, vt ex omnium mente benè docet Sousa loc. cit. pertinacia est, quid superius, seu genericum ad impœnitentiam cum illa sit de ratione, seu essentia hæresis, non vero ista, & quiuis hæreticus essentialiter pertinax est, sed non quiuis est impœnitens. Nam pertinacia ad hæresim requisita sufficit si sit instantanea, & in actu breuissimo consumari solent, & amittatur fides diuina; vti similiter spes, & Charitas vnico breuissimo actu amittuntur, secundum cõmunem doctrinam, quam tradunt Canus lib. 12. de locis, Theolog. cap. 9. col. 19. vers. Ratio igitur. Banes ad D. Thom. 2.2. quęst. 11. art. 1. vers. En hac Doctrina, Gregor. de Valentia ibidem vers. Hinc sequitur primo, & alij. *At impoenitentia etiam attenta vi vocis, maximè quoad pręsens institutum, dicit persistentiam in ipsa siue in actu hæresis contra fidem, seu contra auctoritatem Ecclesiæ, vt patebit magis ex dicendis.*

89 Hinc aliqui impœnitentiam istam, seu pertinaciam non genericam, sed iam contractam ad speciem particularem impœnitentię declarant per obstinationem, persistentiam, indurationem, & incorrigibilitatem. ita locat in iudic. Inquisitor. verb. hæreticus, 1. nu. 18. vers. sed nota, vbi quod hæreticus impœnitens, seu pertinax modo

90 dicto sit ille. *Qui obstinatus, vel quoquomodo non vult se remouere de opinione*, & vers. seq. sic. est ille, *qui valde impudenter tenet aliquod hæreticum*; vel *qui proposito, suo ad victoriam perseuerat plusquam opor-*

91 *tet*. Item Simanchus de cathol. instit. tit. 48. num. 1. vbi ait, quod sit ille, *Qui quasi impudenter*, seu *qui persistit in errore, quem omnino d. serere tenetur*. Farinac.

92 etiam, & melius præ cęteris dict. §. 1. n. 3. Incorrigibilis autem, inquit, hæreticus dicitur. *Qui non habet animum se corrigendi; sed vult esse pertinax, obstinatus, & induratus*, seu *Qui semel, & iterum correctus in errore suo persistit*. atque hic propriè dicitur hæreticus impœnitens: Vide plura apud Farinacium, nobis tradita sint satis pro declaratione vocabulorum.

93 Pro rei verò quidditate notandum, quòd tunc certò dicatur aliquis hæreticus pertinax, & impœnitens, quando monitus non vult resilire ab erroribus contra fidem, si erret circa ea, quæ sunt iam definita ab Ecclesia, aut quæ post sufficientem publicationem quisque catholicus explicitè scire tenetur, secus si circa alia, què adhuc non definiuit. Ita Simanch. de cathol. institut. tit. 48. num. 3. Menoch de pręsumpt. lib. 6. præsumptione 7. num. 7. & Farinac. de hæres. quęst. 196. num. 7.

94 Sed quid de eo, qui circa non definita ita tenaciter errat, vt etiã Ecclesia definiẽte, adhuc non acquiesceret, & in errore persisteret, est ne censendus impœnitens, in pertinacia erroris persistens? optimè respondet affirmanter cum Caiet. & Nauar. per eum relatis, noster Thomas Sanch. in pracepta Decal. lib. 2 cap. 7. rubr de hæresi, & apostasia num. 29. Ratio est, quia iam ex tunc, licet sub conditione, se opponit auctoritati Ecclesiæ.

95 Quiuis item iurans se nunquam recessurum à sua opinione, cum falsa sit, & fidei catholicę opposita, inter pertinaces, & impœnitens sine dubio numeratur. Inde probatur, quia ex tali iuramento suam temeritatem, & incorrigibilitatem apertè demonstrat. Quod etiam extendunt Alphon. de Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punit cap. 9. & Simanch, Cathol. instit. tit. 48. nu. 21 & 22. ad casum, quando quis ex ignorantia sic contra fidem falsò opinatur, & iurat.

96 Verùm reiecta meritò hac extensione, asserunt benè Decianus in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 6. Menoch. de præsumpt, lib. 5 præsumpt. 7. num 12 & Farin. c. de hæresi quæst. 196 §. 1. nu. 14. tantum habere locum, vbi ille sic iurans scienter opinatur contra fidem; quia vt quis sit hæreticus impœnitens, requiritur, pręcedat admonitio, vt ex descriptione initio Regulæ proposita innotescit. item quia iuramentũ non recedendi ab errore ex ignorantia emissum habet implicitam conditionem si id, quod credit, non deuiet à vera, & Catholica Ec-

97 clesia. An autem pertinacia requisita ad hæresim possit aliquando esse coniuncta cũ ignorantia aliqua, discussimus lib. 1. Regul. 98. Videas ibi à nobis resoluta.

98 Dein reponitur inter hæreticos impœnitentes ille, qui cùm iam de se confessus fuerit, & Ecclesiæ reconciliatus, postea reperitur diminutus, nempe quod non omnes suos errores, nec omnes complices reuelauerit. ita Calder. in tract. de hæret. rubr. de materia process. post num. 6. Simanch.

99 Cathol. instit. tit. 48. num 27. Vbi istos vocat diminutos, & extendit etiam in illis hæreticis, qui non manifestarunt ex malitia, & non ex obliuione omnes qualitates & circumstantias grauiores, Pegna 2. par. direct. Commen. 19. vers. Ex his. Ludou. Param. de Orig. sancti Officij, lib. 3. quǽst. 9. num. 193. et alij.

100 Habendum etiam ee pro hæretico impœnitente eum, qui retractat confessionem suam, facta etiam iam abiuratione post sentiam, & asserit se fuisse innoentem, ac confessum esse metu tormentorum, voluerunt Calderinus, cons. 2. de haret. Royas 2. par. de hæretic. num. 255, Cuius hæc est ibi Vi-

101 gesima quinta Assertio: qui errores, inquit, hęreticos in iudicio confitetur, postea

stea confessionem reuocat, tanquam negatiuus est relaxandus, nisi de errore constet. & Sosa 2. lib. Aphor. cap. 48. num. 22. vbi
102 sic. Impœnitens, inquit, etiam, & negatiuus censetur, qui hæresim confessus, factam confessionem, ante impletam pœnitentiam reuocat, non probans causam talis reuocationis; & nisi resipiscat, tradendus est Curiæ sæculari, hæc ille post Simanch cathol. instit. tit. 13. nu. 25. & tit. 90. n. 8.
103 Multo aliter resoluit hunc casum cum eodem Simanch. Carena 2. par. tit. 2. §. 3. num. 14. sequentibus verbis: Quamuis, inquit, & melius dixerit Simanch. in Enchiridio tit. 29. num. 11. talem reuocantem suam confessionem, & dicentem se iniustè damnatum, potius condemnandum vti temerarium, quàm vti impœnitentem, & pœnis arbitrio iudicum mulctandum, vt fustibus, &c. prout ita obseruari in sancto Officio, attestatur idem Simanch de Cathol instit. tit. 13. num. 26. & Farinac. dicta qu. 196. num. 23. De materia tamen horum reuocantium suas confessiones, maximè ex interuallo, videatur Carena, dict. cap. 1. de heret. num. 70. [illegible] decis. 472 nu. 7. vol. 5. hæ il[illegible]
104 Ex [illegible]ous, & ex alijs, quæ circa idem inueni[illegible]as pœnes Castrum Palaum tom. 1. tract. 4. disput. 6. pun. 2. nu. 5. qui in primam rigorosam sententiam inclinat, & pœnes Antonium Dianam 4. par. tract. 7. resol. 25. manifestè apparet, qualiter sint diuisi doctores inter se circa hunc casum adeò difficilis, & periculosæ resolutionis, cùm agatur de causa capitali. Vide Farinacium de hæresi quæst. 196. num. 20. & 21. Vnde optanda esset particularis decisio per Buliam Pontificiam; interim occurrente casu in particularibus Tribunalibus sancti Officij recurrendum ad supremum omnium, & in-
105 de expectanda resolutio. Sicuti recursum fuit à nostro Tribunali Melitensi, & expectatur resolutio circa diuersos reos, qui post factam confessionem iudicialem enormissimi criminis cum horrendissimo contemptu sanctissimæ Ecclesiæ, & post iuridicam eius ratificationem, tàm quoad se, quàm quoad complices, in repetitione testium ad instantiam Fisci in caput alienum, plures eorundem dictam confessionem reuocauerunt, non assignata, & minus probata rationabili, & sufficienti ratione talis reuocationis: sed alibi fortè completa totius huismodi causæ notitia lectori tradetur.
106 Habendus tandem pro impœnitente, & sæculari curiæ relaxandus quicunque condemnatus ab Inquisitore ad abiurandum, præsertim de formali, aut de vehementi, non vult abiurare, neque ad id vllis suasionibus induci potest, ita ex communi doctrina Carena dict. tit. 2. §. 3. nu. 14. vers. Quarto pro.
107 Modum autem terminandi processum in causa fidei per condemnationem hæretici impœnitentis non relapsi, proponit Eymericus, 3. par. Direct. à num. 201. sic: Decimus modus, inquit, processum terminandi, & finiendi est, quando delatus de hæretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio iuris peritorum, reperitur confessus hæresim, & impœnitens non tamen relapsus: & hoc est quando ipse delatus ore proprio iudicialiter confitetur, se credere aliqua, quæ sunt
108 hæreticalia planè, & ea defendit, & informatus per Episcopum, & Inquisitorem, quòd illa sunt hæreticalia, non vult eis credere, imò coram eis defendit, nec vult ad eorum mandatum illas hæreses abiurare, nec abnegare, seù reuocare, imò persistit in eis, & sustinet animo pertinaci, & non inuenitur, quod vnquam abiurauerit aliquam hæresim, &c. ita ille.
109 Dein assignat idem Eymericus praxim tenendam circa huiusmodi impœnitentem; ibi circa istum talis practica est seruanda, &c. Summa omnium est, quòd hæreticus impœnitens non relapsus in tuto carcere sit ponendus, & nemo eum alloquatur, nisi custos carceris, homo probus, & prudens multoties ab Inquisitore vocetur, & de fide ipsum informet, & auctoritatibus, ac rationibus conuincat; petat item fundamenta errorum ipsius, vt ea soluat. Si au-
110 tem nequeat Inquisitor talem hæreticũ impœnitentem conuertere, mittere oportet ad eum viros doctos, qui ipsum conuincant, & persuadeant. Præter Eymericum citatum, de his peculiariter agunt Simanch. cathol. instit. tit. 46. num. 49. & tit. 48. 42. ac Farinac. de hæresi, quæst. 195. nu. 52. & quæst. 196 num. 33.
111 Auertit equidem optimè Pegna 3. par. Direct. commen. 46. vers. tota hæc, dictam praxim expediendi causam hæretici impœnitentis non relapsi desumptam fuisse ab Eymerico ex Concilio Biterrensi ca. 17. vbi sic habetur. Conuerti nolentes, vbi commodè poteritis, damnare tardetis; ipsos frequenter, tam per vos, quam per alios ad conuersionem monentes (alias monentes.) Ac tandem in sua malitia pertinaces, faciatis errores suos ad eorum detestationem publicè confiteri, & sic eos damnatos, ita in eo Concilio.
112 Vbi quod ait, (damnare tardetis) magis expresse Eymericus cum eruditione eius, & additione Pegnæ scitu digna, ibidem sic, si autem conuerti noluerit, non festinetur, nec mox tradatur brachio sæculari, etiam posito quod ipse petat, etc. cō-
113 mentatur, et addit sic Pegna. Obseruandum est, inquit, pœnitus hoc consilium Est autem hæc vsitata hæreticorum impœnitentium insania, et grauissima miseria, qui cum à Diabolo decepto pro ipso moriatur, tamen Christi martyres se esse dicunt, ac velut tales coli, et adorari cupiunt, hac enim via se saltem in hoc sæculo credunt fore immortales. Quod non est recens nostro-

strorum inuentum: nam, & hoc iam olim fieri ab ipsis est consuetum, vt colligitur ex Beato Cypriano in lib. de vnitate Ecclesiæ in hæc verba.

114 Quam sibi, inquit, pacem promittunt inimici fratrum, quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli Sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint opinãtur, qui extra Christi Ecclesiam colliguntur Tales etiam si occisi fuerint in confessione nominis macula ista nec sanguine abluitur inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ, nec passione purgatur: Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est. hæc Cyprianus, & pro re præsenti indicanda sufficiant.

115 Ad Conuersionem item hæretici impœnitentis, adhibenda sunt alia remedia nẽpe vt mitius, & benignius cum eo agatur; vt fiat ei promissia, si conuerti velit, quòd misericorditer tractabitur; adducantur ei vxor, & filij præsertim paruuli, remaneant cum ipso in carcere per sex Menses, aut per annum ad dictum effectum conuersionis eiusdem; nec tradatur curiæ sæculari, nisi prædictis, aut alijs remedijs adhibitis, ac sepè monitus. ita præter Simanch. & Farinac. citatos egregiè Sousa lib. 2. Aphor. capit. 46. num. 5.

116 Quod si tandem post adhibitas dictas diligentias hæreticus pertinax, & impœnitens conuerti velit, tametsi prius sępe protestatus fuerit, se nunquam suos errores reuocaturum, admittitur tamen ad pœnitentiam, & reconciliatur Ecclesiæ iniunctæ ei abiuratione de formali, sicut alij hæretici pœnitentes nõ relapsi cum simili abiuratione reconciliari solent. ita Albertin. de cognoscendis assert. &c. quæst 30. num. 79. & Farinac. de hæresi, quæst. 196. num. 15.

117 Qui benè addit in tali casu occurrente tutum omnino esse, si consulatur Sedes Apostolica; quæ additio valde mihi placet.

118 Verum, cum huiusmodi conuersio hæretici impœnitentis præsumi possit simulata, & ficta, ac potius timore mortis, quã zelo fidei executa, talis Conuersus ne in-

119 ficiat alios perpetuo est immorandus; Et si fuerit insignitus aliquo Ordine, prius degradandus, saltem degradatione verbali, secundum consuetudinẽ iam introductam, ita Eymericus, 3. par. direct. num. 202. ibi Pegna commen. 46. Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 46. num. 8 & Diana 4. par. tract. 7. reso-

120 lut. 25. De vsu huius pœnæ immutationis, & de modo, ac forma exequendi eam dicemus Deo dante infra suo loco, lib 6. qui totus erit de pœnis, & executione earum.

121 Si è contra post multas monitiones, & post varia remedia adhibita hæreticus impœnitẽs in suis erroribus obstinatus adhuc permaneat, & nolit vllo modo conuerti, iuxta dispositionem iuris, tradendus est brachio sæculari, vt viuus comburatur cap. Ad abolendam extra, de hæreticis, tradunt loco cit. Eymericus, & Pegna, Sousa eo-

122 dem num. 6. ac Diana ibidem. formam tradendi hæreticum impœnitentem, aliàs non relapsum Curiæ sæculari proponit Eymericus 3. par. Direct num. 203. sic. Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticę prauitatis in terris talis Domini, à Sede Apostolica specialiter delegatus; Attendentes, quod tu talis. vide rèliqua apud illum vt nos iam huic Regulæ finem imponamus.

Quid de modo Vndecimo finiendi processum hæretici pertinacis, seù impœnitentis relapsi sine abiuratione, & reconciliatione in foro fori, benè tamen in foro Poli, si conuertatur?

REGVLA CCCCIV.

123 SVpposito, quod aliquis, vel per propriam confessionem, vel per aliam legitimam probationem verè hæreticus impœnitens, & relapsus sit repertus, licet dum adhuc manet in carcere, ante prolationem sententiæ, vel priusquam curiæ sæculari tradatur, ostendat voluntatem se conuertendi, nequaquam est admittendus ad abiurationem, & reconciliationem in foro externo; sed tantum ad internam re-

124 ceptis Sacramentis. Hoc autem multo magis est seruandum, si postquam traditus brachio sęculari, vel dum iam Sententia executioni mandatur, dictum animum

125 conuersionis notificet. Quod si contemptis monitionibus, sæpiùs per longum tempus ei porrectis, conuerti nullo modo voluerit, viuus tunc meritò absque misericordia igni tradendus.

---

126 NOnnulla ex contentis in hac Regula iã alibi attigimus, & nunc magis innotescent simul cum reliquis sumpto efficaci argumento ex eis à minori ad maius. Sed ostendenda priùs suppositio, de qua primo loco, debere scilicet constare, quod hereticus, vt impœnitens, & relapsus. Nam cum agatur de vita hominis nequit Inquisitor, nisi ex claris, & manifestis ad eum damnandum, & relaxandum procedere.

127 Et quamuis secundum Felinum in rubr. extra de hæreticis vers. quis autem dicatur & Caren. in tract. de hæreticis num. 4. vers. Licet aliàs, quibus adheret Farinac. de hæresi quæst. 196. num. 28. multum sit arbitrio Iudicis, seù Inquisitoris tribuendum, vt quis dicatur hæreticus pertinax, & impœnitens.

128 At communiter receptum est apud omnes, & tradunt præsertim Simanch. de cathol. Instit tit. 48. rubr. de pertinacibus nu. 24. cum citatis ab eo, Ioan. Lopez in allegationibus hæreticalibus, S. 9. Nicol. Arelatan. notab. 20 Squillacen. de fide cathol. cap.

cap.25. nu.2 Decian. in tract.crimin. lib.5. cap.18. vers.12. & ipse Farinac. ibidem nu. 31. quòd in dubio non præsumatur pertinacia, seù impœnitentia, & consequenter, seù à fortiori, nec relapsus.

129 Potest hoc inde ostendi manifestè, quia non dicitur aliquis pertinax, seù impœnitens, nisi pertinacia sit obstinata, & cum incorrigibili persistentia, vt optimè docent Carar.in tract. de hæreticis, num. 9. & Iacob. de Grassijs, lib.2. Decision. capi8. nu.8. vbi ait magis exprimans, nitens dicitur durus, indecibilis, & inuocabilis, obstinatus & non paratus corrigi: ergo pertinacia, seu impœnitentia dubium totaliter excludit, & in dubio nullus præsumetur pertinax, seù impœnitens, & multominus relapsus; sed requiritur, vt per propriam inquisiti in sancto Officio confessionem, aut per aliam probationem legitimam de tali statu ipsius constet.

130 Confirmatur item, quia vt innotescit ex descriptione hæretici impœnitentis, initio Regulæ præcedentis posita, ille hæreticus tunc demùm impœnitens censetur, qui monitus maximè ab Episcopo, vel Inquisitore, aut ab alijs viris doctis nomine ipsorum, non vult ab errore recedere, vt ex mente omnium affert benè Farinac. dict. quæst. 196. num.12. & per talem monitionem tollitur dubium, & fit omnino certum, quòd hæreticus sic monitus sit pertinax,

131 seu impœnitens. Si tamen ille erret, & moneatur in his, quę sunt damnata, vel expresse asserta ab Ecclesia: Secùs in non expressè damnatis, aut assertis. Tunc enim quis credere non tenetur alicui, etiam Prelato, excepto Papa, nisi illa assertio claris probaretur argumentis. ita cum Alphonso de Castro, lib.1. de iusta hęreticor. punit. cap.10. idem Farinac. dict. num.12. A quo clariorem huiusce grauis materiæ decisionem ex communi Doctrina audiamus sic ibidem num.13.

312 Vide omnino, inquit, ad hanc materiam Thomam Sanchez Iesuitam in præc. Decal. lib.1. cap.7. rubr. de hęresi, & apostasia num.25. vbi relatis Doctoribus volentibus pertinacem censeri eum, qui ab Inquisitore fidei, vel à suo Episcopo, vel etiam ab aliquo viro Theologo, & ad id deputato instructus de re fidei, illis non credit, & contrarium asserit, etsi se contra

133 Ecclesiam non sentire existimet. Subdit ipse hanc sententiam sibi non placere, concluditque non esse pertinacem, nec hæreticum eum, qui existimans non contrauenire Ecclesię, aut Pontifici, defendit hęresim non acquiescendo Inquisitoribus, Episcopo, & viris doctis contrarium asserentibus; sed solum tunc talem temerarium esse, & mortaliter peccare affirmat ex Torres, Cano, Valentia, Vasquez, et Sayr. in

134 loc. ibi per eum allegatis. Qui quidem Valentia ad D. Thomam 2. 2. quæst. 11. art. 1. vers. Secundo sequitur, testatur alijs relatis hanc esse communem sententiam. hactenus decisio Farinac. seù potius doctissimi Sanchez, et aliorum, quam omnino approbo, et non potui non hìc exprimere, quandoquidem in Regula præcedenti fuerat omissa.

135 Data itaque suppositione, quod aliquis certo sit hæreticus pertinax, seù impœnitens, et relapsus, quia constat manifestè de secundo lapsu iuxta tradita supra, hunc nullo modo esse admittendum ad abiurationem, seù reconciliationem iudicialem fori externi, sed relaxandum Curiæ sæculari, vt comburatur, tenent communiter omnes, pręcipuè Eymericus, 3.par. direct. rubr. de Vndecimo modo terminandi processum, num.205. Pegna ibi commen.48. et

136 Sousa lib.2. Aphoris. cap.47. num 1. Probatur efficaciter à minori ad maius, quia paulo ante cum communi Doctorum sententia tradidimus hæretico pœnitenti relapso non esse concedendam talem abiurationem, et reconciliationem, ergo multo minus concedi debet hæretico impœnitenti, et relapso, quamuis enixè petat, vt per se patet.

137 Modum autem terminandi processum fidei per condemnationem hæretici impęnitentis, ac relapsi profert Eymericus loc. cit. sic: Vndecimus, inquit, modus processum fidei terminandi, et finiendi est, quando delatus de hęretica prauitate, processus meritis diligenter discussis. cum bono consilio in iure peritorum, reperitur cōfessus hæresim, ac impœnitens, et relapsus, et hoc est, quando ipse delatus ore proprio confitetur iudicialiter talia, et talia se credere coram Episcopo, et Inquisitore, quę tamen sunt hęreticalia manifestè.

138 Et licet informetur Per Episcopum, et Inquisitorem. quod illa sint hęreticalia nō vult eis crederet, imò coram eis illa defendit esse Catholica, nec ad mandatum eorum vult ea abiurare, sed persistit in eis cōtumaciter, et pertinaciter animo induratō, et reperitur legitimè, quòd aliàs, vt depręhensus in hæresim, vel vt suspectus vehementer omnem, vel illam hæresim abiurauerat (secus si vt suspectus leuiter abiurasset) et iste talis est veraciter impœnitēs hæreticus, et relapsus. ita ille

139 Qui statim subiungit de praxi in expeditione causæ huiusmodi hęretici impœnitentis, et relapsi sic: Circa istum, inquit, talis practica est seruanda. Talis enim (quia in omni casu pœniteat, vel non pęniteat tradendus, seu relinquendus brachio sæculari vt relapsus,) teneatur in duro carcere, atque tutò in firmis compedibus, et catena ne possit euadere, et aliàs inficiat: Nullus ad eum ingrediatur, nisi custodes, qui sint viri probi, et de fide non suspecti, et quia à relapso non possint trahi faciliter ad errorem etc. vide apud illum quòd sequitur immediatè post.

140 Nempe qualiter teneantur Episcopus, et In-

et Inquisitor, et per se ipsos, et per alios viros doctos, et pios reo gratos, procurare conuersionem huiusmodi hæretici impœnitenti pro salute animæ, vt si pœniteat receptis Sacramentis Pœnitentiæ, et Eucharistiæ saluari possit, quandoquidem de vita corporis nulla ei spes tribuenda, cum omino sit relaxandus brachio sæculari, siue pœniteat, siue non pœniteat, vt sæpius repetit hic Eymericus. de diligentijs faciendis à DD. Episcopo, et Inquisitore pro conuersione dicti hæretici impœnitentis legendus est maximè Camillus Campegius in annotat. ad Zanchinum de hæret. cap. 16. vbi optimè de eis agit.

141

142 Contra hæreticum autem impœnitentem nolentem ab errore recedere adeò rigorosè ex abrupto procedendum volunt aliqui Doctores vt statim absque vllo processu tradi debere Curiæ sæculari affirment, qui enim non credit iam iudicatus est, ita Decianus in tract. crim. lib. 5. cap. 55. nu. 15.

143 Sed meritò hunc rigorem temperant alij, vt Farinac. de hæresi quæst. 196. num. 30. & Sousa lib. 2. Aphor. cap. 46. num. 8 atque contra illum esse formandum processum benè affirmant.

144 Vnde consequenter eidem hæretico impœnitenti relapso ex mente istorum auctorum videntur concedendæ defensiones; nã in processu præcipuè continentur, quæ sunt de iure naturali, & esse tales defensiones cum communi doctrina alibi resoluimus.

145 Et quidem quod hæretico pœnitenti relapso Curiæ sæculari tradendo, debeant prius defensiones concedi, tenent communiter Doctores, vt Simanch. Cathol. Instit. tit. 57. num. 23. Royas, singul. 23. num. 6. & ipse Farinac. de hæresi, quæst. 18. num. 217. ac Sousa ibidem cap. 45. nu 17. quibus omnino adhæreo.

146 Si tandem post iteratas monitiones, si post remedia oportuna adhibita pro conuersione eius, noluerit pœnitere, & à suo errore resilire, deueniendum ad prolationem sententiæ; cuius formam, vt talis hæreticus impœnitens, & relapsus tradatur brachio sæculari proponit de more Eymericus, 3. par. direct. num. 206. cuius initium saltem tibi porrigo.

147 Nos N miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus. Attendentes, quod tu talis de tali loco, talis diœcesis fuisti nobis, seu talibus prædecessoribus nostris delatus de multiplici hæretica prauitate (explicentur) in quibus, vt legitimè est compertum, fuisti confessione propria, ac iudicialiter, & fide dignis testibus deprahensus, &c. vide ibi reliqua.

148 Sed quid si dum sententia executioni mandatur, & iam viuus comburitur, pœnitcat dictus hæreticus impœnitens, ac relapsus, & ad cor rediens conuerti velit? Admittendus equidem ad recõciliationem, pro salute animæ receptis Sacramentis Cõfessionis, & Eucharistiæ; nequaquam tamen ad reconciliationem fori externi cum abiuratione pro vita corporis. Communis, & certa est hæc omnium rosolutio, quam affert idem Eymericus in fine dict. nu. 206. sic.

149 Resiliat autem, inquit, vel non resiliat, Ecclesia tamen eum ad suum forum deinceps non admittet; Crederem tamen quod si tunc ad fidem catholicam conuerteretur adhuc Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ non essent ei petenti humiliter, deneganda, iuxta cap. Super eo de hæret. lib. 6. non autem esset aliter ad misericordiam ab Ecclesia admittendus, hactenus ille, & egregie quidem.

150 Pro clariori verò ostensione posterioris partis negatiuæ formatur efficax argumentum, quia vt vidimus Regula præcedenti, hæreticus impœnitens non relapsus iam brachio sæculari traditus, si dum executioni sententia mandatur, conuerti velit, nullo modo est recipiendus ad reconciliationem fori externi, etiam si millies promittat veram conuersionem, tumquia nullo iure id cautum est, tum quia per experientiam innotescit, tales tunc sic receptos vix vnquam bonos euasisse, vt cum Albertino per eum citato docet bene Pegna 3. par.

151 direct. commen. 46. in fine. Ergo multominus à fortiori erit recipiendus ad talem reconciliationem hæreticus impœnitens, & relapsus, dum iam brachium sæculare contra eum procedit.

152 Corroboratur argumentum casu raro, quem refert Eymericus 3 par. direct. n. 204. sequentibus verbis, & de facto, inquit, sic contigit in Cathalonia in Ciuitate Barchinon, vbi fuerunt tres hæretici, vt impœnitentes, sed non relapsi traditi brachio sæculari, & cum vnus eorum, qui erat Sacerdos, fuisset igni expositus, & ex vno latere iam aliqualiter adustus, clamauit, quod educeretur, quia volebat abiurare, & pœnitebat, & sic factum est: Verum si benè, vel malè nescio. Vnum scio quod post 14. annos accusatus, inuentus est in hæresim permansisse continuè, & multos infecisse; nec conuerti voluit, sed vt impœnitens, & relapsus iterum est relictus brachio sæculari, & ignibus consumatus, ita ille: ergo à minori ad maius prædicta assertio clarè patet; Atque his iam, & Regulam, & caput terminamus.

CAPVT

CAPVT VII.

De vltimus tribus modis 12. 13. & 14. terminandi causas Sancti Officij sine abiuratione aliqua, vel cum ea, condemnando hæreticum negatiuum; & contumaciter absentem, vel fugitiuum, ac memoriam hæretici iam defuncti.

PROEMIOLVM.

1 CONcordant auctores vt Eymericus 3 par. Direct. à num. 141. vsque ad 16. Iacobus Sprengerius in Malleo Maleficarum 3. par. à quæst. 20. vsque ad 32. Locatus in fine Operis Iudicial. Inquisitorum, & alij, in assignandis, & discutiendis tredecim tantum modis terminandi, & finaliter expediendi Causas Sanctæ Inquisitionis cum abiuratione reis iniungenda, vel secus. Ex eis duo solum nobis explicandi supersunt, nempè duodecimus quando proceditur ab Inquisitore per condemnationem hæretici conuicti, persistentis tamen in negatiua; & decimus tertius, quando condemnatur aliquis de hæresi conuictus, qui est contumaciter absens, aut fugitiuus; atque in vtroque modo sine abiura-
2 tione relaxando reos brachio sæculari: vel secùs aliquando. Coniungimus in hoc capite cum Simancha Cathol. Instit tit. 4. & tit. 18. Farinac. de hæresi quæst. 197. §. 4. Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 50. & cum alijs modum decimum quartum terminandi processum in causa fidei damnando memoriam hæretici iam defuncti absque vlla etiam abiuratione; Non instituimus ex eo peculiare caput; eoquod materia huiusmodi sit valdè breuis, & vt citiùs finem Lib. v. nostri Operis de Materijs Tribunalium Fidei pertingamus.

Quis & quotuplex hæreticus negatiuus? quænam item conditiones requisitæ, vt talis completè censeatur?

REGVLA CCCCXV.

3 DIcitur hæreticus negatiuus quicunque licet de hæresi, vel de facto, aut dicto hæreticali legitimè sit conuictus, in negatiuam tamen obstinatè
4 persistit. Triplex autem est gradus hæretici negatiui: primus, si neget totum id, de quo fuit delatus, etiam quoad circumstantias, & complices; secundus, si partim admittat, & partim neget: Tertius, si actum externum omnino fateatur, & circa intentionem solam in negatiua existat.
5 Quinque item requiruntur condiciones, vt quis hæreticus completè negatiuus iudicetur: prima vt de vera, & formali hæresi conuincatur: secunda, vt verba, vel facta sint certa, & clara: Tertia vt sit conuictus per testes idoneos: Quarta, vt dictum, vel factum non sit ita antiquum, quod possit præsumi, reum illius fuisse oblitum: Quinta, vt reus conuincatur dixisse se illud credere, & ab alijs esse credendum; quæ omnia clarius statim ostendentur.

6 CElebris valde est illa diuisio hæreticorum in affirmatiuos, & negatiuos, tanquam in duo membra inter se prorsus opposita, de qua communiter agunt doctores nostri, vt Eymericus 2. par. direct. quæst. 34. & ibi Pegna commen. 59. Farinac. initio sui operis, de hæresi, qu. 178. à n. 19. vsque ad 22. Sousa lib. 1 Aphor cap. 16. per totum & alij citandi; & quoniam secundum Axioma Philosophicum, Opposita iuxta se posita magis elucescunt, expedit declaremus prius, qui nam sint hæretici affirmatiui? vt magis innotescere possit, de quibuscunque negatiuis.

7 Hæreticus itaque affirmatiuus dicitur ille, qui verbo, vel facto errorem formalem, quem habet in mente, ostendit; seu de quo interrogatus, non negat, sed potius fatetur, ita præter relatos Eymer. Pegnam, Farinac. & Sousam, Repertor. Inquisitor, verb. hæreticus affirmatiuus, Campegius apud Zanchinum, tract. de hæreticis, cap. 12. & Vmbertus locatus in Iudiciali Inquisitor. verb. hereticus, n. 24.
8 Factum autem hæresim manifestans illud est, in quo ipsa continetur, & exprimitur, vel per quod attentis circumstantijs violenta hæresis suspicio demonstratur. Docet bene Sousa ibidem num. 2. cum Pegna loc. citato, vers. si verò, & seq. vbi distinguit de multiplici genere factorum manifestantium hæresim, & diuersimodè exemplificat, & primò sic.
9 Quædam enim, inquit, sunt facta, ex quibus violentæ oriuntur suspiciones, vt cum quis de hæresi infamatus, aut suspectus, tempore mortis petit consolationem ab hæreticis iuxta consuetudinem eorum, & similia, de quibus diximus infra par. 3. tit. de signis, quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possint, atque hæc si quis committat, præsumptione iuris, & de iure, contra quam non admittitur regulariter

ter probatio, censetur hæreticus, & habere præsumitur pertinaciam in voluntate, hæc ille. Vide reliqua apud ipsum, huc maximopere conducentia pro nostro instituto.

10 Non omittam tamen illud, quod idem Pegna dict. comment. 59. in fine primi vers. Optimè notat, nempe quòd in his hæreticis affirmatiuis iudicandis DD. Inquisitores, aut nullam, aut perexiguam habeāt difficultatem, cum eorum delicta statim se sensibus insinuent: Contrarium omnino in hæreticis negatiuis, maxima scilicet difficultas extet in iudicio contra istos ferendo, vt ex sequentibus tibi innotescet.

11 Naturam iam hęretici negatiui descriptio eius initio Regulæ proposita satis declarat, est que hęc communis omnium fere eisdem verbis, vt videre est apud auctores per me relatos. Sed expedit pro maiori declaratione aliquid addere, sicuti addit, & describit Latius Antoninus, Sousa lib. 2. Aphor. cap. 48. num. 1. in hunc modum.

12 Quando aliquis, inquit, conuincitur facti euidentia, vel testium legitima productione de hęresi, vel facto, aut dicto hęreticali, vel quod facit suspicionem contra fidem, ipse tamen firmiter persistit in negatiua, & costanter confitetur catholicam fidem Romanam, dicitur hæreticus negatiuus, sed impenitens. ita ille cum Farinac de hæresi, quæst. 178. num. 20. & cum alijs quos hic copiosè citat.

13 Non autē mireris, quod Sousa in tradita descriptione hæreticum negatiuum vocet impœnitentem, quia reuera est; cum esse impœnitētem hæreticum habetur quasi quoddam genus continens sub se varias species, quas iam expressimus supra Regula 413. omisimus ibi consulto istam, hæreticum esse impęnitentem negatiuum, vt hic tanquam in proprio loco indicaremus. De ipsa Farin. quęst. 196. num. 16. sic

14 Amplia vi. inquit, & impœnitens reputetur is, qui à testibus legitimè conuictus negat, & sic quando est hæreticus, & negatiuus, quod an verum sit, & quando, dixi supra quęst. 178. num. 19. & seqq. ita ille

15 Sed ante ipsum Melius Eymericus 3. par. direct. rubr. de 12. modo terminandi processum fidei num. 207. sic: Iste talis, inquit, quamdiu sic persistit in negatiua, hæreticus impœnitens est censensendus, iuxta notata per Hostiensem in summa tit. de hæret. §. Qualiter quis in hæresim depræhendatur, vt potuit supra par. 1. quæst. 34. hæc ille, se ipsum citans; atque predictis omnibus natura hæretici negatiui satis indicata manet

16 Sequitur dicendum aliquid dè triplici hæreticorum negatiuorum gradu (libuit enim claritatis gratia sic diuidere) qui per se ex terminis ipsis manifestè patet, & ab omnibus Doctoribus in praxi, seu in facto esse communiter admittitur de primo nem pi quando hæreticus, licet conuictus omnia contra ipsum in sancto Officio delata, & legitimè probata, firmiter negat, intelligi debent, quæ tradunt ipsi Doctores agentes de hæreticis negatiuis, præcipuè Eymericus, 2. par. Direct. qu 34 & 3. par. rubr. de duodecimo modo terminandi pro cessum fidei, vbi Pegna commen 48. & 59.

17 Non enim rarò euenire solet in Tribunalibus sanctæ Inquisitionis, vti euenit aliquando in nostro Melitensi, vt huiusmodi hæretici, quoad omnia contra ipsos producta, obstinatè in negatiua persistunt. Qualiter autem isti expediendi? constabit ex Regula sequenti.

18 De hæreticis negatiuis in Secundo gradu, qui etiam vocantur diminuti, loquitur Sousa, lib. 1. Aphoris. cap. 48. nu. 1. quan do sub finem eius ait. Similiter etiam censetur negatiuus, qui non plene confitetur

19 Sic ibi egregiè, licet breuissimè. Sed pręstat pluribus id extendere, cum Pegna, 2. par. direct. quæst. 34. commen. 59. vers. ex his possumus, vbi concludit, negatiuum censeri debere hæreticum, & diminutum, qui non omnes hæreses, de quibus conuincitur, vel non omne delicti tempus fatetur.

20 Item cum Farinac. & cum alijs, quos copiosè refert de hæresi, quæst. 196. num. 17. vbi sic resoluit, quòd qui de se confitetur, & vt pœnitens ad reconciliationem cum Ecclesia admittitur, si postea comperiatur non omnes suos errores, nec omnes complices reuelasse, reputetur impœnitens hæreticus, & diminutus, vde reliqua apud illum, nobis pro nunc dicta sufficiant: plura infra Regula 417. dicemus.

21 Tertius gradus negatiuorum hæreticorum multos sub se continet; sæpissimè namque occurrit in nostris Tribulationibus sancti Officij, vt conuincatur quis de dicto, vel facto hæreticali, aut vt ipsum totaliter cum omnibus circumstātijs fateatur, quoad intentionem tamen, seu errorum mentis tantum firmiter iu negatiua persistat. Circa huiusmodi hæreticos negatiuos istius tertij gradus plura affert Sousa lib. 2. Aphor cap. 48. à num. 15. vsque ad 21. sed multo plura Farinac. cum multis per eum allegatis de hæresi, quęst. 179. num. 49. & seqq. magis peculiariter eos citabimus cum infra de expeditione taliter negatiuorum hęreticorum huius tertij gradus, sicut, & secundi agemur.

22 Superest nunc aliquid attingere de conditionibus requisitis, vt quis completè negatiuus hæreticus censeatur. Circa eas non sunt concordes in numero, qui de eis scripserunt. Arnaldus Albertin in tractat. de agnoscendis assertion catdol. &c. quæst. 34.

23 nu. 51. tres tantum assignat. Prima quòd verba, vel facta contra reum delata in sancto Officio, sint certa, & clara, non verò dubia, aut habentia duplicem sensum alterum catholicum, alterum hæreticum, aut quæ in bonam, & in malam partem possint accipi; nam tunc benignè interpretari debent

bent, nisi aliter ex circumstantijs appareat ita etiam Pegna 2.par. direct. comme. 48. Farinac. de hæresi quæst. 178. §. 1. num. 22. & Sousa lib. 2. Aphor. cap. 48. nu. 4.

24 Secunda, quod hæreticus negatiuus de dictis verbis, vel factis hæreticalibus conuincatur per testes idoneos, ac omni exceptione maiores, & non suspectos. sic ijdem Pegna, Farinac. & Sousa, quibus adde Ioannem à Rojas, in tract. de hæreticis par. 1. n. 84. Qualiter autem dicti testes sint iterum, & sæpius, ac separatim examinandi, dum reus magis, ac magis in negatiua persistit, & an sint conferendi cum eo? videbimus Regula sequenti.

25 Tertia, quòd constet eundem reum sic per testes conuictum asseruisse prædicta verba, seù facta hæreticalia se credere, & ab alijs esse credenda cum talia verba multis modis sine mala credulitate dici possint. Similiter tradunt dicti auctores Pegna, Farinac. & Sousa loc. cit.

26 Verùm, vno excepto Albertino, reliqui auctores tribus expressis conditionibus alias duas adiungunt etiam necessarias, vt quis complete hæreticus negatiuus habeatur, nempè, quòd iste sit conuictus de vera, & formali hæresi, aut de facto ex quo hæresis, apostasia, aut mala credentia insurgit; non tamen de assertione scandalosa temeraria malesonante, & similibus, ex quibus solum deducitur leuis, aut vehemens suspicio, tunc enim pro qualitate suspicionis injungitur ei abiuratio, & punitio. Asserunt etiam cum Ioanne de Rojas citato, Farinac. dict. num. 22. & Sousa ibid. num. 3.

27 Tandem requiritur quinta cōditio nempè vt verba, vel facta hæreticalia fuerint prolata, aut gesta de recenti, non verò ex tempore ita antiquo, vt possit præsumi obliuio circa hoc præter plura infra in regula 417. adducenda, nunc tactis paucis, cum Pegna, 2. par. direct. quæst. 34. commen. 59. vers. sed in hac quæstione, audias Farinac. dict. nu. 22. sic loquentem.

28 Vbi, inquit, bene declarat in proposito quanto tempore præsumatur obliuio, & concludit, quòd in factis hæreticalibus arduis, in deruptione sacrorū Templorū, deletione Imaginum sanctorum, prædicatione hæreticalium propositionum, aut earum scriptura, negatiuus hæreticus nō excusaretur ex prætensa obliuione, tametsi longū tempus post hæc facinora transiuisset: in cæteris verò factis seù verbis hæreticalibus obliuio præsumeretur per decennium, minori, aut maiori tempore arbitrio Iudicis, vt ibi per eum, qui proptereà bene admonet Iudicem, quomodo arbitrium suum regulare debeat, ad præsumendum isto casu obliuionem, vel non. hæc ille, quibus, & præsenti instituto, & toti Regulæ finis iam imponatur.

Hæretici primi gradus totaliter negatiui qualiter expediendi? semper ne cum relaxatione, seu potius aliquando cum abiuratione, & reconciliatione.

REGVLA. CCCCXVI.

29 Concurrentibus quinque prędictis conditionibus, si hęreticus huius primi gradus totaliter, & firmiter in negatiua delictorum persistat, tunc testes iterum, & sæpiùs, ac separatim examinandi sunt ad videndum an à sua depositione ne aliqualiter varient, conferendi etiam aliquando cum reo, maximē vbi qualitas personæ fert, ipsi collationem istam

30 non recusant. Quod si ijs persistentibus in affirmatiua, ille nolit vllo modo à negatiua resilire, post longum tempus, & post multas monitiones tradēdus est tan-

31 dem curiæ sœculari. Si verò antequam ei tradatur resiliat, admittendus ad recōciliationem cum abiuratione de formali, imò etiam si post traditionem resiliat ex misericordia aliquando admitti potest.

32 Contenta in hac Regula circa huiusmodi hæreticos primi gradus totaliter, & firmiter negatiuos per se iam manifesta omnino, nobis manifestiora redduntur ex doctrina præsertim Eymerici, 2. par. direct. quæst. 34. & 3. par. rubr. de duodecimo modo terminandi processum, vbi Pegna, commen. 48. & 59. Farinac. de Farinac. de hæresi, quæst. 178. & quæst. 296 Sousæ lib. 2. Aphor. cap. 48. & aliorū quidquid ad illos spectat completè explicantium. Audiamus primo loco Eymericum in dicta rubr. sic asserentem.

33 Duodecimus modus, inquit, processum fidei terminandi, et finiendi est, quando delatus de hæretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono cōsilio in iure peritorum, reperitur in hæresim depræhensus facti euidentia, seu testium productione legitima, non tamen confessione propria, et hoc est, quando ipse delatus conuincitur legitimè de aliqua hæretica prauitate, vel facti euidentia, vtpotè quia hæresim publicè prædicauit, vel per testes legitimos, contra quos delatus excipere legitime non potuit, tamen ipse sic conuinctus, et depræhensus, persistit firmiter in negatiua, et confitetur constanter catholicam sanctam fidem. ita

34 ille. Quod ait *non tamen confessione propria* videtur intelligendum cum moderatione: nam si quis sit iudicialiter conuictus de hæresi per propriam confessionem si hanc postea reuocet non assignata causa legitima talis reuocationis, inter impœnitētes negatiuos reponitur, & vt talis tractan-

ctantur in sancto Officio, vt tradidimus capite præcedenti num. 100. & seqq. cum Ioanne Rojas, Simanch, Carena, & alijs ibi citatis, præcipuè Sousa, lib. 2. Aphoris. cap. 48. num. 22. qui nu. 23. sic addit,

35 Qui de hæresi, inquit, factam confessionem reuocat post adimpletam pœnitentiam, vt temerarius puniendus est Inquisitoris arbitrio, & nonnunquam fustibus castigari debet, addita comminatione grauioris pœnæ, si deinceps in eadem temeritatem inciderit. Simanchas, dict. tit. 13. num. 26. & tit. 60 num. 8 & in Enchir. tit. 29. num. 8. & 197. num. 21. & 23.

36 Intellige dummodo in reuocatione nun perfistat, si tamen persistat tandem tradendus, vt impœnitens. hæc ille & quidē consequenter ad dicta prius.

37 Prosequitur Eymericus, & de praxi tenenda, sic ait, circa istum talis practica est seruanda. Talis duro carcere est tenendus in compedibus, & catenis, frequenter ab Episcopo, & Inquisitore coniunctim, & diuisim, & per se, & per alios est efficaciter admonendus, quòd eis detegat veritatem, indicando ei, quòd si faciat, & & confiteatur errorem suum, quòd ad misericordiam admittetur, abiurando primitus illam hæreticam prauitatem: Si autem noluerit, & steterit in negatiua, quòd ad finem relinquetur brachio sæculari, & mortem non poterit euadere tēporalem. ita ille, & cum eo Sousa nu. 24.

38 Post has admonitiones multoties iteratas cum comminationibus dictis, si à negatiua tamen reus sanctiOfficij non resiliat, nequaquam statim deueniendum ad eius condemnationem, sed ad nouam testium examinationem exactè, separatim, & sæpius faciendam, vt perspiciatur, an aliqua mutatio, seù variatio inter eos à prima depositione appareat. Quod si reperiantur falsum deposuisse animo iniquo contra delatum innocentem, declarans huius innocētiam sanctum Officium ipsos iam existens reos acriter prosequi-

39 tur, & perpetua immuratione punit. De qua prosecutione, & immuratione Nos libro sequenti Deo dante ex professo agemus, interim vide Eymericum, 3. par. direct. in dict. rubr. de duodecimo modo terminandi processum, &c. & ibi Pegnam comment. 48. num. 209. abundanter de hoc tractantes. Sed ludet nunc tibi tradere, quæ circa idem compendiosè proponit Sousa dict. cap. 48. nu. 25.

40 Si sic moniti adhuc in negatiua persistant, examinentur de nouo testes: qui si stant in affirmatiua, possunt iterum examinari, ac eorum mores perscrutari, si testes vacillent, vel alias contra eos indicia aliqua insurgant, quæ illos reddant suspectos, arrestrant eos, & puniant, prout iuris fuerit, hęc ille, dictis Eymerico, & Pegna, vbi supra allegatis.

41 Persistentibus verò testibus in affirmatiua, & reo, in negatiua, facienda ne illorum cum isto confrontatio pro eruenda veritate? sub finem lib. 3. nostri Operis in materia repetitionis testium in communi, hoc dubium sufficienter à nobis discussum te remitto ad ibi decisa, & ad pauca in Regula præsenti expressa: Sed ne hic te omnino ieiunum omittam, accipe nonnulla ex citato Sousa à num. 26. & ex alijs auctoribus quos ipse adducit.

42 Si reus, inquit, persistat in negatiua, & omne periculum cessat, & magna adest causa recto Inquisitorum arbitrio confrōtari possunt testes Simanch. in Enchi. tit. 35. num. 16. Eymer. dict. rubr. num. 209. vbi Pegna, commen. 48 vers. sit ergo, & seqq. & eadem, 3. par. tit de cautelis, 101. vbi etiam Pegna, commen. 23. ita ille: addens immediatè post num. 27. sic.

43 Securè, inquit, potest fieri confrōtatio, quando testes sunt complices eiusdem criminis cum reo, quia non tam confrontātur vt testes, quàm vt complices. Item quando testes, & rei vilissimæ sunt personæ, quæ parum curant bonam, vel malam habere famam, procul tamen absit periculum Pegna, dict. 3. par. comm. 48. vers. sit secundum, & seq. hæc Sousa, subiungitque statim num. 28. & 29. notans duo, primùm sic.

44 Quando, inquit, complices eiusdem criminis confrontantur cum reo, non producantur simul ad confrontationē, sed singuli per se ponantur coram eo, & interrogentur, & si variant in loco, & tempore, præsumptio est esse falsos tantumque Notarius scribat. Pegna, dict. comment, 48.

45 vers. Postremo vbi. Secundum, sic: Non solum Inquisitor confrontationem fier decernat, sed adhibito consilio Episcop & peritorum, & tandem supremus Senatus consulatur. Pegna dict. comment. 48. vers. Iam in confrontatione. hactenus Sousa de confrontandis testibus cum reo.

46 Per quam, vel per alia remedia adhibita si reus inducatur ad confitendum suos errores, & à negatiua resilire prorsus velit, admittendus est ad reconciliationem, iniuncta ei abiuratione de formali, & pęna prout de iure, de qua alibi videbimus, Docet Sousa ibidem num. 30. cum Eymerico, et Pegna citatis.

47 Quòd si à negatiua recedere noluerit, detinendum adhuc in carcere sancti Officij per vnum, vel pluresannos, vt ait Sousa ibidem num. 30. quo transacto tempore, vbi nulla apparet spes reducendi eum à tali statu negatiuæ, deueniendum tandem ad ipsius condemnationem per traditionem brachio sæculari de qua dum Nos differimus alibi explicare lege præcipuè Farinac. de hæresi, quæst. 178. à nu. 20.

48 Vbi cum Ioan. Rojas, Eymerico, Pegna, Cantera, Paramo, et alijs per eum relatis quidquid dicant Boerius, et Iulius Clarus, qui meritò ab illis reijciuntur, imò ab

ab aliquibus reprehenduntur, concludit esse communem sententiam, quod post præstita dicta omnia, transacto illo longo tempore, hæreticus conuictus obstinatè persistens in negatiua, si concurrant quinque conditiones Regula precedenti explicatæ, curiæ sæculari irremisibiliter sit tradendus.

49 Formam autem tradendi, seu relinquẽdi brachio eum, qui conuictus est de heresi per testes legitimos, et stat pertinaciter in negatiua proponit Eymericus, 3. pa. direct. in rubr. de duodecimo modo terminandi processum fidei num. 211. sic: Nos N. Miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis Domini, à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

50 Attendentes, quòd tu talis de tali loco, et talis Diœcesis fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, etc. et infra, sanè cum comparemus (prout adhuc cupimus) te veritatem fatendo resilire ab hæresi antedicta, et reduci ad gremium Ecclesię sanctæ, et ad sanctæ fidei veritatem, vt sic saluares animam tuam, et tàm animæ, quàm corporis mortem euaderes gehennalem, tàm per nos, quàm per alios nostram diligentiam exercentes, ac te per longa tempora expectantes; te in reprobum sensum datus contẽpsisti acquiescere nostro consilio seniori, imò perstitisti, et persistis in negatiua pertinaciter animo indurato. vide reliqua apud illum.

51 Sed quid si post dictam relaxationem, dum iam sententia mortis per brachium sæculare executioni mandatur, ipse hæreticus negatiuus reclamet, et à negatiua resilire velit, est ne audiendus, et cum abiuratione reconciliandus? huic dubio benè respõdet Eymericus sub finem dict. rubr. per sequentia verba.

52 Quòd si forsan, inquit, post sententiam, et iam relictus, et ad locum vbi est comburendus, deductus, dixerit se velle fateri veritatem, et recognoscere culpam suam, et ita fecerit, et paratus fuerit huiusmodi hæresim, et omnem aliam abiurare, licet præsumatur, quòd hoc faciat plus metu mortis, quam amore veritatis, crederem (vt dictum est supra in decimo modo processum fidei terminandi) quod de misericordia possit recipi vt hæreticus pœnitens, et perpetuò immutari, iuxta Gloss. super cap. Ad abolendam, §. præsenti, et verb. audientia, et cap excommunicauimus, 2. de hæreticis.

53 Quamuis non, vt puto, de rigore iuris, nec tali cõuersioni (vt dictum est ibi) est magna fides adhibenda à Iudicibus fidei. hæc Eymericus; quibus iam presens Regula absoluta.

Qualis expeditio de hæreticis 2. gradus in parte negatiuis, seu dimi nutis? relaxandi ne? an vero ad abiurandum cogendi?

REGVLA CCCCXVII.

54 Hæreticus ex parte negatiuus, seu diminutus, qui confessus est de se, non tamen omnes suos errores, aut nõ manifestauit omnes complices, absq. abiuratione, et reconciliatione, tandem relaxari debet curiæ sæculari, si obliuio non præsumatur, et diminutio plenè probetur.

55 His item duobus concurrentibus erit etiam diminutus, et parimodo aliquando relaxandus, qui non omnes qualitates ad veram, et formatam hæresim spectantes, nec totam errorum durationem

56 confitetur. Casu autem quo non extat plena prolatio diminutionis, et ita censetur non modica, sed digna considerationis, tunc reum diminutum iuxta qualitatem probationis Inquisitor pro eruenda

57 veritate torqueri tenetur. Si tortus denique, vel si absque tortura à negatiua resiliat eũ abiuratione aliqua expediendi

58 Notitia huius doctrinæ de hæretico diminuto, seu partim confesso, partim negatiuo, et persistente firmiter, quoad partem delicti in negatiua perutilis, et necessaria est, cum hìc etiam de vita hominis agatur, et casus iste in Sancto Officio quandoque contingat. Pauca admodum de eo auctores adducunt, quia et pauci de ipso, quòd ad manum habere põtuerim ex professo tractant Vnde breuiter ab expositione, huius Regulæ cũ Ioan. Rojas, de hæres. 2. par. à num. 235. Pegna, 2. par. direct. commen. 59. et 4 par. commen. 48. Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 48. et cum alijs citandis nos expediemus.

59 Supponenda aliqua ex mente omnium Doctorum prorsus certa, primùm quod diminutio hæretici, de qua loquimur possit reperiri in multis casibus ex parte materiæ: videlicet si hæreticus confiteatur de se, sed non omnes suos errores, aut non omnes qualitates, et circumstantias, quę respiciunt veram et formatam hæresim. Item si non denuntiet omnes complices suorum delictorum. Dein si non manifestet totum tempus, quo in erroribus perseuerauit. ita Simanch. Cathol. Instit. tit. 48. num. 27. et seq. Farinac. de hæresi qu. 196. nu. 17. Sousa, 2. lib. Aphoris. cap. 48. à num. 11. et alij, quos ipsi referunt.

60 Secundum, quòd tunc solummodo censeatur hæreticus diminutus, si in quouis ex prædictis casibus nolit fateri, aut manifestare Inquisitori id, quod tenebatur, persistatque firmiter in negatiua, quando præ-

præsumitur sic persistere ex dolo, seu mali-
tia, & non ex obliuione. ita ijdem Simanch,
Farinac. & alij præcipue Sousa num. 13.
61 Tertium, quòd (vt iam supra in fine
Regulæ 315. cum Farinac. ibi citato attigi-
mus) in valdè grauibus, & enormissimis
delictis, maxime contra fidem Catholicam,
vt in diruptione sacri Templi, in fractione,
aut conculcatione Crucifixi, &c. Item in
factis, quæ comitantur delinquentem, vt
si quis sinat se circumcidi, &c. non præsu-
matur obliuio, tametsi longissimum tem-
pus transierit, ex quo talia facinora fuere
commissa, ita Sousa lib. 1. Aphor. cap. 16.
num. 6. cum Pegna 2. par. direct. commen.
62 59. vers. in his ergo. Vbi prope finem be-
nè idem affirmat de criminibus contra fi-
dem solitis, & consuetis, de quibus, sicut,
& de alijs prædictis, si conuincatur reus san-
cti Officij, non poterit opponere obliuio-
nis exceptionem, sed reputabitur diminu-
tus.
63 Quartum, quod è contra possit præsumi
obliuio, ratione cuius reus non censebitur
diminutus, in alijs criminibus dictis, vel
factis antiquis, & minimis, in numero etiã
eorum criminum, quæ delinquens solet sæ-
pius committere. Item, quòd adsit præ-
sumptio obliuionis, casu quo, quis depo-
nit de consanguineis, non verò de aliquo,
vel aliquibus extraneis, ita Pegna ibidem,
& Sousa, num. 7.
64 Supradictis autem exceptis, in cæteris
casibus est dubium, quantum tempus sit
requisitum ad hoc vt obliuio inducta præ-
sumatur? Adquod variè respondent do-
ctores, cum ex eis non pauci in lib. Si de eo,
ff. de acq. possess. & in l. furtum, ff. de Vsu-
cap. & in l. licet, vbi Bald. & Angel. C. de
acq. possess. & Bart. in l. ex consensu, § eum,
qui de appell. & alij affirment per decem
annos obliuionem induci.
65 Non tamen requiri decennium ad eam
inducendam voluerunt Innocen. in cap. 2.
extra, de restitut. in integrum, & Bald. in
l. seruum fugitiuum, C. de seruis fugitiuis.
Sed isti auctores nullum tempus peculiare
pro tali effectu infra dictum decennium as-
signant.
66 Verum plures, vt Accurs. in dict. l. fur-
tum, verb. vel longo, & Innocen. in cap.
quærelam de election. Bald. in l. 2. C. de ser.
& aqua cynus, in l. 1. C vbi causa stat Saly.
in dict. l. Seruum fugitiuum, C. de seruis fu-
gitiuis, & alij optimè tuentur esse hoc ar-
bitrio prudentis Iudicis relinquendum,
hancque esse communem sententiam ait
Iason, dict. l. seruum fugitiuum, C. de ser-
uis fugitiuis, num 46. cui adhæret Ropas,
67 de hæret. par. 1. num. 90. & seq. Ratio est,
quia, quoties tempus non est à Iure taxa-
tum, id arbitrio iudicantis relinquitur,
perpensis causarum, & personarum circum-
stantijs, l. 1. ff. de iure deliber. consonat Sou-
sa, lib. 1. Aphor. cap. 16. num. 5. dicens. Quã-
do autem obliuio præsumenda sit, Iudicis
arbitrio relinquitur, personarum, & cau-
sarum circumstantijs inspectis: Sed magis
consonat Pegna 2. par. direct. commen. 59.
per sequentia verba.
68 Ego, inquit, ab hac communi sententia
non recedo; nihilominus tamen, hoc mo-
nendum diligentissimè, & perspiciendum
existimo, quoniam res grauis est, & de vita
hominis agitur, vt inquisitores cuncta ri-
mentur, perpendantquè negotij, seu deli-
cti qualitatem, in primis verò delinquentis
69 ingenium, & naturam. Sunt enim multi
Suaptè natura obliuiosi, & stupidi; Sunt
alij memorosi, & factorum, ac dictorũ te-
naces; vnde in illis minori tempore præ-
sumitur obliuiò nec propterea iudicabun-
tur negatiui, in his uerò difficilius memo-
riæ lapsus creditur, ideoque si negent hæ-
reses, de quibus conuincuntur, non facilè
se tuebuntur obliuionem allegando, hæc
ille.
70 Hoc supposito, quòd non sit locus alle-
gandi obliuionem, & ex parte negatiuus,
seu diminutus reus sancti Officij existat,
quomodo contra eum prosecutio esse de-
bet? Paucis respondet generaliter loquens
Sousa lib. 1. Aphor. cap. 16. num. 4. sic; Hæ-
reticus etiam, inquit, negatiuus est, qui
non plenè confitetur hæresim, qui & dimi-
nutus dicitur. Quod si diminutio probe-
tur, contra illum procedunt Inquisitores
iuxta probationis qualitatem, ita ille, ex
Pegna, 2. par. direct. commen. 59. vers. Ex his
possumus.
71 Cum autem multiplex qualitas proba-
tionis existat, iuxta quod alibi à nobis di-
ctum, nam datur probatio plena, Seu con-
uincens; semiplena item cum sua latitu-
dine, & minus quàm semiplena. Quoad pri-
mam, si diminutio plene probetur, Seu
de ea Reus Sãcti Officij omnino conuictus
manet, Communis omnium sententia,
duobus exceptis Boerio, & Claro à fortio-
ri vt dictum Regula præcedenti quod abs-
que abiuratione & reconciliatione vt ne-
gatiuus impænitens Curiæ sęculari tradi
debeat ita Simanch. Cathol. instit. tit. 48.
num. 27. & sequ. Rojas, de hæret. par. 2.
num. 235. & seqq Pegna, 2. par. direct.
Comment. 59. vers. ex his possumus, &
vers. Contra verò Farinac. de hæresi quæst.
196. nu. 17. & Sousa lib. 2. Aphor. cap 48.
72 Neque discrepat à prædictis Calderi. in
tract. de hæret. rubr. de hęreticis rela-
psis, nu. 2. in fine, & nu. 3. vt ipsum refert,
& declarat Farin. vltimò citatus, quando
ait hæreticum impænitentem ob Confessio-
nem non plenam suorum errorũ, & com-
plicum, posse tradi, & non tradi Curiæ sę-
73 culari arbitrio Inquisitoris. Nam hæc pars
negans intelligi debet, Casu quo Inqui-
sitor arbitratur præsumi, posse obliuionem,
qua tollitur diminutio; illa verò affirmans
casu quo ad sunt requisita omnia, vt quis
verè diminutus censeatur; & parimodo de-
clarat Simancha; ibid. sed vt res melius ca-

piatur

piatur, audiamus Pegna citatum, præ cæteris ingeniosius declarantem, sic.

74 Ex his inquit, possumus colligere, quid sit respondendum ad per difficilem illam quęstionem: An sit negatiuus censendus, ac velut diminutus confitens, & pertinax damnandus, qui vel omnes hæreses, de quibus conuincitur, vel omne delicti tempus, vel omnes complices non reuelat: Nã si hęc recentia sint, inquibus non facilè pręsumitur obliuio, tanquam diminutus con-
75 fitens, & impęnitens damnari poterit. Secus autem erit agendum, quoties quædam in his erunt paulò antiquiora, & vetustiora, quæ facilè à memoria recessisse credantur, vel si aliquæ alię causæ subsint, vt grauis infirmitas, læsio capitis, negotia plurima, vel alia, ex quibus, pręsumi possit obliuio, vt luculenter, & verè ostendit Thomas Grammaticus in prædicta decisione 60 n 7.
76 Verisimile enim est, eum, qui quasdam hęreses fatetur, & eas grauiores, & quosdam complices reuelat, præsertim si coniunctos & amicissimos, cętera etiam fuisse dicturum, si recordaretur; ita sentire videtur Simanch. de Cathol. instit. tit. 48. n. 28. & Ioan. Rojas, tract. de hæret. par. 1. assertio 22. Quorum sententia, & æquissima, & omnino tenenda mihi videtur, hæc ille, equidem egregiè.
77 Non itaque properandum ad hęretici impænitentis diminuti, sine abiuratione, & reconciliatione, brachio sęculari relaxationem, sed longo temporè inspiciendum, an sit locus obliuioni, quę auferat diminutionem? an huius plena probatio benè fundetur? Vndè examinatio testium, vt dictum à nobis in Regula pręcedenti aliquoties iteranda, & qualitas eorum diligenter inspicienda; deueniendum etiam, cessante omni inconuenienti ad confrontationem
78 ipsorum cum reo. Quòd si testes reperti legitimè in affirmatiua persistant, & ille sæpissimè monitus nolit à negatiua resilire, cócurrentibus quinque conditionibus pro quouis hæretico, totaliter negatiuo, supra explicatis, iste diminutus tandem Curię sęculari relaxandus. Docent citati auctores pręcipuè Pegna per hęc verba.
79 Contra verò, inquit, 15. velut diminutus confitens, & negatiuus tredendus esset Curiæ sæculari, qui non fateretur omnes errores hęreticales, de quibus esset conuictus, per testes omni exceptione maiores, si illi adeo recentes, aut graues essent quorum verisimiliter non possit credi oblitus. Nam falsa pœnitentia est cum de omnibus peccatis non agitur, nec licet dimidiam sperare veniam, cap. quem pœnitet, de pœniten. distin. 1. cap. Omnis, extra, de pœniten. & rèmission. Simanch. in Enchyridio, tit. 61. n. 4. Ioan Rojas tract. de heret par. 2. assert. 21 ita ille.
80 Sed quid quando non adest plena probatio diminutionis? Placet resolutio, quam paucis affert Sousa lib. 2. Aphor. cap. 48. num. 12. si diminutio, inquit, non plenè probetur, & considerabilis sit, ac non modica, danda est reo tortura, iuxta probationis qualitatem, ita ille citans pro hac doctrina, Canteram Inquæst. crimin. rubr. de hęretic. cap. 1. num. 57. & Farinacium, de hęresi,
81 quæst. 185. §. 8. num. 133. Quamquam hi duo, sicut, & alij multi, quos copiosè refert ibi Farinacius, tantum loquuntur de casu, quando hęreticus existit diminutus, eoquòd non vult manifestare complices delicti, sed par est ratio, circa quoduis caput, ex supra propositis, diminutio reperiatur.
82 Quod autem ait Sousa, Si diminutio considerabilis sit, ac non modica confirmatur ex mente Canteræ, vbi supra, vers. Bene verum est, affirmantis ibi, vt refert ibidem Farinacius, hæretico diminuto non reuelanti complices dandam esse torturam, quã-
83 do diminutio est maxima, aliter secus. Sed hęc affirmatio Canterę nimis larga, & fauorabilis hęretico diminuto apparet, cum requirat maximam, seu omnium summam diminutionem, vt illi Inquisitor possit torturam infligere; cur enim non sufficiet magna cur non minor, quam maxima? Moderatius itaque, & Congruentius loquitur Sousa, quod sufficiat ad torturam diminutio considerabilis, & non modica; nam de his, quæ sunt nullius considerationis, uel de modicis, seu minimis non curat Prætor, ut ex vi iuris communiter dici Solet. Quòd autem ad relaxationem reqiratur maxima diminutio, videbimus lib. 6 cumipso Cantera Castro Palao, Carena, & alijs.
84 Dein quod addit Sousa (danda est reo tortura iuxta probationis qualitatem.) inteligitur, quod debeat adesse non minus, quam semiplena probatio diminutionis, ut hæteticus diminutus, non conuictus torqueri possit. Docet expræsse Simanch. in Enchiridion Violet. Religion tit. 29. rubri. de Confessis, nu. 12. & tit. 52. rubr. de tormentis, nu. 30; & 31. dicens ibi non posse hæreticum Confesum de se super complices torqueri, nisi, quod is socios in committendo crimine habuerit, præcesserit semiplena probatio. ei adhæret Farinac. loc. cit. & est Communis omnium doctrina in materia torturæ.
85 Tandem, quid de abiuratione iniugenda hæretico diminuto, vel secus? Parum sanè quod circa hoc citati actores Farinac. Sousa, vel alij nihil hoc loco, agentes de tortura hæretici diminuri, attigerint. supponunt ipsi haud dubiè, sumendam esse resolutionem ex doctrinis iam albi traditis in materia torturæ, vel in materia abiura-
86 tionis, quibus attentis, si hæreticus diminutus ob torturam, vel sine ea, ob solas monitiones, à negatiua resiliat, quando diminutio esset circa aliquem ex erroribus ipsius, vel circa aliquas circumstantias, veram, & formatam hæresim respicientes, nullum dubium, quod de formali tunc abiurare debent vbi verò diminutio, esset circa

circa omissionem manifestandi complices, cùm hæc ad fautoriam spectet, & vehemẽtem hæresis suspicionem inducat, de ve-
87 hementi abiurare teneretur. Quòd si ex tortura nihil emergeret iuxtà qualitatem eius, & indiciorum resoluendum, an & qualis abiurario iniungenda? Nam si fuit ita acriter tortus, vt indicia totaliter euacuata manserint sine vlla abiuratione reliquendus; cum aliqua verò de vehementi, aut de leui, si tortura fuit ita mediocris, vel exigua, vt adhuc post eam indicia vehementia, vel leuia extent. Atque his sic doctrinaliter traditis, remittendo lectorẽ ad alibi decisa, Regula iam absoluatur.

Quid de hæreticis 3. gradus negatiuis quoad solam intentionem? num expediendi cum abiuratione? an aliquando cum relaxatione.

REGVLA CCCCXVIII.

88 Sine abiuratione tradendus est curiæ sæculari, qui hæresim profitetur, & prædicat, nec credendus, si negando intentionem dicat, ob aliquod lucrum tem-
89 porale prædicasse. Rari item modo relaxandus brachio sæculari vti negatiuus, quisquis hęreticale factum exercet, aut verba hæreticalia, excusationem non admittentia profert, si de eis reperiatur plenè conuictus, & confessus; licet intentio-
90 nem neget. Secùs verò, si illo excusationem aliqua m admittant, & hic non plenè conuictus existat; sed tunc super intentionẽ torqueri debet, & ex ea si nihil emerserit, ad abiurandum de vehementi, aut de leui condemnari, aut etiam sine abiuratione aliquando expediri, attentis qua-
91 litatibus personæ, modi, &c. Tandem si quis spontè comparens confiteatur factum, vel dictum hæreticale, & neget, seù excuset intentionem credendus est, & ideò non cogendus abiurare, nisi ex circumstãtijs præsumptio aliqua erroris comprobatur.

---

92 Dignissima sunt discussione omnia sub textu præsentis Regulæ contenta, cum in praxi Tribunalium Sanctæ Inquisitionis frequenter occurrant, & nequaquam ita facilè decidantur. Quo circa ea acerrimè, & copiosissimè controuertũt hinc inde scriptores, pręcipue Farinac. de hæresi, quæst. 179. §. 4. à num. 39. vsque
93 ad 64. Et ante ipsum copiosiùs præ cæteris Ioannes à Rojas vir vtriusque Iuris sciẽtia pręstantissimus, & in nostro Regno Valentino contra hæreticam prauitatem Inquisitor acertimus, in Tractat. de hæreticis bipartito, per totam primam partem à num. 1. vsque 624 licet enim diuersa eruditè intermisceat, omnia tamen tendunt ad eamdem controuersiam dirimendam cuius statum, & difficultatem ab ipsomet Rojas accipe suum tractatum sic incipiente.

94 Ipsis, inquit, reum experimentis cognouimus (vt verbis Diui Marci Imperatoris in l. 2. c. vt in possess. legat. vtar) quamplurimos in carceribus Sancti Officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis detentos facta, ac verba hæretica ingenuè fateri, credulitatam verò, prauamque intentionem prorsus abnegare; Et quoniam in causis fidei definiendis, an isti sint censendi hæretici, & qua pœna puniendi, varia, ac diuersa, & ex diametro opposita Inquisitorum, & Consultorum suffragia sæpè vidimus: ideò hunc articulum nimis ambiguum, atque difficilem, & à nostris iuris professoribus (ni fallor) non rectè intellectum, radicitùs (annuente Deo) explicare mira breuitate conabor. Primò pro parte negatiua iura, & rationes referam deinceps pro parte affirmatiua veras conclusiones subijciã.
95 Ita ille. Pænes quem videas relata ab ipso copiosissimè (licet enim miram breuitatem promittat, ingentem tamen copiam inuenies) à numer. 34. vsque ad 275. allegatis iuribus, & formatis rationibus ad ostendendam dictam partem negantem. Quippè nimis longum esset, & extra solitam compendiosi styli nostri rationem, tam multa hìc congerere, & quasi in immensum rem protrahere? Vnicum itaque argumentum,
96 & vnicum textum attingam. Formatur potissimè argumentum ex definitione hæresis, & hæretici, quia sine actibus internis intellectus, & voluntatis, quibus homo à vera Fide pertinaciter recedit, seu formaliter dissentit, neque hæresis, neque hæręticus reperiri potest, ergo tametsi quis plenè conuincatur de actibus externis hæreticalibus, si illos internos, seu intentionem neget, non est habendus vti verus, ac formalis hæreticus, & proinde neque vti negatiuus brachio sæculari relaxandus, &c.
96 Videtur suffragari eidem parti neganti textus sing. in l. quòd adhibitus, ibi, inquam credo te magis errore, quàm malitia incidisse C. de ijs qui sibi ascrib. in test. Quoniam in dubio potius error, seù ignorantia, quàm dolus, & malitia præsumitur; quem tex. dicit esse notabilem Bald. in l. 1. circa finem ff. de legi. & Bart. in l.
98 quoties § 1. ff. de hæred. instit. Et quidẽ, quòd in casu facti, vel dicti hæreticalis habeat locum, negari nequit, quia qui tale dictum profert, aut factum exequitur, ex errore materiali, seù ex ignorantia sæpius procedit, seque iudicio Ecclesiæ Catholicæ submittit; ergo non est vti hæreticus habendus, nec curiæ sæculari relaxandus.
99 Confirmatur ex illo Diui Augustini lib. 1 de Trinit. vbi dixit errare potero, sed hæreticus non ero quòd talis error esset materialis ex ignorantia ortus, & non ex malitia

litia contra auctoritatem Ecclesiæ. Atque hoc dictum Sancti Augustini in confirmationem adducit idem Rojas num. 47. cum Turre Cremata, Antonino Simanch; &
100 alijs quos citat. Quare conuictum plenè de facto, vel dicto hæretico, si neget intentionem non esse relaxandum brachio sæculari, sine dubio, seu à fortiori defendunt Boerius, & Iulius Clarus, cùm ab eis vt vidimus supra num. 48. reus Sancti Officij totaliter negatiuus, contra omnium Doctorum sententiam à tali relaxatione liberetur; Eamdem partem negatiuam tenere videntur idem Rojas, & Decian. in tract. crimin. libr. 5. cap. 97. nu. 6. quamquam hunc exponit Farinac. loc. cit. n. 52. quod loquatur de casu, quando verba hæreticalia sunt dubia habentia duplicem sensum, catholicum scilicet, & hæreticum.

101 Transit idem Rojas ad partem affirmatiuam, eamque à num. 276. vsque ad 624. copiosius, & efficacius demonstrare conatur multiplici iure, & ratione, quod scilicet, qui à se hæretica facta executa, aut verba prolata in Sancto Officio cõfitentur, & prauam intentionem, seu credulitatem negant, tanquam negatiui debeant relaxari; quamuis de tali executione, aut prolatione non sint plenè conuicti. Ita Ioan. de Imol. in Clemen. 1. §. fin. de vsur. Anan. in cap. Excommunicamus 1. §. credentes, num. 11. de hæret. Syluest. verb. hæresis 1. quæst. 7. num. 10. Simanch. Cathol. instit. tit. 47. num. 22. Repert. Inquisit. verb. hæresis, vers. Item nota, quod nedum, & alij, quos ipse Rojas num. 311. allegat pro hac parte affirmante.

102 Ostenditur itaque ista, primo ex iure, cap. si quis præsbyter 30. distin. ibi Qui pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichei, anathema sit: vbi hæreticus iudicatur, qui Manicheorum ieiunia, & superstitiones sequitur; consonat textus in capit, humanæ aures verba nostra indicãt qualia
103 foris sonant. Et textus in cap. existimãt 11. quæst. 3. ibi in omnibus, quæ peruersa sunt, factis Deum negamus, vbi Archidiac. benè circa rem præsentem, & in cap. contra Christianos, ibi, erit tanquam contra hæreticos procedendum, de heret in 6.

104 Quamuis autem hoc ita se habeat respectu quorumcunque, qui cuiusuis sectæ vt Manicheismi, Mahometismi, Arrianismi, Caluinismi; vel alterius ritus, & cæremonias obseruant, preces, & vota fundunt more solito vniuscuiusque; clarius tamen apparet in iudaizantibus, nempe illis baptizatis, qui ea faciunt, vel dicunt, quæ solo iudei in obseruatione legalium, aut recitatione precum facere, vel dicere solent. Multa ad hoc propositũ affert Rojas loc. cit. numer. 303. & seqq. ex Arnal. Albert. in tract. de agnoscen. assert. ex diuersis quæstionib. (vide apud ipsum,) & tandem q. 36. nu. 18. in fin. sic ait.

105 Si autem essemus in facto, puta quia confitetur se fecisse ritum Iudæorum, negat tamen intentionem, in tali casu intentio probatur ex qualitate facti, quòd vt hæreticus est puniendus, etiamsi neget intentionem. Animus enim ex factis, & ex modo faciendi perpenditur. ita ille, & allegat l. 1. §. Adrianns, ff. ad l. Cornel. de Sicar. &c. vt refert Rojas.

106 Verùm ad fundandam probationem ex ratione magis efficaci pro hac parte affirmatiua, præmittit benè idem Rojas n. 317. & seqq. notabilem illam distinctionem (de qua nos iam alibi, sed oportunius nunc) Alfonsi de Castro, lib. 1. cap 1. & 7. de iusta hæret. punit. & lib. 1. aduersus hæres. cap. 1. nempè esse quædam peccata, ad quæ natura ipsa homines propendent, vt ad venerem, gulam, auaritiam, furtum homicidium, & similia, quibus illi capti voluptate, quæ est omnium malorum radix, irretiuntur: cap. quia radix, de pœnit. dist. 2. cap. bonorum 17. dist. Atque in his delictis non præsumitur hæresis, nisi quis ista licitè, aut impunè fieri posse crediderit.

107 Alia vero sunt crimina, quæ natura non appetit, imò appetitus, hominisque voluptas repugnat, & aduersatur, vt non gustare cibum, nec potum vsque ad noctem tempore ieiunij, vel à carne suilla abstinere, vinum omnino non bibere, prauas item seruare cæremonias, aut preces fundere more Mahometanorum, vel Iudęorum. Cũ ista, & similia contra naturalem inclinationem, & appetitum homines operentur, sine dubio in eorum electione voluntas ab intellectu dirigitur, ac propterea in ipsorum obseruatione præsumitur praua intẽtio, seu mala credulitas contra fidem: atque hãc distinctionem Castri omnes admittunt, præcipue Simanch. in Ench. tit. 8. num. 12.

108 Qua præmissa, sic iam argumentatur efficaciter Rojas à n. 321. quia ex præsũptione ista quæ contra seruantes, siue in dictis, siue in factis hæreticorum ritus, & ceremonias quod in tali obseruatione insit mala credulitas, seu hæretica intentio, manifesta probatio insurgit, & veritas omnino
109 ostenditur, cum sit iuris præsumptio. Nã præsumptiones iuris pro veris, & proprijs probationibus habentur, iuxta l. fin ff. de probat. & hoc est proprium ipsarum, quòd transferant onus probandi in aduersarium, vt optimè aduertunt Bald. Ias. & alij in l. licet Imperator, ff. de iur. iurand.

110 Vnde fortiter concluditur, teste Simanch. in Enchir. tit. 4. num. 8. quòd sit standum cuicunque iuris præsumptioni, nisi cõtrarium probetur.

111 At in nostro casu equidem non apparet, quomodo à confitente hereticum dictum vel factum, & negante intentionem possit pro-

probari contra istam iuris præsumptionem; cum animus, voluntas, & credulitas à solo Deo cognoscantur, & sint quid inuisibile, cap. Numquid, de pœnit. distin. 1. Vnde
112 non habet locum, vt ex se patet, probatio per testes, quòd notauit Innoc. in cap. super hoc de renun. cum Gloss. in l. 2.
113 ff. de interrog. Neque per proprium iuramentum, cum sit præsumptio iuris contra iuramentum in præsenti casu. Secundũ Gloss. singul. verb. non probatur, in cap. proposuisti, 82. dist. ergo concluditur quòd habeat ille hæreticam intentionem, & si in eius negatiua persistat firmiter, vti negatiuus debeat curiæ sæculari relaxari.
114 Confirmatur per eundem Rojas, n. 590. à paritate rationis, quia vt resoluimus duplici Regula præcedenti, quicunque legitimè conuictus de factis, aut dictis hæreticis, si omnia neget; aut si partim confiteatur, & partim neget, persistatque firmiter in hac negatiua, curię sæculari tradendus est, ergo similiter tradi debet, qui hęreticum factum, vel dictum confitetur, & inficiatur prauam credulitatem, seu intentionem; cùm hæc sit principalis forma, & substantia, quę dat esse rei, seu hęresi l. Iulianus, ff. ad exhiben. & l. qui iniurię ff. de
115 furtis. Quin etiam sic negans intentionem, videtur totum factum, & delictum negare, vt docent Bart. in l. inter stipulãtem, ff. de verb. oblig. & alijs, quos refert idem Rojas, nu. 591. ergo sic negans brachio sæculari relaxandus, cum in parte substantiali, nempè in credulitate sit diminutus, ac per consequens pertinax, & negatiuus censendus. cap. perfecta pœnitentiæ de pœnit. dist. 1. & cap. fin de pœnit. distin. 5. &c.
116 Peculiariter descendit Rojas nu. 602. ad ostendendam hanc partem affirmantem in confitente verba hæretica à se prolata, & negante intentionem, seu malam credulitatem, sic dicens.
117 Et quemadmodum, inquit, ex factis, et cæremonijs reprobatis, et hæreticis quispiam hęreticus, vt superius latè dictum est, iudicatur; ita pari ratione ex verbis hæreticis censendus est hęreticus, cùm in eis violentissima iuris pręsumptione malus animus, peruersa, atque impia intentio, et credulitas pręsumatur l. si non conuitij C. de iniur. l. non aliter l. ille, aut ille, ff. de legat. 3. cap. 1. de pręsumpt. c. 15. autem cap. humanę aures. 22. quęst. 4. Hęc ille, & alia plura, quę videas apud ipsum.
118 Vltimo loco omnium simul perspicuam et efficacem reddit rationem sequentibus versis. Ratio autem, inquit, prędictorũ est, quia in opere, seu verborum prolatione; animus, intellectus, ratio, et voluntas concurrunt. Intellectus examinat, et illuminat, ratio determinat, voluntas operando, seu loquendo acceptat; ideo quidquid est in verbis dicitur esse in mente, & qui contrarium allegat, apertè confitetur se mentiri, & expressissè falsæ vocis actum, & tanquam sibi ipsi contrarius minimè au-
119 diendus est. l. 1, C. de furt. l. professio tua C. de mun. patri. lib. 10. l. quòd inhæredem. §. eligere ff. de tribu maximè quia turpitudinem suam allegat. l. cum precum. C. de lit. caus. Ita ille.
120 Concludit tandem pro parte affirmatiua à num. 618 in hunc modum. Ex omnibus igitur superiùs dictis liquidò constat, impiam intentionem, pessimamque credulitatem ex factis, seu verbis hæreticis (violentissima iuris præsumptione) probari.
121 Præsertim si verba, seu facta fuerint geminata, quæ maiorem animi affectum, & deliberationem ostendunt, & est persona suspecta; veluti si est de regno, vel Prouincia, in qua vigent hæreses, vt Anglicus, seu Gallus, vel Germanus l. quod si nolit. §. qui mancipia, ff. de ædil. edict. cap. si gens Anglorum 56. dist. Hæc Rojas.
122 Quo cum in vtramque partem prorsus oppositum nonnulla ex quàm pluribus hactenus à nobis ad rem clariùs capiendam sunt tradita. Et quamuis Farinacius, de hæresi, quęst. 179. num. 52. illum citet pro parte negante, ac ipse affirmantem multo magis corroboret; adhuc tamen non plenè constat cuinam adhæret. Nos cum decreto Farinac. cum Sousa, & cum alijs mediam curabimus tenere viam, perpensis aliquantulum in textu nostræ Regulę contentis.
123 Quoad primum, vti hæresiarcha habetur quicumque hęreses profitetur, & prædicat, stante verò legitima probatione in sancto officio huius professionis, & prædicationis, licet ille intentionem neget, seu dicat non credidisse hæreses, quas prædicauit, sed sic prædicasse ex aliquo motiuo temporali, vt ob vanam gloriam, ob lucrum, aut quid simile non est ei credendum & si in negatiua firmiter persistat, tanquam diminutus, & negatiuus curię sæculari tra-
124 di debet. Hoc saltem sine dubio probat rationes adductæ pro parte affirmante, sicque tenent authores à me supra num 101. citati, Ioan. Imol. Anan. Syluest. Simanch. & Report. Inquisito, quibus adde Calderinum, in tract. de hæret rubr. de hæreticis credentibus, nu. 1. ac 6. & Farinac. de hæres. quæst. 179. nu. 49.
125 Exemplificant autem dicti Calderin. & Farin in famosissimo illo hęresiarcha Dulcino Nouarensi (de quo nos peculiariter egimus lib. 3. Regula 280.) Hunc vti diminutum, & negatiuum traditum fuisse brachio sæculari testantur, non obstante excusatione, quam allegabat in suam defensionem, quòd hæreses, quas docuerat, non credidisse, sed propter commodum temporale, & æstimationem propriam sic publicè docuisse.
126 Deinde, qui exequitur hæreticalia facta, aut profert hæreticalia verba, quæ excusationem aliquam non admittunt, si de illis

sit

sit plenè conuictus, & confessus, ac in negatiua quoad intentionem, seù prauam credulitatem firmiter persistat, parimodo relaxandus est brachio sæculari. Defendunt hoc etiam relati auctores Syluester, Ioan. Imol. Anan. & cum his præcipuè Farinac. vbi supra à nu. 49. vsque ad 64. atque conuinci videtur eisdem rationibus pro parte affirmatiua à Ioan. Rojas formatis.

127 Et quidem in credentibus hæreticorum id manifestiùs apparet; nam si quis sit conuictus legitimè, & confessus, quod dixerit se credere doctrinam Caluini v.g. & ab omnibus esse credendam, nequit vllo modo negare habuisse malam credulitatem, ergo si eam neget, & persistat in negatiua, vti diminutus, & negatiuus curiæ sæculari tra-
128 di debet. Similiter philosophandum circa quemuis conuictum, & confessum de factis, vel verbis hæreticis particularibus, certis, & claris, non admittentibus excusationem, aut duplicem sensum, quòd ei competat relaxatio, si persistat in negatiua quoad intentionem, præter auctores citatos vide Didacum Canteram, in quæst. crim. rubr. de hæret &c. cap. 1. nu. 70. & Sousam, lib. 2. Aphor. cap. 48 num. 16.

129 Quamquam prædicta doctrina, saluo meliori iudicio, & sub correctione Sacræ Cōgregationis vrbis, videtur mihi solum habere locum casu, quo præcipua illa conditio, ex quinque supra explicatis pro reo sancti officij totaliter negatiuo, concurrit, nempè, quòd conuincatur dixisse, se talia dicta, vel facta hæretica credere, & ab alijs esse credenda. Nam si hæc conditio ad relaxationem hęretici totaliter negatiui requiritur necessario, vt vidimus supra, cum Sousa, dict. cap. 48. num. 7. & Pegna, ac Farin. per eum citatis, cur non etiam requiretur ad relaxandum hæreticum negatiuum quoad solam intentionem?

130 Verùm si proferens verba, vel exercens facta hęreticalia non sit de eis conuictus, sed tantum indiciatus, & confessus, licet neget intentionem, non est relaxandus brachio sæculari, sed torturæ subijciendus pro eruenda mala credulitate; quę si eruatur iniungenda ei abiuratio de formali, vt patet; sin minus expediendus cum abiuratione de vehementi, aut de leui, iuxta qualitatem torturæ, & personæ, & attentis alijs circumstantijs. Ita resoluunt Simāch. Cathol. Institut. tit. 65. nu. 52. Albert. de agnoscen. quæst. 36. propè fin. Pegna 3. p. direct. commen. 110. vers. ad hęc Farinac. loc. cit. & Sousa ibidem, num. 17.

131 Prædicta autem resolutio, ex mente eorumdem auctorum, & aliorum, parimodo habet locum quando quis exercet facta aut profert verba hæretica, quæ aliquam admittunt excusationem, aut dubietatem. Vnde vt descendamus magis ad particularia, licet sit habendus, & tractandus vti hæreticus etiam vsque ad relaxationem, qui deliberatè, & seriò hæretica verba profert, negans malam intentionem, & per-
132 sistens in negatiua; Secùs verò si non seriò, sed iocosè. Tradit cum Archidiac. in cap. inter Schisma, nu. 1. vers. Et dic habeat seriò, 24. quæst. 3. & ibi cum Bellamer. nu. 2. verb. habet seriò cum Carer. in tract. de hæret. num. 2. & 9. & cum alijs, Farinac. dict. q. 179. num. 40.

133 Excusatur etiam à pœna hęretici, & magis à relaxatione, qui ex lubrica linguæ, seu aliàs inaduertenter verba hæreticalia profert. Nam lubricum linguæ non facilè ad pœnam trahi debet l famosi ff. ad leg. Iul. Maiest. l. 1. C. si quis Imperatori maledi-
134 xerit cap. quo d autem ait 22. q. 2. Prorsus idem dicendum, quando talia verba fuissent prolata ab illo ex ira, & iracundia cum subitaneo animi motu: aut ob magnā mentis perturbationem, vel corporis dolorem. Ita Farinac. dict. quæst. 179 num. 41. 42. & 43. cum varijs auctoribus quos citat. vide plura apud eum num. 44. & seqq.

135 Sed accipe pauca à Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 48. num. 19. per quæ prædictis lucem præbet. Ad cognoscendum inquit, ad iudicandum, vel præsumendum, an faciens actum hęreticalem, aut proferens hæreticalia verba, negando intentionem vel excusando verum dicat, nonnulla considerā-
136 da sunt. Nimirum, vtrum interuenerit metus, & qualis, an cadens in virum constantem, an non? Vtrum proueniat factum, vel dictum ex aliqua affectione, cupiditate videlicet, ira, odio, amore, ioco, &
137 similibus. Qualitas item personæ considerande est, simplex ne sit, an docta, Ecclesiastica, vel sæcularis, vir, aut fæmina, iuuenis, an ætate prouecta. Pegna 1. par. direct. ad quæst. 9. commen. 24. et 2. par. ad quæst. 34. commen. 59. et 3. par. commen. 17. vers Modus procedendi. Farinac. dict. §. 4. num. 62. Ita ille.

138 Exceptis autem casibus prædictis, quòd aliàs parti affirmanti sit adhærendum, Farinac. dicti quæst. 179. §. 4. num. 54. cum diuersis auctoribus per ipsum citatis, sic ostendit.

139 Amplia 1. inquit, hanc tertiam limitationem, vt propterea qui hæreticales ritus, et cęremonias fecisse fatetur, credulitatem autem, et intentionem, erroremque in intellectu, sub prætextu ignorantiæ, seu inaduertentię, prorsus negat, hæreticus reputandus est, et vt hæreticus puniri debet, reiecta excusatione, et qualitate intentionis, si enim hæc excusatio, et qualitas admitteretur, vtique omnes hęretici impuniti euaderent; quia omnes sic dicerent, quod absurdum videtur, ex traditis in Repertor. Inquisit. in verbo confessio, versic. Nota salutare, etc. Hæc Farinac. vide plura apud ipsum

140 Circa casum tandem vltimo loco in Regula propositum, quid dicendum? lætatus sum valde quando eius decisionem, quam per multum tempus ab aliquo ex nostris scri-

scriptoribus expressam desideraueră, apud Sousam dict. cap. 48. num. 18. inueni, vbi sic. [Cum aliquis, inquit, non est delatus sed sponte se offert confitens factum, aut verba hereticalia, negans tamen intentionem credendus est, nec est cogendus abiurare, nisi ex circumstantijs aliqua oriatur suspicio. Hęc ille, et nullum citat pro hac sua doctrina, fortè, quòd de ea à nullo tractetur, mihi tamen quoad vtramque partem admodum placet.

142 Motiuum autem dictæ meę lętitię inde, quòd sępè occurrerit casus in nostra Congregatione Sancti Officij Melitensis, et nō defuerit aliquis ex DD. meis consultoribus qui acriter contenderet talem spōtè comparentem credendum esse in omnibus, etsi intentionem neget, esse semper expediendum absque vlla abiuratione, cui proprio Marte perpetuò restiti, in posterum auctoritate doctissimi Sousę, ipsi, aut alteri uolenti esse iniungendam abiurationem fortiter resistam, quandoquidem sępius ex circumstantijs, et ex facto ipso oritur magna suspicio praug credulitatis. Atque his Regula pręsens expeditur.

De modo 13. terminandi causas fidei circa conuictos haereticos contumaciter absentes, vel fugitiuos quid decidendum.

REGVLA CCCCXIX.

143 Reus sancti Officij absens, vel fugitiuus tunc dicitur contumax, quādo legitimè citatus ad respondendum de fide, elapso citationis termino, v. g. 30.
144 dierum non vult comparere. Si autem de hæresi sit conuictus per propriam confessionem, vel testium iuridicam productionem, aut facti euidentiam, et post dictæ citationis terminum non compareat, pręcedente in libello accusatione à Fiscali contumacię facta, potest Inquisitor statim eum non realiter, sed fictè (cum sit absens) cu-
145 riæ sęculari tradere. Mitius verò, et cōuenientius aliquando faciet, si hoc omittat, et solum declaret ipsum esse contumacem, vt facilius inducatur ad reuertendum, et reconcilietur cum abiuratione de formali.
146 Quę reconciliatio etiam habet locum, si post quam dicto modo fuit relaxatus brachio sæculari, comparet ad excusandam contumaciam; nisi aliàs sit relapsus.

147 De citatione iuridica reorum sanctę Inquisitionis absentium, vel fugitiuorum, et de contumacia eorumdē, multa tradidimus lib. 2. nostri operis, cap. 1. Regul 161. n. 13. et c. 4. quatuor Regulis integris, nēpe 183 184. 185. et 186. adeo cōplete pro materię exigentia, vt nihil deesse videtur. Vide in Indice, verb. citatio.

148 Tantùm hic expendimus, quę spectant ad decimum tertium modum terminandi processum fidei per condemnationem alicuius conuicti, vel indiciati de hęresi contumaciter absentis, vel fugitiui. Quando nam autem iste sit verus contumax, et dignus condemnatione, pręter dicta alibi, sufficienter declarant prima verba nostræ
149 Regulę. Transacto enim legitimę citationis tempore, quod vt plurimum triginta dierum esse solet, si citatus coram Inquisitore nullo modo compareat, iam contumacia inde completa insurgit, et meritò illum ad condemnationem disponit. Ita Simanch. Cathol. Instit. tit. 2. numer. 7. et seqq. Farinac. de hæresi, q. 185. §. 7. n. 93. et Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 49. nu. 1. post Eymericum, 3. par. direct. rubr. de 13. modo terminandi processum fidei num. 212. vbi circa hunc modum sic in communi ait.
150 Tertius decimus, et vltimus modus processum fidei terminandi, et finiendi est quando delatus de hęretica prauitate; processus meritis diligenter discussis cū bono consilio in iure peritorum, reperitur conuictus de hæretica prauitate, est tamen fugitiuus, seu absens contumaciter, sed congruo tempore expectatus: Et hoc est in tribus casibus. Ita ille; qui simul coniungit, et explicat hos tres casus; at nos seiungimus eos explicantes primum solùm in præsenti, secundum verò, et tertium in sequenti Regula: Explicatio primi casus apud Eymericum eiusmodi habetur.
151 Primus, inquit, est: quando ipse delatus est deprælhensus in hæresi, vel confessione propria, vel facti euidentia, vel testium productione legitima: sed fugit, vel se absentauit, & citatus legitimè noluit compa-
152 rere. Hæc ille; sed clarius, et extēsius idem Eymer. proponens formam citandi conuictum de hæresi absentem, vel fugitiuū contumacē ad sententiā, dicta rubr. n. 213. sic.
153 Nos N. Miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, et Frater N. Inquisitor hęreticę prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus, tali, talis diœcesis, seu talis ordinis, seu Religionis, spiritum consilij sanioris.
PRAE cunctis nostræ mentis desiderabilibus illud potissimùm infigitur cordi nostro, ne temporibus nostris, &c. Et infra:
154 Ea propter cum tu talis incideris in damnatas hæreses manifestè, illas publicè in tali Ecclesia prædicando. seu fueris per testes legitimos conuictus de hæretica prauitate, siue deprehensus propria confessione in iudicio per nos recepta, & post captus fugeris, medicinam refutans salutarem. Nos verò citauerimus te, vt de, & super his coram nobis manifestius responderes, tuque ductus maligno spiritu, pariter, & seductus nolueris comparere. Ita ille.
155 Sequitur in Regula nostra de condemnatione talis conuicti de hęretica prauitate con-

contumaciter absentis, aut fugitiui, & du-
bitatur, an possit Inquisitor eum condēna-
re, & qualiter? nec sine fundamento insur-
156 git dubium, Quandoquidem idem Ey-
mericus 3 par. direct. pag. mihi 613. dubi-
tat, seu quærit, nempe quęst. 42. an Inqui-
sitor possit procedere aduersus delatos, qui
aliò se transtulerunt, vel aliàs se absenta-
runt, & è contra aduersus delatos de hæ-
resi, qui extra prouinciam Inquisitoris de-
157 liquerunt, & in ipsa nunc existunt? Ratio
sic dubitandi, seu quærendi circa vtrumque
est, quia inde possit euenire, vt duo Inqui-
sitores diuersarum prouinciarū simul pro-
cedant independenter contra eumdem
reum, & vnus eum condemnet, & alter
liberet, quod est magnum inconueniens.
158 Nihilominus quoad vtrumque benè re-
spondet affirmanter Eymericus; quoad
primum patet ex cap. vt commissi, in prin-
cipio, & ex cap. cum contumacia. de hę-
ret. lib. 6. ac ex litteris Apostolicis Clemē-
tis, & Vrbani IV. incip. Pręcunctis §. etiā
159 contra illos. Secundum verò habetur
omnino certum ex allegatis per Ioan. An-
dream in cit. cap. Vt commissi, quia hæ-
reticus vbi inuenitur, ibi conuenitur; ergo
licet deliquerit in Prouincia alterius Inqui.
sitoris, iure procedit contra eum Inquisi-
tor huius Prouinciæ, in qua nunc casu, vel
fugitiuus existit.
160 Confirmantur omnino prædicta, & ex-
tenduntur ex decisis à Concilio Narbonen-
si cap. 19. 20. & 21. per quę etiam respon-
detur ad rationem dubitandi supra positā;
Vnde non graueris ea omnia ad verbum
audire, vti referuntur à Pegna 3. par. di-
rect. commen. 91.
161 Cap. 19. sic: si qui verò culpabiles, vel
suspecti ad vestram pertinentes inquisitio-
nem præsentes nec sint, nec fuerint, & in-
fra competentem terminum eisdem à vobis
peremptoriè assignatum, & per Ecclesias
publicatum non curauerint comparere, vel
se legitimè excusare contra eos, tanquam
contra præsentes non dubiè procedatis.
Ita ibi.
162 Et cap. 20. Ad inquisitionem quippe ve-
stram eos intelligimus pertinere, qui vel
infra eiusdem Inquisitionis limites delique
runt, vel domicilium ibi habent, seu ha-
bebant, quando inquisitio cœpta fuit, vel
cum ibi morarentur occasione officij cuius
cunque publici, seu priuati, vel certum
domicilium non habentes ibidem inuenti,
citati fuerunt à vobis, siue illis per quam-
cunque cautionem adstrictis; siue non In-
quisitionem contra eos facere incæpistis,
vel eis purgationem forsitan indixistis, si-
quidem contra tales præsentes, vel absen-
tes potestis procedere, ac debetis; nisi for-
tè ratione delicti maioris, seu minoris com-
missi alibi, vel ratione domicilij, vel alia
de prædictis Inquisitores alij procedere cę-
163 perint contra illos. Etenim cum in locis
diuersis, & per Inquisitores diuersos Deo
auctore Inquisitio celebretur, tutius, & sa-
lubrius est, vt quisque culpabilis, in quo-
cunque loco deliquerit, vni, & illi Inqui-
sitori permaneat obligatus, à quo primo
ex aliqua de causis præscriptis, sine fraude,
& sine periculo negotij, & animarum fue-
rit occupatus. Hæc ibi.
164 Cap. 21. tandem additur: Ita tamen vt
Inquisitores cæteri, quidquid de illo nosce
potuerunt, inquirant nihilominus, & scri-
bant Inquisitoribus illis, quibus idem cul-
pabilis sit adstrictus: sic enim quasi vir vnus
pugnabitis, & vincetis. Hactenus ibi.
165 Ex quibus iā quęstio, seu dubitatio pror-
sus, soluta manet, & ratio dubitandi, seu
inconueniens illud euanuit: Nam vt patet
ex Concilio Narbonensi, & notat benè Pe-
gna 3. part. direct. quęst. 42. commen. 91.
vers. Quòd si, nosque alibi tradidimus, &
illustrauimus exemplo nostri Tribunalis sā
ctæ Inquisitionis Melitensis, datur locus
pręuentionis in causis fidei inter Inquisito.
res, & qui primò incœpit procedere con-
tra quemcunque etiam absentem, adiuuā-
tibus alijs, & transmittentibus, quę sciunt
contra ipsum, debet finire processum, vsque
ad condemnationem, vel liberationem
eiusdem, & nullo modo expedit, vt duo In-
quisitores independenter inter se contra
eumdem reum procedant ob illud incōue-
niens, quia fortè ab vno liberabitur, & ab
alio condemnabitur.
166 Respondendo itaque ad nostrum quęsitū
principale excerta, & communi omnium
doctrina, resoluimus, quòd possit Inquisi-
tor reum sancti Officij contumaciter absen-
tem, vel fugitiuum, si de hæresi vera, &
formali sit plene conuictus, vel per propriā
confessionem, vel per delicti euidentem
notorietatem, vel per legitimam testium
productionem, tradere curiæ sæculari, seu
eius statuam, vt comburatur. Ita Bernar-
dinus Diaz pract. crimin. cano. capit. 142.
Simanch. de Cathol. Instit. tit. 2. n. 6. & 7.
Eymer. dict. num. 212. ex cap. Ad abolen-
dam §. Pręsenti de hereticis in 6. ibi Pegna,
commen. 49. 3. par. direct. Farinac. de hæ-
resi, quęst. 185. n. 102. Sousa, lib. 2. Aphor.
167 cap. 49. nu. 2. Qui num. 5. compendiosè,
vt solet, adducit ea, quę ante dictam con-
demnationem relaxando illum brachio sę-
culari precedere debent. Sed melius Pegna
loc. cit. sequentibus verbis.
168 Si primo, inquit, modo quis in causa
fidei contumax sit, & absens, nec compre-
hendi potest, tunc hoc ordine res est gerē-
da: Edictis publicis est vocandus reus, qui-
bus ei denūciatur; vt v.g. intra triginta dies
compareat demonstraturus suam innocen-
tiam, ea verò dilatio promptoria esse de-
bet, idest, vna pro tribus, in qua citandus
est reus ad omnia, & singula iudicij acta
illo audito; Iudices violatę Religionis de
sua causa cognituros, & sententiam pro-
nunciaturos contra ipsum, nisi compareat,
iuxta textum in l. ad peremptorium, cum
legi-

legibus sequentibus, ff. de iudicijs, & cap. de illicita. 24. quæst. 3. cum similibus.

169 His peractis, si reus non comparuerit, accusata eius cōtumacia in singulis Edicti terminis, Fiscalis sanctæ Inquisitionis libellum accusatorium edet, iuxta ordinem traditum à nobis supra in hac parte num. 67. quo exhibito, ordine iudiciario procedetur, obseruata sancti Officij consuetudine, & legibus; quibus absolutis, si de crimine verè constiterit, de quo in casu proposito rarò non constat, sententia in reum pronuncianda est, quandocunque processus ritè, & legitimè fuerit absolutus. Hucusque Pegna.

170 Qui postquam citauit Bernardinū Diaz & Simancham vbi supra, addit immediatè hæc pauca. Et in hoc, inquit, casu ne frustra sententia ferri videatur; statua absentis produci solet in publicum, & cōburenda tradi Ministris sæcularibus.

171 Nihilominus Inquisitor mitius, & quandoque conuenientiùs se geret, si non statim ad prolationem dictæ sententię, & relaxationem delinquentis conuicti curię sęculari veniat, sed pro tunc solùm modo declaret ipsum esse contumacem, vt sic nō traditus curię sęculari, quoties reuerti voluerit, possit ad misericordiam admitti, & cum abiuratione de formali expediri. Ita Sousa, dict. cap. 49. num. 8. cum Eymeco, & Pegna ab eo citatis.

172 Quin etiam si post dictam relaxationem fictè executam, taliter relaxatus brachio sęculari, iam statua eius combusta, compareat per se ipsum, vel per suum Procuratorem coram Inquisitore ad excusandā contumaciam, et allegandas absentię causas, admitti debet, et cum dicta abiuratione de formali reconciliari (excipe casum, quando esset relapsus) et ab hęresi, de qua plenè conuictus fuerat, velit resilire. Docent Simanch. Cathol. Instit. tit. 2. num. 20. et tit. 14. num. 10. Farin. dict. q. 185. num. 106. et alij, preter citatos Sousam, num. 7. Eymer. et Pegn.

173 Qui ibidem 3. par. direct. num. 215. vers. Magistratus, affert doctrinam scitu dignā, (cui adheret Sousa dict. cap. 49. num. 10.) et conducentem sanè ad dictum effectum reconciliandi cum abiuratione relaxatum fictè brachio sæculari, si velit resilire. Nam post discussam hinc inde grauem illam dubitationem, an casu, quo conuictus de hæresi contumaciter absens, vel fugitiuus, sit in sacris, & cum sola degradatione verbali, relaxatur fictè curiæ sæculari, si ab ista postea capiatur iuxta preceptum, quod accipit ab Inquisitore capiendi absque reali degradatione, & absque vlla audientia, possit per eam vltimo supplicio affici? & resoluit benè, & benignè Pegna, quòd nō sit ei audientia deneganda, subditque sequentibus verbis.

174 Iam Magistratus, inquit, sæculares nō obstante verbali degradatione, & traditione sibi facta in hoc crimine, melius facient, si, clericum captum Inquisitoribus afferāt, vt ab ipsis audiatur, & quid sit faciendum iudicetur: quod ipsum, & circa laicum putarem obseruandum, & ideo melius esset, vt in talibus sententijs ferendis Inquisitores nominatim dicerent, ac iuberent Magistratibus sæcularibus, vt quoties tales in absentia damnatos inuenerint, & ceperint, id sibi significare debeant in hæc, aut similibus verbis.

175 Et contra eundem de capiendo ipsum, personaliter vbicunque locorum officio nostro subiectorum repertus fuerit, &c. Mādatum executiuum decernendum fore, & esse, quemadmodum nunc decernimus, & relaxamus, & exequi mandamus, ipsumque captum carcerandum esse per quemcunque iustitiæ Ministrum; ac eius carcerationem nobis significari debere, vt quod iustitia postulat exequi valeamus, &c. Hæc Pegna addens sic.

176 Quæ verba, inquit, & pronunciandæ sētentiæ modum vidimus in quodam manuscripto libro quo continebatur forma sententiæ contra tales ferendæ. Hæc ille: quibus præsens Regula ad finem perducta.

Quid si absens, vel fugitiuus tantùm sit indiciatus de hæresi, aut eius fautor expediendus ne cum relaxatione? an potius aliquando cum abiuratione?

REGVLA CCCCXX.

177 QVando reus Sancti Officij absens, vel fugitiuus non est cōuictus, sed solum leuiter, aut vehementer indiciatus de hæresi, citari debet iniuncta excommunicatione, vt compareat, quòd si in ista insorduerit per annum, eo transacto, accusata per Fiscalem cum libellis aggrauatorijs eius contumacia, Inquisitores statim ipsum adhuc non comparentem hæreticum declareat, & curię sæculari relaxent.

178 Parimodo decidendum de illo, qui postquam fautoriam exercuit, impediendo Sanctum Officium, &c. atque ideo in excommunicationem ipso iure incidit, ista per annum innodatus, contumaciter

179 se absentauit. Quamquam si compareat, etiam post dictam relaxationem, pro excusanda contumacia, vel ostendenda sua innocentia, benignè audiendus est, & non euacuatis totaliter indicijs, cum aliqua abiuratione, eius causa terminanda.

---

180 EN circa modum 13. terminandi causas Fidei per condemnationem suspecti de hæretica prauitate contumaciter absentis, aut fugitiui, casus duos, secundum videlicet, & tertium, quorum supra cum Eymerico 3. par. direct. rubric. de

de 13. modo num. 212. meminimus propriis ipsius verbis eos accipe.

181 Secundus, inquit, casus est; quando aliquis est delatus de hæretica prauitate, & recepta informatione aliquali contra eum, habetur aliqualiter, seu leuiter suspectus de hæresi, & sic citatur responsurus de Fide, & quia renuit contumaciter comparere excommunicatur, & excommunicatus sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, & semper cōtumaciter se absentat. Ita ille de casu secundo.

182 Clarius tamen, & copiosiùs idem Eymericus in forma citandi, quam proponit num. 213. ibi: Ea propter, inquit, cum tu talis delatus nobis de hæretica prauitate, & recepta informatione contra te aliàs de eadē essesnobis suspectus leuiter, quòd fores infectus labe prædicta, citauimus te, quatenus coram nobis personaliter compareres de Fide Catholica responsurus; Cumque citatus renueris contumaciter comparere, excommunicauimus te, ac excommunicatum fecimus publicari, in qua excommunicatione stetisti per annum seu annos tot animo pertinaci, latitans, & fugiens hinc inde, ita quod nunc quò te duxerit malignus spiritus ignoramus: & cum te expectauerimus misericorditer, & benignè, vt reuerteretis ad gremium Ecclesiæ Sanctæ Dei, & ad Sanctæ Fidei vnitatem, tu facere contempsisti in reprobum sensum datus. Ita ille.

183 A quo iam tertium casum audi: Tertius inquit, casus est; quando aliquis impediuit directè iudicium, sententiam, seu processum Fdei Episcopi, vel Inquisitoris; vel qui ad hoc dederit auxilium, consiliū, vel fauorem, & contumaciter se absentauit. Talis eo excommunicationis mucrone percussus, quam si sustinuerit per annū animo indurato ex tunc est, vt hæreticus condemnandus iuxta cap. Cum contumacia, & per cap. Vt Inquisitionis §. prohibemus, de hæreticis in 6. Hæc ibi.

184 Sed qualis nam condemnatio in his casibus secundo, & tertio? respectu primi, de quo dictum à nobis Regula præcedenti; Eymericus dict. rub. de decimo tertio modo terminandi processum Fidei, &c. assignat differe etiam sic.

185 In primo, inquit, casu ille talis (nempè repertus plenè conuictus de hæresi) est impœnitens hereticus condemnandus, iuxta cap. Ad abolendam, §. presenti. In secundo casu, & tertio non est hæreticus impœnitens iudicandus, sed tanquam, seu vt hereticus impœnitens condemnandus iuxta capit. Cum contumacia, & per capit. Vt Inquisitionis, §. prohibemus, de hæretic. libr. 6. Ita loquitur ille.

186 Atque hunc loquendi modum meritò laudat Pegna 3. par. direct. commen. 49. quod fit magis secundum Regulas iuris, cū pateat clarè dicta differentia ex suppositione certa in primo casu constare de crimine vt diximus, nequaquam verò in secundo, & tertio, sed tantùm fundari in iuris præ-

187 sumptione. Nam particulę istę tanquā, sicut, vt, & similes, tametsi, aliquando veritatem significent, hincque fortè Archidiaconus, & Franchus in dict. cap. Cū contumacia prolapsi sunt ad affirmandum semper ita esse: at vt plurimum meram similitudinem in se continent, & non veritatem capit. Cum dudum, 1. de elect. & alibi sæpè. Maximè vbi dictæ particulę assumuntur in materia præsumptionum, cùm præsumptio non sit veritas ipsa: quamuis sæpissimè super veritate fundetur.

188 Conueniunt verò casus secundus, & tertius cum primo in diuersis pręcipuè in modo procedendi, & formandi processum cōtra reos Sancti Officij contumaciter absentes, vel fugitiuos. Ex quadam Instructione Hispalensi cap. 19. Triplicem modum affert Pegna 3. par. direct. quęstion. 4. commen. 91. ab ipso latinè redditum, & pro maiori luce pręsentis instituti non possum non hìc exprimere, & tu hoc fine à me traditum acceptare ne graueris.

189 Possunt autem Inquisitores, inquit, fabricare processus contra absentes vno ex tribus modis. Primò secundum formam c. Cum contumacia de heret. lib. 6. videlicet citando, & monendo absentes, vt compareant ad se defendendum, & respondendū de iure suo super certis articulis Fidei causam contingentibus, & super certo hæresis crimine, &c. sub pœna excommunicationis cum suis admonitionibus in forma.

190 Quòd si non comparuerint, iubebunt promotori Fiscali, vt accuset eorum contumaciam, & petat litteras, seu libellos magis aggrauantes, quibus denuncientur, quòd si per spatium vnius anni perseuerauerint in sua pertinacia, & contumacia, declarent illos hæreticos in forma iuris. Et hìc processus est magis tutus, & minus rigidus.

191 Secundus modus est, quòd si Inquisitoribus visum fuerit delictum contra aliquē absentem debere plenè probari, citent illum per edicta, sicut dictum est, vt veniat responsurus, & dicturus super iure suo, & ostensurus suam innocentiam infra triginta dies in tribus terminis diuisis, vnicui-

192 que termino decem dies tribuendo. Vel concedant illis aliud longius tempus, si expedire viderint iuxta distantiam, seu locorum inter capedinem, in quibus præsumitur, vel præsumi debet habitare prędictos citatos: quos citare debent ad omnia processus acta vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, quo casu si reus non comparuerit, accusabitur eius contumacia in omnibus edicti terminis; recipiantque Inquisitores eius denunciationem, & accusationem à Fiscali, conficiantque processum in forma: quibus absolutis si delictum

cum visum fuerit sufficienter probatum,
poterunt absentem condemnare, eo amplius non expectato:

193 Tertius modus, qui in conficiendo processu contra absentes obseruari potest, hic est, vt si in inuestigatione processus facti in Inquisitione reperitur presumptio hæresis contra absentem, tametsi delictum non videatur plenè probatum, possunt Inquisitores decernere edictum contra talem absentem notatum, & suspectum de crimine heresis, & iubere ei, vt infra certum tempus compareat ad se liberandum, & canonicè purgandum à dicto errore, seu delicto. Eo addito, quod si non comparuerit ad recipiendum, et præstandam prædictam canonicam purgationem, vel non se liberauerit, vel purgauerit, habebunt ipsum pro conuicto, procedentque ad fa-
194 ciendum quod de iure fieri debeat. Atque hac processus forma est aliquantulum magis rigida; Cæterum iure rectè nititur, et Inquisitores prudentes, et litterati eligent modum, quem magis tutum iudicauerint. et melius viderint in practica vsurpari iuxta diuersitatem causarum, quæ sese offerre poterunt. Hactenus ibi, vt transfert Pegna.

195 Vnde saltem in delictis atrocissimis reus Sancti Officij, de heresi etiam non conuictus sed solummodo leuiter, aut vehementer suspectus, si contumaciter sit, et vt cōpareat excommunicetur, nolensque comparere, in excommunicatione obsurdescat per annum, hoc transacto, poterit statim sine dubio ab Inquisitore vti hæreticus puniri, et brachio sæculari fictè relaxari iuxta cap. Cum contumacia, et cap. Vt Inquisitionis, §. Prohibemus, de hæret. in 6. docentque Eymericus, 3. par. Direct. num. 212. Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 49. nu. 3. et alij.

196 Secundum eadem iura, cap. Cum contumacia, et cap. Vt Inquisitionis, ac secundum doctrinam eorumdem Eymerici et Souse numer. 4. aliorumque parimodo asserendum, quòd possit ab Inquisitore tanquam hæreticus puniri, et Curiæ sæculari tradi ille reus Sancti Officij, qui postquam fautor hæreticorum extitit, impediendo iudicium, sententiam, aut processum Fidei, vel alio modo, et ob id à iure ipso facto excommunicatus, se absentauit, et licet multoties fuerit iuridicè citatus, contumaciter coram Inquisitore comparere noluit in dicta excommunicatione per annum integrum obstinatus perseuerans.

197 Nihilominus ex dictis Regula præcedēti, num. 172. et 173. à fortiori constat, quòd benignius et quandoque conueniētius aget Inquisitor, si non statim, transacto anno, deueniat ad condemnandos, et relaxandos Curiæ sæculari reos, duplici numero præcedenti expressos, sed tantùm pro tunc eos declaret contumaces; quia si hoc in reo de hæresi conuicto habet locum quanto magis habebit in non cōuictis, sed, tantummodo indiciatis, seu suspectis?

198 Quibus quocunque tempore resilientes à contumacia comparere velint, siue ante siue post relaxationem non est ab Inquisitore deneganda audientia, sed ad misericordiam admittendi, ac cum aliqua abiuratione, si non euacuentur contra eos existentia indicia, cum Ecclesia reconciliandi Ita cum Eymerico, cit. Sousa ibidem.

199 Tandem pro reo Sancti Officij absente citato admitti potest, et debet procurator comparens, vt defensor innocentiæ, dummodo res sit dubia, et inquisitus, solum de hæresi suspectus reperiatur. Secùs, si plenè conuictus. Ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 52. num. 4. Decian. crimin. lib. 5. capit. 37. numer. 50. Farinac. de hæres. quæst. 185. §. 7. num. 98. et Sousa, lib. 2. Aphor. cap. 49 num. 11. Quibus iam Regula terminatur.

An Inquisitor possit inquirere, aut vltra progredi contra reos Sancti Officij iam mortuos? & qualiter expedienda causa circa ipsos.

REGVLA CCCCXXI.

200 Contra inquisitum de hæresi, non solum si moriatur, dum est iam in carceribus, aut denunciatus tantùm, potest Inquisitor vlterius progredi, sed quouis etiam tempore post mortem est locus receptis denunciationibus causam incohā-
201 di, & ad finem vsque perducendi. Hoc autem nullo modo intelligi debet de hæreticorum defensoribus, fautoribus, & receptoribus, sicut nec de hæreticis pœnitentibus, quorum memoria post mortem
202 nequaquam damnatur. Ad hanc item damnationem requiritur plena delicti probatio, & ab ea sic executa sequitur, quòd ossa damnati sint exhumanda, & combu-
203 renda, sicut, & eius statua. Denique si tantùm adsit suspicio delicti, condemnat etiam eum Inquisitor, vti de hæresi suspectum, & absoluit à censuris, vt gaudeat Ecclesiastica sepultura, &c.

---

204 Eymericus 3. part. Direct. proponit de hac materia quæst. in ordine quadragesimam tertiam hoc titulo breui, An Inquisitor possit procedere cōtra mortuos, qui ante mortem, vel post delati sūt eidem de heretica prauitate extat eius resolutio multo breuior his verbis.

205 Respondemus quod sic. Subiungit autem probationem ex solo iure canonico, cap. Filij de hæret. in 6. vbi dicitur Filij, vel hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatores, vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent se-

cundum pessimam consuetudinem eorum-
dem; sicque viam fuerint vniuersæ carnis
ingressi, ad probandum quòd ipsi defun-
cti consolationem illam; imò veriùs deso-
lationem, non sanæ mentis effecti suscepe-
rint, vel post perditam iam loquelam,
(cum tamen moris sit, vt dicitur apud eos
quod nullum taliter consolentur, qui non
sit sanæ mentis, & memoriam habeat or-
206 dinatam) admitti non debent. Si dum
viuebant, diffamati erant de hæresi, vel
suspecti, aut legitimè constiterit, quod sa-
næ mentis existentes, huiusmodi hæreti-
cos petierunt: alioquin admitti poterunt
prædicti filij, vel hæredes ad probandum
præmissa, non tamen per vxores, filios,
familiares, vel de suis aliquos, sed per te-
stes alios fide dignos, & specialiter fidei
zelatores. Ita in dicto cap. Filij
207 Idem habetur de verbo ad verbum in
litteris Apostolicis Vrbani, & Alexandri
IV. olim, & in cap. Accusatus, §. in eo ve-
ro, de hæret. in lib. 6. De hoc plenius Ar-
chidiaconus super cap, Filij de hæret. lib 6.
Hactenus Eymericus, qui solis prædictis
breuissimè se expediuit ab hac quæstione,
seu materia, quæ ab alijs antiquis præter
dictum Archidiaconum, & Recentioribus
copiosè tractatur, & diuersa dubia circa
eam excitantur, & discutiuntur.
208 Præcipuè à Commentatore ipsius Ey-
merici Francisco Pegna 3. par. direct. com,
men. 92. Dubitatur primò quanto tempo-
re duret actio procedendi cõtra mortuos
pœnes Tribunalia Sanctæ Inquisitionis, seu
intra quantum tempus extinguatur? Ex
communi omnium, & omnino certa do-
ctrina benè respondet; quidquid sit quoad
effectum confiscationis bonorum, circa
quam vt videbimus lib. sequenti, spatio
quadraginta annorum conceditur hære-
dibus hæretici defuncti præscriptio) quoad
effectus tamen condemnandi memoriam
illius, declarandi eum decessisse excommu-
209 nicatum, & alios. Nullis quorumcun-
que annorum spatijs actionem proceden-
di contra talem hæreticum defunctum im,
pediri, aut finiri, sed posse quouis tempo-
re Inquisitores contra ipsum causam inci-
pere, & inceptam iam tempore mortis ad
finem perducere. Ita præter Pegnam ci-
tatum Simanch. Catholic. Institut. tit. 18.
num. 14. Param. lib. 3. de orig. Inquisitio-
nis quæst. 4. num. 83. Sanch. in Decalog.
tom. 1. libr. 2. cap. 22. numer. 42. Fari-
nac. de hæres. quæstion. 197. §. 4. nu. 86.
& alij.
210 Secundò dubitatur à Pegna citato, an
in hoc crimine hæresis actio procedendi
contra defunctum habeat etiam locum,
preter hæreticos, in fautoribus, recepto-
ribus, defensoribus, ac credentibus eorũ?
Vera, ac certa traditur ab eo resolutio ex
mente Philippi Franci in capit. Accusatus,
§. si verò notab. vlt. num. 2. de hæret. in
6. Gondisal. tract. de hæret. quæst. 22. n. 8.
Ioan. Rojas, in singularibus fidei, singul.
134. num. 11. & aliorum, quòd non pos-
sint Inquisitores post mortem procedere
contra præbentes hæreticis receptationẽ,
defensionem, fauorem, consilium, &c.
211 Ratio efficax est, quia ex hac actione
talia præbendi eis, solum oriuntur præ-
sumptiones quantumuis vehementes mor-
te reorum extinguntur, vt cum Simanch.
de Cath. Instit. tit. 46. num. 77. docet idẽ
Pegna ex d. cap. Accusatus, §. si verò, ibi,
eius hæredibus non est satisfactio pro ex-
212 tincto crimine exigenda. Secùs autem
erit, si dicti hæreticorum receptatores,
defensores, fautores, &c. fuerint etiam
hæretici, aut errores defenderint, quòd
post mortem contra eos procedi possit;
quia tunc par est ratio de illis, atque de
alijs hæreticis. Ita optimè idem Pegna ex
Zanchino, tract. de hæret. cap. 24. & ex
reliquis de instituente hæreticum hæredẽ
similiter affirmandum, quòd post mortem
semper possit damnari. Ita Farinac. citat.
num. 97. & Sousa lib. 2. Aphor. capit. 50.
numer. 6.
213 Parimodo traditur, vt prorsus verum, &
certum, quòd possit contra quosuis hære-
corum credentes iam defunctos inquiri,
processumque formari, & ad finem perdu-
ci. Videtur hoc manifestè decisum à Con-
cilio Biterrensi, cap. 18. vbi sic habetur.
214 Ad hæreticorum, seù credentium con-
demnationem, qui non fuerunt reconci-
liati canonicè ante mortem, citatis eorum
hæredibus, siue alijs, qui de iure citandi
fuerint, & concessa eisdem opportuna co-
pia defendendi similiter procedatis. Hæc
215 ibi, Et quidem huic doctrinæ videtur
fauere textus in dict. cap. Accusatus, §. si
verò, vbi nulla fit mentio de credentibus,
quando agitur de extincto crimine post
mortem, sed tantùm exprimuntur fauto-
res, receptatores, & defensores, docent
præcitati auctores præcipuè Pegna vbi su-
pra contra Gondisaluum citatum.
216 Sed benè distinguit ipsemet Pegna se-
quentibus verbis. Mihi, inquit, hæc sen-
tentia verissima videtur, à qua non puto re-
cedendum, dummodo accipiatur in his,
qui verè, et propriè credentes hæretico-
rum, tàm ex verbis, quàm ex factis iudi-
cantur; non in illis, qui impropriè dicun-
tur credentes de quibus dixi supra par. 2.
super quæst. 10. §. quidam alij sunt, vbi
videas ad intelligendum hoc discrimen.
217 Hæc ille, qui cum Eymerico dict. q. 50.
commen. 75. copiose declarat, qui nam
sint proprie credentes hæreticorum; qui-
nam improprie: de vtrisque iam nos
alibi.
218 Tandem dubitatur à Pegna, qualiter
procedendum contra defunctos in crimine
hæresis reos? Supponendum pro decisione
primò, quòd possit contingere, vt debeat
procedi contra defunctum, quando iam
fuerat cœpta inquisitio per Sanctum Offi-
cium

cium, antequam moreretur, & constiterat
prius de eius crimine, vel per propriam
confessionem, vel per facti notorietatem,
vel per testes legitimos, posita hac proba-
tione, si talis reus moriatur, siue confes-
sus, & impœnitens, siue negatiuus, potest,
& debet post mortem eius memoria dam
nari. Ita Simanch. Cathol. Instit tit. 4. n.4.
& tit. 18. num. 1. & sequentib. Farinac. de
hæresi, quæst. 197. §. 4. num. 120. & alij.
219 At si dictus reus, probatus plenè hære-
ticus, moriatur pœnitens, & desiderans
Ecclesiæ reconciliari, non est damnanda
post mortem eius memoria, sed absoluen-
dus. Docent idem Farinac. numer. 121.
locat. in Iudic. Inquisit. verbo Cadauera
num. 1. & verbo Filij nu. 13. & Sousa dict.
220 cap. 50. num. 13. Excipe, nisi talis reus
sit relapsus, qui tametsi pœnitens, & con-
uersus alias iuxta dispositionem iuris cano
nici si viueret, tradendus esset brachio sæ-
culari antequam traderetur, mortuus est:
Vnde etiam post mortem condemnari, &
eius statua ad comburendum curiæ secu-
lari tradi debet, vt docet bene ex mente
aliorum Franc. Pegna 3. par. direct. com-
men. 92. vers. idem iudicium est, habetur-
que prorsus certum.
221 Supponendum secundò, quòd possit
contingere, vt post mortem etiam multo
transacto tempore reus in crimine hæresis
quis deprehendatur, & tunc sit proceden-
dum contra ipsum, licet dum viueret, ca-
tholicus censeretur. Audi qualiter exem-
plificet Pegna ibidem cum Prateolo, &
Lutzemburgo.
222 Neque enim, inquit, incognitum est,
multos post mortem hæreticos detegi, qui
dum viuerent, catholici habiti sunt: Nam
vt cæteros nunc omittam, quendam Her-
mannum Italum (vt scribit Prateolus. lib.
8. cap. 11. de vitis, & sectis hæreticorum,
& Bernardus Lutzemburgus in cathalogo
hæreticorum lib. 2. verbo Hermannus)
scimus multis annis Ferraræ pro sancto ha
bitum, & cultum; à Bonifacio VIII. ius-
sum exhumari, & comburi; quia constitit
eum, & hæreticum vixisse, & impœniten-
223 tem decessisse. Et Ioannem Vvicleff
eodem modo post mortem damnatum no-
uimus in Concilio Constantiensi sessio. 8.
224 anno 1415. Hæc ille. Qui statim rectè
subiungit, ordinem procedendi cōtra he-
reticos defunctos posse desumi ex dict. Cō-
cilio Constantiensi sess. 8.
225 Prædictis sic suppositis, quoties, & quo-
uis tempore procedi debet contra aliquem
hæreticum defunctum seu contra eius me-
moriam, requiritur necessariò vt habean-
tur claræ, et plenæ probationes delicti. Ita
Rojas de hæret. par. 2. num. 30. Farinac.
dict. §. 4. num. 220. et Sousa dict. cap. 10.
226 num. 10. et 11. Imò addit, et meritò
Pegna dict. comment. 92. vers. in hac cau-
sa, quòd exigantur probationes clariores,
et pleniores, quàm cum proceditur con-
tra hæreticum viuum, ob eam rationem,
quia defunctus non potest se defendere.
227 Confirmat idem Pegna ex Instructione
Abulensi anni 1498. cap. 4. vbi sic dicitur:
Nec vocetur in iudicium defunctus aliquis
nec procedatur contra eius memoriam, &
famam nisi plena probatio habeatur, vt
indè possit condemnari. Ita ibi.
228 Censentur autem haberi plena probatio
ad hanc condemnationem, quando quis
contumax per annum in excommunicatio
ne ex causa Fidei persistit, si anno elapso
moriatur, Ita Iul. clar. in pract. §. hæresis,
num. 21. Decian. crim lib. 5. cap 57. n.6.
Farinac. dict. §. 4. numer 93 & Sousa ibi-
dem num. 5.
229 Adest etiam plena probatio ad damnan-
dam memoriam defuncti, qui accusatus,
vel in carcere detentus ob crimen hæresis,
se idsum inter fecit: Nam ex hoc præsumi-
tur conuictus, vt ex Cyno in l. 2. C. qui te-
stamentum facere possunt, quæst. 4 nu. 6.
Docent Pegna dict. commen 92. vers. Quòd
ipsum Farinac. dict. §. 4. num. 90. & Sou-
230 sa lib. 2. Aphor. cap. 50. nu. 4 Sed ijdem
auctores bene limitant sic. Nisi filij, aut
hæredes probent, quòd non se occiderit ex
conscientia illius criminis. Quamquam
hanc probationem esse valde difficilem per
acutè notat Pegna.
231 Existente itaque probatione plena, &
legitima de crimine hæresis contra aliquē
defunctum Fiscalis Sancti Officij proposito
libello Inquisitoribus accusat, instanterque
petit, vt secundum dispositionem iuris pu-
232 niatur. Quæ accusatio statim notificanda
filijs, aut hæredibus, aut alijs quorum in
terest memoriam defuncti non damnari,
ita præscribitur in Concilio Biterrensi c. 18.
cuius hæc sunt verba.
233 Ad hæreticū inquit, seu credentium con-
demnationem, qui non fuerunt canonicè
reconciliati ante mortem, citatis eorum
hæredibus, & alijs, qui de iure citandi fue-
rint, & concessa eis opportuna copia de-
fendendi, similiter procedatis.) sic ibi,
quòd ex quodam instructione Madriliana
anni 1561. cap. 61. confirmat Pegna ibi-
234 dem Addēs, & optimè talem citationem
esse faciendā assignato termino aliquorum
dierum per edicta publica, ne fortè alle-
getur ignorantia. Quòd si nullus appa-
reat, qui reum iam mortuum defendat, per
Inquisitorem idoneus defensor assignādus
est, tradit etiam Sousa ibidem num. 12.
235 Denique quando tantùm extant præ-
sumptiones hæresis contra reum defunctū
ex dictis patet quòd non sit absolutè con-
demnandus, sed solum vt suspectus (vide
Sousam num 14) cum illæ per mortem ex
tinguantur, absoluendus tamen, & Et
his Regulæ, & capiti finem imponimus.

CAPVT VIII.

De expeditione causarum Sancti Officij pro conscientiæ foro, seu de vsu iurisdictionis Inquisitorum in eo, vel immediatè per se ipsos, vel mediatè delegando eam alijs; aut secùs, Ac de modo quo Confessarij in materijs, seu casibus Sanctæ Inquisitionis occurentibus se gerere debent.

PROEMIOLVM.

1 PErspicua, & adæquata diuisione, septem capitibus propositis, & explicatis, præsentem librum quintum nostri Operis de Materijs Tribunalium Fidei, seu de Regulis multiplicibus pro formando quouis eorum Ministro, præsertim Consultore, satis completum, & absolutum, quis prospiciens contenta in eius titulo non existimasset? Quippe in illis quæcunque spectantia ad naturam, & quidditatem abiurationis, quęcunque ad species singulas, seu gradus eius peculiares, quæcunque ad quatuordecim modos, seu normas expediendi processus, seu causas Sanctæ Inquisitionis cum aliqua abiuratione, vel sine ea, adeò integrè, & exactè tradidimus, vt nihil prorsus pro illius complemento deesse videa-
2 tur. Nihilominus haud vllus credo reperietur, qui huiusmodi adiunctionem istius octaui Capitis non solum hinc non reijciat, verum etiam maximopere approbet; cum indè causa adiungendi sumpta, quòd omnia in eo à nobis discutienda (hæcquæ,& qualia iam ex apposito ipsius frontispicio, aliqualiter apparet) ad nostra Tribunalia Sancti Officij maximoperè
3 pertineant, & nullos isto opportunior ipsa tradendi locus censeatur. Ad dictam igitur ipsorum discutionem subsidium præter diuinum, quod confidimus non defuturum, tùm alij ex auctoribus decisis, tùm duo doctissimi Martinus Delrius disquisitionum Magicar. lib. 6. & Cæsar Carena, Tractat. de Officio Sanctissimæ Inquisitionis par. 2. non exiguum nobis præstabunt.

An Inquisitores possint vti sua iurisdictione in foro poli, absoluendo sacramentaliter reos Sancti Officij? aut delegare similiter eam alijs Confessarijs? vel secùs?

REGVLA CCCCXXII.

4 NEquennt vllo modo iuxta magis probabile tenendum, nec debent Inquisitores in conscientiæ foro immediatè per se ipsos suam iurisdictionem circa Inquisitos de hæresi, vel apostasia exercere, siue eis absolutionem sacramentalem aliquando impertiri, casu extremæ necessita-
5 tis excepto. Probabilius item est, quod nec mediatè id exequi valeant, seu alijs Confessarijs dictam iurisdictionem ad idem
6 delegare. Verum attendendus vniuscuiusque Tribunalis Sanctæ Inquisitionis stylus; alicubi hanc delegationem esse vsu receptā, alicubi è contra prohibitionem ad vtrum-
7 que extare. Sicuti in nostro Tribunali Melitensi à sacra Congregatione vrbis iniuncta, me teste oculato, ab antiquo extat.

8 PErtractat hac de re exactè, & omnino completè, sicut de reliquis solet, noster Thomas Sanchez lib. 2. in Decal. c. 12. Ac primò notat, non esse dubium, vti reuera non est, de potestate Inquisitorum iudicandi reos Sancti Officij, & absoluendi ab hæresi in vtroque foro, causa cognita. Nam certum est, quòd possint vt patet ex cap. Vt officium, de hæreticis in 6. vbi sic habetur: Si verò aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata venire voluerit ad Ecclesiæ veritatem, ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.
9 Patet etiam ex Constit. Alexandri IV. incip. Cupientes, & Clementis VII. incip. Cū sicut. Atque hoc similiter notant Suarez de Fide, disput. 21. sec. 4. num. 16. Sanctarellus, tract. de hæresi cap. 5. dub. 7. n. 30. Diana, par. 1. tract. 5. resol. 3 & alij.
10 Doctrina autem huius notandi potest dupliciter intelligi, seu practicari, primò si hęreticus occultus ad Inquisitorem accedat sponte, & ei suam heresim fateatur, (scribente scilicet Notario) ac Inquisitor iniuncta secretò abiuratione, eum absoluat ab excommunicatione, vel remittat ipsum ad Confessarium, vt hic ab illa, & à peccato hęresis, & ab alijs sacramentaliter eumdem absoluat. atque hoc in quibusuis occultis hęreticis comparentibus coram Inquisitore esse valde vsu receptum, ait Suarez loc. addens sic:
11 Videtur, inquit, esse valdè rationabile; Nam cum hæretici occulti non teneantur se prodere, & non possint sępè nisi maxima cum difficultate accedere ad Sedem Apostolicam, poterunt tunc adire Inquisitores audita

audita eorum confessione, & recepta abiuratione, impositaque illis salutari pœnitẽtia, possint etiam eos remittere ad proprios Confessarios, & ab illis sacramentaliter absoluantur iuxta Clementinam primam de hæreticis, & in tali casu absolutio valet, nõ tantum in foro pœnitentiæ, seu conscientię, sed etiam in foro externo, & iudiciali, cùm oriatur à iurisdictione in illo foro. Hæc Suarez, cui adhæret Sanctarellus citatus, illa ad verbum referens.

12 Quamquam ad hunc effectum, quem assignat Suarez dictæ absolutioni, seu reconciliationi, quòd scilicet valeat pro vtroque foro externo, & interno, requiritur, vt scripta à Notario in actis Sancti Officij maneat, vt de ea constet, alioquin, vt benè notat ibidem Sanctarellus num. 31. non liberabitur sic absolutus, seu reconciliatus à noua prosecutione, & iterato iudicio, si progressu temporis de eodem delicto hæresis apud alium Inquisitorem denuncietur: quod ex dicendis statim clariùs innotescet.

13 Secundò, quòd habeant Inquisitores facultatem iudicandi, & absoluendi in vtroque foro, potest sic intelligi, & ad praxim reduci, vt hoc ordine seruato Inquisitor prius in foro externo causam hæretici siue denunciati, siue sponte comparentis expediat absoluens eum ab excommunicatione, & posteà in foro poli, si sit Sacerdos, quod supponitur, eiusdem confessionem audiat, ipsumque sacramentaliter absoluat, ad quod tenetur, si vrgeat casus extremę necessitatis, & nõ adsit alius Sacerdos.

14 Atque hæc à fortiori defendunt Campegius Gutierrez, Henriquez, & alij, infra pro sententia affirmante citandi, maximè cum hinc non insurgat magnum illud inconueniens, à nobis contra hanc sententiã statim allegandum, quod insurgere si non dictus, sed oppositus ordo seruaretur, vt ex sequentibus magis patebit.

15 Pręmisso itaque hoc notando cum eius expositione iam cum eodem Sanchez, & cum alijs relatis, & referendis expendamus illud graue dubium, an Inquisitores habeant facultatem cognoscendi de causis hęresis in foro conscientię, & hęreticos absoluendi sacramentaliter, separatim à foro externo, seu non pręcedente cognitione,

16 aut expeditione earum in isto? Non pauci ex classicis auctoribus affirmanter respõdent. Ita Simanchas de Cathol. Instit. tit. 3. num. 5. Gutierrez quęst. canon. lib. 1. cap. 13. Pram. de Origine Inquisitionis lib. 3. Campeg. addit ad cap. 34. Zanch. de hęret. Toletus lib. 4. summæ cap. 4. nu. 5. Bañes 2. 2. quæst. 11. art. 4. dub. 2. versic. Preter ea aduertendum Henr. lib. 6. de pœnit. cap. 7. num. 3. in fine Azor tom. 1. lib. 8. cap. 19. quęst. 51 & alij adducti à citato Sanchez, qui videtur dubitare an Eymericus sit huius sententię, sed nullum dubium, quòd sit contraria.

17 Fundamentum sic respondendi, solùm sumitur à dictis doctoribus ex iure, & ex Constitutionibus allegatis, præcipuè ex illa Clementis VII. incip. Cum sicut, cuius meminit Pegna in fine Directorij, sed benè Sanchez vbi supra num. 3. cum eodem Pegna 3. par. direct. commen. 12. num 61. affirmat constitutionem Clementis VII esse intelligendam de absolutione, seu expeditione causę in foro externo, facta confessione coram Notario, adiuncta abiuratione, & iuridica reconciliatione, non publica, sed secreta, atque idem est iudicium de alijs constit. ac iure citat.

18 Vndè ipse Sanchez addens asserit, quòd ob solam dictorum, aliorumque doctorum auctoritatem cogatur dicere hanc partem affirmantem Inquisitores habere talem facultatem, esse probabilem, & quòd iudicet contrariam negantem esse multo probabiliorem, quæ tanti Doctoris assertio videtur totaliter admittenda.

19 Partem autem negantem, cui magis adhęreo absolutè tuentur multi, ac graues auctores, vt Couarru. regula peccatum, 2. par. num. 7. vbi ait, quòd hęreticus per accidens occultus, confitens secretò suum delictum Inquisitore absoluendus sit secretò ab eo in Tribunali; per quam particulam in Tribunali, indicat se loqui de absolutione iudiciali pro foro externo, & tueri hanç partem negantem, ergo teste Sanchez, malè pro contraria allegatur.

20 Tuetur etiam negantem Suarez dict. sect. 4. num. 18. ad obiectionem ex allegata Constit. Cùm sicut, Clemen. VII. desumptam, aliter, sed efficacius respondet tom. 5. in 3. par. D. Thomę, disput. 43. sect. 1. num. 5. quòd ibi fuerit facta concessio non perpetua, sed personalis, nempè Paulo Butigellę Vicario Generali Ordinis Prędicatorum, & quòd non transierit ad successores sed per mortem eius cessauerit. l. 3. ff. de legibus, & §. Sed quod Principi Institut. de iure naturali.

21 Eamdem verò partem negantem defendit post Ricciullum, de iure person. Barbosam, de officio Episcop. Farinac. de hæresi, Garzia de Benefic. & alios, quos peculiariter citat, Sanctarellus, dict. dub. 7.

22 num. 31. Qui num. 32. efficaciorem multò solutionem tribuit cum dict. Ricciullo, illi obiectioni ex Constitutione; cum sicut Clementis VII dato scilicet, quòd ab ea, vel ab alijs Constitutionibus Pontificijs, aut à quouis iure antiquo talem facultatem absoluendi sacramentaliter hæreticum Inquisitores habuerint, postea tamen fuerit iam reuocata per Bullam Cænæ, quę singulis annis renouatur, quidquid dicant alij in contrarium.

23 Præcipui item defensores dictę partis negantis sunt Eymericus 3. par. direct. n. 59. agens de spontè venientibus in tempore gratiæ, vers. Attendat tamen, & Pegna, ibi, commen. 12. super num. 59. & 61. vbi ex-

expressè docet, quòd prçallegata Constitutio Clementis VII. debet intelligi de absolutione in foro externo coram Notario, & testibus præcedente abiuratione.

24 Quòd si instes, ibi dici posse talem hæreticum occultum absolui extraiudicialiter. Respondet bene Sanctarellus in fine dicti numeri 31. quod sit sensus, non esse seruandam integram, & perfectam formam iudicij externi; non tamen ibi dicitur, nō debere fieri modo aliquo iudiciali, vt de absolutione possit constare in foro externo; quod est etiam vtile hæreticis reuertentibus ad fidem; Nam si contingat postea eorum hereses manifestari, non poterunt amplius puniri, cum sint absoluti ab Inquisitoribus coram Notario, & aliquo teste, vt notauit Campeg. loc. cit. & cùm absolutio detur secreto, satis eorum famæ consulitur, Ita ille.

25 Verùm cùm prçcęteris Eymericus efficacissimè ostendat, nullo modo competere Inquisitoribus facultatem audiendi confessionem hæretici occulti, eumque absoluendi sacramentaliter, eo quod ex tali confessione, & absolutione possit sequi maximum inconueniens, & scandalum, præsertim si immediatè per se ipsos id exequātur, conuenientius duxi ipsius Eymerici verba referre.

26 Attendat tamen, inquit, Inquisitor taliter venientes, qualiter velint detegere errorem suum. Nam si volunt detegere tantum in foro pœnitentiali per modum confessionis sacramentalis Inquisitor non admittat, nec confessiones eorum audiat; non enim Inquisitores, vt Inquisitores sūt iudices in foro pœnitentiali, & interiori, sed iudiciali, & exteriori. Vnde ad confessiones sacramentales libenter accedere nō debent, ne Inquisitionis officium deludatur, & sacramentum pœnitentiæ contemna-

27 tur, & ipse Inquisitor audiens tales confessiones sacramentales scandalizetur. Nā si Inquisitor audiat aliquem in confessione sacramentali, & ille confiteatur, quòd tāto tempore in tali errore perstitit, & ille multos infecit, vel aliquid simile: Et post processu temporis de his denunciatur, seu accusatur Inquisitori, & ille iudicialiter inquirit, factum detegitur, ille citatur, medio iuramento interrogatur, & imponit Inquisitori, quòd secretum confessionis reuelauit, & eumdem, & sacramentum pœ-

28 nitentię scandalizabit: Frequenter enim repertum est, (& qui vidit, & comperit, scit quia verum dicit) quod tales dubitantes, & timentes ne præueniantur per Inquisitorem petunt, ne sic confessi detegi possint, nec puniri. Quare confessiones sacramentales talium non sunt ab Inquisitoribus admittendæ: detegent ergo crimē suum, & errorem coram Inquisitore in foro iudiciali. Hæc ille, quibus ad rem nihil conuenientius adduci potest.

29 Dixi, præsertim si immediatè per se ipsos id exequantur, nam si executio sit mediata, nempè si delegent suam iurisdictionem alijs Confessarijs, non inde insurget prędictum inconueniens, & scandalum; cum possit confessor, post auditum in confessione sacramentali hæreticum occultum accedere ad Inquisitorem, et non manifestata ei persona pœnitentis, nec qualitate hęresis, facultatem ad ipsum absoluendum

30 accipere. Verùm, licet in hoc casu non probetur à dicto inconuenienti pars negās, probatur tamen efficaciter sic; quia si non habent facultatem Inquisitores absoluendi hæreticum immediatè per se ipsos, neque habebunt medijs Confessarijs, concedendo eis talem facultatem: Nemo enim concedit, seu dat, quod non habet. Item quia Inquisitores sunt solum constituti iudices in causis hæreticorum quoad forum externum, & iudicialem, et nullibi habere eos talem facultatem pro foro poli legitur; ergo nullo modo est eis concedenda. Ita præter alios citatos Eymericus 3. par. Direct. num. 59. et Sanctarellus ibidem.

31 Concesso tamen quod pars affirmans sit aliqualiter probabilis, duo consequenter tenenda sunt: primum quod dicta facultas absoluendi hereticum in foro conscientię, concessa in illa Constit. Clemen. VII. competat cuilibet Inquisitori, et non soli Consistorio omnium. Docet Sanchez dic. cap. 12. num. 4. cum Gutier. Graff. et Viuald. per eum citatis. Inde probat, quia idem conceditur, ibi, Commissarijs Inquisitorū; at Commissarij non habent consistorium, etc.

32 Secundum tenendum est, concedi in illa Constitutione Clemen. VII. vnicuique Inquisitorum, et non soli Consistorio omnium, facultatem delegandi iurisdictionem alicui Cōfessario ad absoluendum sacramētaliter hæreticum. Tradit benè idem Sanchez num. 4 quidquid alij dicant, vel dubitent) inde ostendit, quod posit delegari, quia non committitur cuilibet Inquisitori instar Confessarij priuati, cui nudum Ministerium committitur; sed ea facultas est perpetuo annexa Inquisitoris officio, ac proinde est delegabilis ab Inquisitore etiā non Sacerdote, vt ait idem Sanchez, et

33 Diana citando. Quod autem vnicuique Inquisitorum concedatur, ex dictis numero præcedenti 31. Supponit Sanchez esse certum reiecto Henriquez per eum citato, qui ait soli Consistorio illorum omnium id competere.

34 Vltimo loco concludimus in nostra Regula esse attendendum ad stylum, seu vsum vniuscuiusque Tribunalis Sanctę Inquisitionis, circa quod Antonius Diana 1 par. tr. 5. Resol. 3. cum multis alijs asserit, facultatē absoluendi sacramentaliter hæreticum occultum, & delegandi eam alijs, præcipuè competere Inquisitoribus Hispaniç, & Siciliç, quanam verò via, an ex aliqua Bulla Pontificia? non exprimit, maximè cùm in illa

illa sæpius allegata Clemen. VII. tantum sit sermo de Inquisitoribus Italiæ, & Religione Prædicatorum, vt notauit citatus Sanchez num. 3. Ex vsu forte sic faciendi,
35 quem Panormi Diana iudit, illud ipse deducit; de quo vsu testificatus est mihi 24. ab hinc annis R. P. Iosephus Castelnouus tunc Rector huius Collegij Melitensis, & modo Prouincialis Mediolanensis Prouinciæ.
36 Quidquid tamen sit de dicto vsu in Tribunalibus Hispaniæ, & Siciliæ, qui creditur iam nunc sublatus; quoad Tribunalia Italiæ, & alia subiecta Sacræ Congregationi Sancti Officij Vrbis: certum est, quòd non habeat locum ex dispositione, & iussu eius
37 talis vsus. Nam hac de re interrogata Sacta Congregatio, teste Sanctarello dicto dubio 7. num. 31. circa medium, sic dicitur respondisse, non posse Inquisitores absoluere sacramentaliter hæreticum occultũ neque ad id alicui Confessario iurisdictionẽ delegare; atque Carena 2. par. tit. 2. §. 7. num. 61. ait quòd ita fuerit decisum à supremo Vrbis tribunali.
38 Tandem quid in hoc facto de nostro Tribunali Melitensi? Quondam, quòd fortè dicta decisio, seu prohibitio Sacræ Congregationis, adhuc non emanasset, aut hùc nõ peruenisset, scio aliquando, antequam ad hanc Insulam accederem fuisse delegatã cuidam Patri nostro iurisdictionem ab Illustrissimo Domino Inquisitore D. Antonio Hortensio ad absoluendam sacramentaliter mulierem quandam sortilegam, quæ absolutio non ei profuit pro foro externo cùm postea tempore Illustrissimi Domini Inquisitoris D. Leoneti della Corbara denunciata fuit de eisdem sortilegijs, & expedita iudicialiter, eo quòd non constaret de illa.
39 Ob dictam itaque delegationem iurisdictionis pro foro poli, & ob alias, credo, ab antiquioribus Inquisitoribus executas, quas ignoro iniunctum fuit nostris Inquisitoribus Melitensibus à Sacra Congregatione Vrbis ne vnquam immediatè per se ipsos sacramentaliter hæreticos occultos absoluant, neque mediatè ad absoluendum parimodo illos Confessariis facultatem tribuant, vt patet ex litteris eiusdem Sacræ Congregationis in Archiuio nostri Tribunalis registratis 5. Maii anni 1606.
40 Quo hùc perueni, & in eo, post inceptam professionem Theologiæ Moralis, munus Consultoris Sancti Officii exercere inchoaui: quod Deo Optimo Maximo sit gloria.

Reis ex causa Fidei carceratis petentibus confessarium, concedendus ne aliquando? an etiam dandus licet non petant? Et ad quem finem?

REGVLA CCCCXXIII.

41 VT plurimum carceratis in Sancto Officio ob hæresim postulantibus Confessarium, denegari hìc non debet ab Inquisitore; per quem tamen expediet, vt eius electio, attenta qualitate postulantis prudenter fiat. Quinimò tametsi non po-
42 stulent, mittendus est eis Confessarius; & quidem semper sine mora quando ægrotant cum manifesto vitæ periculo, aut cum iam condemnati traduntur curiæ sæculari vltimo supplicio afficiendi, vt ipsos ad trãsitum ex hoc sæculo benè disponat: vel etiã aliquando ante condemnationem, vt eosdem excitet ad manifestandam delictorum
43 veritatem ipsis Inquisitoribus. Verumtamen isti nequaquam possunt ob vllã causã quidquam ex auditis in Confessione sacramentali petere, aut inquirere à Confessario; sicuti neque hìc aliquid illis indicare: quòd si iniustè, & sacrilegè violando sigillum indicet, ex ista indicatione indicium contra reum nullo modo insurget.

44 DOctrina præsentis Regulæ ex se tota perspicua est, ad hanc verò eius perspicuitatem, aliquanto magis, & breuiter ostendendam, quam ante signanum nobis proponimus? vix alium, quam Frãciscum Pegnam, 2. par. direct. commen. 25. super Concilium Tarraconense: vbi postquam diuersa discutit circa tractata in eo Concilio pro maiore eorum declaratione, præcipuè circa quæstionem illam grauem. An ab Inquisitoribus adhibenda sit fides sacerdoti affirmanti se absoluisse sacramentaliter aliquem hæreticũ (de qua nos aliquid paulo post,) nonnulla excitat, & decidit dubia, spectantia,
46 Primum, num vinctis, & in carcere reclusis pro causa fidei concedi debeant Confessarij? Non desunt, qui huic quæsito negan ter respondent ob eam rationem, quia tales carcerati, dum his pendet, & causa non est expedita, præsumuntur hæretici, ac proinda indigni videntur tanta benignitate, & consolatione. Hanc negatiuam responsionem amplectitur Simanchas, de Cathol. instit. tit. 16. num. 30. limitans in duplici casu eius verba accipe.
47 Iis autem, inquit, qui sunt carcere reclusi, copia confessoris facienda non est; Excepto, si plenè Iudicibus hæresis confessi fuerint, aut in extremum vitæ discrimen venerint. Tunc enim absoluendi à con-

confessario, & ab Inquisitoribus reconciliandi sunt Ecclesiæ, & in loco sacro secreto sepeliendi, donec sententia publicè proferatur; Et ita in Hispania vtimur; In Italia vero facilius datur vinctis copia confessarij. Hactenus ille.

48 Attento itaque vsu Tribunalium Italiæ meritò amplectenda sententia affirmans, quod carceratis in Sacto Officio pro causa fidei, etiam priusquam confiteantur suos errores Inquisitoribus, ab ijs Confessarii concedi debeant; sicuti eam amplectitur Pegna dict. commen. 25. vers. ac primùm

49 ex mente Reuerendissimi P. Fr. Thomæ Zobbij sanctę Inquisitionis Romanæ Generalis Commissarij, viri pietate, & peritia Theologica clarissimi rectè asserentis hoc de concessione confessarij carceratis sancti officij nunquam obesse posse, & interdum valdè prodesse, si à confessarijs moneantur, & excitentur ad manifestandas suas hæreses Inquisitoribus, vt ipsemet Pegna ab illius ore audiuisse testatur.

50 Cauendum verò circa rem istam ab opposito, & vitioso extremo nimietatis, in quod apparet inclinare, ni fallor, eundem Pegnam, dum ibidem sic dicit; benignius tamen videtur toties eis confessarios cõcedere, quoties illi petierint. Sed quid si singulis diebus petant? quid si tertio quoque die, vel singulis hebdomadis? Nõ-

51 ne insurget suspicio quòd tàm frequenter Confessarium petat carceratus, (vt aliud peius omittam) ad euitandum, aut saltẽ minuendum tædium, & molestam solitudinem carcerationis, quibus magis inducitur carceratus ad manifestandos suos errores, quàm persuasionibus Confessarij? Particulæ ergo, toties, & quoties intelligi debent cum moderatione, nempè prout Inquisitor expedire iudicauerit.

52 Hinc ad ipsum Inquisitorem spectare diximus electionem Confessarij in particulari, & non concedere quemcunque carceratus voluerit. Quin etiam oportet, quod bene notauit idem Pegna, vt in hac concessione Confessarij ille cautè procedat, & plura obseruet, ne inconueniens aliquod ex ea sequatur. De cautelis in eius executione adhibendis, & varijs piè, prudenterque obseruandis habetur completè in Instructione Madriliana anni 1561. c. 71. per Sequentia verba:

53 Si reus, inqit, aliquis ægrotauerit in carceribus, præterquam quod Inquisitores debent diligenter curare, vt ei fiat medicina, exhibeanturque cuncta ad Salutem eius necessaria consilio medici, seu medicorum, qui ei medentur; si petierit Confessarium, debet ei Concedi, qui sit spectatæ probitatis, & de quo plurium confidatur, à quo iuramentũ exigatur, de custodiendo secreto; & quod si pœnitens ei dixerit aliquid in Confessione, quod velit reuelari extra carceres, ne in hoc vllo modo ei obtemperet, nec similia mandata

54 reuelet. Quod si extra Confessionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquisitoribus manifestabit. Ad hæc Inquisitores confes-

55 sarium admonebunt, ac instruent, qaliter se gerere debeat cum pænitente, vt videlicet dicat ei, quòd cũm sit pro hæresi incarceratus, ac de ea reus accusatus, non potest obsolui, nisi iudicialiter hæresim, suam manifestet. Et cætera relinquente Confessoris iudicio, & conscientiæ: qui debit esse doctus vt intelligat id, quod in causa tali, fieri conueniat) hæc ibi à Pegna citato latinè reddita.

56 Sed quid si de repentè carceratus Sancti Officij, aut etiam spontè comparens hæraticus reperiatur in extremo mortis articulo, & non sit tempus sufficiens ad reconciliandum eum iudicialiter in foro externo? Præter dicta paulo antea nu. 47. cum Simancha, faciunt pro decisione dubij, quæ habentur in Concilio Arausicano c. 2. nempè Hęreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à Prasbiteris cum Chrismati, & beneditione consig nari placet.) hæc

57 ibi: Atq addit Pegna ibidem tum in tali casu nulla sit reseruatio, quiuis sacerdos poterit absoluere quoscũ que pęnitentes à quibusuis peccatis, & Cẽsuris iuxta Concilium Trident sess. 54 cap. 7. de casuum reseruatione.

58 Quid item si carceratus ex causa fidei non petat Confessarium, dum ægrotat, cum tamen medicus affirmet morbum esse periculosum? Certum est, quòd teneantur Inquisitores curare, vt inducatur ad faciẽdam confessionem, & ad satisfaciendum prius iudicialiter ipsis Inquisitoribus, ac pro vtroque effectu mittere ei Confessari-

59 um pium, doctum, & prudentem. Obtenta autem dicta satisfactione, & reconciliatione iudiciali in foro externo, Confessarius absoluet illum sacramentaliter, vti disponit dicta Instructio Madriliana, & tradit ex certa doctrina idem Pegna vbi supra.

60 Pari etiam modo affirmandum de quouis alio casu, in quo reus Sancti Officij etiã non ægrotus, reperitur in articulo mortis, aut ei proximus, vt quando traditur brachio sæculari, quòd tametsi non petat, debeat prouideri ei ab Inquisitoribus de Cõfassario perito, & prudente, vt per se patet

61 Cum autem in casu, quo dictus reus pro eruenda veritate est torquendus, vbi habilis à Ghirugis iudicatur, possit adhùc contingere, dum torquetur, vitæ periculum, & de repentè mori, sicuti aliquando con-

62 tigit; Censet benè Martinus Delrius disquis. magicar. lib. 6. cap. 1. sect. 3. quòd non expediat Confessarium esse præsentẽ torturæ, sed oporteat eum manere in cubiculo vicino, vt torto versanti in periculo vitæ succurrat. Audi circa hoc eiusdem Martini verba, præmissis aliquibus ex ipso, qui-

quibus attinguntur huc spectantia.

63 Quoad animi, inquit, præparationem magna in hoc crimine Confessarijs se difficultas offert. In primis cauendum puto iudicibus, ne reis mortis sententiam per quosuis denuncient; deligendi potius viri pij, & prudentes, qui hoc indicent verbis prudentibus, & simul adhortentur ad bonam, & seriam præparationem: Docet autem in hoc maximè crimine experientia non expedire eos, qui Confessarijs sunt futuri, ante sententiæ pronunciationem ad reos accedere, vt eorum Confessionem excipiant. Vix enim verum fatentur, dum
64 sibi timent à delatione. Item docet eadem experientia, non esse vtile, imò sæpius noxium esse, si ipsemet Confessarius mortis sẽtentiam reo intimet. Sic enim à tali nuncio vt plurimum abhorrent, vt raro postmodum rectas, & sinceras admonitiones in animum admittant. hæc ille; quibus duo documenta a Confessarijs reorum seruanda continentur; Et quidem secundum diligenter perpetuò seruaui.

65 Subiungit autem idem Delrius sic; Illud quoque memini à me quæsitum aliquãdo: An dum in tormentis reus versatur, liceat, vel expediat, quæstioni Confessarium interesse? Scio id latrunculatores à Sacerdotibus aliquando petere: sed impudentiores illi an imprudentiores isti, qui fa-
66 ciunt, nescio. Abusus est certè, propter irregularitatis multa, quæ se hic ingerunt pericula Quæ ibi necessitas Confessarij? imò quæ vtilitas? hortetur ad silentium? causa est cruciatus augendi: hortetur ad Confessionem veritatis? mortis sententiam accelerat. Absit potius, & fugiat à tam acerbo, & ferali spectaculo Sacerdos, seque contaminari putet, si propior adsistat, & oculis hauriat hanc carnifi-
67 cinã. Et apertè id prohibitum in Cõcil. Antisiodorensi, Canone 33. Non licet Præsbytero, nec Diacono ad trepalium, vbi rei torquentur, stare, vbi noua vox, Trepalium,
68 vt puto de equuleo. Nihilominus fateor illud vtile futurum: si in vicino quopiam cubiculo sit, vt si in mortis periculum reus incideret, iuuare possit celeriter, & deficienti venire suppetias morienti adesse Cõfessarium necesse est, propter diaboli insidias, qui calcaneo insidiatur, hoc est vltimo vitæ humanæ actui: ita ille.

69 Tandem carceratis in Sancto Officio non ægrotis, sed sanis, etiam non petentibus potest fieri copia Confessarij eo fine, vt hic eos, qui sunt negatiui, prudenter, ac suauiter inducat ad manifestãdas suas hæreses
70 Inquisitoribus. Isti tamen illud in primis præcauere tenentur, ne degestis in Confessione quidquam à Confessario scire intendunt, nec de his nimis sollicitè ab illo inquirant. Quòd si iniustè, ac impiè compellatur Confessarius aliquid de auditis in Confessione manifestare, debet compellentibus non obedire, & potest etiam cum iuramento affirmare, se nihil scire; nam non scit vt homo, & priuata persona, bene tamen vt Deus, cap. Dilectus, de excessibus Prælat. ibi gloss. & communiter Doctores cum D. Thoma 2.2. quæst. 70 art. 5. ad 2. tra-
71 ditque Pegna loc. cit. Verum in duobus casibus licitum est Confessario, imò aliquando oblitorium, manifestare aliquid in Cõfessione auditum Inquisitoribus: primò si id faciat ex licentia, aut ex commissione ipsius pœnitentis, patet ex cap. significasti de adulter. & ex vi rationis, quia pænitens renuntiare potest iuri in fauorem suum introducto, estque certum pœnes Theologos in 4. dist. 18. & Iuristas, in c. Matthæus, de simonia, vt tradit Delrius, dict. sect. 2.
72 vers. duo denique. Qui benè sic addit cũ Mascardo de probat. conclus. 1286. Sacerdoti, inquit, dicenti se licentiam à pœnitente habuisse non semper credendum; sed dumtaxat, si & ipse bonæ sit famæ, & iureiurando id confirmet, & pænitens ei non
73 contradicat, ita ille. Secundò, si Confessarius aliunde, seu alia via, extra Confessionem ante, vel post eam idem resciuerit, etiam ab ipsomet pœnitente non in vim Confessionis; licet sub secreto sit dictum, & præmissa protestatione ne reuelet, potest, & debet coram Inquisitore deponere, ac veritatem reuelare, ita D. Bonauen. in 4. dist 21. art. 2. quæ. 3 Palud. ibidem, quæst. 3. Nauar. in cap. Sacerdos, de pænitent. Innocent. in cap. qualiter, & quando, el. 1. de accus. & alij, quos referunt, & sequuntur Pegna, dist. comment. 25 vers. Quod si reus crimen, & Delrius, dict. sect. 2. vers. secun-
74 dus casus Ostenditur inde efficaciter, quia si Confessarius nõn posset taliter cognita reuelare, Confessio sacramentalis vergeret in damnum publicum, cum manifestè appareat, quod illa esset mera fraudum patrocinatio, & iudiciorum contra delicta patrata coram Sacerdotibus, perniciosa euersio, quippe cum istis ea patrantes cõfiterentur, & liberi manerent.

75 Limitationem etiam hic egregie adiugit idem Delrius sic: Cauendum, inquit tamen Sacerdoti, ne hac licentia vtatur, nisi in re grauissima; Nam facile scandalum sequeretur, si frequenter, & in leuibus rebus ea vteretur. Item cauendum, ne quid amplius dicat, quam quod extra Confessionẽ
76 cognouit. Sacerdoti verò dicenti se extra Confessionem id resciuisse, non credi, nisi id probet, & si non probat, extra ordinem puniendum arbitrio iudicis, communiter censent Canonistæ; sed hoc arbitror de Sacerdote malæ famæ intelligendum; nam in eo, qui bonæ est, putarim sufficere iusiurandum pro probatione, si testes desint, cur enim non hic sufficiat, quod in priore casu sufficere fatentur, ita ille. Atque prædictis duobus casibus exceptis, nunquam licitum est Confessario aliquid de auditis in Cõfessione Inquisitoribus manifestare.

Restat

77 Restat vltimo loco decidamus breuissimè cũ nostro antesigno Pegna dict. comment.25.vers Sed hoc est illud graue, & curiosum dubium. Num, posito quòd Confessarius de facto, aut per imprudentiam, aut per malitiam, aut per coactionem, aut alia quacunque de causa reuelauerit audita in Confessione Sacramentali, hæc reuelatio faciat indicium, aut probabilitatem aliquam, ita vt ex vi eius Iudex, seu Inquisitor possit exercere actus iudiciales contra eum? Accipe compendiosam ab eo decisionem proprijs ipsius verbis.

78 Omissis, inquit, multis, breuiter respõdeo, hanc Confessionem factam de delicto manifestato in Confessione Sacramentali, nullum, penitus effectum operari, nec facere aliquod indicium ad torturam. Quia talis Confessio fuit facta tanquam soli Dei, & non tanquam homini; arg. tex. in cap. Si Sacerdos, de offic. Ordi. tradit. Bald. in l. Archygerontes, cap de Episc. audient, quẽ refert, & sequitur Antonius Gomez, tom. 3. variar. resol. cap. 13. num. 9. asserens dictum huius Sacerdotis nullam penitus facere fidem; & hæc opinio, est valde æqua, & iusta: Nam si tales reuelationes aliquid probarent, planè in manifestum Sacramenti Confessionis, & sigilli secreti detrimentum verterentur, hucusque ille.

79 Qui addit confirmationem ex quadam Synodo, habita sub Carolo Magno, teste Mariano Victorio, lib. de Sacramento Confessionis cap. 11. En verba Synodi: Præsbytero, inquit, non licet peccatum Episcopo prodere, quia super eum est. Et si fortè Sacerdos peccatum, sibi in Confessione patefactum, reuelauerit; præter depositionem & alias pænas, credi ei non debet, tum quia testimonium vnius, nullius, vt iura inquiunt, testimonium est cum in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum; tum etiam quia reuelando deliquit, & delinquendo tanquam infamis à testimonio ferendo, in eo præsertim, in quo testando peccat, reijcitur, hæc ibi.

80 Potest item confirmari per responsionẽ ad illud dubium iam tactum: An credi debeat Confessario asserenti se absoluisse hæreticum occultum? quia si pars negans est tenenda, & Inquisitores propter assertionem illius, in fauorem hæretici, siue viui, siue defuncti, non debent recedere ab illis, quæ in processu ordine iudiciario contra

81 reum probata extant; cum sit communis, & recepta sententia tum Theologorum, præsertim D. Thomæ 22. quæst. 67. ar. 2 tum Iuristarum omnium, esse semper iudicandum secundum allegata, & probata, & non iuxta indicia priuata, & non iuridica; pari modo non credendum confessario reuelãti peccatum auditum in Confessione, neque hæc reuelatio faciet vllum indicium in foro iudiciali contra pænitentem: Nam sicut non creditur Confessario in eo, quod est in fauorem pęnitentis, ita nec credendum illi in eo, quod deponit contra istum, vt æqualitas rationis, & iniustitiæ seruetur.

82 Quod verò Sacerdoti asserenti se absoluisse sacramentaliter hæreticum, non sit adhibenda fides pro foro externo, quidquid sit de sensu circa hoc Concilij Tarraconensis, tamen Narbonense Concilium anno Domini 1280. celebratum manifestè in id inclinauit, desiderans declarationem à Summo Pontifice: En eius verba ex cap.

38 Vtrum autem, inquit, soli Confessori credi debeat de absolutione, seu pænitentia defuncti, seu viui, licet satis videatur, quòd non, ne quid tamen Ecclesiæ possit impingi, Domini Papæ responsio expectetur, hęc ibi, quæ sufficiant pro præsenti instituto; vide plura circa rem istam apud Pegnam, sæpius à nobis citatum pro doctrinæ explicatione huiusce Regulę, vt ei iam finis imponatur.

Circa dictos in Sancto Officio carceratos maximè si sint impænitentes, seu negatiui, quid agere debet confessarius? quos nam item ex eis absoluere potest?

REGVLA CCCCXXIV.

84 TAmetsi Confessarij pręcipuę sint partes quoad carceratos sancti Officij pro eis expediendis in foro poli: vt hæc tamen expeditio securè fiat, eius labor, & industria ad illam, quę est fori externi, se

85 extendere debet. Vnde si carceratus sit impænitens, seu negatiuus, tenetur Confessarius ad hoc conatus intendere, vt ille delicta, quę commisit, Inquisitoribus ma-

86 nifestet, & veritatem fateatur. Quod si in negatiua persistat, vtens semper amphibologia, licet de illis per veros testes sit conuictus, & consequenter ad mortem damnandus, probabile est à Confessario posse Sacramentaliter absolui: probabile etiam oppositum. E contra verò casu quo reus falsis testibus conuincitur ad mortem, vel inditiatur ad tormenta grauia, probabilius censetur, quòd regulariter non peccet, si vtens etiam amphibologia, crimina à se non patrata iudici, seu Inquisitori fateatur: sed probabilitate contrarium nequaquam caret.

---

88 COnstat iam ex traditis supra reos in sancto Officio carceratos in triplici statu posse considerari, vel sunt alij pænitentes, & confessi, inducti ad manifestandum delictum Inquisitoribus, siue per torturam, aut sine ea, siue monitionibus confessarij, & aliorum, siue spontè, aut de plano; Atque isti, postquam fuerunt expediti quoad forum externum iniuncta abiuratione, &c. vti diximus cap. 4. Regul. 385. cum Eymer. 3. part. direct. rubr. de 8. modo ter-

terminandi processum fidei, nu.188. cum Pegna ibi, & cum alijs, nullum dubium, siue hæretici sint, siue apostatæ a fide, quod possint expediri in foro conscientiæ tributa a Confessario absolutione sacramentali; qua tamen ratione, seu vnde nam iurisdictione obtenta, Regula sequenti explicabitur.

89 Vel item sunt alij impænitentes contumaces cum persistentia, & obstinatione in suis erroribus aduersus fidem catholicam. Et quidem in his conuincendis, & reuocãdis ad vim salutis, ac veritatis, expedit maximopere insudent, omnemque lapidem moueant Confessarij prudentes, ac viri docti pro obtinendo effectu talis reuocatio-
90 nis Propterea illorum expeditio in foro externo, seu condemnatio, ac traditio Curiæ sæculari differri solet etiam per duos aut plures annos, Interim dicti Confessarij, ac viri docti reuertuntur sæpius in id ipsũ, & efficacioribus argumentis ipsos impænitentes pertinaces ab obstinatione errorum suorum remouere conantur, vt patet ex traditis per nos cap.6. Regula 453. cum eisdem Eymer.3.par. direct. à num. 201. rubr. de modo terminãdi processum hæretici impænitentis, &c. Pegna ibi, commen.46. &
91 cum alijs. Quod si resilire noluerint, absque absolutione, aut expeditione vlla pro foro conscientiæ deferuntur, & viui comburuntur, vt innotescit ex praxi ipsa, neq; hac maiori indiget probatione.

92 Tandem vel sunt alij negatiui, qui etiam impænitentes dicuntur, quòd non pæniteant, sed negent delicta, de quibus in Sãcto Officio denunciati reperiuntur circa istos, quoad præsens institutum, aliqua sunt valdè dubia, & controuersa inter auctores, maximè recentiores. Primum, an hæresim testibus probatam teneantur rei interrogati Inquisitoribus manifestare? Et si negent ante sententiam contra eos latam, num a Confessario possint absolui?

93 Communis est sententia affirmans, quòd in hoc casu, si reus Sancti Officij verè crimẽ hæresis commisit, sit obligatus in conscientia sub mortali illud Inquisitoribus fateri, & quod nequeat absolutio à Confessario ei largiri, si neget, dum est in negatiua, ita Angles Floribus, 2.par. quæst. de correctione fraterna, art.3. difficultate 7. Banez. 2.2. quæst.69. art.2. dub.1. concl.3. & ibi Salon. controuersia10. concl.3. Nauar. cap. Inter verba, Corol 64. num 727. D. Trasmiera lib.2. de Polygamia, quæst.14. à num.28. & preter alios multos Castrus Palaus, tract.4. disput.8. punct.16. §.2. nu.1. Qui inde probat, quia si in alijs delictis hæc obligatio in est, à fortiori in crimine hæresis, quòd in alijs insit, ostendetur ratione statim adducenda.

94 Quin etiam addunt citati Angles, Salon, Banez, & plures, esse in malo statu reum qui iudici interrogãti iuridicè negauit veritatem, nisi ad eam fatendam etiam non denuo interrogatus se offerat, & proindè à Confessario non posse absolui sine proposito firmo id efficiendi. Ostenditur primò, quia quamdiu iudicium durat, censetur eadem iudicis interrogatio durare, & propterea obligatio eadem fatendi veritatem. Item quia reus tunc est causa per iniuriam differendæ sententiæ, negatiuaque illa iniusta semper se defendit. Vnde causam iniustam tuetur, & est quasi repetita iniusta negatio.

95 Prædictum tamen additamentum vti probabile admittens, oppositum iudicat probabilius noster Thomas Sanchez (ei in vtroque adhæreo) lib.3. in Decal. cap.7. n.8. cum Philiare, de officio sacerdotis tom.1. par.2. lib.4. cap.25. in fine, qui id absolutè tenet, nempè non esse obligatum dictum reum se offerre ad fatendam veritatem, sed satisfacere, si de peccato commisso doleat, & proponat fateri illam casu, quo iterum
96 interrogetur. Probat efficaciter, & eruditè; quia licet ille duplicem vt plurimum iniuriam inferat, alteram contra iustitiam commutatiuam parti læsæ, & huic satisfacit animo restituendi quoduis damnum secutum ex negata veritate. Alteram verò iudici, aut Inquisitori contra iustitiam tãtum legalem, negando illi debitam obedientiam, & huic satisfacit proposito obseruandi iudicis iterum interrogantis præceptum, quod ex se transiens est, & durat solum dum iudex interrogat, ex quibus solutæ videntur rationes oppositæ. Confir-
97 matur quia minus obligatur reus contra se deponere, quàm testis contra alium, sed testis non tenetur se offerre ad veritatem fatendam, quam prius negauerat; ergo nec reus, cum vterque parti læsæ restituendo possit satisfacere.

98 Ex prædictis notat Sanchez quid scitu dignissimum, quod proprijs eius verbis accipe. Caute autem, inquit, se debet habere Confessarius, circa hoc propositum reorum fatendæ veritatis, si iterum interrogentur, si enim credat fore, vt iterum non rogentur, nil debet interrogare de tali proposito, ne pænitentes tentet, & exponat periculo denuo peccandi habendo propositum contrarium, cum sit difficillimum negotium fateri proprium crimen, sed satis est vt in genere proponat cauere in po-
99 sterum peccata. Imò si credat fore, vt iterum rogentur, nec conijciat Confessarius in pænitenti animum negandæ veritatis, non debet etiam ipsum tentare interrogãdo de hac re. Cum tunc non sit in peccato mortali; id enim iam transijt. Et satis
100 est in genere proponere emendam. Et quamuis prior opinio vera esset, si pænitẽs sit in bona fide, debet Confessarius non certiorem illum facere de hac obligatione, vt pote quæ difficillima est, & raro acquiescet Iuxta ea quæ latè diximus li.2. de matrim. tota disputat.38. ita ille.

101 Tradita autem doctrina Sanchez limitans

tans reis obligationem offerendi ſe ad fa-
tendam iudici veritatem, in quibuſuis de-
102 lictorum materijs intelligitur, & conſe-
quenter iu materia hæreſis. Ac parimò
debet intelligi illa magis limitatiua, quam
probabiliter defendunt Leonardus Leſſius,
lib. 2. de Iuſtit. cap. 31. dub. 3. num. 16. & Ca-
ſtrus Palaus vbi ſupra, quidquid in con-
trarium dicant alij, præcipue Sotus lib. 5.
de iuſtit. quæſt. 6. art. 2. quod non teneatur
reus etiam interrogatus iuridicè ſub iura-
mento hęreſim teſtibus probatam Inquiſi-
toribus confiteri, caſu quo ex hac Confeſ-
ſione pęna mortis eſſet ei infligēda, & quod
poſſit tunc ad veritatem celandam vti am-
phibologijs, & dolendo de peccato, quæ-
rere abſolutionem alia via, de qua agetur
Regula ſequenti.
103 Dixi ſub iuramento quod reis ſancti Of-
ficij ſolet iniungi, & ſæpius innouari pro
eruenda delicti veritate, qua negata Fiſca-
lis ad calcem libelli accuſatorij illos de per
iurio accuſat, vt patet ex praxi ipſa, & be-
nè aduertit D. Traſmiera, dict. quæſt. 14.
104 nu. 28. Verum tali iuramento non ob-
ſtante licitus eſt vſus amphibologiarum
in eo caſu. Efficaciter indè oſtenditur,
quia nimis durum, & irrationabile ſupra-
que naturæ vires cenſetur præceptum iu-
dicis, ſeu Inquiſitoris obligans confiteri
delictum, ex cuius Confeſſione mors reo
ſequitur; ergo, &c.
105 Præterea dubitatur, An poſſit abſolui à
Confeſſario reus, qui cōuictus legitimis te-
ſtibus conteſtibus de crimine hæreſis à ſe
commiſſo, illud ſæpius negauit, & propte-
rea ad mortem vti negatiuus iam damna-
tus exiſtit? Ex auctoribus citatis duo do-
ctiſſimi Thomas Sanchez, lib 3. in decal.
cap. 7. num. 11. in fine verſ. Hinc excipien-
dus, & Caſtrus Palaus, dict. diſp. 8. punct. 16.
§. 2. nu 2. abſolutè ſentiunt, quòd nequeat
ille beneficio ſacramentalis abſolutionis
frui, niſi reſiliat à tali negatiua, & ſuum
hæreticæ prauitatis crimen publicè Inqui-
ſitoribus manifeſtet.
106 Probatur primò, quia per hanc mani-
feſtationem poteſt euitare mortem ſibi im-
minentem quam tenetur euitare, ſi como-
dè valet, cum non ſit dominus vitæ. Quòd
ſi non poteſt euitare eam, caſu quo eſt re-
lapſus, aut non præſumitur ex vero corde
conuerti, quod tardè nimis à negatiua tra-
ditus iam brachio ſæculari receſſerit; eui-
tat tamen; ne iudicetur impęnitens, & per-
tinax è vita decedere; cū ex oppoſito pro-
ueniat ſcandalum quod tenetur reus ſic ne-
107 gatiuus effugere. Probatur 2. oſtenſo di-
ſcrimine inter crimen hæreſis, & alia quæ-
uis crimina, quia poſt condemnationem
iſta prius negata non obligatur reus fateri,
cum ex ipſorum negatione non dimanet
ſcandalum, nec iudici, teſtibus, aut alteri
tertio damnum [illegible] hoc ſæpe ex ne-
gatione delicti hęreſis, ergo huius nega-
tiuo non eſt impertienda poſt condemna-
tionem abſolutio ſacramentalis; vide plu-
ra apud Sanchez, ob cuius auctoritatem,
& Caſtri Palai pręcipuè vti probabilem eo-
rum ſententiam admitto.
108 Verum contrariam ſententiam non ca-
rere probabilitate, & tutè poſſe practicari
iudico, eam vti magis piam amplectuntur
Cęſar Carena 2 par. tit. 2. §. 7. numer. 58. &
Diana Reſolut. Moral. par. 1 tract. 5. reſol. 8.
verſ. Pro Coronide citans, & ſequens Por-
tell. in Additionibus ad dub. Regul. verb.
reus, num. 3. relatis eius verbis, quia Co-
dex rarus, & ob hanc rationem cum ad
manum non habeam ego ex Diana referā.
109 Iſta Doctrina, inquit, dura mihi vide-
tur, neque illam reperi apud aliquem do-
ctorem, neque Sanchez vllum citat, nequè
video, quare non militent pro iſto reo hę-
retico ad illum ſic non obligandum ratio-
nes pro excuſandis alijs reis non hęreticis
maximè cùm in eo hęretico violentius ſit,
& magis infame, veritatem publicè fateri.
Quod verò attinet ad ſcandalum, quod pu-
tat Sanchez dari ab hæretico negatiuo; di-
ci poteſt non inde ſuſcipi ſcandalum, cùm
omnes ſciant ſolere reos negare, & ſimul
ſciant illum poſſe verè confiteri ſacramen-
taliter in articulo mortis. Et idem ſcanda-
lum, ſuo modo ſuſcipi poteſt de alijs reis ne-
gatiuis ductis ad patibulum, hęc ille: quę
modo dicto approbo, ſaluo meliori iudi-
cio, & ſub correctione Matris Sanctæ Ec-
cleſiæ.
110 Dubitatur tertiò, è contra quando reus
negatiuus eſt conuictus falſis teſtibus con-
teſtibus de crimine hęreſis, aut de alio,
quod verè non commiſit, & propterea ad
mortem damnatur, vt ab ea ſe liberet, poſ-
ſit ne abſque culpa lætali, illud iudici, ſeu
Inquiſitori confiteri, & falſo ſibi imputare?
& poſtquam ſic imputauit, an teneatur ſe
retractare?
111 Quoad vtramque partem duplici con-
cluſione neganter reſoluit dubium Pegna
3. par. direct. 48. num. 210. verſ. Qui ſibi, cum
Soto, lib. 4. de iuſt. & iure, quæſt. 2. artic. 3.
conclu. 4. circa finem & Couarruuius, lib. 1.
variar. reſolut. cap. 2. num. 2. Ratio eſt, quia
nequit reus in tali caſu interrogatus legiti-
mè à Iudice, ſeu Inquiſitore, & ſub iura-
mento de fatenda veritate, ſe ipſum infa-
mare, imponendo ſibi falſo crimen grauiſ-
ſimum, & peccat mortaliter per hanc in-
famationem; ſicut peccaret infamādo pro-
112 ximum. Nec valet obiectio, vnumquē-
que eſſe Dominum ſuę famæ, & poſſe de
ea liberè diſponere; hoc alij non ſine fun-
damento negant, nam intelligitur, modo
diſpoſitio iſta fiat ſine peccato: At nequit
dicta Confeſſio delicti non commiſſi à reo
fieri ſine peccato, & quidā mortali, vbi ad-
iungitur violatio iuramenti iniuncti; atque
tunc apparet doctrina Pegnæ prorſus cer-
ta: aut ſi non violetur, quòd non fuerit in-
iunctum, cum ſolo mendacio; de ſe enim
mentiri eſt intrinſecè malum, ergo non
licet

tans reis obligationem offerendi se ad fatendam iudici veritatem, in quibusuis delictorum materijs intelligitur, & conse-
10 quenter in materia hæresis. Ac parimò debet intelligi illa magis limitatiua, quam probabiliter defendunt Leonardus Lessius, lib. 2. de Iustit. cap. 31. dub. 3. num. 16. & Castrus Palaus vbi supra, quidquid in contrarium dicant alij, præcipue Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 6. art. 2. quod non teneatur reus etiam interrogatus iuridicè sub iuramento hæresim testibus probatam Inquisitoribus confiteri, casu quo ex hac Confessione pęna mortis esset ei infligẽda, & quod possit tunc ad veritatem celandam vti amphibologijs, & dolendo de peccato, quærere absolutionem alia via, de qua agetur Regula sequenti.

103 Dixi sub iuramento quod reis sancti Officij solet iniungi, & sæpius innouari pro eruenda delicti veritate, qua negata Fiscalis ad calcem libelli accusatorij illos de periurio accusat, vt patet ex praxi ipsa, & benè aduertit D. Trasmiera, dict. quæst. 14.
104 nu. 28. Verum tali iuramento non obstante licitus est vsus amphibologiarum in eo casu. Efficaciter indè ostenditur, quia nimis durum, & irrationabile supraque naturæ vires censetur præceptum iudicis, seu Inquisitoris obligans confiteri delictum, ex cuius Confessione mors reo sequitur; ergo, &c.

105 Præterea dubitatur, An possit absolui à Confessario reus, qui conuictus legitimis testibus contestibus de crimine hæresis à se commisso, illud sæpius negauit, & propterea ad mortem vti negatiuus iam damnatus existit? Ex auctoribus citatis duo doctissimi Thomas Sanchez, lib. 3. in decal. cap. 7. num. 11. in fine vers. Hinc excipiendus, & Castrus Palaus, dict. disp. 8. punct. 16. §. 2. nu 2. absolutè sentiunt, quòd nequeat ille beneficio sacramentalis absolutionis frui, nisi resiliat à tali negatiua, & suum hæreticæ prauitatis crimen publicè Inquisitoribus manifestet.

106 Probatur primò, quia per hanc manifestationem potest euitare mortem sibi imminentem quam tenetur euitare, si comodè valet, cum non sit dominus vitæ. Quòd si non potest euitare eam, casu quo est relapsus, aut non præsumitur ex vero corde conuerti, quod tardè nimis à negatiua traditus iam brachio sæculari recesserit; euitat tamen, ne iudicetur impęnitens, & pertinax è vita decedere; cũ ex opposito proueniat scandalum quod tenetur reus sic ne
107 gatiuus effugere. Probatur 2. ostenso discrimine inter crimen hæresis, & alia quæuis crimina, quia post condemnationem ista prius negata non obligatur reus fateri, cùm ex ipsorum negatione non dimanet scandalum, nec iudici, testibus, aut alteri tertio damnum inferatur hoc sæpe ex negatione delicti hęresis, ergo huius negatiuo non est impertienda post condemnationem absolutio sacramentalis; vide plura apud Sanchez, ob cuius auctoritatem, & Castri Palai pręcipuè vti probabilem eorum sententiam admitto.

108 Verum contrariam sententiam non carere probabilitate, & tutè posse practicari iudico, eam vti magis piam amplectuntur Cęsar Carena 2 par. tit. 2. §. 7. numer. 58. & Diana Resolut. Moral. par. 1 tract. 5 resol. 8. vers. Pro Coronide citans, & sequens Portell. in Additionibus ad dub. Regul. verb. reus, num. 3. relatis eius verbis, quia Codex rarus, & ob hanc rationem cum ad manum non habeam ego ex Diana referã.
109 Ista Doctrina, inquit, dura mihi videtur, neque illam reperi apud aliquem doctorem, neque Sanchez vllum citat, neque video, quare non militent pro isto reo hęretico ad illum sic non obligandum rationes pro excusandis alijs reis non hęreticis maximè cùm in eo hęretico violentius sit, & magis infame, veritatem publicè fateri. Quod verò attinet ad scandalum, quod putat Sanchez dari ab hæretico negatiuo; dici potest non inde suscipi scandalum, cùm omnes sciant solere reos negare, & simul sciant illum posse verè confiteri sacramentaliter in articulo mortis. Et idem scandalum, suo modo suscipi potest de alijs reis negatiuis ductis ad patibulum, hęc ille: quę modo dicto approbo, saluo meliori iudicio, & sub correctione Matris Sanctæ Ecclesiæ.

110 Dubitatur tertiò, è contra quando reus negatiuus est conuictus falsis testibus contestibus de crimine hęresis, aut de alio, quod verè non commisit, & propterea ad mortem damnatur, vt ab ea se liberet, possit ne absque culpa lætali, illud iudici, seu Inquisitori confiteri, & falso sibi imputare? & postquam sic imputauit, an teneatur se retractare?

111 Quoad vtramque partem duplici conclusione neganter resoluit dubium Pegna 3. par. direct. 48. num. 210. vers. Qui sibi, cum Soto, lib. 4. de iust. & iure, quæst. 2. artic. 3. conclu. 4. circa finem & Couarruuius, lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 2. Ratio est, quia nequit reus in tali casu interrogatus legitimè à Iudice, seu Inquisitore, & sub iuramento de fatenda veritate, se ipsum infamare, imponendo sibi falso crimen grauissimum, & peccat mortaliter per hanc infamationem; sicut peccaret infamãdo pro-
112 ximum. Nec valet obiectio, vnumquemque esse Dominum suę famæ, & posse de ea liberè disponere; hoc alij non sine fundamento negant, nam intelligitur, modo dispositio ista fiat sine peccato: At nequit dicta Confessio delicti non commissi à reo fieri sine peccato, & quidã mortali, vbi adiungitur violatio iuramenti iniuncti; atque tunc apparet doctrina Pegnæ prorsus certa: aut si non violetur, quòd non fuerit iniunctum, cum solo mendacio; de se enim mentiri est intrinsecè malum, ergo non

licet

licet reo fateri, &c. atque sic probabilis videtur ista Sententia.

113 Consequenter verò notat benè idem Pegna quid agere debeant Cõfessarij circa talem reum sequentibus verbis, Quare in hoc, in quit, casu, quamuis huic negatiuo durissimum videatur innocentem mori, & propterea fortassis credat sibi licere ad mortem euitandam crimina obiecta fateri, nullo tamen modo id est permitten-
114 dum. Quamobrē eorum Theologorum, & Confessariorum qui negatiuum talem consolantur, & ad suppliciùm comitantur, munus erit eum inducere, vt veritatem prodat; sed caueat omnino ne sibi crimen, quod non comisit, imponat, vt temporalem mortem euitet; memineritque se si patienter eam iniuriam, & suplicium toleret, velut martyrem esse coronandum. ita ille.

115 Nihilominus viri doctissimi magis recentiores defendunt vti probabile, quod possit reus crimen falsum sibi imponere, vt à cõdemnationem mortis se liberet,
116 Confessiò tamē debet fieri absque mendacio, & absque violatione iuratione iuramenti, si confitens intelligat se commisisse delictum non verè sed præsumptiuè, seu attenta aliorum æstimatione, docet D. Trasmiera dicta quæst. 14. nu. 31. cum Castro Palao quem citat; audi illius verba.

117 Non desinam tamen. inquit, hic adnotare quod satis piè, ingeniosè dicit Castrus Palaus de modo procedendi in causis fidei. tract. 4. dispu. 8. punc. 16. §. 2. nu. 3. scilicet quod si falsis testibus conuictus sit, & ob eam causam ad pœnam mortis damnatus, & confitendo crimen imputatum, & secundum allegata, & probata, probatum, quamuis illud non commiserit quod raro accedere potest in nostris Tribunalibus particulari Dei prouidentia, veritas orta est, quia Iustitia de Cælo prospicit, liberatur à pena mortis; persistendo verò in, negatiua tanquam negatiuus brachio sæculari certe tradendus est, potest iste talis crimen sibi falso impositum confiteri ob rationes, quas ibi dictus Castrus Palaus affert obiectionibus satisfaciendo; cui opinioni tanquam probabili, & rationi consentanea ego me subscribo salua semper Superiorum censura ita illè idem sentit Carena statim citandus.

118 Tandem dubitatur an reus possit sibi falsò imponere crimen hæresis, vel aliud, quando hoc non est plene probatum, sed tantum adsunt inditia, ob vitanda grauia tormenta? Tenet manifestè non posse Carena dict. tit. 2. §. 7. nu. 59 Vbi ait, quod sit licitum dictoreo in eo casu fateri delictum à se non commissum, si de eo sit plenè conuictus; secus si non sit conuictus, & peccat grauiter fatendo illud, ob irreparabile infamiæ damnum, quototam suam descendentiam maculat. idem tenet d. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 3. vers. quantum ad quartum, Felin. cap. causam. nu. 7. de testibus cogendis. sylu. verbo detractio, quest. 3. num. 4. & alij

119 Quin etiam adduut ijdem doctores post factam maledictam confessionem à reo delicti, quod non commisit, debere hunc in supplicij loco vel antea se retractare ob dictam infamationem Hoc limitat Angel. verb. detractio in fine, & à retractatione eum excusat, casu quo timeret reus retractans torturam fore repetendam. Quid quid tamen sit de hac limitatione, quæ videtur probabilis, iuxta statim dicenda.

120 Aliam magis fundatam illi additamento tribuit Sanchez, lib. 3. in decal. cap. 7. nu. 12. vbi dicit primo esse verum, quod vrgeat obligatio retractandi se à confessione facta de crimine non commisso falsis testibus plene probato, sicut vrgebat prius obligatio non cofitendi illud, quando speratur ex retractatione, fore vt illa mortem euadat, aut allio se ab infamatione per ipsnm iniecta liberet, cum non sit Dominus suę vitæ, nec famæ aliorum; quod etiam docent Petrus Nauara lib. 2. de restit. cad. 4. in noua editione in 2. pa dub. 1. 25. & Manuel de ordine iudicio. cap. 11
121 nu. 6. in fine Atq; subiungit idem Sanchz. in casu rarissimo, aut nullo esse illum obligandum adretractationem Quia ubi semel quispiam fuit legitime damnatus. retractatio vel proderit ad mortem euitandam, aut eam infamiam cauendam.

122 Verum præter Syluestrum & Angles citatus, Lessius, lib. 2. cap. 11 dub. 7. nu. 41. Castrus Palaus, dict punet. 16. §2. nu. 4 & alij maiori cum probabilitate id defēdunt, quod reus non plenè conuictus, sed tantum indiciatus ad grauia tormenta, possit licitè prohis euitandis vtendo amphibologia fateri crimen hæresis, seu aliud. quod non commisit, & consequenter postquam illud confessus est, quod non teneatur se retractare. ostenditur sic. quia secundum magis receptam doctrinam nõ tenetur quis scissionem membrorum pati, vt vitam conseruet, ergo nec tenebitur reus subire grauia tormenta pro conseruatione etiam
123 vitæ Neque est tantæ considerationis infamatio, quę inde consanguineis sequitur, vt propter eam vitandam adstringatur ille ad talia subeunda tormenta; ergo poterit ipse cum amphibologia crimen non commissum Iudici, seu Inquisitori confiteri, & post hanc confessionem indicialem non tenebitur se retractare; vide plura apud Castrum: nobis dicta sint sint satis prore præsenti, & pro Regulæ complimento.

Cum hæreticis incarcere Sancti Officij, aut extra eum existentibus quomodo Confessarius se gerere debet maximè quoad absolutionem?

REGVLA CCCCXXV.

124 CONfessarius respectu hæreticorum dupliciter consideratur, nempè qua iudex, & qua medicus; secundum primam considerationem tenetur distinguere de qualitate hæresis, vt videat si possit illos ab ea absoluere. Equidem post expeditionē causæ in Santo Officio, & post largitam per Inquisitores absolutionem ab excommunicatione, quiuis, Cōfessarius ipsos, siue ibi carceratos, siue spontè comparentes absolutionem ab hæresi impendere va-
125 let. Non verò ante expeditam causam, si adsit error formalis in mente hęretici Sā cto Officio affecti, aut pro animę remedio
126 recurrentis ad Confessarium; Qui nullo priuilegio Cruciatæ, aut Iubilei, &c. id Præstare potest; nisi in eo expressi fiat mentio de tali absolutione; Excipe casus articuli mortis, & quando non adest error formalis; sed tunc absolutio pro foro fori non in-
127 seruiet. Attenta item altera Confessarij consideratione, qua Medicus est, debet prouiderere pœnitenti hæretico de remedijs opportunis, vt totaliter sanus existat, & ne iterum in eosdem errores contra fraudem, aut in alios prolabatur.

---

128 MArtinus Delrius disquisit. Magicar. lib. 6. initio, duplicem considerationem, seu personam Confessarij vti est iudex, & vti medicus, adducit, & perpendit respectu sortilegorum tantùm, vt videbimus Regula Sequenti. sed præstat applicemus illi aliquantulum exspēdamus eam respectu quoruncunq; hæreticorum. Nullum enim dubium, quòd circa hæreticum quem libet, conuerti volentem officio Iudicis, & medici Confessarius fungatur, non est huius loci alias diuersas cuiusuis Confessarij perfectiones exprimere, infra pro coronide huius capitis 8; & libri 5. fortè
129 atigentur Nec vllum item est dubium, obligetur secundum quod Iudex est Confessarius alicuius hæretici inuestigare & prospicere qualitatem hæresis, an sit formalis, seu potius materialis, an non vera, sed tantum præsumpta, vt hinc deducat, possit ne illum absoluere, vel secus; atque his sic præmissis.
130 Progrediendiendum vlterius in exprimenda doctrina nostræ Regulæ sub diuisione bimembri ibi indicata, nempe si loquamur de casu, quando iam D.D. Inquisitores causam expedierunt, & absolutionem ab excomunicatione hæretico sine in carceribus Sācti Officij detento, siue spōte coram ipsis comparenti fuerunt imperti posse eum absolui à crimine hæresis per par. 1. tract. 5. resol. 3. & alijs, quod in Bullar. Apostol. eas ibi citauimus) possint
131 Inquisitores post expeditionem causæ absoluere reum ab excommunicatione & remittere ipsum ad Confessariū ordinarium, vt iste eum à crimine hęresis sacramentaliter absoluat, quod præstare valet, quia cum per absolutionem ab excomunicatione tollatur omnino reseruatio casus; à iure tunc æquè habet iurisdictionem ad absoluendum ab hoc peccato hæresis, & ab alijs non reseruatis, constatq; expraxi ipsa quotidiana.
132 Quamquam cum limitatione debet intelligi, sicuti intelligunt plures viri docti, tùm, Domistitum externi à me consulti, nempè si dictus reus manifestet errorem formalem, quem habet in mente: namsi illum taceat & solum fateatur actum externum hæreticalem, non valet talis absolutio ab excomuninatione per Inquisitores impertita, nec aufertur resoruatio casus; ergo tunc non poterit eum absoluere ab hæresi Cōfessor ordinarius conuincitur ex alijs casibus; quia si reus fateatur hæresim Inquisitori, fingat tamen se pænitere, inualida est absolutio ei data, & non aufertur reseruatio, vt refutat Sa, verb. hæresis, nu. 2. docent Sanchez, lib. 2. in Decal. cap. 12. num. 8. & Sousa, lib. 3. Aphor. cap. 4. nu. 14. Dein si hæreticus habeat quatuor hęreses, & solum manifestet Inquisitori duas, inualida est absolutio circa non manifestatas, &non aufertur reseruatio vt defendit idem Sanchez, nu. 9. ergo idem erit in casu nostro.
133 Si verò sit sermo de absolutione sacramentali hæretici cuiusuis vel affecti Sancto Officio antequam expediatur causa eius, & mondum absoluti per Inquisitores ab excomunicatione, vel item non delati adhuc Sancto Officio, sed accedentis pro remedio animæ ad sacramentum confessionis, certum prorsus est absolutè loquendo; quod vbi Cōfessarius reperit in eius mante errorem formalem contra fidem, neque-
134 at vllo modo illum absoluere ostenditur efficaciter, quia in 1. Canone Bullæ Cœnæ strictissimè casus iste hæresis formalis, maximè si sit plublicæ, reseruatur summo Pontifici, & ex vi Bullari. Pontificium Dominis Inquisitoribus modo dicto, reuocatis quibuscunq; Priuilegijs ab ea absoluendi tradunt Couar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 11, nu, 15. Suarez, trac. de fide disp. 21. sect. 4. num. 25. Azor, tom. 1. in3it. moral. lib. 8. cap. 10. quæst. 22. & Farinac. cum multis, quos citat, de hæresi, quæst. 192. num. 63.
135 Dixi, maxime si sit plublica; nam de occulta potest dubitari, quæ cum sit duplex altera omnino latens in mente, altera iam ad actum deducta externum; ab illa purè interna quiuis Confesarius approbatus absoluere petest, quia dum in sola mente manet, non subiacet censuræ

Eccle-

Ecclesiasticæ, neque reseruationi. Est prorsus certum, & ex mente omnium adducit doctissimus vir de nostra Religione Franciscus Bardi in Explic. Bullæ Cruciatæ, par. 2. trac. 6. cap. 2 sect. 1. num. 2.

136 Circa secundum verò insurgit non leue dubium, quod ingeniosè discutit idem Bardi an ab hæresi externa occulta possit omnis Cōfessarius aprobatus absoluere ex vi Bullæ Cruciatæ, aut alterius priuilegij? Decreto Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6 conceditur omnibus Episcopis facultas absoluendi suos subditos à casibus Papæ reseruatis, si sint occulti, etiam ab hæresi. Grauis tamen extat controuersia inter autores, fuerit ne reuocata talis facultas per Bullam Cænæ Domini?

137 Non fuisse reuocatam tuentur plures, quos, & eorum fundamenta reperies apud Sanchez. lib. 2. in decal. cap. xi. num. 27: præcipuum est, quod iurium correctio, cum censeatur odiosa, ex mente omnium doctorum, quoad fieri potest, euitari debet, ad quam euitationem conceditur aliquando, à propria verborum significatione aliquo modo recedere, vt cum pluribus vtriusque Iuris peritis docet idem Sanchez, lib. 1. de matrim. disp. 17. cap. 7. num. 6.

138 Vnde in præsenti casu, vt correctio iuris vitetur, dicunt in Bulla Cænæ esse sermonem de casibus reseruatis publicis, non tamen si sint occulti, de quibus loquitur Tridentium: Ergo ad huc possunt Episcopi ab hæresi occulta absoluere: & hanc sententiam esse probabilem ait idem Bardi ibidem num. 7. post multa hinc inde.

139 Verum merito ipse addit oppositam sententiam negatiuam nō solum esse tutiorem, sed etiam probabiliorem at que adeo amplectendam eamque, absolute amplectuntur citatus Sāchez in Decal Suerez tom. 4. in 3. par. disp. 36. sec. 2. num. 11. Sanctarellus, tract. de hæresi cap. 5. dub. 5. num. 21 Diana 1. par. tract. 5. resol. 2. & alij multi, quibus adhæreo conuincitur in-

140 de, quia non conceditur locus tali interpratationi, quod ad euitandam correctionē Tridentini debeat intelligi in Bulla Cænæ solum esse sermonem de casibus reseruatis publicis, cum ista indistinctè, & absque ulla limitatione loquatur de quibuscunque casibus, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; Ergo nequeunt Episcopi ex vi Tridentini absoluere ab hæresi occulta

141 Consequenter etiam loquendo ob eam dem rationem nequit vllus Confessarius absolutionem, impertiri. non solum ab hæresi plub lica. sed etiam ab occulta, virtute Iubilei, aut Bullæ Cruciatæ aut alterius priuilegij; nisi in eo expræsse concedatur facultas absoluendi ab hæresi, licet fuerit concessa in communi ad absoluēdum à casibus in Bulla cænæ. Docent præter citatos nu. 134, Couar. sauerex, Azor. & Farin plures alij, præcipue Vazquez. tam. 4. de excommn. dub. 19 nu 5. Barbo, de potest. Episcop. aleg. 40 nu. 31 Reginald. in praxi, tom. 1. lib. 8. nu. 53 & Viualdus, in candel. cap. de absolu. sacramen, nu. 24. & 25.

142 Quidquid in contrarium dicant Sotus lib. 4. sentent. distin. 22. quest. 2. art. 3 Corduba in summa, quæst. 7. & post alios quosdam apud Viualdum, Emanuel sà verb excommun. Bullæ cænæ nu, 17, qui allegat declarationem Sacrę Cngregationis sed de ea iuridice non constat.

143 Excipitur, tamen semper casus articuli mortis, in quo cum iuxta Tridentium, sess. 14. cap. 7. nulla sit casuum reseruatio. quiuis sacerdos moribundum ab hæresi formalis absoluere potest; sed intelligitur vt iam alibi, si non subsit tempus recurrendi ad superiorem, cui de Iure extra illum articulum talis absolutio competit ita Sanch. lib. 2 in decal. cap. 13. num. 3. Sousa lib. 3. Aphor. cap. 4. num. 9.

144 Prædictæ autem exceptioni coniungit Carena par. 2. tit. 2 §. 7. à num. 60. absolutionem cuiusuis hæretici, qui traditur brachio sæculari, quòd sit relapsus; nam excitato dubio à quo nam iste sit absoluendus Sacramentaliter pro salute animæ? & post resolutionem, quòd nec ab Inquisitore, nec ab Episcopo, neque ab alio Confessario absolui possit, vti nos etiam hactenus resoluimus, subiungit sic.

145 Nisi fortè, inquit, diceremus hosce relapsos, brachio sæculari relaxatos, propriè dici in articulo mortis constitutos, secundum Duardum in Bullam, lib. 3. §. 2. quęst. 2. num. 1. vers. Vel, cum quis per iudicis sententiam, quo casu cessante omni reseruatione (vt supra pluries docuimus) omnis Confessarius posset absoluere, vt expresse dicitur in dicta Bulla Cænæ. Verum in hoc negatio cautè agendum censeo, & omnia referenda existimarē supremò Tribunali Vrbis hactenus ille optimè quidem

146 Atque hoc vltimum de facienda relatione Sacrę Cōgregationi omnino approbo. Primum verò certum puto, maximè si relapsus dictus curię sęculari traditus, ab excommunicatione in foro externo per Inquisitorem fuerit prius absolutus.

147 Dubitat item Carena ibidem num. 63. circa hęreticum occultum, qui extra articulum mortis, non potuit ab aliquo Sacramentaliter absolui qualiter huic de remedio prouidendum? Respondet benè cum Freitas ad Roder. de confess. solicitat. quęst. 21. num. 18. debere talem hęreticum mittere Romam ad Summum Pœnitentiarium, vt hic Confessario idoneo illius absolutionem in partibus committat; interim ante eam obtentam, omittat celebrare, si sit sacerdos; aut Eucharistiam sumere, si laicus.

148 Sed quid si ex hac omissione celebrandi, vel eucharistiam sumendi, prouenire ei ma-

ei magna infamia, aut graue scandalum alijs? Ad vtrumq; sufficere tunc, si talis hæreticus eliciat prius verum contritionis actum; vel si non veleat existimare se perfectam contritionem habere, quòd confiteri, & à Confessario absolui possit, non expectata facultare Summi Pœnitentiarij, affirmant Reginald. in praxi, tom. 1. lib. 8. cap 7 num. 87; & alij relati à Sancio in Selectis, trisp. 32. num. 11. licet hic ipsis contradicat.

149 Quin etiam addit Fagundez, trac. 1. de præcept. Eccles lib. 3. cap. 12. num. 12. etiam si scandalum, aut infamia non adsit, solùm quòd ob paupertatem, vel ob aliud impedimentum Romam adire, vel mittere non valet, dictum hæreticum occultum posse celebrare, aut Eucharistiam sumere: imò alij Doctores, qnos citat Sanchez, lib. 2. in decal. cap. 23. num. 36 addunt, posse eum confiteri, & absolui à Confessario quo-
150 uis approbato. Probant inde, quia ab alijs casibus Papæ reseruatis potest ob tale impedimentum dari dicto modo absolutio, vt deducitur clarè ex cap. Ea noscitur, de sententia excommu. ex cap. Eos, qui eodem tit. in 6. ergo etiam à casu hæresis.

151 Verùm idem Sanchez quamuis quoad reliquas excommunicationes Papales traditam doctrinam magis probabilem indicet; nullo modo eam admittit quoad casum hæresis, propter strictissimè istius reseruationem, adeo vt non debeat comprahendi simul cum alijs, nisi specialiter exprimatur. Vnne Sotus in 4. distin. 22. quæst. 2. art. 3. vers. Demum, & Viuald. par. 1. Candel. tit. 11. num. 14. affirmant talem doctrinam non esse tutam, in casu hæresis; eãdem reijcit Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 9. sec. 3. num. 7. Diana ait par. 1. tract. 5. Resol. 4. sibi non placere nec mihi vllo modo placet.

153 Concludit itaq; Sanchez sub finem dicti num. 36. per sequentia verba. [Quare, inquit, siue casus hæresis sit publicus, siue occultus non cōcedetur Episcopo hæc absolutio ratione huius impedimenti. Et si dicamus reuocatum esse Tridentini decretum concedentis Episcopo facultatem absoluendi hæreticum occultum, nullum huic impedito superest medium vt absoluatur, nisi vt ad Inquisitores confugiat, vel ad Pontificem per Procuratorem, aut
154. litteras tacito nomine.] ita ille, Confugium autem ad Inquisitores intelligitur in foro exrerno per spontaneam comparitionem, vt patet ex supradictis.

155 Quid tandem si Confessarius non inueniat hæresim formalem in mente pœnitentis sed solum modo factum externum spectans ad Sanctum Officium, poterit ne ab ipso eum absoluere, quamuis sit reseruatū in Bulla Cæne? Notat benè Bardi vbi supra sect. 4 num. 35. diuersos præter heresim casus in 1. Canone Bullæ Cænæ Papæ reseruari, vt esse fautorem, aut receptorem hæreticorum, libros eorum hæresim continentes, vel de religione tractantes legere, imprimere, retinere, ac defendere, ab obedientia Sedis Apostolicæ pertinaciter se subtrahere, cum mero Schismate, absque heresi apostatare etiam à fide solo actu externo, sine vllo mentis errore &c.

156 A prædictis autem criminibus quòd non possit absoluere Cōfessarius quantumuis munitis priuilegio Bullæ Cruciatæ, Iubilæi, vel alio simili, tenent Ledesma, tom. 1. Summæ tract. 1. cap. 6. Rodriquez, in expositione Cruciatæ, §. 9. num. 7. Vega, loquens peculiariter de Schismate, tom. 1. summæ, cap. 125. cas. 12. & alij ducuntur hoc fundamento, quia tales casus sunt reseruati Sanctæ Inquisitionis Tribunali, & censentur comprehensi sub crimine hæresis, ergo sicut ab ista nullus potest absoluere ex vi Cruciatæ, Iubilei, &c. vt supra ostendimus, ita etiam ab illis.

157 Sententia tamē affirmans omnino tuta, & magis vsu recepta, quam amplectuntur multi Doctores, & ego cum ipsis, vt Henriquez, in summa lib. 6. cap. 16. num. 2. in Gloss. litt. L. Sanchez. lib. 2. in Decal. cap. 42. num. 12. Ludouicus à Cruce in Bull. cap. 3. dub. 8. num. 2. Farinac. de hæresi, quæst. 180. num. 5. & seq. vbi plures refert loquens peculiariter de retentione, &c. dictorum librorum prohibitorum, ac nouissimè idem Bardi, num. 38. ostenditur efficaci ratione, quia in Cruciata, Iubileo, aut simili priuilegio, crimen hæresis dumtaxat excipitur; atqui secundum commune doctorum ptoloquium exceptio firmat regulam in contrarium, ergo pœnitens non infectus errore formali contra fidem, poterit virtute talis priuilegij sacramentaliter à casibus illis absolui.

158 Nec obstat, quòd casus huiusmodi sint reseruati Saucto Officio, cum hæc ræsaruatio intelligatur quoad forum externum, & quidem inde sumptum argumentum, vt ingeniose notauit Bardi ibidem nu. 39. nimium probat; Nam sequeretur non posse quem absolui virtute dicti priuilegij, à peccato cōtrahendi matrimonium cum secunda, adhuc viuente prima; neque à sollicitatione facta in Sacramentali cōfessione; cum tamen ista, & alia diuersa, quantumcunq; spectent ad Tribunal S. Inquisitionis pro foro externo, nullibi reperiuntur reseruata pro foro interno conscientiæ

159 Vnde ab eis quiuis Confessarius approbatus ad audiendas confessiones expositus, si non inueniat errorem formalem in mente pœnitentis, etiam sine priuilegio Cruciatæ aut simiii quod pro reseruatis præcipuè inseruit, potest Sacramentaliter absoluere.

160 Verùm prædicta absolutio Sacramentalis nequaquam vllo modo pænitenti sic absoluto conducit pro foro iudiciali externo, nec in eo absolutus censetur, sed semper expositus manet, vt si denunciatus

tus fuerit in Sancto officio, pro qualitate criminis delati puniri possit; De quo egregiè Pegna, par.2 Direct. Comment.25. vers. Quòd autem, elegans declarationem Gregorij VIII. in Bulla Iubilei concessi anno Domini 1572. vbi post priuilegium absoluendi etiam à casibus in Bulla Cænæ, &c. subdit clausulam singularem per sequentia verba.

161 Declaramus tamen, inquit, tàm per presentes, quàm alias quascunq; super concessione similium, vel dissimilium indulgentiarum à nobis, & Prædecessoribus nostris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christi fidelibus ipsis nisi in foro conscientię, & pœnitentiali tantum nō autem in foro fori, & contentioso, nisi satisfecerint his, propter quæ censuræ huiusmodi in eos latæ fuerint, vllatenus suffragari, eosdemq; Christi fideles illis iuxtà huius nostræ declarationis formam, & tenorem, & non aliter, nec alio modo vti, aut se iuuare posse, & potuisse; quinimò eos in easdem censuras postmodum reincidisse, & inposterum reincidere, sicq; ab omnibus quauis auctoritate fungentibus censeri, & iudicari bebere &c.] ita ibi à summo Pontifice neq; aliud occurrit addendum, vide Torreblan. lib.4. cap 6. num.11. & 12.

162 Quoad aliam autem considerationem Confessarij, quà medicus est respectu hæretici, solum attingo aliquid circa duplicem cautionem, ad quam præstandam hunc ille antequam absoluat, quando potest obligare, tenetur. Altera est de stando mandatis Ecclesiæ; altera verò de satisfaciendo. vtraq; expresè traditur in vltima clausula Bullæ Cænæ; & intelligitur quoad omnes casus in ista cententos, imò quoad alios, vt patet ex cap. De cætero, & cap. Ex tenore, de sententia excommunicat.

263 Prima cautio de stando Mandatis Ecclesiæ solet esse iuratoria; Sed ad quid iniūgitur hoc iuramentum? Exponit Vgolinus de censuris, tabul. 1. cap.19. § 5. nu.1. quòd nomine Ecclesiæ intelligatur ille, cui extra mortis articulum reseruata erat absolutio, & cui tunc absolutus, & incolumis euaserit. Se præsentare debeat, ipsiusq;

164 mandato obedire. Hanc tamen expositionem meritò reijcit Sanchez, lib.2. iu decal. cap. 13. num. 25. & adducit legitimam, cum Couar cap. Alma mater, 1. p. §.11. num 11. nempè iniugi tale iuramētum ne timore eius in grauiora crimina, quale est hæres ab eis semel absolutus, iterum prolabatur, vt constat ex cap. cum desideres, iuncta Glossa verbo, ad cautelam, de Sente. excomm.

165 Secunda item cautio de satisfaciendo exigenda ab aliquo, priusquam absoluatur in articulo mortis à casibus in Bulla Cænæ contentis, præcipuè ab hæresi, potest esse pignoratitia, vel si hæc præstari nequit, fideiussoria, vel si nec ista, iuratoria; relinquiturq; arbitrio prudentis Confessarij; quòd optime docet Suarez, tom 5. in 3. par disp. 21. sect. 3. num. 1. cum Caietano, & Nauar. per eum citatis. Verùm quòd sola iuratoria habeat locum, & non semper, quando quis tunc absoluitur ab hęresi, tradit bene Sanchez, dict. cap. 13. num. 23. audi propria eius verba.

166 At in casu, inquit, hæresis cum nullà satisfactio pecuniaria exhibenda sit, non exigitur fideiussor, aut pignus. Sed solum satisfaciendi iuramentum; & hoc quando ex iustitia debetur aliqua satisfactio. Vt si hareticus aliquos deceperit, dicens doctrinam hæreticam esse verā; tenetur enim illis fraudem detegere. Vt traditur com-

167 muniter in tractatu de restitutione. Quare hæc cautio necessaria non est, si iam hæreticus satisfecit. Vel si nunquam poterit; quia decepti absunt, & hæreticus ducitur ad mortis supplicium. Vel si iam

168. aliunde fraus detecta sit deceptis. Quod si commodè potest ante absolutionem satisfacere, debet ea satisfactio præmitti, ne absoluens peccet; Vt geneaaliter loquendo de hac cautione tradit Suarez eadem sect. 3. num. 2.] hæc ille, quibus præsens Regula absoluta.

Quænam expeditio à Confessario adhibenda circa sortilegos, & habentes pactum quoduis cum Dæmone, præsertim quoad absolutionem sacramentalem?

REGVLA CCCCXXVI.

CVm in vnico sortilegij, seu Magiæ dæmoniacæ casu diuersa sæpius grauissima crimina, simul coniuncta reperiantur, Expedit vt Confessarius scientissimus, & diligentissimus scrutator eorum existat; quò duplex munus iudicis, & medici circa suū pœnitentem sortilegum legitimè exequatur, & hunc ad veram ipsorum contritionem, ac integram confessionem inducat.

170 debet item maximè perscrutari, sit ne mens Sortilegi erroribus diuersis formalibus inducta? vt solet, ex quibus? vno equidem dumtaxat reperto, nequit vllo modo illum absoluere (excepto casu articuli mortis) Sed tunc tenetur ad Ponticficem, vel ad Inquisitores perspontaneam com-

171 paritionem ipsum remittere. Si verò nullus adsit error in intellectu sortilegi, & nulla, extet facta reseruatio sortilegiorum ab Episcopo, seu Ordinario, cum eiam probabilius sit à iure non reseruari, quiuis Cōfessarius expositus absolutionē ab ipsis valet ei impertiri.

---

172 TAmetsi ex traditis in Communi Regula præcedenti circa expedi-

 tio-

tionem causæ hæretici cuiusuis pro foro interiori animæ, præsertim quoad absolutionem, poterat iam per illationem in materijs particularibus clara decisio percipi; iudicatum tamen conuenientius eas singulatim saltem præcipuas concisiori stylo ad vitandam prolixitatem decurrere; citatis paucis auctoribus, qui de ipsis in particulari tractant, ad eos beneuolum lectorem remittendo.

173 Pro materia autem præsenti sortilegorum, seu Magiæ dæmoniacæ professorum remittimus illum ad allegatos iam supra sub finem proemiali huius cap. viij. nempè Cæsarem Carenam par. 2. tract. de officio Sanctissimæ Inquisitionis tit. 11. toto §. 35. & Martinum Delrium disquis. Magic lib. 6. per totum: quibus nunc præcipuè adiungimus Franciscum Torreblanea in eruditissimo opere inscripto, Epitomes delictorum, in quibus aperta, vel occulta inuotio Dæmonis interuenit, in libros quatuor distributo; Ex quibus totum quartum impendit in criminis sortilegij causarum expeditione, seu punitione eius per Confesserium in foro interiori animę.

174 Ex iam aliqualem, et per breuem contentorum in Regulæ nostrę textu declarationem; Primò, quòd in casu sortilegij, seu magicæ artis à Diabolo acceptæ supposito pacto cum eo, varia simul crimina horrēdissima reperiri soleant, tradit egregiè Torreblanca dicto lib. 4. cap. 3. num. 5. & qualiter Confessarius eorum scientissimus, & diligentissimus scrutator esse debeat indicat sequentibus verbis.

175 In hoc, inquit, Magiæ crimine, quia interuenit idolatria, apostasia, hęresis, sacrilegium, blasphemia, homicidium, & concubitus contra naturam cum creatura spirituali, & odij in Deum, quibus nil potest esse atrocius, vt supradictum est lib. 3. de crimin. punit. in foro exteriori, cap. Debet Confessarius singula perpendere, ac reum de singulis congruè interrogare, ac examinare.] hęc ille.

176 Tradens vero formam diuersorum interrogatoriorum & magis prædicta exprimens, idem Torreblama num. 13. & 14. sic subiungit, [Post hæc, inquit, debet (scilicet Confessarius) pænitentes interrogare, an ex animo renuntiauerint fidem, nam est apostasia, cap. 1. de apostat. Vel quid crediderint contra fidem, vel errorem fouerint, quod est heresis, cap. hęreticus, 24. quęst. 3. an diabolum adorauerint dulia, vel latria, putantes esse Deum, quod est idolatria prohibita Exod cap. 22.

177 Vel habuerint cum eo pactum, quod est infidelitas cap. illud. cap. nec mirum 26. quæst. 5. vel quid promiserint, vel qua solemnitate; vt cognoscat, an pactum tacitum, vel expressum contraxerint; quid Dæmoni pro pacto tradiderint, quia solent filios offere. An petierint ad ludos, quia ibi Dæmoni prosternuntur, & alia sedissima peragunt.] ita ille, apud quem inuenies plura.

178 Expedit itaque summopere, vt Cōfessarius Sortilegi cōfessionem auditurus pro eius integritate, non exigua Sortilegiorum notitia instructus existat, & aduertat ad quæuis particularia superstitionum genera, & species, vti benè notat cum Portell. in dubijs regular. verb. Veneficia, & incantationes, Carena, dict. §. 35. num. 301.

179 Ad quam instructionem, & aduertentiā adiuuabitur valdè ijs, quæ de hac materia abbundanter adducit Sanchez lib. 1. in decal cap. 37. & seqq & quæ Delrius copiosissimè de eadem quinque libris pertractauit, initio Sexti, cap. 1. sect. 1. quasi in Tabella; seu breuiculo compræhendit.

180 Ad eumdem item effectum Confessionis integræ debet Confessarius pænitentem Sortilegum interrogare de qualitate Sortilegiorum, an cum ab vsu Sacramentalium, vel Sacramentorum, aut rerum Sacrarum; de complicibus in fabricatione eorum; de libris, & instrumentis ad ea fabricanda, ita cum Beloch. de casib. reseruat. par. 2 quæst. 1. in primo casu Tabellæ Anconitanæ, num. 70. Homob. de Bonis, de exam. Ecclesiast. par. 1. tract. 7. cap. 4 quæst. 19. vers Sequendo, quærendum, Carena dict. §. 35. vers. circa confessionem. Torreblanca dict. cap. 3. de officio Confessarij, num. 15. & alij.

181 Quoad Cōtritionem verò excitandam in sortilego pænitente hoc opus hic labor, (aut Delrius vbi supra sect. 3. vers. in Contritioue.) Non ex parte Dei, sed ex parte ipsius personæ Sortilegæ, seu maleficæ. Nam vt optimè adnotauit de huiusmodi personis Paulus Grilandus, de sortileg. qu. 9. num. . . & adducunt ijdem Delrius, & Torreblanca num. 6. Diabolus nihil magis satagit, neque alio magis laborat, quàm in persuadendo, vt persistant in sententia, & vsque ad vitæ finem perseuerent. ita

182 ille. Et addit num. 3. signum esse impænitentiæ, quòd tametsi suspiria magna emittant, & omni conatu lachrymare procurent, lachrymas tamen nullo modo effundunt.

183 Nihilominus duo præcipuè assignātur explicanda à Confessario ad procurandum dolorem, & veram contritionem in corde pænitentis sortilegi. Primum, indicare ei, & non parum perpendere grauitatem, & malitiam horrendissimam huius *delicti* vt Constat ex iam traditis, & ex *his*, quæ discutit Scortia, in Selectas Rom. Pontif. const. Theor. 65. num. 1. teste Carena

184 dict. §. 35. num. 298. Secundum manifestare eidem Sortilego pæniteti magnam Dei omnipotentis misericordiam erga peccatores propositis testimonijs Scripturæ sacræ, & exemplis personarum, quibus cum post commissa enormissima delicta ea vsus est, expulsa diffidentia, seu desperatione, ad quam Dæmon graues peccatores,

res, & præcipuè Sortilegos sæpius inducere solet. ita cum citatis Beloc. num. 65. & Homobo. de Bonis, quæst. 18. ibidem Carena, num 299.

185 Sequitur agendum de absolutione, quando à Confessario tribuenda sortilego, vel secùs: Equidem cum plures, ac diuersi errores formales in eius mẽte circa idem sortilegium simul reperiri valeant, vt pa-
186 tet iam ex dictis, præcipuè hi quatuor, nempe quòd crediderit primo Dæmonem esse dignum adoratione, & inuocatione secundo posse eum scire, & prædicere futura dependentia à libero arbitrio. tertio res sacras in sortilegijs deseruire ad malũ finem, vt ad prauum amorem. quarto voluntatem hominis sortilegijs cogi posse; si vnius ex istis aut ex alijs in sortilego contentis formaliter reperiatur, discussione à docto Confessario diligenter facta, nequaquam potest sortilegus per eum absolui. Quia tunc est casus in primo Canone Bullæ Cænæ Summo Pontifici reseruatissimus. Ita Carena, dict. §. 35. num. 294. & per eum relati Beloch. & Homobo: de Bonis.

187 Quòd si nullus adsit huiusmodi error in sortilegi intellectu: dubitatur an contra ipsum extet aliqua excommunicatio ipso iure? & nùm hæc reseruata? certa responsio est nullibi extare, nedum reseruationem eius Probatur quia per nullum Canonem, qui sit legitimè receptus id dispositum reperitur. Docent communiter auctores, vt Bonac. allegatis alijs tom. 4. de censuris in specie, disput. 2. quæst. 2. pun. 38. num. 1. Filiuc. Moral. quæst. tract. 14. cap. 6. quæsito 11. num. 97. & Tholet.
188 in Summa lib. 1. cap. 47. num. 3. Quibuscumque respondet Carena, dict. §. 35. num. 30. ad obiectionem de Bulla Ioan. Papæ XXII. incip. Super illius specula, apposita in Bullario tom. 1. dicti Pontificis 13. quòd non sit vsu recepta.

189 Dein aduertẽdi obligatio Cõfessario insurgit, an sortilegia absq; dicto formali errore confecta Episcopus, seu Ordinarius loci sibi reseruauerit, vt solet sæpius fieri, & exemplificat de varijs Tabellis reseruatorijs diuersorum Episcopatuum Carena ibidem, num. 295. cum eisdem Beloch, & Homob. de Bonis; Addens benè in tali casu debere Cõfessarium recurrere ad Superiorem reseruantem, pro obtinenda iurisdictione, & facultate absoluendi pænitentem Sortilegum; nisi fortè iam aliunde ex vi Cruciatæ, vel alterius priuilegij eam habeat.

190 Supposito tamen, quòd nullus reperiatur error formalis in mente sortilegi, nec vlla adsit sortilegiorum reseruatio, certum est posse illum à quouis Confessario legitimè exposito absolui, Si aliàs sit ille benè dispositus, & quidem erit talis, vbi reperit ipsum Confessarius paratum ad abrenunciandum Dæmoni, & omni pacto inito cum eo, ad resarcienda damna sortilegijs, seu molestijs illata, ad curandum, vt libri sortilegia continentes ad Inquisitorem deferautur, & ad alia obligatoria præstanda, vt latè docent Martinus Delrius d. lib. 6. disquis. Magicar. & Beloch. vbi supra nu. 71. quos videas.

191 Tandem dubitat Carena, dicto §. 35. nu. 305. an Confessarius, priusquam absoluat sortilegum pænitentem, debeat ab eo exigere iuratoriam cautionem, de non committendo amplius similia delicta. Partem affirmantem tuentur Graffius, decis. aurear. par. 1. lib. 1. cap. 32. num. 15. asserens in communi pro enormibus delictis huiusmodi iuramentum à Cõfessario esse postulandum, atque à pænitente emittendum, & in particulari pro crimine sortilegij, seu maleficij Beloch. par. 2. de casibus reser. quæst. 1. num. 87.

197 Placet tamen responsio ad dubium, quam moderatè præbet ipse Carena sequẽtibus verbis. Egò verò, inquit, in hac difficultate arbitror totum hac in prudentis Confessarij arbitrio positum esse, considerata qualitate pęnitentium, & reliquis fa-
193 ctis circumstantijs. ita ille. Et cum hac moderatione resolutionem traditam circa idem Regula præcedenti iudico intelligẽdam. Nam non multum vsu receptum audio pęnes Confessarios prudẽtes de exigenda cautione iuratoria in delictis grauioribus.

194 Atque pręter hęc duplici numero præcedenti dicta pro instruendo sortilegi pænitentis Cõfessario, qua medicus est: plura accipe ex Martino Delrio citat. lib. 6. cap. 2. & 3. vbi copiosissimè agit de medicamẽtis, seu remedijs contra sortilegia, seu Maleficia: statim initio diuidit magistraliter, quod alia sint medicamenta licita, Eccle-
195 siastica scilicet, seu diuina. Alia illicita, vti sunt aliquando naturalia propter periculum quòd à Dęmone ex vi pactus exhibeantur, ac ideo numeranda inter Dæmoniaca, aut superstitiosa, quæ semper illicita censentur: atque ab istis vltimis ipse Delrius orditur.

196 Ac primo loco proponit varia exempla, quibus remedia superstitiosa, seu illicita contra maleficia indicantur; Sed omis nunc reliquis, pœnes illum, & pænes alios auctores legẽdis pro coronide huius Regulę, audi vnum solummodo à Cęsare Carena, dict tit. 12. §. 35. num. 302. sequentibus verbis.

197 Notent autem, inquit, Confessarij superstitiosam omnino esse cartulam, quam nonnulli pro doloribus viscerum solent portare, in qua est scriptum nomen, Pater, & statim Balthassar, nomen Filius, & statim Gaspar, & nomen Spiritus Sancti, & illicò aliud nomen simile; & ob id Cartula prædicta rumpenda, & auferenda est sub peccato mortali, vt in indiuiduo huiusce cartulę cum illis nominibus, dixit Hieron.

Hyeron. Lamas, in Methodo curationis Anim. 3. par. cap. 3. §. 1. vers. Quascumq; autem Cartulas. ita ille.

Quid de Polygamis, vel male sentientibus de Sacramento Matrimonij? an à Confessario absolutio tribuenda, vel neganda?

REGVLA CCCCXXVII.

198 Contrahens cum secunda, adhuc viuente prima, aut cooperans quouismodo ad sic contrahendum, examinandus diligenter à Confessario, an malè sentiat de Sacramento Matrimonij cum errore mentis formali; ob quem fit excommunicatus in Canone primo Bullæ Cænæ, & absolui nequit, nisi à Papa, vel ex speciali
199 priuilegio eius: Dicto autem errore non reperto, excepto vbi esset Polygamia ab Episcopo reseruata, quilibet Confessarius expositus potest ab ea, & à cooperatione
200 ipsius absoluere. Verùm quà medicus est Confessarius, debet polygamum de diuersis monere, præsertim de obligatione non petendi debitum à secunda vxore, dū est dubius de supraniuentia primæ: post adhibitam tamen sufficientem diligētiam pro deponendo dubio, quòd possit vtrumque & reddere, & petere debitum.

201 Resoluimus supra Regula 391, cum D. Trasmiera, ibi citato, & cum alijs, vt multo probabilius, quòd non solum polygami, sed quicunq; etiam aliqualiter cooperationem consilio, suasione, iussione falsò testimonio panes Tribunal ordinarij loci de morte prioris coniugis præstito, vel alio modo ad contrahendum cum secunda exhibentes, præsumātur malè sentire de Sacramento Matrimonij ex formali errore mentis. Vndè meritò vtrosque sub præsenti Regula coniungimus, vt innotescat qualiter omnes isti in foro interno conscientiæ à Confessario expediendi.

202 Præscrutari itaque debet Confessarius, an in hac materia polygamus, vel cooperator polygamiæ mala credulitate contra Fidem sit effectus? at repertus talis, nequaquam poterit ab illo sacramentaliter absolui; quia tunc excommunicatus existit cum reseruatione casus in primo Canone Bullæ Cænæ. ita ex mente omnium auctorum Cæsar Carena 2. par. tit. 5. §. 7. num. 105.

203 Quòd si reperiatur contrahens cum secunda, viuente adhuc prima, aut cooperans ad contrahendum catholicè sentire de Sacramento Matrimonij, absolutionem sacramentalem à quocunq; Confessario approbato obtinere valet, excepto casu, vbi polygamia esset per Episcopum reseruata; nam tunc ab isto facultas absoluēdi obtinenda. ita idem Carena num. 106. cum Toleto, Homob. de Bonis Fagundez & alijs, quos ille refert: quibus adde Filuc. quæst. moral. par. 2. Tractat. 22. cap. 6. num. 164.

204 Præterea ad exequendum rectè munus Medici, debet Confessarius pænitētem polygamum de multis admonere; primò de pessimo statu, in quo reperitur, ac de grauitate delicti polygamiæ, quòd commisit, iuxta illud Christi Domini Matth. cap. 19. & Lucæ, cap. 16. Omnis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mæchatur. & Marc. cap. 10. sic expræssiùs. Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit
205 adulterium committit super eam. Secundò de obligatione redeundi cum prima vxore; & restituendi secundæ dotem cum lucro omnium, quæ ipsi donata fuerant, etiam prætiosa, si Polygamus extitit in mala fide, quando cum ea contraxit. Tradit Carena ibidem num. 107. & 108. ex allegatis in parum ab similibus terminis per Riccium in Praxi fori Eccles. Resolut. 223.

206 Debet item monere Confessarius polygamum de obligatione erga filios secundi matrimonij: nam si pàter fuit in mala fide quando contraxit cum secunda vxore, & hæc in bona, nullum dubium, quòd teneatur ille alere filios ex secundo matrimonio. Docent comuniter auctores, præcipuè Sanchez, lib. 9. de matrim. disp. 21. num. 11. Vers. Quòd si alter, & Carena dict. tit. 5. §. 16. num. 91. deducitur clarè ex Authen. si pater. diuort. facto, apud quem liberi &c. ob rationem ibi assignatam, nescillcet culpa illius, cuius causa diuortium fit, maneat impunita, quia pari modo militat in casu præsenti.

207 E contra verò si vxor secunda fuit in mala fide, & vir in bona, ab illa ne aliendi filij ex matrimonio causa polygamię declarato nullo suscepti? Ob eandem rationem dict. Authen. sumpto argumento a forelatiuis affirmanter respondent idem Sanchez, & Gutierrez, canon. quæst. lib. 1. cap. 24. num. 19. cum alijs, quos citant, estq; communis hæc sententia affirmatiua, vt ait Carena citat. num. 94. & 95. ei opponitur, Sed eius oppositio nequaquam multum efficax videtur. Vide fundamentum apud ipsum.

208 Sed quid si vterque coniux fuit in mala fide? Certum est, filios tunc alendos à patre, & non nisi in subsidium à matre iuxta dispositionem cap. Cum haberet, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit, & est de mente omnium, vt tradit ibidem Sanchez num 11. vers. quòd si vterque, cui adhæret Carena, dict. §. 16. num. 99.

209 Quid item si in vtroque parente adsit bona Fides? plores ex dicto matrimonio suscepta secundum mentem Sanchez vbi supra vtriusq; expēsis ali debet, quod priùs do-

docuerant Surd. de alim. tit. 1, quæst. 14. num. 8. & quædam Additio ad Abbatem in cap. 2. qui filij sint legitimi, ostenditurq; per illationem ex dict. cap. 2. ibi de parentum facultatibus nutriantur, & sic videtur
210 benè fundata eorum sententia. Eam tamen non admittens Carena, dict. § 17. nu. 101. vult prolem in tali casu esse alendam à solo Patre, & in subsidium à Matre verbaq; illa textus in dict. cap. 2. de parentum facultatibus; debere intelligi ordine successiuo, non coniunctiuo, vt in simili ex textu, in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium, intelligunt expositores, quos citat ipse Carena, apud quem plura circa hoc inuenies, & dicens opinio probabilis videtur.

211 Tandem monendus à Confessario pænitens polygamus circa debitum matrimonij de quo D. Tasmiera egregiè lib. 2. quæst. 6. & in hac materia distinguendi sunt varij casus, primus potest occurrere, vt vterq; coniux simul certus sit, vel alter tãtum post contractum secundum matrimonium de superuiuentia primæ vxoris, aut primi mariti; similiter vt vterque habeat dubium fundatum de tali superuiuentia, atque tunc in confesso est apud omnes auctores, quod neuter possit tàm petere, quã reddere debitum, neque hoc maiori indiget probatione, cum per se pateat.

212 Secundus casus est, quando alter coniux existit in bona fide de validitate secundi matrimonij, alter verò dubius: tunc distinguendum de dubitatione; nam si hęc sit leuis, siue ex leuibus indicijs suborta, absque firmo fundamento; constat, quod non teneatur sic dubitans se sua possessione expoliare, & quod hac dubitatione non obstante possit in vsu matrimonij prosequi tàm petendo, quàm reddendo. ita perdoctè D. Trasmiera, dict. quæst. 6. nu. 18. quia nemo tàm facilè est priuandus vsu rei suæ, quam legitimè possidet.

212 Quando verò dubitatio (& est tertius casus) oritur ex publica fama, aut ex teste fide digno, affirmante cum iuramento de superuiuentia adhuc prioris mariti, vel vxoris, standum est dispositioni text. in cap. Dominus, de secundis nupt. vbi habetur Coniugem sic dubitãtem posse, imò teneri debitum reddere coniugi in bona fide existenti, nequaquam tamen posse illud exigere. debere item tale dubium deponere examinando, an sit verum, quod de illa superuiuentia dicitur. Tradunt ex mente omnium, præcipuè Sancez lib. 2. de matrim. disp. 45 quæst. 3. & D. Trasmiera dict. quæst. 6. num. 19. & 20.

214 Sed quid de alio casu, si post adhibitã rationabilem, & sufficientem diligentiam pro deponendo dubio, & pro veritate indaganda dictæ superuiuentiæ prioris coniugis, adhuc illud permanet, saltem speculatiuè, poterit ne coniux ita dubitans non solum reddere debitum, sed etiam petere? Concedunt meritò id probabiliter præter Sanchez, & Trasmieram citatos, Valentiam, Filiuc. Coninck. & Reginald. quos referunt Diana par. 3. Resol. Moral. tract. 4. resol. 295. & Carena, dict. tit. 5. §. 17. nu.
215 110. Ostenditur sumpto argumento ex communi sententia doctorum, quòd possessor bonę fidei, si incipiat dubitare, an res sit aliena, & post adhibitum sufficiens examen adhuc non valeat tollere dubium, possit non solùm rem retinere, verum etiã ea vti; ergo pari modo dicendum in casu præsenti.

216 Dixi, saltem speculatiuè; quia licet sic maneat dubium, practicè tamen omnino tolli debet, & decidi certum probabiliter in conscientia rem esse eius, qui ipsam possidet iuxta commune illud Axioma, *Melior est conditio possidentis*. Quod etiam verum est, & habet locum in matrimonio quoad petitionem, & redditionem debiti. Hoc tamen facere nequit possidens cũ conscientia practicè dubia, & peccat cum
217 ea operando. Vnde tenetur ipse deposita, quamuis adhuc speculatiuè sit dubius, existimare sibi esse licitam rem, de qua sic dubitat, retinere, & ea vti; Et similiter in casu posito debitum matrimonij reddere, ac petere. Ita ex mente aliorum D. Trasmiera, dict. quæst. 6. num. 24. & 25. pænès quem plura inuenies pro instructione Confessarij ad monitionem faciendam coniugi pænitenti polygamæ nobis dicta sint satis, vt iam nostrę Regulę finem imponamus.

Quomodo Confessarius in pænitentiæ Sacramento circa suos pænitentes Sacerdotem sollicitantem, & personam sollicitatam se gerere debet?

REGVLA CCCCXXVIII.

218 PRęscrutari tenetur Cõfessarius, num sacerdos sollicitans pęnitentem, vel hic cõsentiens sollicitationi malè sentiant de Sacramento isto cum errore mentis formali, ratione cuius in Bulla Cęnę excommunicantur, & non possunt absolui, nisi ex priuilegio speciali Papę; aut ex facultate Episcopi, si absque tali errore, inter casus ab illo reseruatos iste sollicitationis cõtineatur; Secùs à quouis Confessario abso-
219 lutio haberi valet. Debet item Confessarius personam sollicitatam monere de obligatione tùm non adeundi iterum pro confessione facienda sacerdotem, qui sollicitauit; tùm denunciandi eum Inquisitori, licet ipsa sollicitationi cõsenserit, ex vi Decreti Pontificij; Consensus tamen iste non
220 est illi manifestandus. Deinde potest Cõfessarius propter omissionem dictę monitionis denunciandi, ab Inquisitore pęna arbitraria puniri.

Egi-

221 EGimus multoties de hac materia sollicitationis, præsertim lib. 1. nostri Operis, toto cap. 16. & ibi Regula 130. resoluimus cum doctrina Pegnæ, Castri Palai, & aliorum, quòd attento iure communi, vel diuino naturali, licet non ex vi Bullarum, aut Decretorum Summi Pontificis, subsit iurisdictioni Inquisitorum pænitens sollicitationi consentiens, aut quod peius est, directè Sacerdotem, expositum ad audiẽdas confessiones sollicitans, cùm præsumatur malè sentire de Sacramento Pænitentiæ. Vnde meritò eum cum Confessario sollicitante coniungimus in prima præsentis Regulæ parte.

222 Præscrutatio itaque, ad quam vt ibi dicimus, obligatur Confessarius, æquè ab eo exequenda respectu sacerdotis sollicitantis, ac pænitentis sollicitati, si hic sollicitationi consentiat, aut è contra ipse illum sollicitet. Quod si mala credulitate, seu errore formali contra Sacramentum Confessionis infectos, & consequenter in Canone primo Bullæ Cænæ excommunicatos inuenerit, nequibit eos absoluere, nisi ex speciali facultate Summi Pontificis, vt patet ex iam traditis supra, & affert Carena, par 2. tit. 6. §. 20. num 1. 05. loquens de Confessario sollicitante sic infecto sed par est ratio de infecto pænitente, vbi cõsentit sollicitationi, aut illum sollicitat.

223 Dein reperto errore formali in mente illorum si sollicitatio, & consensus in eam reseruentur ab Episcopo, vti in multis Diœcesibus Regni Neapolitani reseruari solere testatur Graff. de casibus reseruatis lib. 2. cap. 12. num. 8. & tom. 1. eius consil. lib. 4. tit. de cognatione spiritual, consil. 1. requirenda ab eo facultats absoluẽdi à casu isto Aliàs nulla extante reseruatione, quiuis Confessarius expositus Sacerdotum sollicitantem, vel personam pænitentem, quæ consensit sollicitationi, aut Confessarium, dum confitetur, ad peccatum sollicitat, absoluere potest. Ita de Confessario sollicitante, Carena ibibem num. 106. & 107. cum Peirin. in Priui. minimor. tom. 2. ad constit. 4. Gregor XV § 9. num. 25. loquens de Confessario sollicitante: & ibidem est affirmandum de persona sollicitata, quæ consentit, aut illum sollicitat, vt diximus.

224 Pro faciliori autem intelligentia eius, quod sequitur in Regula nostra, & ad quod Cõfessarius vti medicus personam sollicitatam maximè consentientem sollicitationi tenetur inducere, expendendum occurrit dubium illud excitatum, & discussum à Carena par. 2. tit. 12. § 25, num. 306. in materia sortilegij, au Confessarius, Socius criminis in Sortilegio conficiendo, possit confessionem pænitentis sortilegi audire, eumq; validè absoluere? Respondet, ac resoluit sub hac distinctione

225 Si dubium procedat attenta iuris dispositione [sublato scandalo, & periculo, ne pænitens ad nouum peccatum inducatur, nequaquam prohibetur Confessarius Socij criminis confessionem audire, ac illum valdè absoluere. Ita D. Thom. in sup-plem. 3. par. quæst. 20. art. 2. ad primum. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. num. 2. Homobon. de Bonis, de Exam. Eccles. par. 3. tract. 13. quæst. 30. resol. 4. & Caren. vbi supra num. 207. Qui addunt, quòd secundum conuenientiam non deberet talem confessionem audire, nec absolutionem præbere; posito tamen quod audiuit, absoluere tenetur.

226 Verùm si dubium tractetur respectu eorum, quibus iniuncta est prohibitio per Concilium Septimum Prouinciale Mediolanum, nempè subditis ipsius, clarè constat à Confessario socio criminis non posse confessionen amplius audiri, nedum absolutionem tribui. Accipe dictæ prohibitionis Decretum, vt habetur in tit. de Sacramento Pænitentiæ §. qui criminis.

227 Qui, inquit, criminis alicuius, culpæue mortalis particeps fuerit, sciat sibi interdictum munere audiendi cõfessiones illorum, quos socios eius criminis, culpæue habuerit: Quod decretum ad quoscunq; Confessarios etiã Regulares volumus pertinere.

228 Ita ibi, Cirea quod aduertit ibidem Carena, num. 312. cum Ioan Ang. Bossio in tract. de priuil. Iubilæi, sect. 3. cas. 2. §. 4. quòd absolutio esset valida, si pænitens socius delicti bona fide ad Confessarium accederet, & vterque de illa prohibitione Concilij nihil sciret: Sed mihi videtur inualida ex defectu iurisdictionis, aut approbationis, vt statim dicam.

229 Aduertit etiam duo Carena ibidem num. 310. & 311. cum Bonac. de Sacramentali disput. 5. quæst. 7. pun. 5. §, 5 num. 10. & 11. Primum, etiam tempore Iubilei non esse licitam, nec validam talem confessionem, & absolutionem; cum in decreto proposito Cõcilij Prouiucialis non reseruatur casus, sed confessarij iurisdictio (aut approbatio) limitetur. Secundum prædictam prohibitionem habere locum respectu cuiusuis peccati mortalis in qualibet materia, quòd teste Carena videtur nimis rigorosum Ioan. Ang. Bossio, loc cit. num.

230 10 Sed quidquid sit de alijs, sine dubio habebit locum in delicto sensualitatis & multo magis in crimine sollicitationis ad ipsa, commisso à Sacerdote, dum audit confessiones; ob periculum Scandali, seu ne denuò pænitens sollicitetur; Ergò stando in quouis iure meritò tenetur Confessarius monere pænitentem, ne iterum pro facienda confessione Sacramentali reuertatur ad illum Sacerdotem, à quo iã fuit sollicitatns.

231 Sequitur in Regula, qualiter teneatur Confessarius monere personam penitẽtem de obligalione denunciandi Inquisitoribus illum Sacerdotem, à quo fuit alàs in Sacra-

Sacramento Pœnitentiæ sollicitata. Egimus lib. 1. nostri operis cap. 21. de hac obligatione denunciandi quemcunq; subiectum iurisdictioni Inquisitorum: Et quamuis in eius executione nonnunquam reperiatur aliqualis difficultas, quòd timeatur denunciãdi obligato damnum aliquod imminere. Superanda tamen exequendo denunciationem eo modo, de quo nos dicto cap. 21. Regula 157. ad quam remitto le-
232 ctorem. Quòd autem teneatur Confessarius monere personam sollicitatam de obligatione denunciandi sollicitantem, tractat benè Carena, dict. tit. 6. §. 20. num. 111. & habetur expræsse in Bulla Grego. XV. incip. Vniuersi §. Mandantes.
233 Quin etiam in eadem Bulla clarè disponitur id, quod in parte vltima nostræ Regulæ tradimus, nempè esse puniendos Confessarios, qui talem monitionem omiserint eodem §. mandamus, ibi. Quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandũ Confessarios sollicitantes, seu tractantes vt supra; ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Hactenus quo ad hoc, Bullæ dispositio, per se clara, & manifesta, nec vlla indigens declaratione, aut probatione maiori.
234 Equideem apparet sic meritò dispositum peculiaritèr in hoc casu propter ingẽtem delicti sollicitationis grauitatem. Vnde conuenientes duxi eam hic exprimere cum viro nostrę Societatis doctissimo Frãcisco Ribera super cap. 3. Sophon. ad illa verba, Sacerdotes eius polluunt Sanctum; vt efficacius vterque & Confessarius ad dictam monitionem, & persona sollicitata ad denunciationem sollicitantis inducantur; iam expræssionem ab illo audiamus.
235 Sanctum quoque, inquit, polluunt, & contra legem iniustè agunt (scilicet Sacerdotes) cum Sacræ confessionis secessu, & sollicitudine ad turpitudinem abutuntur, & eas, quæ vt abluerentur, venerant, magis coinquinat, & contaminat. Horum typum portabant impij filij Eeli, qui dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad Ostium Tabernaculi, de quibus paulo antè dictum est, Porro filij, Heli, filij Belial nesciens dominum, neque officium Sacerdotum ad Populum, (& mox)
236 Erat ergo peccatum grande nimis coram Domino, quia retrahebant omnes à Sacrificio Domini: Quod quanto melius in Sacerdotes huiusmodi conueniet, nemo non videt, qualis illorum exitus fuerit, ibidem legimus, in die vno morientur ambo, & suscitabo mihi Sacerdotem fidelem hucusque Ribera, qui subiungit infelicem exitum cuiusdam Confessarij, qui hoc sollicitationis morbo laborabat, apud illum legas, si lubet.
237 Ob criminis itaque enormitatem tenetur persona sollicitata statim denunciare sollicitantem Inquisitoribus, nulla præmissa correctione fraterna ante denunciationem; vt rectè quidquid in contrarium dicat Peirin. in Priuil. minimorum, tom. 2. ad Constit. IV. Gregor. XV §. 9. nu. 26. & 27. docent Carena, 2. par. tit. 6. §. 20. nu. 113. ac tit. 9. §. 6. per totum, & nouissimè copiosius, & eruditius præ cæteris d. Trasimiera, in stimulo Fidei, quæst. 9. 10. & 11. quę legas, & non te pœnitebit. Atq; his Regulæ præsentis exposito terminatur.

Expeditio in reliquis materijs Sancti Officij à Confessario pro foro poli, quænam exhibenda? & qualiter cum pœnitentibus quoad illas se gerere tenetur?

REGVLA CCCCXXIX.

238 PArimodo circa Blasphæmos hæreticales circa obligatos denunciare aliquid Sancto Officio, & omittunt, circa comedentes cibos prohibitos tempore vetito, & circa reliquos in alijs casibus Sanctæ Inquisitionis, inprimis perspiciendum diligenter Confessario sint ne huiusmodi hæretici formales, vel fautores hæreticorum, aut secùs, quo discernere valeat de eis absoluendis Sacramentaliter; vel remittendis pro absolutione obtinẽda ad Summum Pontificem. seu ad habentem facultatem absoluẽdi ab ipso, aut ab Ordinario, vbi per istum non existente fautoria, vel errore in mente pœnitentis casus similes
239 reseruantur. Adhibenda item à Confessario omnia requisita, vt quoad consciẽtiam, & sibi, & pœnitenti satisfacere possit, atque vt vtriusq; muneris partes, nempe iudicis, & medici completè exequatur.

---

240 DE singulis reliquarum materiarũ peculiares Regulas, satis completas formare potuissemus; Sed visum congruentius vnica omnes compræhendere, & aliquid de vnaquaque huc spectans attingere, quò reiecta prolixitate, citiùs optatum lib. 5. nostri operis finem pertingamus.
241 Quoad proferentem blasphæmias hæreticales, Confessarius abstinere debet ab eo absoluendo, dum non obtinuit facultatem absoluendi à Summo Pontifice, non solùm quando est certus, quòd ex errore mentis formali illas protulerit; ac proindè excõmunicatus in 1. Canone Bullæ Cœnæ existat; Sed etiam quando de hoc cum fundamento est dubius. Ita Homob. de Bonis de Examine Ecclesiastico, tom. 1. tract. 7. cap. 5. quæst. 22. vers & in dubio, & Carena, 2. par. tit. 7. §. 19 num 94 & 95
242 Prædictæ doctrinæ non assignat rationem

nem Carena, sed illa videtur efficax, qua
idem ostenditur in quauis materia ex de-
claratis hoc cap.8 per Regulas præceden-
tes, & declarandis per præsentem, nempè
quia Confessarius si esset dubius, an pæni-
tens cū errore intellectus formali aliquod
delictum contra fidem commiserit, simul
etiam dubitat, habeat ne iurisdictionem
ad illum absoluendum, & si tenet absolue-
re, exponit se periculo irritum faciendi
Sacramentum, eique sic iniuram infert, er-
go tenetur, si potest se reddere certum
243 de obtenta iurisdictione, nisi pœnitens
reperiatur in articulo mortis, aut sit peri-
culum in mora, de quibus casibus vide
nostrum KoninсK virum doctissimum 2.
par. de Sacram pæniten. disp.8.dub.6. Nam
tunc Confessario licitum est, imò sæpe
obligatorium cum tali dubio absoluere,
maximè si conditio apponatur.

244 Dein Confessarius suo pœnitenti per-
pēdere debet grauitatem maximam huius
delicti blasphemiæ, præsertim hæreticalis
tùm Scripturæ Scripturæ testimonijs vt 4.
Regum 19. & Matth. ac Sanctorum Patrū,
vt S. August. Serm. Domini in monte, vbi
sic. Tanta, inquit, est labes huius pecca-
ti, quòd humilitatem deprecandi subire
745 non potest. Tum exemplis punitionis
ob crimen blasphæmiæ iuxta illud leuitici
24. Educ blasphemum extra castra, & po-
nant omnes, qui audierunt manus super
caput eius, & lapidet eum omnis populus
ob blasphæmiam puniuit Deus Senache-
rib Regem Assiriorum dict. 4. Regum, 19. &
Anthiocum 2 lib. Machab. cap. 15, ac plu-
res alios, vt teste Carena loc. cit. nu. 101.
refert Lazar. de blasph. quæst. 5.

246 Denique Blasphæmus consuetudina-
rius nequaquam statim à Confessario ab-
soluendus; Sed differenda per aliquod tē-
pus absolutio quousque de consuetudine
emendatus appareat. Ita ex cōmuni sen-
tentia doctorum tradunt Diana, part. Re-
sol. Moral. tract. 7. Resol. 55. & Carena
247 ibidem num. 104. Quæ doctrina in praxi
recepta cuiusuis peccatoris scandalosi, qui
absolui non debet, dum scandalum non
est sublatum, seu satisfactum personis scan-
dalizatis.

248 Quoad eos verò, qui tenentur denun-
ciare aliquem casum Sancto Officio, & nō
denunciant, censentur fautores hæreti-
corum, si intuitu hæresis denunciare o-
mittant, duplicique excommunicatione
reseruatissima transacto termino, Al-
ligantur, Altera in 1. Canone Bullæ Cæ-
næ, altera in edicto DD. Inquisitorum.
Vnde nequeunt absolui sacramētaliter ab
vllo Confessario, nisi à Papa, vel ab eius iu-
risdictionem habente, aut post obtentam
in foro fori absolutionem excommunica-
tionis ex commissione Inquisitorū à quo-
uis ad audieudas confessiones exposito.
Patet ex traditis suprà; & tenent commu-
niter doctores, præcipuè Sanctarellus de
hæresi, pap. 11. dub. 1. num. 4. & Carena
par. 2. tit. 9. §. 10. num. 47.

249 Sed quid si non denuncians nullam ad
huc excommunicationem contraxit, cum
nondum elapsus sit terminus denuncian-
di, potest ne à Confessario absolui antequā
actu denunciat? Ad hoc quæsitum com-
muniter responsum datur, quod sufficiat
firmum propositum denunciandi pro abso-
lutione prius obtinenda. Ita Sanctarel. de
hæresi, cap. 9. dub. vnico, num. 16. propè
finem, Diana par. 1. tract. 4. resolut. 27. &
alij.

250 Verum moderatiùs circa hoc deciden-
dum, quòd nisi vrgeat necessitas commu-
nionis, aut nisi fides pænitentis sit Confes-
sario benè nota, expedit omnino in pęniten.
tibus ordinarijs, vt denunciatio pręcedat,
ne fortè post absolutionem omittatur. Ta-
liter decidunt Stephanus Auila, de censu-
ris, par. 2. dub. 7. in fin. vers In rebus, Za-
nard. in Summ. diuinor. pręcept. par. 2. prę-
cept. 2. cap. 11. in fin. Lazar. de blasph. qu.
12. num. 79. & Carena dict. §. 10. num. 84.

251 Qui hunc §. num. 49. Sequentibus ver-
bis terminat. Tandem, inquit, ad instru-
ctionem Confessarij, vt sciat casus, in quibus
huiusmodi edicta obligant ad denuncian-
dum, viden. vt Aloys. Riccius, decis. 278.
Curiæ Archiepiscopalis Neapol. par. 3. qui
eam totam descripsit de verbo ad verbum
à Ioan. Valer. de differentijs vtriusq: fori
in verbo hęresis, differentia 1. suppresso eius
nomine hactenus Carena.

252 Quoad comedentes carnem, & oua,
vel laticina diebus prohibitis, duo pro no-
stro instituto breuitèr notanda: primum
sicut in omnibus alijs delictis, ita, & in isto
examinare debet Confessarius, an pęnitens
ex errore formali intellectus cibos vetitos
comederit, credens cum hęreticis nostri
temporis nō potuisse Ecclesiam certis die-
bus delectum ciborum pręcipere, atque
hoc pręceptum esse illicitum: habens enim
hanc malam credulitatem excommunica-
tus existit in 1. Canone Bullæ Cęnę, & ne-
quit absolui ab vllo Confessario absque fa-
cultate Summi Pontificis specialiter obtē-
ta. Tradunt Belloch. de casibus reserua-
tis par. 2. quęst. 9. & Carena 2. par. tit. 15. §.
7. num. 17.

253 Deinde circa obligationem Confessa-
rij respectu sui pænitentis, sic prosequitur
idem Carena dict. num. 17. Mox, inquit, in-
terrogabit eum de omnibus peccati huiu-
sce circumstantijs, & pręsertim de scanda-
lo, & demonstrare ei istius criminis graui-
tate, ex quo saltem virtualiter Ecclesię cla-
ues contemnuntur. Si peccatum hoc non
sit reseruatum Episcopo loci, vt esset in
multis Ciuitatibus, pęnitentem absoluet,
iniunctis ei ieiunijs, & carnium abstinen-
tia per tempus beneuisum, vt sic in eo, in
quo peccauit, puniatur. Ita Belloch. vbi
supra num. 88. hęc ille, & benè quidem.

254 Sequitur agendum de insordescenti-
bus

bus in excommunicatione, qualiter isti expediendi à Confessario in foro conscientiæ. Si malè sentiant de clauibus Ecclesiæ cum hæresi formali in intellectu, innodantur alia excommunicatione reseruata in 1. Canone Bullæ Cœnæ, & nequit Confessarius illos absoluere nisi ei à Summo Pontifice iurisdictio, seu facultas fuerit peculiariter concessa. Constat ex tradita sæpius doctrina, & ex communi sententia affert Carena 2. par. tit. 8. §. 10. num 48.

255 Excitatur tamen dubium, quòd ad dictam excommunicationem in 1. Canone Bullæ Cœnæ requiritur non solum hæresis interna, sed aliquod etiam signum externum ipsius manifestatiuum. at in delicto insordescentiæ non videtur reperiri tale signum, cum ista consistat formaliter in mero actu negatiuo, nempe in omissione, seu negligentia petendi absolutionem. Ni-

256 hilominus perseuerantia in insordescentia siue sit actus negatiuus, siue non, sufficiens censetur ad hunc effectum, vt hæresis mentalis transeat in externam, & subiacet iudicio Ecclesiæ. Ita Caietan. 2. quęst. 12. art. 4. vers. Ex his Tolet. in summa, in exposit. 1. Canonis Bullæ Cœnæ nu. 10. Sayr. Thesauro casuum, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 30. & Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 8. nu. 16. vbi complete ostendit, quandonam pura omissio sit sufficiens signum externum hæresis.

257 Absoluendus itaque pænitens in dicto casu à duplici excommunicatione per eũ, qui potest absoluere, nempè ab ea, in qua insorduit, & ab altera Bullæ Cœnæ late cõtra hæreticos. Docet benè Carena dicto

258 §. 10. num. 49. Vbi subdit, qualiter à Confessario expediendus cum monitione pænitens insordescens, casu, quo non habuit errorem in intellectu per sequentia verba.

259 Mox inquit, (sublata tamen semper censura à iudice, qui eam tulit, vel ab illius delegato) monebit Confessarius pænitentem, quam timenda sit excommunicatio, cum per eam fidelis à corpore Christi separetur Cap. Nihil 11. quæst. 3. & de familia Christi transeat in familiam diaboli, cuius fit vilissimus seruus cap. Audi 11. quæst. 3. & ob id communiter dicitur, quod excommunicatus relinquitur Diabolo, vt ouis lupo, latissimè Azeued. multa cumulans ad leges nouæ Recompil. li. 8. tit. 5 de los descomulgados, leg. 1. num. 43 & pluribus seq hæc ille.

260 Quid circa celebrantes, vel administrantes sacramentum pænitentiæ, cum non sint Sacerdotes? Similiter in istis enormissimis criminibus, sicut in reliquis hactenus expositis, si quis ea audeat, committere ex formali mentis errore, qui valdè inter hæreticos nostri temporis viget, quod etiam laici sint habiles, & legitimi sacramentorum, & sacrificiorum ministri, sine dubio innodatus existit excommunicatione primi Canonis Bullæ Cœnæ, & non potest absolui ab vllo Confessario, nisi à Papa, vel ab eius speciali delegato. Patet manifestè ex supradictis, & tradit ex mente omnium, vt omnino certum Carena par 2. tit. 11. §. 8. num. 56.

261 At ipse cum 57. munus Confessarij in hoc casu, quà Iudex, & qua medicus est, ex parte sic exprimit. Scundò, inquit, ex supradictis debet Confessarius ponderare grauitatem huius delicti, vt opportunam possit pænitenti satisfactionem iniungere.

262 Et si sit reus sæculari foro relaxandus, debet cum benignè consolari, vt mortem patienter sustineat; Sic enim mors ei proderit ad satisfactionem peccatorum. ita ille.

263 Occurrit tandem dubium discutiendũ An celebrans, vel administrans Sacramentum Pænitentiæ, cùm non sit Sacerdos maneat ob talem celebrationem, vel administrationem irregularis, casu quo ex causa aliqua non traditur curiæ sæculari, sed pœna mitiori punitur? Resolutio vera, & legitima ita se prodit, si celebrans, vel administrans non habeat Sacerdotium, sit tamẽ ad Clericatum saltem promotus, sine dubio sit irregularis, text. manifestus in cap. 1. de Clerico non ordinato ministrante; vbi Barbosa, Moderd citans alios, quibus adde Carenam, num. 38.

264 Verùm si sermo sit de mero laico, cum firmo fundamento tuentur Henriquez, in summa lib. 6. Pæniteu. cap. 2. §. 7. Littera H. & Barbosa loc. cit. quibus adheret Carena ibidem, quòd ille ob actiones celebrãdi, aut ministrandi Sacramentum Pænitẽtiæ nullam contrahat irregularitatem. Quia hęc non incurritur iuxta commune axioma doctorum, nisi sit expressa in Iure non exprimitur respectu laici, sed respectu Clerici, vt videre est in text. alleg. Nec valet argumentum in materia irregularitatis a paritate, imò nec è maioritate rationis.

265 Cum facientibus item contra constitutionem Pij V. incip. Si de protegẽdis, qualiter se gerere debet Confessarius? tenetur hic diligenter prospicere, an reus quiuis dict. constitutionis sit fautor hæreticorum, aliquid agendo, seu crimen patrando, contra Sanctum Officium, aut contra quemcunq; eius ministrum, vel contra testificantem in eo, seu denunciantem, quod resultet in liberationem, aut defensionem illorum iniustam. Nam tunc sic agens, præter excommunicationem in ipsa constitutione ipso facto latam, contrahit aliam reseruatissimam in primo Canone Bullæ Cœnæ, & nequit absolui, nisi à Papa, vel à delegato eius speciali. Secùs, si non sit fautor hæreticorum; Sed tantùm innodatur illa per Constitutionem Pij V. inflicta, ita Carena tit. 14. §. 25. num. 101. & 102. cum Filiuc. citando.

266 Dubitatur autem an dicta excommunicatio sit reseruata? Circa hoc duplex est

sententia altera magis communis asserentium eam nemini esse reseruatam, & posse quamuis Confessarium ab ipsa absoluere. Docent post Nauar. & Viuald Filiuc.quæst. Moral tract. 14. cap.6. quæsito 7. num 92. & Bonac.de censuris in specie disp.2.quęst. 2.pun.13. num.6. Fundamentum huius doctrina est, quia nullibi apparet de reseruatione huius excommunicationis.

267 Altera sententia oppositum omnino tenet. nempè quòd sit dicta Censura reseruata Summo Pontifici, & per eum solum, seu per habentem specialiter facultatē ab ipso possit tolli, & non per quemcunq; Confessarium approbatum. Ita tuentur Sairus, de Censur. lib.3.cap.31. num.7. & Scortia in Selectas constitutiones. Epitom.106. Theorem 278. vers.pænæ prædictorum. Sed non indicant isti auctores, vnde deducatur quod sit reseruata: Videtur tamen posse deduci, ni fallor, ex clausula illa longiuscula ipsius Bullæ, si de protegendis, nempe:

268 Certùm, inquit, eam omnium, & quarumcunq; absolutionum rationem à prædictis criminibus, necnon habilitationum, & restitutionum etiam ad famam, & honoris, ita deinceps habendam optauimus, vt successores nostri nullas, nisi saltem semestri post cuiusq; assumptionem ad huius dignitatis fastigium excurso, ac precibus apud supræmum Officiū Inquisitionis hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascunque huiusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic non verificatis de cætero fient, nemini prodesse, &c] Sic ibi.

269 Quòd si quis obijciat, in hac clausula non esse sermonem de absolutione à crimine contra dictam Bullam, aut ab Excommunicatione ibi lata, nec quo ad forum Sacramentale, in quo procedit dubiū, sed de absolutione ab alijs pænis, & quo ad forum externum. Respondetur, quidquid sit de hoc (non est nostri instituti longiùs discutere) & de ista secunda sententiæ, cōtra primam non incongruè insurgit Carena par.2.tit.13. §.25 num.103. Sic.

270 Hęc tamen, inquit, opinio apud me est valdè dubia, & si essem Confessarius nō apponerem manum absolutioni pænitentis ab hac censura. Non enim probabile est Sanctissimum Pontificem tot pænas constituisse in reos dictæ constitutionis, & excommunicationem in eos latam nemini reseruasse, & à quocumq; Confessario posset tolli. Et in praxi Inquisitores in expeditione horum reorum absoluunt eos ab omni censura cum causas eorum expediunt; Ita ille.

271 Superest aliquid dicere de modo, quo Confessarius se gerere debat cum pænitente, qui communicationem habuit cum iudæis, & alijs infidelibus. Primò sciendum, hanc communicationem maximè in rebus, & ritibus ad religionem spectantibus esse cuiuis Christiano prohibitam, vt iam alibi tradidimus, & cum D. Thoma 2.2. quæst.169. art. 2 ad quartum docent omnes pręcipuè Sanchez in Decalegum, lib.1. cap. 7. num.1. Rucciul. de iure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium, lib.2. cap.39. per totum & Carena 2. par tit.14. §.21. num.46.

272 Exemplificat ibi in casu peculiari, de quo, vt ipse refert, Io: Baptista Giarlinus, cap.42 suarum Controuersiarum, num.72. & seq. Nimirum in Ciuitate Regij cū quidam iudæus Christianam religionem amplecti vellet, iamque cathechizzaretur, ac eius vxor nollet vllo modò à iudaismo recedere, huic intendebat ille libellum repudij dare more iudæorum, vt ipsa posset alteri nubere, sed meritò dubitatum circa executionem huius intentionis, esset ne licita, & post maturam consultationem doctissimorum hominum, præcipuè Reuerendiss. Inquisitoris dictę Ciuitatis Regij,

273 optimè resolutum esse illicitam. Nam tametsi controuersum sit inter Doctores, quando nam incęperit obligatio omittendi, seu non seruandi legalia veteris Testamenti an à tēpore mortis Christi, vel Christi, vel Missionis Spiritus sancti, &c. Certum tamen est post completam legis Euāgelicę publicationem, & multo certius nūc eorum obseruationem, etiam Iudæis esse peccaminosam, & mortiferam, & consequenter oblationem repudij; prout traditur, Deeter.24. de suo ibi testatus, & Cornelios à lapide.

274 Contingere autem potest, vt communicatio hominis Christiani cum Iudęo deriuetur ex errore formali, quem ille cum pertinacia habet in mente, credens, quòd Ecclesia erret prohibēdo huiusmodi commercium, aut prohibitio eius per ipsam coniuncta sit illicita. Et quidem in hoc casu Christianus cum Iudęo sic communicans excommunicatione primi Canonis Bullę Cęnę innodatus manet, donec à Summo Pontifice, vel ex eius speciali facultate ab alio absoluatur. Ita cum Bellochio, de casibi reseru. par.2. quęst. 9. in Tabell. Pisaur. num. 143. tradit Carena, dict. §.21. num.48.

275 Si dictus verò error desit, à quouis Cōfessario exposito absolui potest: qui circa grauitatem, huius delicti aduertere debet, num inde augeatur, quòd commertium à Christiano cum Iudęo fuerit habitum ex intentione contemnendi prohibitionē Ecclesię, vel Episcopi, Tunc enim ratione huius formalis contemptus, communicatio, quę alias forte ob paruitatem materię, vel ob aliam causam forsan esset tantum venialis, euaderet mortalis. Ita cum eodem Bellochio loc. citat. num. 141. Carena ibidem.

276 Qui benè addit num. 47. etiam in rebus politicis esse prohibitam Christiano cum

cum Iudęo eam communicationem, ex qua resultare possit nimia familiaritas; hacque prohibitione astringi illum per constitutiones Mediolan. sub pœna mortis naturalis. Vndè prohibetur vti opera medici hæbrei, & cum eo ad ludos nuptias, & conuiuia ire. Ita ille cum Ruciull. cit. & nos iam alibi de re ista copiosius tractauimus.

277 Confessarius item vt medicus debet ostendere suo pænitenti, qui dictum commertium habuit cum Iudæo, seu infideli, periculum, cui se exponit in tali conuersatione, præuaricandi scilicet in fide Catholica, iuxta illud Psal. 17. Cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Pænitentia itaque illi iniungenda huc tendat omnino expedit, non solum vt sit satisfactoria; Sed etiam præseruatiua à tali periculo. Tradit Carena ibidem num. 49. & 50.

278 Tandem ipse Carena noster antesignanus postquam par. 2. omnes materias, seu casus principales ad Sāctum Officium spectantes per totidem titulos, ac multiplices paragraphos tradidit, in singulisq; illorum qualiter Confessarius circa reum, seu pænitentem in vnaquaque materia se gerere debeat peculiari § expressit, adhuc toto titulo 17. plures casus nostrorum Tribunalium Sanctæ Inquisitionis breuiter explicando percurrit. Sed in eis circa officium, & obligationem Confessarij respectu pænitentis; seu circa modum expediendi causas in eis pro foro interno conscientiæ nihil prorsus attingit; Quod mirum in Doctore adeo exacto. Crederem ideo omisisse, quòd ex præcedentium resolutionibus facilè deduci possit, quid resoluendum in his posterioribus: & ab istam etiam causam hæc eadem omissio ferè totaliter à nobis facienda; Cùm iam supra per magnam partē capitis v. prædictos casus quoad expeditionem fori externi iudicialis explicauerimus.

279

280 Quare circa paucos ipsorum vnum, vel alterum verbum proferendum: Circa casum, quem Carena, dict. titul. 17. §. primo adducit, de non confitentibus & non communicantibus semel in anno, & nos dict. capitulo quinto eius non meminimus, eò quòd secundum magis veram doctrinam, vt post Pegnam, & alios ab ipso citatos ait Farinac. de hæresi, quæst. 178. num. 79. ex illa omissione haud oriatur vlla hæresis præsumptio; nihil hic aduertendum occurrit pro foro conscientiæ nisi

281 quòd teneatur Confessarius pænitentem seriò monere, ne iterum annuam confessionem, & communionem omittat, imò expedit ad vtriusque frequentem vsum saltem singulis mensibus amplectendum hortetur; vt munus suum quà medicus est, exequatur nullum enim opportunius. & efficacius medicamentum, ad sanandos, & impediendos peccatorum morbos, præcipuè sensualitatis, quàm prædicta Sacramēta Confessionis, & Communionis octauo quoque die frequentare.

282 Dein traditum iam à nobis cum Carena dict. tit. 17 §. 19. qualiter superiores Religionum procedentes cōtra subditos suos in causis fidei violent Bullam Pauli V. incip. Romanus Pontifex, & innodentur excommunicatione maiori. Nunc solùm aduertendum, istam censuram ita esse reseruatam, vt violator Bullæ non possit à quouis Confessario Sacramentaliter absolui, nisi à solo Papa, vel ab alio de eius speciali licentia. accipe verba reseruationis, §. 6. ibi:

283 Etiam excommunicationis maioris latæ sententię, à qua non nisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere. Ita in eo §. & quidem in facti contingentia, ferè ab hinc anno ex peculiari commissione Sanctissimi D.N. Innocentij Papæ X. absolui à dicta excommunicatione quamdam ministrum religiosum, qui citat. Bullam Pauli V. violasse præsumebatur, vt iàm supra traditum.

284 Tractat item Carena, eodem tit. 17 §. 14. de Iudice laico in causis hæresis se ingerente, & nos supra cap. 5. cum eo tractauimus de eadem re, quatenus causa eius experitur in foro externo iudiciali. Nunc quoad forum internum conscientiæ solummodo notandum, quòd ob tale delictum iudex laicus duplicem contrahat excommunicationem, alteram in cap. vt Inquisitionis, de hæreticis in 6. §. prohibemus, à quà quiuis Confessarius expositus potest absoluere, cum nulli reseruata reperiatur vt docet Bonacina de Censuris, disput. 2. quæst. 10. pun. 8.

285 Alteram verò in Constitutione Iulij. III. incip. licet à diuersis, quam adducit Pegna inter Bullas Apostolicas in fine direct. fol. mihi 151. & cum hæc habeat annexam reseruationem, ibi, ita vt nemo vmquā in præmissis delinquens nisi à Nobis, & successoribus nostris &c. absolui possit. Nequaquam alius Confessarius expositus absolutionem Sacramentalem ei impertiri valebit, nisi specialiter à Summo Pontifice ad id delegetur: Atq; hanc differentiam inter istas duas excommunicationes notauit Scortia in Select. Rom. Pon. constitutiones, Theor. 172. Vers. Porrò quoad.

286 Proponit etiam Carena ibidem, §. 20. casum de portantibus arma, & munitiones bellicam ad terras infidelium, & circa hunc pro foro Sacramentali pænitentiæ debet aduertere Confessarius, quòd sic delinquens si intuitu fauēdi infidelibus Christianæ Religionis inimicis, eam oppugnantibus, arma ad ipsos deferat, similiter alligetur excommunicatione valdè reseruata per Bullam Cœnæ Domini, altera in primo Canone eius coutra fautores hæretico-

ticorum, aut infidelium bellum Ecclesiæ Catholicæ, seu Christianis inferentium.

287 Altera in Canone septimo eiusdem Bullæ contra portantes absolutè arma, maxime tempore belli ad dictos infideles, seu hæreticos declaratos, licet non animo fauendi ipsis, sed tantum negotiationis, & lucri gratia; in hoc tamen casu hanc secundam excommunicationem solam contraheret ita faciens aduersus dispositionem 7.

288 Canonis Bullæ Cænæ. Absolutio autem, tàm primæ, quàm secundæ excommunicationis non à quouis Confessario, sed à solo Papa, vel ab alio ex eius commissione haberi potest, vt patet ex supra toties repetitis. Vide Catenam citatum, & Dianam par 4 tract. 7. Resolut. 19. Atque his Regula finitur.

Traditis hucusque toto Capite VIII. præcedenti, non pro rei exigentia, & complemento eius omnimodo, (id ad auctores ex professo de materijs moralibus scribentes spectat, ad quos lectorem remitto.) Sed tantùm aliqualiter, seu perfunctoriè pro instituto decidendi causas sancti Officij in foro interno conscientiæ duplex munus proprium Confessarij, quà medici, & qua Iudicis indicauimus. Potuissemus equidem indicare quadruplex, nempè quà Patris, quà Magistri, quà Medici, & quà Iudicis. Sicuti memini me aliquando indicasse, & multis expræsisse in Prælectione illa aliquantulum pro viribus ingenioli nostri elaborata; qua coram honoratissima omnium huius loci præcipuorum virorum Corona, nempè Eminentissimi Principis Alosij de Wignacourt, trium Præsulum Illustrissimorum, quamplurium Magnæ Crucis Procerum, ac totius ferè Nobilitatis Hierosolymitanæ, Doctorumq; innumerabilium Ciuium Melitensium, secundum meæ professionis Theologiæ Moralis annum incoaui. Tunc volumine Bibliorum aperto, pro fundamento dictæ prælectionis verba illa assumpsi, Leuit. cap. 2. Quid quid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de Sacrificio tuo, in omni oblatione tua offeres sal. quibus abundè ostendi in mactatione peccatoris, & oblatione eius, quæ fit in Sacramento pænitentiæ, quantum salis sapientiæ, Doctrinæ, prudentiæ, aliarumq; virtutum, & dotum ex parte ministri mactantis, & offerentis requiratur; qualiter Confessarius circa suos pænitentes quatuor illa munere, Patris scilicet, Magistri, Medici, ac Iudicis exercere debeat. Omissis autem nunc reliquis, præcipuè in Confirmationem protuli illud Exod. cap. 28 de Rationali iudicij, quo muniebatur pectus Sacerdotis: *Rationale, inquit, quoque iudicij facies opere polymito, &c. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidum; in primo versu erit lapis Sardius, & topazius, & Smaragdus: in Secundo carbunculus, Saphirus, & Iaspis: in tertio ligurius, achates, & amethystus: in quarto Chrysolitus, onychinus, & beryllus.* Constat manifestè in sensu saltem mistico his quatuor lapidum ordinibus illa quatuor Confessarij munera, & in quouis ordine tribus prętiosis lapidibus vniuscuiusq; muneris tres per opportunas qualitates, seu conditiones indicari. Quis non coniectet, hic animum lectoris excitari desiderio aliquid amplius de dicta prælectione percipiendi; Sed cùm locus non ferat diutius immorari, quid si meam ei obstringam fidem, post absolutum opus de materijs Tribunalium Fidei, &c. Non nihil circa illam, & circa alias prelectiones similes, quas coram eisdem auditoribus habui, ac circa materias Theologię Moralis, quam per annos 18. professus sum, vita superstite, in lucem proferre? At quęnam hęc nimia fidei obstrictio, in ætate adeò vetula 74. annorum, & valetudine nequaquam integra? Faxit Deus, tempus, & vires qualescunq; suppetant ad perficiendum huius Operis sextum, ac vltimum librum, cui elaborando en libens me accingo. Superest, lector optime, vna simul inducamur ad rependendas ipsi Deo ingentes gratias pro hoc singularissimo beneficio, quòd difficillissimo libro V. de modis terminandi causas Sancti Officij cum abiuratione, aut sine ea, finem iam impositum prospiciamus.

FINIS.

Laus Deo Opt. Max. Sanctissimæque Virginis Deiparæ Mariæ.

INDEX

INDEX CVIVSQVE TITVLI CAPITVM,

Et Regularum libri Sexti, de Materijs Tribunalium Fidei, seù de regulis Multiplicibus pro formando quouis eorum Ministro, præsertim Consultore, quoad punitionem, siue quoad Pænas, delinquentibus contra fidem Catholicam, & Condemnatis in Sancto Officio infligendas, cum pœnitentijs etiam non raro salutaribus. Vbi agitur de annexis, præcipuè Consequenter, vt de potestate reuocandi sententias iam latas; de istarum executione, de Actibus Fidei, seu spectaculis publicis habendis, ac de alijs pro complendo Opere.

CAPVT I.

De pænis in Communi apud quęcunque Tribunalia à Iudicibus eorum cuilibet reo, præcipuè delinquenti contra fidem catholicam pro qualitate delicti infligendis.

Quid sit pæna? quænam diuisiones pænarum in Communi respectu quorumcunque reorum maximè Sancti Officij?

REGVLA CCCCXXX.

An possit Iudex, vel Inquisitor in pæna ordinaria per legem statuta dispensare, aut aliquid de ea mutare, vel minuere?

REGVLA CCCCXXXI.

Num Iudex, vel Inquisitor in pænis non statutis à lege, sed merè arbitrarijs possit disponere? aut eas minuere, vel augere, & qualiter.

REGVLA CCCCXXXII.

Quotuplex arbitrium? quo item modo circa dispensationem, & augmentum pænarum à Iudice vel Inquisitore formandum?

REGVLA CCCCXXXIII.

Quid, & quotuplex dolus? & qualiter propter eum aut carentiam ipsius Iudex vel Inquisitor pænam augere, vel minuere possit.

REGVLA CCCCXXXIV.

Qualiter ratione credulitatis, vel ignorantiæ alicuius sit aliquando à Iudice, vel Inquisitore minuenda pæna? aut secus.

REGVLA CCCCXXXV.

An delictum ex iracundia, vel ex iusto dolore Commissum à Iudice, vel inquisitore mitiùs puniendum? vel secus?

REGVLA CCCCXXXVI.

Num delinquentes in quauis materia, etiam hæresis, ratione ætatis à Iudice, vel Inquisitore mitiùs puniendi? vel secus?

REGVLA CCCCXXXVII.

Quotuplex Ebrietas? & quando Ebrijs delinquentibus etiam in materia fidei, pæna ob eam minuitur vel relaxatur? aut secus.

REGVLA CCCCXXXVIII.

Delinquens etiam contra fidem ni furore aut amentia qualiter à pæna excusatur? Quid si patrato iam crimine in amentiam incidit?

REGVLA CCCCXXXIX.

Quid consuetudo? qualiter ob illam à Iudice vel Inquisitore cuiuis delinquenti pæna minuenda aut relaxanda? vel secus?

REGVLA CCCCXL.

An ob multitudinem delinquentium, vel incertitudinem delinquentis pæna mitior, aut grauior à Iudice, vel Inquisitore infligenda?

REGVLA CCCCXLI.

Num excusetur à pæna ob iussum Superioris quis delinquens, maximè contra fidem? An Secus? Quid si metu, vel minis coactus delinquat.

REGVLA CCCCXLII.

An propter sexum muliebrem, aut propter rusticitatem possit minui, vel relaxari pœna delinquentibus? An secus, etiam in Tribunali Sancti Officij.

REGVLA CCCCXLIII.

Delinquens somni, aut amoris causa, etiam contra fidem mitiori ne pænâ an potiùs grauiori mulctandus?

REGVLA CCCCXLIV.

Ob nobilitatem, aut peritiam in arte delinquenti, etiam contra fidem, minuenda nè vel relaxanda pæna, An secus?

REGVLA CCCCXLV.

Potest nè pæna minui reo etiam contra fidem ob merita propria, vel parentum, &c. Potest ne augeri, aut infligi ob demerita, vel delicta commissa etiam tempore, quo erat Iudæus?

REGVLA CCCCXLVI.

Cuiuis, etiam in materia fidei reo, potest ne remitti, aut minui pæna, eo quod sit mutus, & surdus? vel à Patre in carcere præsentatus.

REGVLA CCCCXLVII.

Delinquens in quauis materia etiam fidei an, & quando ob bonum euentum excusetur à pæna? vel debeat ei minui?
REGULA CCCCXLVIII.

CAPUT II.

De singulis pœnarum generibus, & speciebus contra quosuis Delinquentes, maximè in materia fidei: de quidditate vniuscuiusque earum; an de ipsis multiplicandis in eodem reo ad multiplicationem criminum.

Ex pænis corporalibus capitalis qualiter dicitur? quando item ista pro morte naturali sumitur, etiam in Sancto Officio? quando secùs?
REGULA CCCCXLIX.
Quænam alia pæna non capitales, quibusuis Tribunalibus etiam Sancti Officij commune? Quid de ratione, & quidditate vniuscuiusque?
REGULA CCCCL.
Quando plura delicta commissa dicantur? & an vnica, uel pluribus pænis debeant puniri, etiam penes Tribunal Sancti Officij?
REGULA CCCCLI.

CAPUT III.

De pœnis spiritualibus contra hereticos, Apostatas, suspectos de hæresi, aut apostasia, &c. nempè excommunicatione, irregularitate, infamia, beneficiorum, dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum priuatione &c.

Qualiter pæna Excommunicationis hæreticos, Apostatas, eorum credentes, fautores &c. afficiat?
REGULA CCCCLII.
Quibus in casibus pæna Excommunicationis à delinquentibus contra fidem Catholicam cõtrahatur? in quibus uerò secùs?
REGULA CCCCLIII.
Per quem absolutio ab excommunicatione hæreticis, &c. impertiri potest? aliquando ne sine directa absolutione ipsis auferri ualet?
REGULA CCCCLIV.
Num hæretici, vel Apostatæ fiant irregulares? num tantum de hæresi suspecti irregularitatem incurrant?
REGULA CCCCLV.
Qualiter intelligatur pæna priuationis beneficiorum Ecclesiasticorum, & officiorum hæreticis iniuncta?
REGULA CCCCLVI.
Quatenus pæna infamia hæreticis, &c. imposita? De effectibus ex tali infamia dimanantibus quid?
REGULA CCCCLVII.
Carent ne hæretici, eorum credentes, &c. Ecclesiastica sepultura? Quid de pæna illorum, qui ipsos sepeliunt?
REGULA CCCCLVIII.

CAPUT IV.

De pœnis temporalibus contra Apostatas à fide, hereticos, credentes eorum, fautores, defensores &c. Ac primò de confiscatione bonorum ob delictum ab eo commissum, cuius bona publicantur.

Quibus nam in casibus, & contra quos delinquentes est imposita pæna confiscationis bonorum? an contra hæreticos, &c. qualiter?
REGULA CCCCLIX.
Num omnia bona hæretici, etiam donata sub conditione, & acquisita post delictum ante sententiam confiscationi subiaciant.
REGULA CCCCLX.
Debita, & iura hæretici actiua, vel passiua conditionalia ad fiscum ne pertinet? quid de donatis illi, aut propria ipsius arte acquisitis?
REGULA CCCCLXI.
An bona Ecclesiarũ, & Clericorum ob crimen hæresis ipsorum publicentur? quid de Iure patronatus Ecclesiastici? quid de pensione?
REGULA CCCCLXII.
Sub confiscatione bonorum ob crimen hæresis &c. qualiter comprahendi possunt Emphyteusis, census, & feudum? Qualiter secus?
REGULA CCCCLXIII.
Num fidei commissum, & maioratus ob crimen hæresis, &c. à possessore, aut institutore eius patratum confiscari possint; & quatenus?
REGULA CCCCLXIV.
Peculia quæuis, & legitima filij familias ob eius hæresim, uel aliud delictum, an, & qualiter confiscationi subijciuntur.
REGULA CCCCLXV.
Propter crimen hæresis, aut aliud ab uxore commissum, an bona eius publicanda uenidit? & quænam?
REGULA CCCCLXVI.
An, & qualiter confiscatio bonorum hæretici contumacis etiam existentium in alieno territorio facienda?
REGULA CCCCLXVII.
An ualeat alienatio facta à delinquente, cuius bona non ipso iure, sed per sententiam publicantur, ita ut à fisco reuocari non possit? aut secùs.
REGULA CCCCLXVIII.
Num ualida, & licita alienatio bonorum, quæ ipso iure confiscantur? & an fiscus sic alienata recuperare possit.
REGULA CCCCLXIX.

Qualiter se gerere debeat fiscus in dictis alienationibus rescindendis, ac bonis iam alienatis recuperandis?

REGVLA CCCCLXX.

Quid de confiscatione, aut de totali destructione Domus in qua hæretici, coueniunt, vel absconduntur, ne capiantur.

REGVLA CCCCLXXI.

CAPVT V.

De pæna confiscationis bonorum, quando ob hæresim, vel crimen vnius confiscantur bona alterius, ac de alijs huc spectantibus, vt de personis, quibus bona confiscata applicanda, & de restitutione, quorum per fiscum creditoribus facienda.

Quando ob crimen hæresis parentum Filij paterna hæreditate &c. priuentur? & quatenus, ac quinam ex eis huic pænæ subsint?

REGVLA CCCCLXXII.

Priuatio beneficiorum Ecclesiasticorum da iure communi an, & ad quos hæreticorum filios, & quantum se extendit? quid de iure municipali dicendum?

REGVLA CCCCLXXIII.

Num filij, vel nepotes hæreticorum, fautorum, &c. ob hæresim parentum infamiam coutrahant? aut irregularitatem incurrant.

REGVLA CCCCLXXIV.

An, & qnaliter filij, ac nepotes committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ amittant nobilitatem? vel secus?

REGVLA CCCCLXXV.

Ob hæresim, vel aliud crimen parentum Excluduntur nè filij à successione maioratus, qui non confiscatur n perpetuum?

REGVLA CCCCLXXVI.

Quænam filiorum peculia ob hæresim, vel crimen parentum confiscatione idignum publicanda veniant? & qualiter?

REGVLA CCCCLXXVII.

An publicatis bonis mariti hæretici, bona aliqua vxoris publicentur? è contra an publicatis bonis vxoris hæreticæ viri bona publicationi subiaceant?

REGVLA CCCCLXXVIII.

Qualiter fiscus debeat satisfacere creditoribus delinquentis, cuius boua publicantur, vt hic liber maneat ab obligatione illis restituendi?

REGVLA CCCCLXXIX.

Quibusnam personis applicanda bona maximè ob hæresim confiscata? & per quem Iudicem applicatio facienda?

CAPVT VI.

REGVLA CCCCLXXX.

De nonnullis alijs pænis temporalibus contra apostatas à fide, hæreticos, eorum credentes, fautores, &c. ac præcipuè de pœna pecuniaria.

An Inquisitores possint imponere pænas pecuniarias Sancti Officij? & quibusnam, ac qualiter? an saltem pro expensis factis in captura &c.

REGVLA CCCCLXXXI.

An hæreticus sit incapax, seu an tantùm indignus successionis ex testamento, vel ab intestato? Quid de incapacitate eius seù indignitate circa donationem aliquam?

REGVLA CCCCLXXXII.

Qualiter hæretici sunt incapaces testaudi? quid de filijs eorum circa hanc pænam, & circa dictam non succedendi ex testamento, &c.

REGVLA CCCCLXXXIII.

An, & quatenus pater ob crimen hæresis patriam potestatem iu filios, ac dominus similiter dominium in seruos amittant?

REGVLA CCCCLXXXIV,

Quid de pænis contra hæreticos amittendi quoduis ius, & obligationem? Atque eis fidem datam, ac securitatem promtissam non seruandi?

REGVLA CCCCLXXXV.

CAPTT VII.

De quibuscunque pœnis corporalibus contra reos, maximè Sancti Officij hæreticos, apostatas à fide, suspectos de hæresi, vel apostasia, credentes hæreticorum, fautores receptatores, &c.

Quando, & qualiter pæna mortis naturalis committentibus delictum contra fidem diuinam infligenda?

REGVLA CCCCLXXXVI.

Pæna carceris, seu immurationis quatenus in perpetuum, vel ad aliquod tempus reis Sanctæ Inquisitionis imponenda?

REGVLA CCCCLXXXVII.

Quid de pænis fustigationis, triremium, & amissionis libertatis? Qualiter reis Sancti Officij infliguntur?

REGVLA CCCCLXXXVIII.

Pœnæ relegationis, exilij, & detrusionis in monasterium condemnatis à sancto Officio quatenus imponendæ?
REGVLA CCCCLXXXIX.
De pœna portandi habitum, seù saccum benedictum? de pœna item audiendi missam in forma pænitentis quid?
REGVLA CCCCXC.
Quænam pœna pro Religiosis in sancto officio? quænam verò pænitentiæ salutares pro quibusuis reis in eo? qualiter item iniungendæ?
REGVLA CCCCXCI.

CAPVT VIII.

De quorumcumque delinquentium contra fidem pœnis, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs, seù arbitrarijs, in materijs particularibus, siue casibus quibusuis occurrentibus, & de probatione aliquando delicti ad eas incurrendas.

Veris hæreticis, aut apostatis vt pœna ordinaria imponatur, quænam probatio delicti requisita? sufficit ne per testes singulares?
REGVLA CCCCXCII.
Quænam pœnæ ob crimen Schismatis incurri possunt? quibus item Schismaticis ab officio sanctæ Inquisitionis infligendæ? quibus secus.
REGVLA CCCCXCIII.
Quid de pœnis hæreticorum, apostatarum, ac Schismaticorum fautoribus, defensoribus, receptatoribus, &c. imponendis? aut secus.
REGVLA CCCCXCIV.
Pœnæ infligendæ impedientibus sanctum Officium, maximè ex vi Bullæ, si de protegendis, quænam? & quando?
REGVLA CCCCXCV.
Polygami, & contrahentes matrimonium, Clerici, aut alij post emissam professionem in aliqua Religione quibus pœnis mulctandi.
REGVLA CCCCXCVI.
Qualiter à sancto Officio puniendi, qui in eo circa fidei causas falsum deponunt ad condemnandum innocentem, vel liberandum delinquentem?
REGVLA CCCCXCVII.
Quid de pœnis abutentium sacramento confessionis, aut alijs sacramentis, solicitando ad turpia, vel ad alia vitia?
REGVLA CCCCXCVIII.
Blasphemis quomodo, maxime hæreticalibus manifestis, quænam pœna, ac pænitentiæ à sancto Officio infligendæ?
REGVLA CCCCXCIX.
Quid de pœnis contra non denunciantes, & in excommunicatione Edicti, aut in alia per annum insordescentes?
REGVLA CCCCC.
Contra legentes, retinentes, &c. libros per Edictum sanctæ Inquisitionis prohibitos, quænam pœna statuta?
REGVLA CCCCCI.
Homines Laici, aut Ecclesiastici non Sacerdotes Missam celebrantes, vel confessionem audientes, an, & quibus pœnis à sancto Officio mulctandi?
REGVLA CCCCCII.
Num, & qualiter comedentes carnem, oua, & lacticinia diebus prohibitis ab Inquisitoribus plectendi?
REGVLA CCCCCIII.
An, & quænam pœnæ Iudæis, Mauris, ac alijs infidelibus ob delicta ad sanctum Officium spectantia ab Inquisitoribus infligendæ?
REGVLA CCCCCIV.
Quibus pœnis mulctandi sortilegi, pactum cum Dæmone quoquomodo habentes? Quid si ex sortilegio mors sequatur?
REGVLA CCCCCV.
Quid de pœnis, ac pænitentijs plurium casuum sanctæ Inquisitionis in Bullis Pontificijs, aut alibi expressorum?
REGVLA CCCCCVI.
Propositiones temerarias, malesonantes, Scandalosas pias aures offensiuas, &c. Quiuis proferens an, & qualiter à sancto officio plectendus?
REGVLA CCCCCVII.

CAPVT IX.

De reuocatione sententiæ iam latæ præsertim in sancto officio, vel de mutatione eius ex nouis probationibus, & indicijs. De dispensatione item in pœnis iam iniunctis, saltem ex parte. Atque de absolutione totaliter ab eis.

An Iudex ordinarius, maximè Inquisitor possit sententiam iam latam à se reuocare, aut corrige vel ob superuenientia indicia mutare?
REGVLA CCCCCVIII.
Quid de dispensatione in pœnis iam iniunctis, saltem ex parte à iudice quouis præsertim ab Inquisitore facienda?
REGVLA CCCCCIX.
Num in aliquo casu possit, & expediat alicui reo maximè sancti officij absolutio totaliter à pœnis tribui consulto saltem prius sanctæ Inquisitionis supremo Tribu-

bunali, aut Summo Pontifice?
REGVLA CCCCCX.

CAPVT X.

De Actu publico fidei celebrando, iniuncta omnibus obligatione assistendi. De concione in eo habenda, ac de materia istius. De abiurationibus, & pœnis, ac pœnitentij infligendis post lectionem Processuum; de constringendo Iudice Laico ad executionem pœnæ relapsorum. Atque de reis non adimplentibus pœnas, & pænitentias.

An, quando, vbi & qualiter D. D. Inquisitores teneantur Actum Fidei publicum celebrare? & iniungere Omnibus obligationem illi quamdiu fit, assistendi?
REGVLA CCCCCXI.

Habenda ne concio Initio Actus Fidei publici? à quonam, & de qua materia? Sacra Concio in Actu Fidei publico habita anno 1639. vt sit exemplar pro similibus.
REGVLA CCCCCXII.

Lectis processibus, & iniunctis abiurationibus, ac pænis, & pænitentijs vnicuique reorum, qualiter astringendus Iudex Laicus ad exequendam pænam relapsorum?
REGVLA CCCCCXIII.

Quid de condemnatis non adimplentibus pænas, aut pænitentias? Quomodo contra eos ab Inquisitore denuò procedendum?
REGVLA CCCCCXIV.

FINIS.

Laus Deo Opt. Max. ac sanctissimæ Deiparæ Virginis Mariæ.

LIBER

LIBER SEXTVS
DE MATERIIS
TRIBVNALIVM
FIDEI.
SEV DE REGVLIS MVLTIPLICIBVS
PRO FORMANDO

Quouis forum ministro, præsertim consultore, quoad punitionem, siue quoad pœnas, delinquentibus contra Fidem Catholicam, & condemnatis in Sancto Officio infligendas, cum pænitentijs etiam non rarò salutaribus. Vbi agitur de annexis præcipuè Consequenter, vt de potestate reuocandi sententias iam latas, de istarum executione, de Actibus fidei, seu spectaculis publicis habendis; ac de alijs pro complendo Opere.

PROOEMIVM.

EN ad postremam vastissimi, ac profundissimi pelagi regionem enauigandam vela pandimus. En portum optatissimum, diuina flante aura, per breui tempore non exigua Spe ingrediendi ducimur: En librum sextum, nostri operis vltimum aggredimur. Perspecta autem materia, de qua in eo agimus, indicata in proposito titulo pro illius Ingressu, seu Proëmio, menti opportunè se illud statim obtulit, quod narrat Scriptura Sacra 1 Reg. cap. 14. Pugnabat aduersus Philistæos Exercitus Israel, Ionatha Regis Saulis filio milite strenuo bellum præ cæteris promouente, adeò viriliter, & fortiter, vt ipse solus cum suo armigero, instinctu Dei ad stationem Philistinorum ante lucem ex improuiso transiens, & in medios hostes irruens, occisis ex eis non paucis, vniuersum ipsorum exercitum in fugam coniecerit, cum tanto terrore, & confusione, vt etiam nolentes se inuicem innumeri occiderint, affirmante sacro textu, vers. 20. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximum suum, & cedes magna nimis. Tunc cognito Ionathæ facto, vniuersi bellatores Israel vndequaque collecti, quasi decem millia, illico accurrerunt vsque ad locum certaminis, quibus Rex Saul, vt victoriam prosequerentur, donec vltio completa fieret, strictissimam sumendi cibum vsque ad Vesperam prohibitionem iniunxit, cum adiuratione, & execratione contra quemcunque prohibitionis violatorem. Notat optimè noster Salianus, vir eruditissimus in sua Epitome ad annum mundi 2964. & ante Christum 1088. num 18. non fuisse à Saule vetitum potum, eò quòd sitis minus tolerabilis, quàm fames, & quòd sumptio potus minimam afferat festinantibus moram.

2 Ex prædicta verò secunda ratione, non parum efficaci (præterquam quòd Ionathas nihil sciebat de prohibitione, & adiuratione Saulis, vt patet ex sacro textu) Innocens ipse, & excusatus videtur ob materialem prorsus, & perexiguam præcepti paterni transgressionem, quòd absque vlla mora, dum hostes persequeretur pro complemento victoriæ, extendit summitatem virgæ, quam manu tenebat, & intinxerit in fauum mellis, ac tantillum ex eo comederit. Adde his, quòd diuersi sacri expositores, vt S. Ioan. Chrys. homil. 14. ad Populum Antioch. Thedor. Procopius, & Lyranus condemnet Saulem, affirmantes de ipso, quòd stultè, & scelleratè egerit adiurando, & execrando populum, si lassas pugnando vires, cibo reficeret, quibus subscribit Gaspar Sanctius de nostra Societate IESV, insignis sacrarum scripturarum interpres, addens hunc errorem, non sanè leuem inde ortum fuisse, quòd cum Deum consulere aggressus esset, illius responsum non expectauit; Sicque aliquid inurbanæ impietatis commisit; ita ille: qui cum prædictis auctoribus innocentiam Ionathæ certam

3 iudicat. Quamquam è contra alij, vt S. Ambrosius Serm. 6. de Quadrag. Abulensis, & Caietanus

ietanus factum Saulis cum prudentia, & iustitia coniunctum volunt, & Ionatham in qualicunque paterni præcepti violatione nocentem iudicant: atque vtrumque vt probabilius Salianus ibidem defendit. Imo Sanctus Ambrosius laudat Religionem Saulis, & zelum exequendi pœnam mortis adiurationi annexam contra prohibitionis violatorem quicunque sit etiam si filius primogenitus Ionathas, Regni hæres; cum absque limitatione, Deo inuocato, & non respondenti ipse Saul dixisset. Domine Deus Israel da indicium; quid est, quod non responderis seruo tuo hodie? Si in me, aut Ionatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem cum autem emissa de more sors cecidisset super Ionatham, & sic transgressionem confessus, dolens dicit, Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce maior. Pater verò eius protinus addidit: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Quæ audiens populus Israel, & ægrè admodum ferens, ac sententiam mortis contra Ionatham iniquam, & iniustam iudicans, sic ait ad Saul. Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est, viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram quia cum Deo operatus est hodie, liberauit ergo Populus Ionatham, vt non moreretur, hactenus verba Sacri textus.

4\. Ex quibus, & ex reliquis adductis manifestè apparet, quàm controuersa, & quam irresoluta maneant adhuc hæc tria respectu Saulis, & Ionathæ: Primum an imprudenter, & scelerate ille egerit prohibendo Israelitis cibum vsque ad vesperam? Secundum an peccauerit Ionathas in tàm leui violatione talis prohibitionis, sibi haud notæ, sumendo tantillum mellis? Tertium sententia Saulis condemnatio illum morti, fuerit ne iusta? Seu potius iniusta? Sed ista non est nostri instituti amplius discutere; Ex omnibus tamen prædictis colligere id, quod ad rem præsentem spectat, nempè qualiter Iudices quorumcunque Tribunalium, præcipuè nostrorum Sanctissimæ Inquisitionis summa prudentia, & valdè matura consultatione procedere debeant, vbi agitur de condemnandis inquisitis, & de assignanda pœna vnicuique infligenda. Qualiter item euitatis illis duobus vitiosissimis, & iniustissimis extremis, de quibus Prouerb 17. Qui iustificat impium, & condemnat iustum abominabilis est vterque apud Dominum. Quæ exponunt Vatab. Iansen. & alij de iudicio forensi, quo Iudex, vel amore, vel odio, vel munere corruptus condemnat innocentem, & absoluit nocentem, & concinit illud Isa 5. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. His inquam extremis euitatis, proportionem inter quantitatem, & qualitatem delicti, ac inter quantitatem, & qualitatem pænæ in puniendo quouis delinquente seruare teneantur, iuxtà illud Apocal 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs suis, tantum date illi tormentum, & luctum. Vnde meritò in hoc sexto, & vltimo libro nostri operis de materijs Tribunalium Fidei, seu de Regulis multiplicibus pro formando quouis eorum ministro, præsertim Consultore expendimus pænas, delinquentibus contra fidem Catholicam per Ministros Tribunalium Sanctæ Inquisitionis infligendas, quò Illustrissimi DD. Inquisitores in eisdem assignandis, & infligendis maiorem facilitatem habere valeant: ad quem etiam finem adiungimus nonnulla, quæ prædictis consequenter annexa sunt, sicque hunc librum sextum, & totum ipsum opus diuina fauente gratia claudemus.

CAPVT I.

De pænis in communi apud quæcunque Tribunalia à Iudicibus eorum cuilibet reo, præcipuè delinquenti contra fidem Catholicam pro qualitate delicti infligendis.

PROEMIOLVM.

5 SEQVENTES vestigia aliorum præcipuè Antonij Sousæ, lib. 3. Aphor. Ferdinandi de Castro Palao, tract. 4. oper. Moral. disp. 3. & seq. Farinac. de hæresi, præsertim à quæst. 190. & Cæsaris Carenæ part. 3. tract. Sanctissimæ Inquisitionis titul. 13. non erit abs re, sed valdè opportunum, si præmittamus nonnulla in communi circa hanc materiam pænarum contra quoscunque reos cuiusuis Tribunalis, non solum in hoc capite, sed quandoq; etiam in sequentibus, vt faciliùs sternatur nobis via ad expendenda, & resoluenda quam multa in particulari, quæ de punitione, seu de pænis, ac pænitentijs reorum Sanctissimæ Inquisitionis copiosè admodum toto hoc ferè lib. 6 nostri operis trademus. Hinc
6 autem fiet, vt ipsum, iuxtà attestationem in titulo eiusdem exhibitam, non tantum DD. inquisitoribus, & alijs ministris Sancti Officij, maximoperè inseruiat, verùm etiam quibusuis Iudicibus, & officialibus aliorum Tribunalium valdè vtile, & per commodum existat.
7 Prædicta verò circa pœnas in communi à nobis tradenda, præcipuè desumentur ex Farinac.

nac. loc. cit. Sed magis ex Prax. eius crimin. tit. 3. à quæst. 17. vsque ad 26. Principalis tamen Choriferos, in exprimendis particularibus pęnis contra reos Sancti Officij, Castrum, Palaum allegatum, & Thomam Sanchez in Decalogum lib. 2. à cap. 8. semper habebimus.

Quid sit pœna? quænam diuisiones pænarum in communi, respectu quorumcunque reorum maxime Sancti Officij?

REGVLA CCCCXXX.

8 Definiri solet pæna sic. Est delictorum debita coertio, vel satisfactio, quæ à lege, aut à Ministris imponitur. Ex hac
9 autem secunda parte definitionis apparet iam manifestè præcipua, & generalis pænarum diuisio in Ordinarias, seù à Iure determinatas, & Extraordinarias, seù arbitrio Iu-
10 dicis infligendas. Partitur etiam pæna admodum generica partitione in duas species, nempè in spirituales, & corporales: quæ peculiariter reos Sanctissimæ Inquisitionis concernunt, vt inferius post expositas dictas pænarum diuisiones, & multiplices earumdem sub diuisiones clare innotescet.

11 Secundum D. Thomam 1. 2 quæst. 46. art. 6. ad 2. & de malo, quæst. 1, art. 4. Tabienam verb. Pæna principio, Sousam, lib. 3. Aphor. cap. 1. num 1. & alios, pæna essentialiter tria connotat; Primò quòd sit contra voluntatem. Secundò quòd iniungatur propter culpam; Tertiò quòd sit pas-
12 sio ab extrinseco. Adhuc autem attentis his tribus ex mente Canonistarum, sumitur pæna dupliciter, nimirum vel strictè pro ea, quæ est corporis afflictiua: vel latè, pro quancunque, quæ priuat ab aliquo legitimo, ita cum Panor. in cap. inter alia, extra de immunitate Ecclesiarum, Tabiena dict. verb. pæna, & Armil. eodem verb. num. 1. tradit Sousa ibidem, nu. 2.

13 Pænam item sic latè acceptam congruè definiuimus cum Iurisperitis, præcipuè cum Azor. in summ. de pænis. L. si pæna ff. de pænis, & quamuis ex terminis ipsis constet tradita definitio, ad maiorem tamen eius claritatem, perpendendæ doctrinaliter aliquæ ipsius particulæ, sicut, & nonnullæ totius Regulæ, vt hæc etiam magis clarescat.

14 Dicitur ibi, *Est delictorum, &c.* Nam vbi delictum non est, pæna ibidem locum non habet L. Aliud fraus est, ff. de verbor. significat; secundum quam sublato delicto, accusatio non potest ab vllo fieri, nec inquisitio vlla formari; ergo multo minus aliquem pæna affici. Docent Bart. in l. vbi pactum, C. de transact. & in L. si seruus, C. de ijs, qui ad Eccles. confug. Isao. in l. nam & postea, ff. de iureiur. Decis. cons. 256. nu. 2. & cum alijs quos citat Farinac. in Prax.
15 crimen. quæst. 17. num. 1. Vnde ipse meritò sub eodem tit. citato coniungit, & discutit has duas materias, de delictis, & pænis, vti inter se omnino in separabiles, & correlatiuos.

16 Item dicitur ibi, *debita coertio, vel satisfactio* delicta enim debent coerceri, & pro eis satisfieri ob publicam vtilitatem. Hinc communiter Doctores vno ore exclamant, nè delicta manant impunita, estque de iure secundum text. in l. ita vulneratus, in 1. respons. ff. ad l. Aquiliam, in l. citato, §. quod illicitè, ff. de public. & vectig. in l. si longius, §. 1. ff. de iudic. in l. si operis, C. de pænis, in cap. vt famæ, extra de senten. excom. & in alijs iuribus, quæ cum Petro à Plac. in Epitom. delict. cap. 21. adducit
17 Farinac. vbi supra num 2. Quod si hoc verum est respectu cuiusuis delicti, vt disponitur in citatis text. nō debere scilicet manere impunitum, quanto magis respectu heresis criminis omnium maximi, & grauissimi (excipe Odium Dei Opt. Max.) vt habetur in l. 1. C. de summa Trinitate, & fide Cathol.

18 Sequitur vltima definitionis particula, *qua à lege, aut à Ministris imponitur?* per quam abundè exprimitur principalis, & generalissima diuisio pænarum in Ordinarias, & Arbitrarias; illæ sic dicuntur, quòd sint iam à iure determinatæ, & necessario iniūgendæ cum moderatione, & limitatione, de qua infra. Descriptio verò istarum sic formari solet; Pæna arbitraria, seù extraordinaria est illa, quæ à iure determinata non extat, & à iudice imponitur pro suo arbitrio. Hoc autem quantumque liberum sit, debet regulari secundum ius commune. Tradunt Decian. crim. lib 5. cap 40. Azor. tom. 1. instit. Moral. lib. 8. cap. 10. Marant. de ord. iudic. par. 4. dist. 10. nu. 4. Marta, de Clausulis, par. 1. donclus. 303. & Sousa, lib. 3. Aphor. cap. 26. num. 1. & 2. Qui loquens peculiariter de Inquisitore, ac de reo Sancti Officij hoc subiungit nu. 3.

20 Inquisitor, inquit, in impositione pænæ arbitrariæ Deum, & iustitiam præ oculis habere debet, & suum arbitrium iuri, & æquitati conformare, ac eam pænam imponere, quæ sit magis medicina, quàm venenum, attenta personæ, & delicti qualitate. Pegna 3. par. Direct. ad quæst. 95. comm. 144. versic. iam in his, Rojas, de hæret. p. 1. num. 548. Tabien. verb. hæreticus, num. 23. & 24 Farinac. de hæresi, quæst. 193. §. 4. num. 84 ita ille, qui magis id declarat, exemplificat in hunc modum num. 6.

21 Pænæ, inquit, quæ arbitrio Inquisitorum imponuntur, cùm non solùm imponantur ad afflictionem corporis, sed etiam ad salutem animæ, esse debent contrariæ delicto, vt

vt si quis non ieiunabat, non audiebat missam, & similia omittebat, imponatur ei, vt ieiunet, sacris intersit, & alia, huiusmodi. Calderin. de hæres. cap. 20. num. 1. hæc Sousa.

22 De pænis autem in particulari arbitrarijs, quales sint, & quando reis Sancti Officij iniungendæ, explicabitur inferiùs: nunc tantum in communi, accipe, esse omnino certum, si agatur de condemnando reo non conuicto, nec confesso, sed solum de hæresi suspecto, quòd iste talis, attenta qualitate facti, & personæ, pæna arbitraria puniri, secundum textum in cap. vt cõmissi, vers. & illorum, de hæreticis in 6. vbi Glos. & alij communiter, Zabarel, in Clement. 2. §. Inquisiroribus, num. 2. Imola, in clementina, Ad nostram, num. 23. Syluest. in summ. verb. hæreticus §. 2. num. 11. & cum pluribus, quos abundè citat, Farinac. de hæres. quæst. 193. nu. 84.

23 Quoad aliam verò genericam pænarum diuisionem, quam Regula nostra exprimit, in spirituales, & corporales, pro aliquali nunc in communi earum maiori expræssione, nota quòd illæ sint propriè spirituales, quæ ad animam præcipuè spectant, vt excommunicatio, irregularitas, suspensio, &c. Atq; illæ corporales, quæ spiritualibus propriè dictis opponuntur, & istæ vel respiciũt corpus tantum, vel famam, & dignitatem, vel bona, & fortunas. Ita benè diuidunt, & subdiuidunt Decianus, crim. lib. 5. cap. 40. Azor. tom. 1. instit. Moral. lib. 8. cap. 10. & Sousa lib. 3. Aphor. cap. 1. num. 4. & 6.

25 Particula illa propè finem Regulę posita. *Qua peculiariter reos sanctissima Inquisitionis concernunt* intelligitur maximè quo ad pęnas spirituales, & quoad excommunicationẽ nõ qua Ecclesia hęreticos, & apostatas à fide, ac illorum quę fautores, gra-
26 uissimè punit. Propterea scriptores agentes de pęnis contra reos Sancti Officij primo loco eam ponunt, vt Sousa lib. 3. Aphor. cap. 2. Castrus Palaus dict. Tract. 4. disp. 3. punc. 5. & Sanchez lib. 2. in Decalogum cap. 9. nos infra opporeunè de ea agemus, nunc pręstat plura de pęnis communia addere, Atque hic finis Regulę.

An possit Iudex, vel Inquisitor in pæna ordinaria per legem statuta dispensare, aut aliquid de ea mutare, vel minuere.

REGVLA CCCCXXXI.

27 Vt plurimum nullus Iudex, aut Inquisitor (excepto Summo Pontifice, ac suprę mo Principe, vel ipso legis auctore) habet potestatem dispensandi, aut relaxandi pęnas contra reos, pręcipuè Sancti Officij à iure positiuo statutas: Quòd si temerè dispenset, non solùm illicita, & iniusta, sed inualida etiam erit dispensatio. Ni-
28 hilominus certum est, stante causa rationabili, & legitima, à Iudice quantumuis inferiori, aut à quouis Inquisitore dictas pęnas huius arbitrio posse mutari, vel mi-
29 nui, & imò, augeri. Concluditur itaque, Quòd hodie iuxta facti, & cuiusq; personę prosequutę qualitatem omnes pęnę arbitrio iudicantis iniungantur, cum minori, aut maiori augmento.

---

30 Ad clariorem intelligentiam doctrinę contentę in prima parte huius Regulę, expedit primo loco naturam dispensationis declaremus: Describitur communiter sic, dispensatio est iuris relaxatio facta cum cognitione causę ab eo, qui potest relaxare. Ita Nauar. in Summ. pręlud. 9. num. 15. Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 31. num. 1. Emman. Rodr. regul. tom. 1. qu. 46. art. 1. & Thom. Sanchez lib. 8. de matrim
31 disp. 1. num. 1. Qui benè notat, per hanc descriptionem solum explicari dispensationem illam, quę licitè sit.

31 Quotuplex autem sit dispensatio, breuissime tradit Farinac. de hęresi quęst. 193. § num. 67. sequentibus verbis. Et in proposito scias, quatuor esse dispensationum species, vnam scilicet semiplenam, aliam plenam, aliam pleniorem, aliam plenissimam; quas vide benè declarantem, & earum effectus ponentem Hostien. in summ. rubr. de hęret. §. quando, & qualiter num. 12. in fin. vers. Sed quęritur repertor Inquisitorum in verb. dispensare, vers. Item quotuplex potest fieri dispensatio cum hęreticis. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 15. ad finem hęc ille, quo cum remitto lectorem ad auctores per ipsum citatos pro maiori huiusce rei intelligentia.

33 Iam quo ad pręsens institutum de dispẽsando in pęnis ordinarijs vniuersalioribus terminis proponit dubium idem Fatinac. in prax. crimin. quæst. 17. num 3. nempè, An delicta sint cum misericordia castiganda, an verò seueriter, & ad iuris vigorem? hinc inde discutit egregiè ipsum, & in vtrãque partem, & iuris, & doctorum varia
34 testimonia adducit. Ac primò pro parte negante, quòd sine vlla venia, sint punienda delicta, facit text. in cap. vt Clericorum, extra de vita, & honestat. Cleric. vbi dicitur, quòd facilitas venię incentiuum tribuit delinguendi item text. cap. loci, §. proinde 35. quæst. 9. text. etiam in l. nemo, & ibi Bald. C. de Episc. iudi. & alij multi text. Ex quibus clarè patet, delicta non cum pietate, sed cum seueritate esse castiganda; quod tuentur quamplures, vt Alexan. de nouo Fab. à Monteleone. Neuiz. Paris de Puteo, & alij à Farinac. relati.

35 E contra verò in puniendis criminibus non rigore, sed clementia, & benignitate esse vtendum, innotescere videtur ex text.

in cap. discidlina, & cap. Namque 45. dist. & cap. quid faciat, 23. quęst. 3. in quibus vniuersaliter ostenditur, quòd seueritas cũ benignitate semper temperanda sit, item ex text. in l respiciendum §.1. & in l. hodie ff. ee pęn. vbi dicitur, quòd etiam in grauioribus delictis seueritatem legum esse coniungendam cum temperamento beni-

36 gnitatis. Et quidem multo melius est, iudicem reprehendi de misericordia, quàm de seueritate, iuxt. cap. alligant 36. quęst. 7. & tradunt spec. in tit. de sent. §.6. vers. igitur, & vers. si autem, Corn. cons. 296. Tiraq. de pęnis, caus 24. nu. 2. & plures citati à Farinac.

37 Qui tandem benę resoluit, quod sine causa non possit Iudex minuere pænas per legem, aut statutum, vel consuetudinem inductas, & quòd inpuniendis delictis morum rigorem, & non misericordiam, & veniam seruare teneatur, nisi aliud causa aliqua exigat. Patet ex textu, in Authen. de Iudic. §. oportet, vbi dicitur quòd Iudex non debet esse clementior lege, & ex text. in l. 1. §. in fin. ff. ad S. C. Turpil. in cap de causis, de offic. delegat. & in cap. licèt, vbi Gloss. verb. penam, extra de pænis: Atque his iuribus manifestè ostenditur, certam pænam à lege, vel consuetudine statutam, non posse per Iudicem remitti, minui, au-

38 geri, vel aliter arbitrio mutari. Nam facti quęstio arbitraria est Iudici, pęnæ tamen executio non eius voluntati committitur, sed legis auctoritati reseruatur. cap. iudicet, 3. quæst. 7. & l. si qua pęna, ff. de verb. signif. Docent vt certum communiter auctores, pręcipuè D. Thom. 2. 2. quęst. 67. art. 4. cuius verba in corpore art. sic habent.

39 Respondeo, inquit, dicendum, quòd sicut ex dictis patet, duo sunt, quantum ad propositum pertinet, circa Iudicem considerandа, quorum vnum est, quòd ipse habet iudicare inter accusatorem, & reum; aliud autem est, quòd ipse non fert iudicij sententiam, quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate. Duplici ergo ratione impeditur Iudex, ne reum à pęna absoluere possit. Primò quidem ex parte accusatoris, ad cuius ius quandoq; pertinet, vt reus puniatur, puta propter aliquam iniuriam in ipsum commissam, cuius relaxatio non est in arbitrio alicuius Iudicis, quia quilibet Iudex tenetur ius suum reddere vnicuique. Alio modo impeditur ex parte Reipub. cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, quòd malefactores puniantur, hæc ille.

40 Addit autem Farinac. ibidem num. 6. quòd Iudex, qui sine causa reo pęnam ordinariam remittit, aut minuit, (ibidem esse tunc minuere, aut re mittere ostendit ipse ex l. seruos, in fin, (de vi publ.) plura contrahat incommoda. Primò; quòd indicet se conscium Criminis; cap. sicut, & c. negligere, 2. quæst. 7. cap. error, 83, dist. & l. fin. vbi Bald. C. de Commercijs, & merc,

41 Secundò, quòd sit puniendus eadem pęna, qua delinquens puniri debebat, l. nulli, in fin. C. ne Sacrum Baptisma reiter. l. Christianis, C. de pagan. l. præcepit. C. de Canon. larg & cap. vt clericorum de vit. & honest. Cleric. estque receptum valdè inter Scriptores, ita Clarus, in pract. quæst. 85. vers. vlterius quęro. Menoch. de arbitr. qq. lib. 1 quęst. 99. num. 11. Hippol Rimin. cons. 245. num. 22. lib. 3. & plures, quos adducit

42 Farinac. loc. cit. Tertiò, quòd inde infamiam cõtrahat l. seruos, in fin C. de vi publ. secundum Deci. in cap. de causis de offic. deleg. Roma sing. 77. Neuizam in Sylu nup.

43 §. non est nubendum nu 71. & alios. Quartò, quòd infligatur ei punitio per amissionem bonorum, l. C. de deserto. Roma in l. si verò, 1. de viro, in 26. fallent. ff. soluto matrim. & Farinac. vbi supra, penes quem hęc magis per extensum tractata, legas.

44 Quòd si respectu cuiusuis Iudicis sæcularis, vel Ecclesiastici tradita doctrina verum habet quòd nequeat relaxare, aut minuere, vel mutare pænas ordinarias contra reos à lege statutas: quanto magis vera erit respectu Inquisitoris, seù alterius docidentis causas fidei, attenta maiori grauitate delicti contra ipsam? Audi Sousam circa hoc:

45 In pęnis, inquit, quas ipso facto incurrunt hæretici, fautores, & similes, quæque in iure determinatæ sunt, dispensare nequeunt, neque Inquisitores particulares, neque Generalis Inquisitor; cum hoc nusquam sit illis permissum Zanchin. de hęret. cap. 39 vbi Campeg. Criland. de releuatione carceratorum, tit. de beneficio, & indulgentia Principis. Pegna par. 1. direct ad l. Cunctos populos C. de sum. Trinit. ita ille, lib 3. Aphor cap. 37. num. 13. cum attestatione quatuor citatorum.

46 Confirmatur inde, quia tametsi secundum Conar. 4. Decret. 2. par. cap 8. num. 6. & 11. Lopez. par. 2. instruct de clauibus, cap. 9. ac Sanchez dict. lib. 8. disp 2. estque communior doctrina, possit interpretari latè potestas dispensandi per superiorem inferiori Iudici concessa; si tamen in pænis hæreticorum, & fautorum, ipsimet dispensatio concedatur, strictè sine dubio interpretanda venit; ita idem Sanchez, disput. 1. num. 3. & 13. cum Garcia part. 1. de Benef. cap. 6. num. 58. & seqq. quibus addc Sousam dict. cap. 37. num 9.

47 Qui benè præmittit num. 4. quòd vniuersaliter loquendo iuxta cap. Tali coniugio 1. quæst. 7. requiratur ad legitimam dispensationem, præter auctoritatem dispensantis, necessitas, aut vtilitas, vel euidens

48 prærogatiua meritorum. Atque statim num. 5. optimè subiungit ex mente D. Thomæ 1. 2. quæst. 97. art. 4. ad 3. & in 4. dist. 15. quæst. 3. art. 2. q. 1. ad 3. Suarez de legibus lib. 6. cap. 14. num. 4. & aliorum, dispensationem factam ab inferiori circa pęnas statu-

statutas in legibus superiorum eatenus esse validam, quatenus ab eisdem superioribus ipsi conceditur, seu permittitur, & non aliter. Vide Suarem citatum.

49 Ex dictis infertur esse nullam dispensationem, si inferior Iudex, vel Inquisitor absque necessitate, vel sine causa legitima dispenset, circa pœnam in lege Superioris cōtentam, quamuis hic facultatem illi dispensandi absolute concesserit. Nam intelligitur de concessione ad dispensandum, existente causa legitima. ita Syluest. verb. dispensatio, quęst. 3. num.5. Soto lib. 7. de iust. quęst. 4. art. 3. vers. Rursus circa eamdem Sanchez. dict. lib. 8. disp. 17. num. 4 & Sousa dict. cap. 37. num. 6.

50 Quid item de limitatione expręssa per parenthesim in Regula nostra? Nullum dubium, quòd sit valida quęuis dispensatio, extenso sermone respectu cuiuscunq; legislatoris, in pęnis contentis in lege edita per eum, qui dispensat; tametsi ab ipso sine causa vlla circa illas dispensetur. Erit tamen talis dispensatio iniusta, seu illicita. Docent idem Soto lib. 1. de iust. quęst. 7. art. 3. & lib. 7. quæst. 4. art. 3. ad 2. Tabien. verb. dispensatio quęst. 14. num. 14. & Sanchez d. lib 8. disp 17. q. 2 & 3.

51 Particulariter quoad casum nostrum de potestate dispensandi in Summo Pontifice quid? Audiamus circa hoc Sousam, breuissimè resoluentem. In omnibus, inquit, pęnis hęreticorum, fautorum, & similium, tàm arbitrarijs, quā ordinarijs, valet Summus Pontifex dispensare: Cum in omnibus quæ sunt iuris humani per Pręlatos, vel Ecclesiam instituti, dispensandi habeat potestatem. S. Thom. in 4. dist. 27. quęst. 3. art. 3. ad 2. & quolibet 4. art. 13. Doctores in cap. significasti de Elect. cap. Proposuit de concessione prębend. hęc ibi Antonius Sousa.

52 Confirmatur sumpto argumento à maiori ad minus, quia si iuxta magis probabilem sententiam, quam cum Gloss. cap. à nobis, verb. exemptus, de deci. Abb ibi nu. 4. Angel. verb. Papa Cano. relecti de pænis, par. 5. & cum multis alijs, tuetur Sanchez lib. 8. disp. 7. quęst. 1. num. 5. & seqq. efficacibusque argumentis probat, nempè quòd Summus Pontifex aliquando dispensare posse in iure naturali, & diuino, quanto magis idem semper efficere circa ius quoduis positiuum valebit; ergo poterit relaxare pęnas quaslibet hæreticorum, fautorum, & similium.

53 Superest ostendenda vltima pars nostrę Regulę, quòd nihilominus existente causa legitima, possit quiuis Iudex pęnas ordinarias à Iure statutas, non solum relaxare, vel minuere; Sed etiam pro arbitrio suo, mutare, vel augere: adeò vt hodie omnes pęnæ attentis facti, & personarum qualitatibus, ac alijs circumstantijs, arbitrio iudicantis remittantur. Patet manifestè ex text. l. hodie, vbi Bart. & alij, ff. de pænis l. & si seuerior, vbi Gloss. & Doct. C. ex quibus cau. infamia irrog. item ex text. cap. de causis, extra de officio Deleg cap. At si Clerici, §. de Adulterijs, extra de iudic. cap. quoniam frequenter, §. fin. vt lite non contestata. Tradunt vt certum omnino Archidiac. Bald. Innoc. Paul. de Castro, Hostien. & alijs quos copiosè refert, & sequitur Farin. in prax crimin. quæst. 17. n. 7. & ostendens hoc sic prosequitur num. 8.

54 Ratio, inquit, istius arbitrij sic à Iure Iudicibus concessi, potuit esse, secundum Doctores præcitatos ex circumstantijs, & qualitatibus personarum delinquentium, & locorum, vbi delicta perpetrantur, ex quibus crimen ipsum quandoque fit excusabile, quandoque autem magis atrox, & odiosum habendum. cap. sicut dignum, in princip. extr. de homic. l. Grachus, C. ad Leg. Iul. de adult. l. si adulterium, §. Imperatores, ff. eodem, dictasque omnes circumstantias, & qualitates, cum lex ipsa exprimere non potuerit, sed quasdam tantum expresserit, & in d. l. aut facta, §. 1. cum duabus seque: ideo dedit Iudici hāc facultatem, & arbitrium, vt secundum facti cōtingentiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret, minueret, vel mutaret] hæc ille, vide plura apud ipsum, diuersis Ampliationibus, & limitationibus, ac sublimitationibus dictum arbitrium declarantem.

55 Quænam autem sint causæ legitimæ, & sufficientes, ex quibus possint Iudices, aut etiam Inquisitores relaxare, vel minuere, aut mutare pœnas à lege, vel consuetudine inductas, patebit ex tradendis infrà; interim lege Farinac. d. quæst. 17. à num. 10. Magis etiam innotescet ex dicendis inferius qualiter Doctrina proposita de arbitrio in mutandis, vel minuendis, pœnis à Iure statutis, respectu inquisitorum fidei locorum habeat. Atque his iam finis Regulæ imponatur.

Num Iudex, vel Inquisitor in pœnis non statutis à lege, sed merè arbitrarijs possit dispensare, aut eas minuere, vel augere, & aqualiter?

REGVLA CCCCXXXII.

56 NEquit Iudex vllus inferior, aut fidei Inquisitor sine causa iusta pœnas arbitrarias omnino relaxare; si tamen relaxatio ita fiat à Principe, aut Magistratu, vel Inquisitore supremo, valida erit,
57 sed illicita. Quoad diminutionem autem, in alijs criminibus non conceditur Iudici post latam sententiam pro arbitrio pœnā minuere, in causa verò hæresis concessum
58 est Inquisitori. Item vbi, Iudex, vel Inquisitor potest alternatiuè duas pœnas inæquales pro eodem delicto imponere, licet attentis circumstantijs id requirentibus

bus videatur infligenda maior, in dubio
tamen benè faciet, si minorem imponat.
59 Denique quo ad augmentum, pro atro ci-
tate alicuius criminis potest grauissima
pœna arbitrari, etiam aliquando Capita-
lis, si hoc arbitrium à Principe, aut supre-
mo Iudice, vel Inquisitore fiat, & nequa-
quam sit aliàs iure aliquo prohibitum.

---

60 OStenditur breuissimè per partes
tota doctrina huius Regulæ. Pri-
ma manifestè patet, quia vt iam diximus
supra, omnes Doctores communiter, &
vno ore exclamant, quòd delicta non de-
beant remanere impunita iuxta text. in l.
ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, & in l. Ca-
pitalium, §. famosos, ff de pœnis, & alios,
quos abducit Farinac. in Prax. crim. quæst.
17. num. 1. cum Pet. à Plac. in Epit. delect.
cap. 21. & quidem remanerent sæpius de-
licta irrationabiliter impunita, si quiuis
Iudex haberet facultatem pœnas arbitrias
sine iusta causa prorsus relaxandi. ergo &c.
61 Confirmatur, quia secundum D. Tho-
mam 2. 2. quæst. 67. art. 4. (vt relatis eius
verbis dictum iam suprà) ex duplici capi-
te non potest Iudex reum à pœna ordina-
ria liberare. Primò ex parte accusatoris,
cuius sæpius interest, vt reus puniatur. Se-
cundò ex parte Reipublicæ, cuius etiam
interest, vti iam antea ostensum, delicta
puniri, & latè probant Tiraq. de pœnis, in
præfat. num. 1. & seqq. Ghirl. in tract. de re-
laxat. carcerat. tit. de sent. & pœnarum exe-
quut. quæst 6. Conrad. in pract. tit. de ho-
mic. num. 15. & cum alijs citatis Farinac. d.
quæst. 17. num. 5. sed ex vtroque illo capite
idem locum habet in pœna merè arbitra-
ria, vt per se patet cum sit fundatum in
iure naturali; ergo nequit eam sine iusta
causa quiuis Iudex, aut Inquisitor re-
laxare.
62 Quòd item si relaxatio in pœnis merè
arbitrarijs fiat sine causa à Principe, seù
supremo Magistratu, vel Inquisitore, sit va-
lida, ostenditur manifestè à fortiori ex tra-
ditis per nos Regula præcedenti, num. 50.
& 51. quia si absque causa pœnas ordina-
rias potest Princeps, seù supremus Magi-
stratus maximè Papa quoad reos sancti Of-
ficij validè relaxare, quanto magis idem
poterit in pœnis merè arbitrarijs? ob de-
fectum tamen causæ iustæ erit talis relaxa-
tio illicita. vt dict. num. 50. cum Soto, Ta-
biena, & Sanchez ibi citatis diximus.
63 Differētiam autem adductam inter Iu-
dicem inferiorem, & Principem, seù Ma-
gistratum supremum optimè assignat D.
Thomas 2. 2. quæst. 67 art. 4. in corpore eius
his verbis *Sed tamen*, inquit, *quantum ad
hoc differt inter inferiores Iudices, & su-
premum Iudicem, scilicet Principem, cui est
plenaria potestas publica commissa. Iudex
enim inferior non habet potestatem absol-
uendi reum à pœna contra leges à Superio-*
64 *re sibi impositas. Vnde super illud Ioannis
19 Non haberes aduersum me potestatem
vllam, dicit Augustinus, tract. 116. tom. 9.
Talem Deus dederat Pilato potestatem; vt
esset sub Cæsaris potestate ne ei omnino li-
berum esset accusatum absoluere: sed Prin-
ceps, qui habet plenariam potestatem in re-
publica, si ille, qui passus est iniuriam, ve-
lit eam remittere, poterit reum licitè absol-
uere, si hoc publicæ vtilitati viderit non es-
se nocumentum.*] hæc Doctor Angelicus.
65 Ex qua eius Doctrina, communiter re-
cepta, clarè deducitur, quòd nequeat vl-
lus Iudex, aut Inquisitor pœnam siue or-
dinariam, siue arbitrariam, quæ parti læsæ
debetur, seù applicatur, contra eius vo-
luntatem remittere, imò nec pro arbitrio
eam minuere si sit à lege, vel statuto ta-
xata. ita Snusa lib. 3. Aphor. cap 30. nu. 6.
cum Soto de iust. & iur. lib. 4. quæst. 5. art. 4.
& Farinac. dict. quæst. 17. num. 71. vbi plu-
res citat, & exemplificat sic.
66 *Limita*, inquit, *VI. in pœnis parti appli-
candis, exempli gratia, Mandat statutum
uulnerantem puniri pœna ducentorum: quo-
rum centum fisco, alio uerò centum uulne-
rato applicentur. Iudex non poterit isto ca-
su pœnam dicto uulnerato debitam remitti-
re, uel minuere. Glo. in l. uenia, & ibi com-
muniter notant omnes, præsertim Decius
num. 9. C. de in Ius uocan.*] ita ille, qui inter
relatos adducit Menochium, de arbitr.
67 quæst. lib. 1. quæst. 96 num. 1. & 2. quo cum
benè ait hoc extendendum esse ad Princi-
pem; per quem si de plenitudine potesta-
tis pœna remittatur parti læsæ debita, te-
netur de suo proprio eam ipsi restituere, &
quamuis in casu proposito sit sermo de
pœna ordinaria à lege statuta, eadem ta-
men censetur ratio de pœna merè arbitra-
ria; cum vtraque fundetur in iure natura-
li, ex cuius vi talis remissio fieri nequit sub
mortali à Principe, vel Iudice quouis.
68 Præterea circa diminutionem, vel mu-
tationem pœnæ arbitrariæ, nullum dubiū,
Quòd existente causa iusta, & rationabili
possit licitè Iudex ordinarius eam immu-
tare, vel minuere, & ad hoc habet iure
concessum arbitrium. ita Tiraq. de pœn.
temp. in præfation. nu. 16. & seqq. Menoch.
de arbitr. dict. quæst. 96. num. 14. & Farinac.
69 ead quæst. 17. à num. 7. Qui num. 22 pe-
culiariter exprimit cum Gondisal. de hæ-
ret quæst. 17. idem competere Inquisitori,
quòd in crimine hæresis, aut in præsum-
ptione eius pro ratione qualitatum, & cir-
cumstantiarum occurrentium, possit pœ-
nas minuere, & immutare.
70 Verùm notanda differentia, de qua Sou-
sa dict. cap. 30. nu. 4. breuissimè sic; Quam-
uis, inquit, in alijs criminibus Iudex post
latam sententiam non possit pœnam mi-
nuere inconsulto Principe; in crimine ta-
men hæresis, vel suspicionis illius id Inqui-
sitori licet. Ghirlan. de hæret. relaxat. car-
ceratorum, de sentent. & pœnar. execut.
quæst.

quæstio, nu. 3. Farinac. dict. quæst. 17. n. 61.]
71 ita ille. Vide ipsum Farinac. circa vtrum-
que. Primùm inde ostendit, quia post la-
tam sententiam cum Iudex dicatur functus
officio suo, ideò nequit minuere, vel alte-
rare pœnam in tali sententia iniunctam,
text. in L. mortis, §. iste ferè, ff. de pœn. & in
L. Iudex postquam, ff. de re iudic. Sed de
hoc infra, vbi erit nobis sermo de potesta-
72 te reuocandi sententias. Secundum ostē-
ditur ex cap. Commissi, §. nec non, de hæ-
ret. in 6. vbi in fauorem fidei id concedi-
tur Inquisitoribus, vt etiam post latam
sententiam possint denuò circa pœnam
arbitrari, eam minuendo, alterando, vel
augendo.
73. Hanc autem concessionem Inquisitori-
bus factam explicat magis, & limitat Sou-
sa lib. 3. Aphor. cap. 37. num. 11. sic: *Attento,*
inquit, *iure communi possunt inferiores In-
quisitores simul cum Episcopo, cuius iurisdi-
ctioni subsunt, dispensare in carcere, & alijs
pœnis per ipsos impositis cum id viderint ex-
pedire. Pen. in 3. par. Direct. quæst. 59. com-
ment. 108. versic. Postremo de Commuta tio-
ne, & ad quæst. 96. comment. 145.*] ita ille:
74 Et addit num. 12. In Lusitania, inquit, &
in Hispania Inquisitores inferiores non di-
spensant in pœnis etiam per ipsos imposi-
tis: hoc enim Generalibus Inquisitoribus
reseruatum est. Simanach. Cath. inst. tit. 16.
num. 20. & tit. 47. num. 12. & sequenti Pen.
dic. versic. Postremo, Regim. Inquisit. Lusi-
75 taniæ tit. 3. cap. 5.] ita ille. Qui nihil dicit
de Inquisitoribus Italiæ; Crederem idem
esse de his, atque de illis: quandoquidem
nostris Melitensibus prohibitum à Sacra
Congregatione Sancti Officij Vrbis, mi-
nuere, aut commutare pœnas per ipsos iā
inflictas, sine licentia illius, vt patet ex lit-
teris eiusdem 21. Maij 1625. & 28. Augu-
sti 1632.
76 Deco, quod sequitur in Regula num. 58.
agit benè Sousa lib. 3. Aphor. cap. 30. nu. 12.
cum alijs: accipe eius verba, Quando, in-
quit, eiusdem criminis dantur duæ pœnæ,
quas Iudex alternatiuè potest imponere;
si circumstantiæ & qualitates occurrentes
postulant, vt maior pœna imponatur, lici-
tum est Iudici pœnam augere; in dubio
tamen minorem imponat. S. Thom. 2. 2.
quæst. 67. art. 4. ad 1. Menoch. d. lib. 1. qu. 85.
77 & 94. num. 2.] ita ille. Qui addit statim
num. 13. circa idem de duplici pœna alter-
natiua sic: Si verba, inquit, legis, quæ pœ-
nam alternatiuè ponit, dirigantur in per-
sonam delinquentis: vt si dicat: *Soluat cen-
tum, vel recedat à Ciuitate*: Electio est de-
linquentis, non Iudicis. Menoch. dict. lib. 1.
quæst. 94. num. 4. & 5.] hæc ille, quæ vt sci-
tu digna, volui obiter adnotare.
78 Quid tandem addendum circa augmē-
tum pœnæ arbitrariæ? Concordant om-
nes Doctores in hoc, quòd pro qualitate
delicti maioris enormitatis, vel atrocita-
tis, concedatur Iudici facultas arbitrandi
maiorem, seù grauiorem pœnam. Quod-
nam autem delictum sit huiusmodi, arbi-
trio ipsius Iudicis resoluendum, attentis
circumstantijs facti personarum, loci, tem-
poris, &c. ita Menoch. de arbitr. lib. 2. ca-
su 266. nu. 2. Clar. §. fin. quæst. 83. Scias au-
tem, Farinac. Prax. crim. quæst. 18. num. 62.
ac seqq. & Sousa dict. cap. 30. num. 17.
79 Non nihil verò controuersum est apud
ipsos Doctores, an quiuis Iudex, vel In-
quisitor possit arbitrari pœnam capitalem?
circa quod præmittimus primò vt prorsus
certum, quòd pœna arbitraria possit extē-
di ad mortem; si ita expresè lex, seù statu-
tum permittat; & è contra quòd nequeat
extendi, si ita expresè prohibeat. Tra-
dunt Maran. de Ordi. iudi. par. 4. num. 71.
versic. tertiò limita, Deci. in cap. Ex litte-
ris num. 14. Bald. in l. 1. C. de his, qui latro.
occult. & Farinac. cum multis, quos citat,
dict. quæst. 17. num. 55. Atque secundum
hanc doctrinam dicunt procedere text. in
cap. Inquisitionis extra de accusat in l. 1. ff.
de fur balne; & alibi.
80 Præmittimus item vt certum, quòd pœ-
na arbitraria non extendatur ad mortem;
quando in simili delicto non est consuetū
infligi pœna mortis; secùs, si ita sit consue-
tum, ita idem Marant. vbi supra num. 73.
Marsel. in pract. §. Constante, n. 78. Paris de
syndicat. verb. arbitrium, num. 17. Iul. Clar.
in pract. §. final. quæst. 83. vers. sed quæro in
fin. & cum pluribus, quos copiosè adducit
81 Farinac. dict. quæst. 17. num. 53 & 54. Vbi
addit cum generalitate, quòd in arbitran-
dis pœnis nō possit Iudex recedere ab eo,
quod est solitum, & consuetum, probatque
per text. in l. si quis reum, ff. de custo. reo-
rum in authen. Iubemus, C. de iudic. in l.
hodie ff. de pœnis, & alibi.
82 Tertiò præmittimus vt certum, quòd in
Principe omnes pœnæ sint arbitrariæ; Vn-
de, ipso consulto, poterit quiuis Iudex pro
grauitate criminis pœnam mortis arbitra-
ri. ita Farin. dict. quæst. 17. num. 60. cum
Aug. ad Ang. de Malef. verb. & caput à spa-
tulis, vers. quando aliqua L. prout illum re-
fert Io. Mar. Montic. in pract. crimin. reg. 2.
num. 8. vers. quod autem, & Carre. in prac.
tract. de homic. §. circa igitur, quib. ex
caus. pœna augeatur num. 31. & 32.
83 Superest, quid de Iudice inferiori, non
consulto Principe? in hoc præcipuè consi-
stit punctum controuersiæ. Pro cuius de-
cisione sit conclusio; Vbi conceditur ar-
bitrium Iudici in pœnis à iure expressis,
vti concessum est in actione iniuriarium,
pro quibus statuitur pœna corporalis, &
pecuniaria ad arbitrium Iudicis, l. 2. & l.
iniuriarum æstimatio ff. de iniur. tunc ob
iniuriæ enormitatem potest Iudex arbi-
84 trari pœnam mortis. Secùs verò est, quan-
do Iudici tribuitur arbitrium infligendi
pœnas non à iure expressas; Nam in hoc
casus nequit Iudex affirmare crimen capi-
tale, quod de se non existit capitale; & vbi

crimen capitale non est, non potest ipse pœnam mortis infligere. Vtrumque egregiè docet Farinac. dict. quæst. 17. num. 56. cum Maran. de ordin. iud. par. 4 dist. 1. n. 72. Feli. in cap. ex litteris, versic. quarta declaratio, extra de constit. & cum alijs.

85 Quid item si lex, vel statutum concedat Iudici arbitrium moderandi pœnas, poterit ne tunc arbitrari mortem? valde recepta est pars negans, seù limitatiua, quia verbum, modero temperamentum ac diminutionem significat, & non augmentũ, cap. statutum, de præbendis in 6. ita Maran. Decia. Felin. & alij, quos citat Farinac. dict. quæst. 17. num. 57. Ipse tamen benè ibi distinguit cum Menoch. de arbitr. qu. 87. num. 6. & seqq. Accipe distinctionem proprijs eius verbis.

86 Aut pro delicto à iure communi, vel statuto est inducta pœna corporalis, & postmodum remissum Iudicis arbitrio illam moderandi, & tũc est vera limitatio, quòd non poterit pœnam mortis arbitrari: quia non esset temperare, & moderare, sed il-
87 lam indicere. Si verò à iure communi, statuto, vel consuetudine pœna aliqua non est indicta, sed simplici Iudici datur arbitrium moderandi pœnas, & tunc limitatio non procedit, sed poterit Iudex pœnam arbitrari vel ad mortem, ad aliud genus pœnæ, iuxta perpetrati dilicti & delinquẽtes, & circumstantias: quia isto casu verbum modero, non significat temperamentum, & diminutionem, sed significat idem quòd verbum arbitror. ita ille.

88 Quoad nostros denique Inquisitor arbitrium extendere vsque ad pœnam mortis, etiam in casibus in iure non expressis, vt indubitatum, & receptum ab omnibus decidit benè Ant. Sousa lib. 1 11. Aphor. c. 20. num. 4. cum Arnal. Albertino, Molin. de Societate Iesu, Farinacio, & Maranta, per
89 ipsum allegatis. Verùm talis arbitrij executio non solet fieri sine consultatione, & Ordine Sacræ Congregationis Vrbis, aut Supremi Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis, vt ex dicendis infra patebit, nunc dicta sint satis pro Regula præsenti.

Quotuplex arbitrium? Quo item modo circa dispensationem, & augmentum pœnarum à Iudice, vel Inquisitore formandum?

REGVLA CCCCXXXIII.

90 Arbitrium in relaxatione, aut diminutione, vel augmento pœnæ siue arbitrariæ Iudici, aut Inquisitori concedi solitum, duplex esse potest, plenum videlicet, seù omnino liberum, & regulatum,
91 seù iuri consonum. De hoc autem secundo vt plurimum concessio talis intelligitur vbi criminalis de taxatione pœnarum agitur, debetque ille consonantiam cum iure ex alio casu simili, pro regulando præsenti exprimere, vt rectè, ac legitimè de pœna
92 infligenda arbitretur. Quòd si in arbitrio istius à iure ex causa iusta recedat, hanc in sententia saltem in communi indicare tenetur, ne in syndicatu id ei obijciatur.

93 TRaditis vtraque Regula immediatè præcedenti magnum lucis augmentum affert doctrina præsentis Regulæ, sed multò maius est declaratio; quam breuiter perpensis singulis eius partibus, ibi tradam cum Menochio, Farinacio, Sousa, & alijs citandis.

94 Quod sit duplex arbitrium, quo Iudex, vel Inquisitor ex causa legitima possit pœnas, tam ordinarias, quàm arbitrarias relaxare, aut minuere, vel è contra augere, traditur communiter sine vlla contradictione ab omnibus, præcipuè à Menochio de arbitr. lib. 1. quæst. 6. num. 1. Qui vtriusque definitionem, seù descriptionem egregiè proponit. Primum, nempè plenum, seù liberum arbitrium sic describitur. Est concessio à lege vel ab homine facta, qua potest iudex proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere, ita ille dicta quæst. 6. num. 3.

95 Secundum verò, regulatum scilicet, seù iuri consonum arbitrium, sic definitur. Est concessio à lege, vel ab homine facta, qua potest iudex secundum ius, rationem, & æquitatem animi sui proferre sententiam. idem Menoch. num. 2. & cum eo Sousa lib. 3. Aphor. cap. 30. num. 8. & 9. Neutra ex his definitionibus indiget maiori declaratione, cum satis ex se ipsis innotescant.

96 Quidquid autem sit in ciuilibus de concessione arbitrij etiam pleni, seù liberi ad decidenda negotia, quod non est nostri instituti discutere; in causis tamen criminalibus, quoad taxandas pœnas, à Iudice, vel Inquisitore reis infligendas, quando conceditur arbitrium, rarò, aut nunquam intelligitur, de alio, quàm de secũdo, quod iure, & ratione regulatur, illique consonat. Ratio est, quia in tali arbitrio includitur præiudicium tertij; ergo debet esse iure, & ratione regulatum. ita Menoch. dicto lib. 1. quæst. 9. num. 8. & Sousa ibidem, num. 10.

97 Sed petes, quandonam censebitur arbitrium iure regulari? & quid peculiariter præstare debet Iudex, vel Inquisitor, vt rectè, ac legitimè ipsum efformet? Verùmque paucis comprehensum accipe à Sousa, dict. cap. 30. num. 11. Tunc, inquit, arbitrium regulatur iure, quando Iudex ex similibus iure, vel consuetudine determinatis ad similia procedit etiam in criminalibus; cuius similitudinis in determinando debet expressam mentionem facere. Menoch. dic. lib. 1. quæst. 14. num. 3. ita ille cum attestatione Menoch.

98 Dicit autem benè Sousa esse regulatum arbi-

arbitrium, si ex similibus iure vel consuetudine statutis simile quid Iudex, aut inquisitor arbitretur. Nam aliquando consuetudo in taxatione pœnarum cõtra de-
99 linquentes præualet iuri ciuili. Vnde, attento iure (id, quod facit ad rem præsentem, & poterat adduci in Regula præcedenti) Iudex habens arbitrium commutandi pœnam mortis in aliam, non potest assignare aliud genus mortis minus ignobilis, nec aliam pœnam corporis afflictiuam, seb aliquã temporalem, vt exilij &c. Deducitur clare ex l. si adulterium, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de adulter. & ex l. Cornelia, §. cum quidem, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Docetque rectè Farinac. dict. q. 17. num. 72. cum Adrian. Carrer. Faller. Marsil. & multis alijs, quos citat, & diuersimodè exemplificat.
100 Verum, secundum consuetudinem pluribus in locis legitimè introductam Iudex, vel Inquisitor habens arbitrium ex causa iusta commutandi pœnam mortis, potest commutare in aliam corporis afflictiuam, vt fustigationis, triremium ad tempus, aut in perpetuum, maximè si reus sit persona vilis conditionis, sicque de facto seruatur, vt ait Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. quæst. 85. vers. Vlterius quæro, in ditione Senatus Mediolanensis, & in statu Ecclesiastico, teste Farinac. ibidem nu. 73. qui hac doctrina omnino certa, præter
101 Clarum, alios citat. Quamquam meritò addit num. 74. si alicubi talis consuetudo non extat, nullo pacto ibi esse recedendum à iure communi, & allegat pro hac additione Hippol. Rim. libro 3. consil. 245. num. 12.
102 Sed quid si Iudex, aut Inquisitor in arbitrio pœnæ contra reum ex causa iusta recedit ab eo, quod à iure, vel consuetudine legitima disponitur, tenetur ne talem causam in sententia indicare? supponendum vti prorsus indubitatum, quòd regulariter non solum non obligetur Iudex exprimere in sententia causam eius; sed etiã censeatur fatuus si id efficiat, ob eam saltem rationem, quia inde viam aperit impugnandæ suæ sententiæ. Tradit Farinac. dict. quæst. 17. num. 62. ex mente omnium, præcipuè Imol. in l. si is, ad quem, ff. de acquiren. hæredit. Videnturq; facere ad rem text. in cap. sicut, & cap. cùm Bertoldus, de re iudic.
103 Nihilominus in casu præsenti Iudex, vel Inquisitor sententiam ferẽs ad expressionem causæ tenetur, quando propter eã à pœna legali, aut consuetudinaria per arbitrium sibi concessum recedit, siue agatur de relaxatione pœnæ, siue de augmento, aut diminutione eius, ita Iul. Clar. in prac. quæst. 85. versic. vlterius quæro, Carrer. in tract. de homic. §. circa quartum, & vltimum, num. 26. & 27. Sali. in l. properandum, §. illud proculdubio, versic. aut quæritur, C. de iud. Bald. in reper. l. quid ergo, §. pœna grauior, versic. istorum opinio, ff. de his, qui notan. infam. & alij multis quos citat, & sequitur Farinac. vbi supra, innotescitque ex testibus numero sequenti allegandis.
104 Quinimò generale hoc est, quòd quilibet Iudex quotiescunque dispositio per legem, aut consuetudinem rectè introductã ex causa iusta declinat, teneatur hanc in sua sententia iudicare l. sciendum, de appel. recip. l. prima, C. de præd. decurio. li. 10. l. si adulterium cum incestu, §. idem Pollio, ff. de adult. Tradunt communiter Scriptores in cap. sicut, de re iudic. Ioan. Andr. in add. ad specu. tit. de sent. §. qualiter, versic. Vtrum si rationes, Imol. in cap. præterea in fide dilat. & Farinac. dict. quæst. 17.
105 num. 63. Qui cum Oldrad. Deci. Roma. Angel. & Tiraq. in locis per ipsum relatis extendit prædictam doctrinam ad Summũ Pontificem; Quòd hic etiam, quando ex causa aliquid contra ius concernens Vniuersalem Statum Ecclesiæ rescribit, debeat in rescripto eam exprimere, sed nequaquã spectat ad nostrum institutum id amplius discutere.
106 Obligatio autem dicta exprimendi in sentẽtia causam, ob quam à Iudice, vel Inquisitore recedendo, ob ordinatis per legem, aut consuetudinem, pœna augetur, vel minuitur, conducit ad illum excusandum, ne teneatur in syndicatu, non verò ad sententiæ validitatem, & substantiam. Si enim sine causa id faciat, lex supplet quidquid deest, l. quarta, §. si quis, ff. de re iudic. ita Barr. in l. relegatorum, §. ad tempus, in fin. ff. de interd. & releg. Sali. in l. properandum, §. illo proculdubio, C. de iudic. ibi etiam Alexa. & cum alijs, quos adducit Farinac. dic. quæst. 17. num. 64.
107 Dubitatur tandem talis expressio causæ qualiter sit exequenda, an sufficiat eam exprimere tantùm in genere? Resolutio sit affirmatiua; vt si Iudex dicat *iustis de causis animum nostrum mouentibus*, ita communiter doctores, præcipuè Tiraq. de pœn. temperan. in præfat. num. 70 vbi testatur apud ipsum in iudicijs id obseruari, Ghirlan. de relax. carcerat. in tit. de senten. & pœnar. execut. quæst. 6. num. 7. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 96. nu. 17. & post alios Farinac. ibidem num. 65. quidquid in contrarium dicat Carre. in prac. tractat. de homic. §. circa quartum, & vltimum n. 26. contra vsum ferè vbique receptum. Atque his finis Regulæ.

Quid, & quotuplex dolus? & qualiter propter eum, & carentiam ipsius Iudex, aut Inquisitori pœnam augere, vel minuere potest?

REGVLA CCCCXXXIV.

108 Communiter definitur dolus generice sumptus, Machinatio ad decipien-

cipiendum fallendumque alterum adhibita, cùm aliud agitur, & aliud simulatur. Multiplices traduntur doli diuisiones, præcipua est illa, qua diuiditur in verum, & præsumptum, vterque statim explicabitur.
109 In dubio nō præsumitur dolus, nec fraus,
sed potius culpa; imò neque hæc est præsumenda, & quæuis interpretatio potest
110 admitti ad excludendum dolum. Hic
autem probari debet præsumptionibus, & indicijs sufficientibus; quænam verò huiusmodi sint, Iudicis, vel Inquisitoris arbitrio decernendum, estque hoc difficile præstare; cum ex eisdem circumstantijs personæ, loci, modi, &c. oppositæ desumantur præsumptiones ad excludendum dolum, vel includendum, & consequenter ad
111 pœnam minuendam, vel augendam. Quā-
quam circa pœnas, quæ ob delicta contra fidem externè commissa, ipso facto incurruntur, vel à iure iam taxatas, non est attendendum Inquisitori ad iudicia inclusiua, vel exclusiua doli, secus circa aliàs.

---

112 DIximus supra concedi quandoque
arbitrium Iudici, aut Inquisitori de pœnis relaxandis, minuendis, augendis, ac commutandis ex causa iusta; Sequitur videndum, qualiter causæ ad id sufficientes se habeant; & primo loco occurrit dolus, de quo, & de fraude, ac de culpa, maximè lata, alijsque illi annexis, prout conducunt ad dictum effectum, copiosissimè tractant Doctores, præsertim Menoch. de præsumpt. lib. 5. & Farinacius in prax. crim. tit. 10 quæst. 87. 88. & 89. ex quibus, & ex alijs nonnulla breuiter desumemus.
113 Diuersæ assignantur doli definitiones;
propositum tamen in Regula vti magis cōmunem, & perspicuam, ac declarantem completè eius naturam, prout distinguitur à culpa, & dicit quid diuersum ab ea, approbant, & meritò Syluest. verb. culpa, Salycet. in l. nulla, num. 7. versic. 2. quæro, C. de pignorat. action. & cum alijs Farinac. quæst. 88. num. 3. desumuntque ex l. 1. §. 1.
114 ff. de dolo malo. Sed placet cum Arnol.
Albertin. aliam breuissimam doli definitionem ex D. Thoma 2. 2. quæst. 55. art. 4. hic apponere, quòd scilicet dolus sit executio astutiæ.
115 Occurrit hic illico dubium, an fraus,
& dolus inter se differant? Vnum cum altero solet à Doctoribus confundi, & pro eodem sæpius reputari, vt videre est penès Bart. in l. quod Nerum, num. 1. ff depos it. & Fely. in cap. si autem, num. 1. extra de rescrip. notatque benè Farinac. dict. qu. 88. num. 39. Vnde definitio doli tradita, applicatur etiam fraudi, quòd sit machinatio ad decipiendum, fallendumq; alterum adhibita, cùm aliud agitur, & aliud simulatur. Vel eius natura à Deci. in l. generaliter, num. 1. ff. de reg. iur. declaratur sic: Fraus est tacere exprimenda, vel exprimere falsò tacenda ad sui commodum, & alterius deceptionem.
116 Nihilominus certum est, quòd differāt
inter se in multis, vt exactè ostendit Decian. par. 1. lib. 1. c. 5. à num. 10. vsque ad 14. & quod se habeant vti species, & genus; Fraus enim inest dolo sicut species generi, secundum communem interpretationem, l. iuris gentium §. sed & si fraudandi, ff. de pact. Vnde omnis fraus est dolus, sed non è contra, cum latius pateat doli significatio, quàm fraudis, probat hoc cum Bart. in dict. l. Quod Nerum, num. 1 ff de pos. Fa-
117 rin. ibidem, num. 41. Competit itaque
fraudi propòsita definitio doli, secundum rationem genericam; at secundnm rationem specificam ipsius propriam, hoc modo definitur, quod sit actus malitiosus tendens de permisso ad prohibitum, ita idem Farinac. num. 35. ex Decian. dict. cap. 5.
118 num. 20. Vbi addit, quòd Fallacia, Cal-
liditas, & impostura sint species fraudis. Quamquam peculiariter exprimit cum Alcia. in l. aliud est fraus, ff. de verb. signif. quòd fallacia loquendo committatur, calliditas verò tacendo, atque hæc de fraude obiter approbo pro infra expendendis.
119 Expedit etiam aliquid de culpa dice-
re, vt magis muniatur via ad eundem effectum: Definitur culpa genericè accepta sic: Est deuiatio ab eo, quod diligentia hominis potuit præuideri. Bart. in l. quod Nerum num. 6. ff. de pos. & Farinac. dict. quæst. 88. num 49. Definitio verò culpæ prout in se includit dolum, est huiusmodi: Voluntaria declinatio à bono, vel ex malitia, vel ex negligentia procedens. ita D. Thom. 2. 2. quæst. 34. art. 2. Decian. lib. 1. c. 6. num. 1. & Farinac. ibidem. Culpa denique à dolo separata, ita definitur est excessus, siue peccatum per imprudentiam admissum in alicuius damnum, quod tamen per prudentiam, si adesset aduertentia, cultari posset. Tradunt Decian. & Farin. locis proximè citatis.
120 Culpæ item quatuor species, seù gradus
communiter assignantur, nempè latissimæ, latæ, leuis, & leuissimæ. ita Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 124. Decia. dict. cap. 6. num. 7. & Farin. dict. quæst. 88. num. 33. & seqq. Vbi per istum vniuscuiusque natura exprimitur. Latissima culpa est, quæ procedit ex calliditate, vel machinatione ad decipiendum, fallendumque alterū adhibita ex veris indicijs præsumpta. Vnde vel coincidit cum dolo, vel huic est proxima. Culpa verò lata definitur, Deuiatio circumspecta ab ea diligentia, quam communiter habent homines, qui sunt eiusdem professionis, & conditionis.
121 At leuis culpa est facere, vel non facere,
id, quod diligens pater familias faceret, vel omitteret in rebus suis. Tandem leuissima culpa est deuiatio incircumspecta ab ea diligentia, quā habent homines diligentissimi eiusdem conditionis, & professionis.

122 Ap-

122 Appellatione autē culpæ in dubio venit culpa leuis, probatur ex text. in l. contactus, ff. de reg. iur. & l. impuberibus, §. is quoque, il 2. ff. de action. & oblig. atque ex alijs; Docentque Alciat. in l. culpæ latæ, num. 2. versic. Solent tamen, ff. de verb. signific. Marant. in specu. par. 4. num. 69. Decian. tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 22. & cum alijs Farinac. dict. quæst. 88. nu. 91.

123 Quamquam num. 100. benè ipse limitans addit, quòd debeat intelligi, quando subiecta materia aliud non suadet; nam tunc culpa accipitur secundum subiectam materiam: sic etiam affirmant Alciat. in l. magna, num. 1. ff. de verb. signif. & Decian. loc. cit. num. 22. vbi ait, quòd quando susubiecta materia id patitur, tunc culpæ appellatione veniat etiam dolus, & lata cul-

124 pa, vel latior. Quam esse quintam speciem culpæ voluerunt aliqui, quos referēs videtur sequi Bart. in l. quod Nerua, nu. 8. ff. depos. Sed meritò cum ex mente pluriū reijcit Farin. dict. quæst. 88. num. 60. affirmans latiorem culpam esse idem quod dolus, &c.

125 Sequitur videndum, quotuplex sit dolus: sex eius diuisiones tradit cum varijs auctoribus Farinac. dict. quæst. 88. à num. 5. vsque ad 34. Primò, alius est dolus verus,

126 alius autem præsumptus. Secundò diuiditur dolus in velatum, simulatione scilicet, vel alio modo, & in apertum, qui com-

127 mittitur cum vi. Tertiò, alius est dolus malus, quem supra definiuimus, alius bonus conducens ad salutem, de quo est illud D. Pauli 2 Corinth. 12 Ego vos non grauaui, sed cum essem astutus dolo vos

128 decepi. Quartò, diuiditur, quòd dolus alius sit in committendo, alius in omitten-

129 do. Quintò, partitur in dolum maiorem, & minorem, cum delictum aliquando maiori dolo, aliquando minori committatur.

130 Sexto, & vltimo, dolus alius est ex proposito, & alius ex re ipsa: Vniuscuiusque prædictarum diuisionum naturā rectè explicat citat Farin. Vide apud eum; Nos pro nostro instituto solùm primam, in dolum verum, & præsumptum cum ipso Farinac. & cum alijs aliquantulum expendemus.

131 Dicta autem diuisio doli in verum, & præsumptum, licet non reperiatur in toto corpore iuris, admittitur tamen communiter à Doctoribus teste Farin. num. 5. Secundum Bart. in l. Nerua, num. 12. de pos. dolus verus, seu manifestus describitur, quòd sit machinatio ad decipiendum, fallendumque alterum manifestè adhibita. Ex qua adscriptione infert bene Surd. decis. Mantua. 216. num. 15. non probari dolum, nisi etiam probetur animus fallendi.

132 Quoad dolum item verum, seu manifestum præcipuè notandum, quòd dolus verus indicijs, & præsumptionibus probetur, manifestis tamen, & euidentibus, nec desinet esse dolus verus, quamuis per huiusmodi indicia, & præsumptiones ostendatur. ita cum Bart. Pacia. Curt. Iun. & cum alijs per eum relatis. Farinac. dict. qu. 88.

133 num. 8. Atque num. 10. aliud meritò notandum adducit cum Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 135. (Licet hic alibi sibi contrarius videatur) quod dolus verus non sit ille, qui à lege inducitur, præsumiturue, sed qui probationibus, vel coniecturis, & indicijs detegitur. hoc ille.

134 Presumptus verò dolus sic describitur, est machinatio ad decipiendum, fallendūque alterum præsumptiuè adhibita. Vnde in hoc præcipuè differt à vero dolo, quòd præsumptus sit ille, qui ex indicijs non manifestis, & non omnino concludentibus, sed tantùm probabilibus ostenditur. Docet Farinac. ibidem num. 12. & 13 ex Bart. in l. quod Nerua, num. 13. & seqq. ff. depos. cum Capr. conclus. 78. num. 12. & cum alijs pluribus.

135 Omissis varijs differentijs, quas inter dolum verum, & præsumptum assignant scriptores, maximè citat. Capra, num 13. & seqq. cum Menoch. de præsumpt. 3 nu. 9. vsque ad 14. Hanc ab eis secundo loco accipe, nempè, quòd à vero dolo nulla sit excusatio, benè tamen à præsumptione idem variatis aliquantulum verbis tradit Decia. par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 14. & 16. vbi ait quod dolus verus nulla excusatione excusari, aut interpretari potest, semperque in malam partē accipitur; præsumptus autem quandoque excusatur, & in bonam partem interpretatur. ita ille, & cum ipso Farin. vbi supra num. 18.

136 Dupliciter item accipitur dolus præsumptus, nempè, vel respectu probationis, cum non plenis, & concludentibus probationibus, sed indicijs, & præsumptionibus probatur. attenta l dolum. C. de dolo. Vel respectu essentiæ, seù qualitatis ipsius doli, vt si ius ex aliquo actu præsumit dolum, ita in l. quod Nerua, ff. depos. dolus præsumitur ex eo, quod in rebus alienis non sit

137 quis sic diligens sicut in suis. Hinc ex traditis per Bald. in l. quæ fortuitis, nu. 8. versic. aduerte, &c. C. de pignor. actio bene deducit Farinac. dict. quæst. 88 nu. 21. quod possimus dicere, dolum dupliciter esse presumptum, vel præsumptione hominis, vel præsumptione iuris prædictis omnibus sic præmissis.

138 Videndum iam, qualiter ratione doli, vel carentiæ eius pena arbitrio Iudicis, aut Inquisitoris augeri, imminui, aut relaxari possit; Ac primò quòd vbi dolus in delictis nullo modo adest, nec etiam pœna regulariter loquendo habeat locum; probatur ex text. in l. 1. C. de Sicar. in l. qui iniuria, ff. de Furt. in l. quod Reipublicæ ff. de iniurijs, & in l. cum autem, §. excipiuntur ff. de ædil. edict. Atque ex istis iuribus manifestè deducunt Marant. in spec. par. 4. num. 58. vers. quarū prima, Marsi. in l. Cornelia la 2. §. cum quidam. num. 3. ff. de deg.

De-

Decia. tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 9. & Farinac. quæst. 87. num. 1.

139 Sicut è contra si adsit dolus in cōmittendo delicto, nequit omitti pœnam aliquam sic dolosè delinquenti infligere; certum tamen est, quòd semper dolus præsumptus mitius puniri debeat, quam verus, ita cum Tiraquel. de pœnis temperan. caus. 15. num. 2. & cum alijs Farinac. dict.

140 quæst. 97. num. 4. Qui infra num. 68. idem repetit, nu. 69. meritò facit conclusionem generalem, quod dolus minor semper mitiori pœna punitur, quam maior, probatque auctoritate eiusdem Tiraq. Blach. in pract. §. visis indicijs, num. 132. & aliorum.

141 Hæc autem conclusio licet sit intelligenda de vtroque dolo, vero scilicet, & præsumpto; cum respectu vtriusque detur latitudo maioris, & minoris; distinguendum tamen circa dolum verum; nam si iste sit coniunctus cum speciali, & nominato delicto, tunc punitur pœna illius delicti in quo inest, vt in homicidio, furto, sor-

142 tilegio, Apostasia, & similibus. Si verò dolus non habeat nominatum delictum, eo casu extra Ordinem Iudicis, aut Inquisitoris arbitrio puniri debet l. 1. & 3. ff. de crim. Stellion. & ibi Gloss. Bart. Albert. ac Reliqui Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 2. Decian. tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 8. & Farinac. ibidem num. 67.

143 Expendendum iam sequitur, an in dubio præsumatur dolus, aut saltem fraus? Concordes sunt Auctores in responsione negatiua circa vtrumque. Atque hinc deducunt, quod dolus, & fraus per allegantem probari debent. Patet de dolo ex l. quoties, la 2. §. qui dolo, ff. de probat. expressè dicitur: Qui dolo dicitur factum aliquid, licet in exceptione, docere dolum admissum debet. traduntque vt certum Paul. de Castro in l. transactionem, num. 1. C. de transact. & præter plures, quos allegat, Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 531. num. 9.

144 Quod item fraus non præsumatur, nisi probetur per allegantē, ostendit clarè textus in l. patronus, ff. de probat. l. si prætor, §. Marcellus, ff. de iudic. l. 3. §. fina. & ibi Gloss. ff. de tribut. act. ancharan. consil. 381. num. 5. vers. item qui allegat dolum, vel fraudem. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 814. num. 1. & Farinac. cum alijs quæst. 89.

145 num. 4. Qui benè addit nu. 6. cum Laym. in quæst. de indem. mulier. num. 53. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. n. 31. & seqq. quòd potiùs præsumatur error siuè iuris, siue facti, quam dolus, secūdum text. in l. quod adhibitus C. de his, qui sibi ascrib. in testam.

146 Aut saltem præsumitur potius aliqua culpa, quàm dolus, vel fraus. Docent vt certum Mascard. post alios qui adducit, de probat. lib. 1. conclus. 467. num. 17. Dyn. in Regu. in obscuris num. 17. vbi ait, quod in dubio sit potius præsumenda qualitas exgrauans, & Farinac. in prax. crim quæst. 85.

147 nu. 26. Præmittens rectè ibi cum Bald. in l. fin. vers. sed nihil apparet num. 1. C. de ædili. action. Roma cons. 455. num. 5. Alua. de præsump. reg. 1. præsump. 6. nu. .. & cum alijs pluribus, quòd potius delictum minus præsumi debeat, quàm maius in casu dubio,

148 Quid quod in dubio nec culpa, nec delictum præsumitur, ac propterea, qui hoc, vel illā allegat, probare tenetur. ita Gloss. & Doctores in l. quoties §. qui dolo, ff. de probat. & facit ad rem text. in l. fin. verb. interdum, ff. de cust. reor. & magis in l. meritò, ff. pro Socio. traduntque vt certum Bald. in l. precibus, num. 21. vers. excusat ergo, C. de impuberibus, & alijs subst. Alciat. de præsumpt. 1. num. 1. & cum alijs Farinac. quæst. 85. numero 1. & quæst. 89. num. 10.

149 Ad exclusionem autem tum doli, & & fraudis, tùm culpæ, & delicti omnis interpretatio facienda est, etiam si verba aliquo modo improprientur. Ostenditur per text. in cap. cum tu. extra de testi. tradūtque vt prorsus verum Auctores præcipuæ Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. num. 63. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1003. num. 7. Bertazz. consil. 71. num. 21. lib. 1. affirmans ibi, quòd amplientur, & restringuntur ad effectum excludendi præsumptionem delicti, & cum pluribus, quos citat Farinac. quæst. 85. n. 17. & q. 89 n. 8.

150 Videndum modò qualiter dolus, & fraus probentur? Communis est ferè omnium resolutio, quòd vtriusq; probatio fiat præsumptionibus, coniecturis, & indicijs. Pro huius resolutionis ostensione est text. in cap. de renuntiat. in 6. & docent. Albert. in l. dolum, num. 1. versic. fraus etiam, C. de dolo, Paris. cons. 97. num. 17. Decia. cons. 32. num. 4. lib. 13. & Menoch. de præsumpt. l. 5.

151 præsump. 3. nu. 43. Quo cum citato per ipsum benè defendit Farinac. dict. qu. 89. num. 20. ad probandum dolum admitti cōiecturas, nedum iuris, sed etiam hominis; & reddit rationem, quia certum est, quòd doli, ac fraudis coniecturæ arbitrio Iudicis, remittantur, vt infra clarius dicetur; Ergo, &c.

152 Sed petes, quot præsumptionibus, vel coniecturis dolus, & fraus probētur? Duabus sufficienter probari dixerunt Aym. cons. 153. num. 11. ac 12. & Decia. vbi supra. Quorum dictum meritò cum limitatione approbat Farinac. ibidem num. 22. nempè sufficere duas, dummodo sint graues, & nō leues, reiecto Decian. qui affirmauit leues esse sufficientes, contra id, quod clarè deducitur ex l. dolum. C. de dolo.

153 Quamquam autem ex textu in l. sed & si Maritus. §. & si constanter, ff. qui & à quibus. Ostendi videtur, quod ad probandum dolum, & fraudem non sufficiant coniecturæ,

ctura, & indicia: sed requiratur concludens probatio, sicq; tenet Anchar. consf. 251.
154 nu. 4. Nihilominus optimè Farinac. dict. quæst. 89. nu. 19. inde confirmat doctrinam num. 150. traditum, quia cum fraus, & dolus de sui natura sint difficilis probationis, propterea illa probatio, quę in hac materia doli, & fraudis resultat ex coniecturis, & indicijs, dummodo ista sint perspicua, dicitur dilucida, & concludens.
155 Quòd verò dolus, & fraus probari debeant coniecturis, & indicijs perspicuis, patet manifestè ex dicto text. in l. dolum. C. de dolo. ibi dolū ex indicijs perspicuis probari conuenit. Ad quæ verba omnes eorum interpretes adnotarunt, & præter ipsos, manifestè tenuerunt Capra concil. 87. nu. 50. Luc. de Penna in l. quemadmodum, num. 23. vers. nam perspicuis, C. de agric. & censf. lib. 11. & cum alijs, quos refert Farinac. dict. quæst. 89. num 26. & nullus est, qui circa hoc dubitet cum sit in iure adeò expressum.
156 Extat tamen non exiguum dubium, quænam dicantur indicia perspicua? Mirum, quam varia responsio à Doctoribus detur: nouem modos respondendi cum auctoribus vniuscuiusque adducit Farinac. ibidem, à num. 27. vsque ad 35. videas copiosè apud ipsum: nobis attingere sic sa-
157 tis. Perspicua itaque indicia dicuntur, vel quæ non sunt leuia: vel quæ sunt manifestæ probationis: vel quæ non possunt trahi, nisi in malam partem: aut sunt perspicua indicia, hoc est manifestissima: aut perspicacia: item perspicua, idest vrgentia, & concludentia; aut etiam indubitata. Tandem dicuntur indicia perspicua, hoc est præsumptiones valdè euidentes.
158 Concludit autem num. 36. Farinac. cū Virg Boccac. in cōstit. Piten glo. 8. nu. 289. quocunque ex dictis modis sumantur indicia perspicua, requisita ad probandum dolum, quod debeat intelligi respectu doli veri; qui, vt diximus supra, manifestis, & indubitatis, concludentibusque indicijs est probandus; cum tunc propriè censeatur verus dolus, quando huiusmodi indicijs probatur. Secùs verò respectu doli præsumpti; ad cuius probationem sufficiunt indicia probabilia, & non ita manifesta.
159 Nihilominus adhuc quænam dicantur indicia indubitata, manifesta, & vrgentia; quænam verò tantùm probabilia, & non ita vrgentia Iudicis, aut Inquisitoris arbitrio relinquitur. ita præter plures iuris expositores circa textum in l. dolum. C. de dolo, tradunt præcipuè Lucas de Penna in l. quemadmodum, num. 23. C. de agric. & censit lib. 11 Corne. cons. 140. num. 11. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 530. num. 10. & cum alijs Farinac. dict. quæst. 89. num. 25.
160 Vnde iam per se manifestè apparet, quam difficile sit Iudicibus, aut Inquisitoribus negocium istud, efformandi tale arbitrium, & decernendi, qualia adsint indicia doli, quales coniecturæ, & præsumptiones, ac cuiusnam doli, an veri, vel tantùm præsumpti pro augenda, vel minuenda, aut commutanda pœna reo. indeque difficultatis ratio præcipuè insurgit, quod sæpius circa eumdem casum ex circumstantijs facti, personæ, modi, &c. oppositæ reperiantur præsumptiones, aut coniecturæ, itaut vna ostendit dolum, & altera ipsum tollat. Docent benè Aym. cons. 8. num. 9. Brunor. à Sole in suo crim. nu. 62. Mascard. de proba. lib. 1. concl. 531 num. 11. & cum
161 alijs Farinac. dict. quæst. 89. num. 39. Qui opportunè exemplificant in patre percutiente filium. Nam quamuis ex percussione, vti de se illicita præsumatur dolus, tollitur tamen ista præsumptio ex alia, nempè ex amore paterno erga filium; Quod exemplum etiam adducit Menoch. lib. 5. præsum. 3. num. 114.
162 Quare cùm ad has maximè oppositas præsumptiones attēdere debeat Iudex, vel Inquisitor pro indaganda qualitate doli, pro eo excludendo, aut includendo aliqualiter, & per consequens, pro relaxanda, aut minuenda, vel augenda reo pœna: Opere pretium duxi ad hunc effectum, aliquas præsumptiones in particulari exclusiuas doli, ac eiusdem inclusiuas quoquomodo indicare cum Farinac. dict. qu. 89. Inspect. 3. & 4. vbi copiosè de eis tractat, & præter alios cum Sousa lib. 3. Aphor. ca. 31. à num. 18. vsque ad 28. vbi admodum compendiosè eas attingit.
163 Prima præsumptio dolum excludens desumitur ex qualitate personæ vt si sit rustica, imperita, &c. Patet ex l. si quis id, quod §. doli, ff. de iurisdict. omn. iudic. l. quis in graui, § si ignorans, ff. ad sillam. ita Albert. in l. dolum, num. 6. C. de dolo. Menoch. lib. 5. præsump 3. num. 38. & Farinac.
164 ibidem, num. 44. & seqq. Vbi cum diuersis per eum allegatis varias proponit illationes: nempè non præsumi dolum Subdito contra suum Principem, nec in minore, nec in muliere, &c. Vide apud ipsum.
165 Secunda sumitur ex defectu causæ; nā vbi nequit excogitari causa, ob quam quis dolosè egisse dicatur, ibi dolus, non præsumitur, l. Si mulier, ff. rer. amot. Authe. sed iā necesse, C. de donat. antenupt. ita Aym. cons. 6. num. 22. Rolan. cons. 11. num. 55. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 4. & Menoch. lib. 5. præsump. 3. num. 18. Qui peculiariter loquuntur de casu, quando lucrum, & commodum non adest.
166 Tertia oritur ex eo, quòd quis vtitur iure suo, aut iure permittente aliquid agit, aut exequitur actum fieri solitum. Probatur ex text. in l. Gracchus, ff. de adult. in l. qui autem, §. apud Labionem, ff. de his, quæ in fraud. cred. in l. Sancimus. C. de administ. tut. in l. nullus, ff. de reg. iur. ita Alber. in l. dolum. num. 6. vers. idem si facit, quod

quod publicè fieri consueuit, C. de dolo. Menoch dict. præsump. 3. num. 23, & Farinac. dict. quæst. 89 n. 59. & seqq.

167 Quarta præsumptio excludens dolum insurgit ex actu palam commisso, qui licet in specie sit prohibitus, in genere tamen est permissus. L. non existimo, ff. de excusat. tut. l. fin. ff. de ritu. nupt. ita Albert. de agnosc. quæst. 23. num. 79. & Farin. ibidem num. 63. Quamquam hoc Iudicis arbitrio relinquitur, vt ait Menoch. li. 3. præsump. 122. num. 94.

168 Quinta præsumptio exclusiua doli prouenit ex ignorantia facti, dummodo sit probabilis, quoniam ignorans nequaquam in dolo, præsumitur, neque ab ignorante dolus committitur. Secundum text. in l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. in l. bonę fidei. ff. de verb. signif. & in l. quinquaginta, ff. de excus. tut. Tradunt Felyn. in cap. si autem in 1. fallen. extra de rescrip.
169 & Aym. cons. 8. num. 10. Qui extendit ad dubitantem: Quam extensionem, vti benè comprobatam, & exornatam admittit Farinac. loc. cit. nnm. 65. & ego cum ipso.

170 Sexta ex actu, qui in personam beneuolam, propinquam, vel coniunctam exercetur. ita Aym. cons. 6. nu. 22 Socin. reg. 94. in prima Fallen. vbi ponit exemplum, iam supra num. 16. à nobis cum Menoch. adductum, de patre percutiente filium; Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 11. & Farinac. dict. quæst. 89. num. 68.

171 Septima præsumptio dolum excludens nascitur ex eo, quòd quis operatur ex obedientia Superioris; ex necessitate officij: vel ex interuallo temporis, Dummodo delictum manifestum non sit. Hanc in tres diuidit cum Alber. l. dolum, C. de dolo. & & cum alijs Farinac. loc. cit. num. 69 70. & 71. & probat ex iure, & ex plurimum au-
172 ctoritate. Sed nos breuitatis gratia vnica omnes comprehendimus, cum Sousa dict. cap. 31. num. 24. Vide etiam circa eas Mascard. dict. concl. 815. num. 8. & 9. Vide item Albert. in l. dolum, num. 4. & seqq. C. de dolo explicantem diuersas alias præsumptiones dolum excludentes.

173 E contrà verò præsumptiones doli inclusiuas, nè nimis in hac re diffundamur, ab eodem Sousa n. 25. multo magis compendiosè hisce verbis accipe. Sicut, inquit, prædictæ causæ dolum in totum, vel in partem excludunt; sic ex cōtrarijs præsumitur. Vt si persona sit docta; si detur causa, ex qua dolum quis commisisse dicatur; si quis facit contra ius; siclam committatur actus prohibitus, si quis scienter operatur; si quis exercet actum contra inimicum, si aliquis contra obedientiam facit, aut quod ad alium spectat operari. Farin. dict. quæst. 89. inspect. 4 ferè per totam hæc ille.

174 Dein nullum dubium, quòd insurgat præsumptio doli inclusiua ex præcedenti tractatu; ex actu facto cum personis suspectis, aut prohibitis: aut ex qualitate temporis. ita Decian. cons. 32. nu. 4. & 15. lib. 3. Mascard. lib. 1. de probat. conclus. 531. n. 62. 73. 104. & 143. ac cum multis alijs Farinac. dict. quæst. 89. inspect. 4. numero 47. & seqq.

175 Similiter desumitur pręsumptio dolum includens ex mendacio, ac ex falsa expressione, & assertione, l. si quis affirmauerit, §. 1. & l. quod venditor. ff. de dolo. ita Mascard. dict. concl. 531. num. 7. & 37. Menoch. dict. præsump. 3. num. 55. & Farinac. dict.
176 inspect. 4. num. 104. & seqq. Qui meritò extendunt ibi ad casum quandò quis affirmat pro vero, aut certo, quod verum, aut certum esse ignorat: aut quando aliquis tacet, quæ dicenda erant, vel obscurè loquitur, secundum text. in l. si quis in pignore, & in l. quæritur, §. si venditor. ff. de ædil. edict.

177 Tandem extat præsumptio doli inclusiua ex diligentia, vel cautela nimia, & insolita; atque vniuersaliter ex quouis actu insolito, l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Tradunt Aym. cons. 321. num. 3. Menoch. dict. præsum. 3. num. 102. & 103. Mascar. de probat. concl. 815. lib. 2. num. 4. & Farinac. dict. inspec. 4. num. 121. & seq. penès quem diuersas alias præsumptiones doli inclusiuas legas; nobis propositæ præter maiorem alicuius explicationem statim adiungendam pro nostro instituto sufficiant.

178 Concludimus itaque quòd Iudex, aut Inquisitor habeat locum arbitrandi de pęna contra reum, augendo, vel minuendo, aut relaxando eam iuxtà præsumptionem doli exclusiuam, vel inclusiuam, attentis supra traditis, Quòd si nullum dolum præsumat, sed tantum aliquam culpam; etiam pro modo culpæ pœnam arbitrari tenetur, & reum aliqualiter puniri. Ex Bart. in respiciendum. num. 4. vers. de lata ff. de pœnis, Clar. in pract. §. homicidium, sub verb. culpa dicitur, & ex alijs tradit copiosè Farin. in Prax. crim. quæst. 87. num. 70. 71. & seqq.

179 Sed quid peculiariter quoad pœnas ab Inquisitore infligendas delinquentibus cōtra fidem? in fine nostræ Regulæ resolutionem attigimus, sed verbis Sousæ dict. cap. 31. num. 29. & 30. Vnde sumpsimus, eam audiamus. In causis, inquit, fidei, non attenditur ad causas excludentes, vel includentes dolum, quoad pœnam, quæ incurritur ipso facto ex delicto externè commisso; neque etiam vbi tali delicto pœna est à iure taxata, Ratio est, quia in huiusmodi pœnis Iudex non habet arbitrium.

180 Quandò proceditur ex præsumptionibus, & indicijs, consideranda sunt causæ, quæ dolum includunt, & excludunt, vt pęna imponatur; tunc enim arbitrari debet Inquisitor. hæc ille, quæ omnino approbo. Atque his Regula nostra terminatur.

Qua-

Qualiter ratione credulitatis, vel ignorantiæ alicuius sit aliquando à Iudice, vel Inquisitore minuenda pæna? aut secus?

REGVLA CCCCXXXV.

181 VBi lex requirit dolum ad punitionem delinquentis, causa qualibet, vel credulitas etiam leuis, quæ excusat à dolo, tollit omnino, aut minuit deli-
182 cti pœnam. Vnde credens viro fide digno, quamuis errauerit in iure, cùm in dolo non sit, tùm à culpa, tùm à pœna immunis penès Iudicem, aut Inquisitorem existit. Secùs verò, si credat viro fide digno
183 asserenti ea, quæ inuerisimilia sunt. Laborans autem iuris naturalis, gentium, & diuini ignorantia tàm crassa, quàm supina, seù affectata, cum hæc non excuset à dolo, regulariter non liberabitur à delicti pœ-
184 na, nec ista ei minuitur. Ignorantia denique iuris dubij, & controuersi, eo quod excuset à dolo, ea affectus à pœna etiam coram Iudice, vel Inquisitore excusatus manet, secùs, vbi ius est notorium.

---

185 EN secundam causam minuendi, aut relaxandi pœnas delinquentis, etiam contra fidem Catholicam, ex ipsius opinione ortam, nempè dùm delinquendo credit non delinquere, sed licitè agere. Quæ credulitas ex triplici capite causari potest, vt benè notat Farinac. in Prax. crim. quæst. 90. num. 1 ex facto scilicet aliquo iusto, vel iniusto. Secundò ex attestatione, seù relatione alicuius viri fide digni. Tertiò ex ignorantia legis, seù statuti. Hinc ipse Farinac. triplici inspectione omnia ad materiam istam spectantia copiosè discutit, ex quo, & ex alijs pauca pro re nostra delibabimus.

186 Supponimus certum, vt innotescit ex dictis Regula præcedenti, multoties de iure debere delictum committi cum dolo, vt possit delinquenti pœna infligi. Vnde quotiescunque lex ad id dolum requirit, ex quouis facto iusto, vel iniusto, seù ex quauis causa credulitas etiam leuis prouenit, qua delinquens absque dolo opinatur se non delinquere liberat eum à pœna, saltem ordinaria; & ab arbitraria secùdum partem. ita resoluunt communiter auctores, præcipuè Iul. Clar. §. finali, quæst. 60. vers. & generaliter. Anton. Gome. de delict. cap 6 tit. de iniurijs, num. 2. propè finem. Et Farinac. dict. quæst. 90. inspect. 1. n. 54. & seqq.

187 Ad probationem autem huius resolutionis benè præmittit ipse Farinac. dict. num. 1. ex magis recepta doctrina, secundum text. in l. igitur. ff. de liber. caus. in l. clam possidere. & ibi Aret. in primo notab. Ias. in 6 notab ff. de acquir. possess. in l. plagij. La secunda. & ibi Ange. In Summario ante nu. 1. C. ad leg. Flau. de plagiar. Aym. cons. 6. num. 89 lib. 1. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 43 num. 1. & seqq ac plurium, quòd talis credulitas, & causa similis excuset à dolo. (quidquid alij in contrarium teneant) ergo excusabit etiam à pœna, vbi ad hanc infligendam ex iure dolus requiritur.

188 Subiungit etiam idem Farinac. ibidem num. 6. & seqq. ac benè quidem, quod dicta credulitas, etiam leuis, & causa saltem iusta excuset à mala fide, & a contumacia, atque consequenter à pœna, quæ propter contumaciam infligi debebat. ita Gloss. in l. 1. propè fin. C. vbi cau. status. Gloss. item in l. ex consensu, in verb. non rectè, ff. de appellat. Bald. in cap cum Bertoldus. num. 2. extra. de re iudic. Afflic decis. 31. num. 3. &
189 plures alij. Quamquam remittitur arbitrio Iudicis, quæ sit iusta, seù iniusta causa, & credulitas excusans, vel non excusans à dolo, & à contumacia, vti ex Cagno. in l. §. fin. num. 22 Alexa. ibidem n 14. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Menoch. de arbitrar quæst. lib. 2. casu 153. & ex alijs Farinac. dict quæst. 90 num. 9. & 47 optimè docet; Vide plura apud ipsum proposita per varias ampliationes, & limitationes.

190 E cōtra verò credulitas etiam leuis ex quouis facto proueniens nequaquam liberat à pœna, si ad hanc infligendam lex, seù statutum non requirit dolum. Docent Bald. in l plagij. la 2. C. ad. leg. Flau. de plagia, & ibi Angel. Alex. in l. iustè possidet. nu. 33. ff. de acquiren. possess. ibidem Bart. num. 4. & cum alijs, quos citat Farinac. vbi supra; num, 54. Ostenditur inde efficaciter sumpto argumento à contrario sensu, quia vt diximus, tunc delinquens per credulitatem liberatur à pœna, quando ad hanc ei infligendam lex dolum exigit, ergo casuquo haud exigit illum, non liberabitur.

191 Quin etiam quod dictum per credulitatem quamlibet ex quouis facto prouenientem excusari delinquentem à pœna, intelligi debet de pœna ordinaria à iure taxata; secùs de pœna extraordinaria, Iudicis arbitrio iniungenda. Tradunt Angel. in l. Plagij la 2. post num. 2. vers. similiter attende, C. ad leg. Flau. de plagia. Tiraq. de pœn. caus. 43. num. 10 Menoch. de recuper. poss. remed. 5. num. 62. & post alios per eum relatos, Farinac. ibidem num. 55. Ratio est, quia licèt tunc desit dolus à quo excusat delinquentem dicta credulitas, nō tamen deest aliqua culpa, ac proinde pro modo culpæ Iudex, vel Inquisitor potest pœnam arbitrari.

192 Sequitur dicendum de secundo capite credulitatis, nimirum si quis credat viro fide digno (talis de iure præsumitur, quisnis, licet non sit nobilis, nisi contrarium probetur) quamuis errauerit, tàm in ijs, quæ sunt iuris, quàm in ijs, quæ sunt facti, per istam credulitatem non solum à

R dolo,

dolo & à mala fide, atque à culpa excusatur; sed à pœna etiam liberatur. Docent vt certum Glos. in l. Titio fundus, vers. sed quomodo, & ibi Bart. Imol. & Paul. de Castro, ff. de condition & demonstrat Tiraq. de pœnis temper. caus. 51. num. 27. & seqq. Stepha. Lamberteng. de Conract. Glos. 1. num. 213. & 216. Bertaz. cons. 80 nu. 3. lib. 1. & cons. 257 num. 15. lib. 2. & cum pluribus Farinac. dict. quæst. 90. inspec. 3 num. 109. & seqq.

193 Debet tamen intelligi, dummodo sic credens sit persona simplex, & ignara; Secùs si sit homo callidus, & versutus, quia hic non excusabitur per talem credulitatem. ita idem Farinac. num 125 ex mente Seraph in tract. de priuileg. iuramen. priuil. 132. num. 51.

194 Excipe item, quando id, quod agitur est manifestè delictum: nam tunc delinquens nequaquam excusatur ex eo, quòd viro fide digno crediderit. Cum Præposito in cap. proposuit, nu. 9. & 10. de coniug. seru. & cum Bertaz. dict. lib. 2. cons. 421. n. 9. tradit ibidem Farinac. n. 126.

195 At quid si quis credat asserenti inuerisimilia? vera resolutio est, quòd quantumcunque aliquis fide dignus habeatur, si eius assertio non sit verisimilis, quiuis ipsi credens, neque à culpa, neque à pœna immunis euadit; sed à Iudice, aut Inquisitore prout de iure puniri debet. ita Seraph. loc. cit. priuil. 132. nu. 50. cum Paul. de Castro, & Corn. in locis per illum relatis, Bertaz ibidem, cons. 421. num. 8. & seqq. Præposit. vbi supra, & cap. quòd dicitis 16. distinct. & Farinac. dict. inspect. 3. num. 123.

196 Comprobat hanc resolutionem illa alia communis apud omnes, quòd scilicet quis non debet esse nimis credulus. secundum l. 1. §. dolū autem ff. de eo, per quem factum erit in illis verbis: Quamuis quidam putent sibi eum imputare debere, qui credulus fuerit, & ibi Glos. in verb. quamuis, ad fin. Pro huius resolutionis veritate, & declaratione, ibidem legendi sunt Alber. num. 4. & seqq. Angel. num. 4. Bart. ante n. 1. & cons. 1. num. 1. Farin. cit.

197 Vltimo loco videndum de credulitate proueniente ex ignorantia iuris, & quidem si quis credat se non delinquere, sed licitè agere, hæcque ipsi credulitas proueniat ex ignorantia iuris naturalis, gentium, ac diuini crassa, & supina, seù affectata, vt plurimum, sicut non excusatur à dolo, ita nec pœna ei minuitur. Primum quòd non excusetur à dolo, probat text. in l. 2. & ibi Glos. ac communiter omnes, C. de in ius vocan. Tradunt etiam vt certum Salycet. in l. Senatus, num. 3. C. de his, qui sibi Ascrips. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 30. num. 4. Boss. in tit. de decretis Mediol. num. 20. & cum multis alijs Farin. ibi-

198 dem inspec. 2. num. 101. Qui consequenter, & necessariò, secundùm vt indubitatum etiam defendunt, quòd credulitas ex tali ignorantia oriens non minuat credenti pœnam, sed prout de iure à Iudice, vel Inquisitore sit puniendus.

199 Quando autem credulitas oritur ex ignorantia iuris dubij, seù apud Doctores controuersi, in hoc casu, cum tunc talis ignorantia iuris æquiualeat ignorantiæ facti, ideo ista credulitas à dolo, & à pœna credentem excusabit. Probatur ex text. in cap. 1. cum ibi notat, per Ioan. Andr. extra de postul. Prælat. & docent Imol. Card. & alij in cap. cum dilectus, de consuet. Fely. in cap. de quarta, num. 27. de præscript. & Farinac. dict. inspect. 2. num. 102. post plures alios, quos citat maximè Plot. de in lit. iu-

200 ran. §. 6 num. 52. Vbi alijs relatis (inquit Farinac.) concludit, quòd isto casu iuris ignorantia non solum excusat à dolo, & à mala fide, sed etiam à culpa lata, intantum, quòd non potest criminaliter procedi. ita ille.

201 Qui sic prosequitur num. 103. circa id, quod vltimo loco in Regula nostra traditum: Secùs autem, inquit, si ignorantia sit iuris notorij, & indubitati siue communis iuris, siue statij, siue etiam proclamati, & bannimentorum: tunc enim non excusat à dolo, quia esset ignorantia supina, & affectata, nec crederetur illi, qui assereret, se ex illius iuris ignorantia fuisse motum. Alciatus de præsump. reg. 3. præsump. 30. post num. 4. Tiraq. de pœn. temper. caus. 11 n. 9. Natta cons. 338. num 11. lib. 2. Boss. in tit. de decret. Mediol. num. 20. vers. nec in iure ciuili indubitato, & notorio. Gabr. lib. 7. concl. 8. num. 74. Vbi alij referuntur, Bart. Tœge. in suis tract. crim. par. 4. nu. 12. Plot. de inclit. iuran. § 4 num. 40. & 43 Magon. decis. lucen. 33. num. 32. ita ille.

202 Quin etiam præscindendo à iure dubio, & notorio, tametsi ignorantia iuris aliquando excusat à dolo, sed haud excusat à culpa lata: quia ignorare iura, lata culpa censetur. L. lata, ff. de verb. signif. l. imperitiæ ff. de reg. iur. Traduntque Salyc. in l. Senatus post num. 3. C. de his, qui sibi ascrib. affirmans ibi, quòd non excuset à dolo præsumpto, nec à culpa lata, leui, vel leuissima. Carer. in pract. crim. in tract. de

203 homicidio, §. 11. num. 7. Asserens bene ibi, quòd mitius isto casu punitur delinquens pro culpa, & Farinac. dict. inspec. 2. num. 95.

204 Cuius verbis, num. 97. expressis iam Regulam nostram terminare lubet. Sublimita, inquit, hanc primam limitationem, quia quandoque datur iuris ignorantia, sine vlla culpa. Quia possunt esse tàm apertæ coniecturæ, quòd quis ignoranter, & bona fide deliquerit, quòd tunc cessabit omnis pœna, vt per eundem Boss. dict. tit. de decret. Mediol n. 20. & 21. per text. in l. ex consensu, §. 1. ff. de appellat. hæc ille, quæ omninò approbo.

An delictum ex iracundia, vel ex iusto dolore commissum à Iudice, vel Inquisitore mitius puniendum? vel secus?

REGULA CCCCXXXVI.

205 TVm in quibuscunque delictis cuiusuis materiæ, etiam blasphemiæ hæreticalis, tùm in delicto iniuriarũ, maximè si prouocatio præcedat, quiuis ex vi iracundiæ, aut intimi doloris delinquẽs, à Iudice, vel Inquisitore mitiùs venit pu-
206 niendus. Quòd intelligitur, si causa iusta sic irascendi, & dolendi adsit: item intelligitur non de iracundia parua, sed de magna, adeò vt propter eam omnis actus, non solum in criminalibus, sed etiam in ci-
207 uilibus, nullus, seù irritus reddatur. At si prædicto modo delinquentem non pœniteat, transacta ira, sed potius delictum ratificet, nequaquam vlla ratione à pœna excusatur.

---

208 EX vi diuersorum Iurium videntur auctores inter se discrepãtes circa hanc tertiam causam minuendi pœnam, vel secùs, eo quod delictum in statu iræ fuerit commissum. Pro parte affirmante, quòd debeat minui, facit text. in l. 2. ibi seù calorem, &c. C. de abol. & in l. aut facta, §. causa, ibi cum quis per iram ab extraneo pulsatus est, ff. de pœn. & in cap. si quis iratus, & ibi Gloss. 2. quæst. 3. & in cap. ira 11. quæst. 3. traduntque vt certum Tiraq. de pœn. temper. caus. 1. num. 1. & seqq. Carrer. in pract. tract. de homicidio, §. 7. excusat num. 1. Felyn. in cap. sicut, num. 1 de iureiuran. Iul Clar. in pract. §. finali, quæst. 60. vers. est etiam, & Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 319. nu. 33. & de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 117.
209 Pro parte verò negatiua, quòd ira in delictis non excuset; est text. in l. si non conuitij C. de iniur. Atque conuincit efficax argumentum, quia alioquin vix vnquã puniretur delicta, cum nullum sit ferè delictum, quod sine ira patretur, maxime illud, quo per iniurias aliquis offenditur. Et in hanc partem inclinant Bald. in dict. l. si non conuitij num. 2. vers. vel dic. & ibi Angel. num. 6. Aret. in l. 1. versic. in text. &c. C. si aduer. delic. Boër. decis. 168. n. 15. & Andre. Gayl. obser. 106. n. 9 par 2.
210 Nihilominus benè concordat Farinac. in Prax. crim. quæst 91 num 4. & textus, & auctores vtriusque partis, nempè sequentes posteriorem debere intelligi, quod delinquens calore iracundiæ commotus non excusetur à pœna in totum; sed ex parte, seù quòd mitiùs sit puniendus, & hanc esse mentem sequentium priorem partem. Sumit hanc concordiam Farinac. ex Roman. singul. 314. nu 5. ex Decian. in l. quidquid. num. 7. & 8 ff. de reg. iur. Cagno. ibidem num. 6. & 7. Nauar. in cap. si quis iratus, num. 4. vers. 3. de pœniten. distinc. 1. tom. 1 & ex alijs.
211 Pari item modo delinquentem excusat iustus dolor; cùm hunc temperare sit difficillimum, & homo intenso dolore affectus, vt extra plenitudinem intellectus transportetur, vix possit impediri; Vnde si in hoc statu delinquat, mitiùs est puniendus, l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adult. l. Gracchus. C. eodem. Et docent Tiraq. de pœn. temper. caus. 1. Abbas, in cap. si rixati, num. 2 de iniur. clar. in pract. §. fin. quæst. 60. vers. sed hic quæro, & cum alijs, quos citat Farin. dict. quæst. 91. num. 5.
212 Hinc ipse num. 6. ex vi dict. l. si adulterium & l. Gracchus, cum eodem Tiraq. cum Rolan cons. 34. num. 17. Paris cons. 154. n. 2. & seqq. Foller. in pract crim. in verb. item quòd suffocauit vxorem num. 63. Ant. Gomez. de delic. in tit. de homicid. num. 42. & cum pluribus relatis, optimè infert, casu, quo Pater, seu Maritus occidit filiam, seù vxorem in adulterio deprehensam, ac simul ipsum adulterum, ob iustum dolorem, quo sic ad occidendum inductus fuit, excusetur quandoque à pœna ordinaria, quãdoque in totum, sicque in praxi receptum videmus.
213 Excusatur etiam, & venit mitiùs puniendus, qui per iracundiam commisit crimen calumniæ, accusans falsò aliquem, secundum text. in l 1. §. quæri potest, ff. ad Turpill. cap. si quis iratus, 2. q. 3. docentque Felyn. in cap. sicut, vers. si autem quæritur, de iureiuran. Ias. in l. si filiam tuam, num. 4. vers. eodem modo accusatio C. de in off. testam. Duen. reg. 295. in 5. ampliatione, & Farin. ibidem num. 11.
214 Prætereà habet locum in crimine blasphemiæ, etiam hæreticalis: Nam quamuis iniuria facta Deo multò grauior censeatur, quam facta homini, nempe quanto Deus est homine superior, l. aut facta §. per-
215 sona, ff. de pœn. Vnde contra blasphemos ius ciuile, pœnam mortis assignat, vt in auth. ne luxuri. hom. cont. nat. Ius etiam Canonicum graues pœnas illis infligat, vt in cap. 2. de malef. (de pœnis in particulari blasphemo hæreticali infligendis dicemus infra.) qui tamen iracundiæ calore tale delictum committit, à Iudice, vel Inquisitore mitiùs debet puniri. ita Tiraq. de pœn. temper. caus. 1. num. 14. cum Abb. antiquo, Archid. Goffred. & Panor. quos refert, Ias. in l. si filiam tuam, nu. 7. C. de inoff. testam. & Farinac. dict. q 91. n. 9.
216 Sed quid de delicto iniuriarum? quòd in eo ira delinquentem nullo modo excuset, videtur probari per text. in L. si non conuitij, C. de iniur. & ibi Glos. in verb. calore, & Angel. num. 6 & Iul. Clar. in pract. §. iniuria, vers. quær. quid si iniurians, reprobatis alijs sic defendunt, maximè in casu, quando iniuria est talis, quæ per pœnitentiam reuocata non aufert damnum,

seù vituperium passo, nec rem ad pristinum
217 reducit statum. E contra per iracundiam inferens iniuriam, quod excusari possit, tuentur ex Doctoribus non pauci; præcipuè Bellapert. in dict. l. si nō conuitij vers. item dicit, C. de iniur. & Cagnol. post Angel. Imol. Marsil. & Ferrat. per eum relatos in l. quidquid num. 10. ff. de regul. iur. Exprimens in specie, si iniuria sit verbalis, & fuerit per pœnitentiam reuocata, quòd cesset iniuriarum actio.

218 Verùm benè Farinac. dict. qu. 91. nu. 33. eos in concordiam adducit eadem distinctionem, qua supra, quòd in crimine iniuriarum iracundia non excuset in totum; benè tamen in parte, & ideò iniurians ira commotus debet mitiori pœna affici. Sic etiam resoluunt Roman. singul. 314. num 5. Cagnol. in l. quidquid num. 6. & 7. Abb. in cap. dilecti filij, num. 17. in fin. et 18. de excep. et alij.

219 Quod præcipuè habet locum quando prouocatio præcessit: nam si prouocatus ab aliquo verbis, aut facto, & hinc ira commotus, prouocantem iniuriet, vel offendat, etiam si inculpatæ tutelæ moderamen excedat, mitiorem pœnam meretur, secundum text. in l. qui cum maior. §. libertus, ff. de bon libert. ita cū Ioan. Andr. in cap. significauit, de pœniten. & remiss. Tiraq. de pœn. temper. caus. t. num. 3. Marsil. in pract. §. quoniam, num. 62. Boss. in tit. de homicid. sub num. 59. & cum pluribus alijs docet Farinac. dict. quæst. 91. nu 7 probatque hac ratione, quia prouocatus sic delinquendo, non dicitur in dolo, sed in culpa; ergo non de dolo, pœna ordinaria sed de culpa extra ordinem est puniendus.

220 Quotiescunque autem delinquens ob iram, vel dolorem excusatur, vt diximus requiritur, vt causa irascendi, aut dolendi sit iusta: nequaquam tamen excusabitur, si sit iniusta, vt contingit quando quis dat operam rei illicitæ. Tradunt vt certum, ferè omnes præcipuè Cagno. in l. quidquid calore, num. 9. ff. de reg. iur. vbi ait blasphemantem ex ira in ludo, non excusari, eo quòd tunc ira prouenit ex iniusta causa. Felyn in cap. sicut, nu. 3. de iureiuran. Mascard. de proba. lib. 3. concl. 1557. nu. 68. & Farinac. ibidem n. 38 & 39.

221 Dein vt delinquēs excusetur ob iram, modo dicto, debet esse ira magna, & non sufficit parua. Docent etiam vt certum multi, vt Decia. in l. quidquid. num. 8. ff. de reg. iur. Carrer. in pract. tract. de homicid. §. 7. num. 6. Andr. Gayl. obseru. 106. nu. 12. lib. 2. & cum alijs per ipsum relatis Farinac. vbi supra num. 40. & benè declarat iram
222 magnam, & paruam sic. Parua, inquit, dicetur ira, quando delinquens tempore delicti fuit aliqualiter ab ea concitatus, sed non à mente alienatus. Magna autem dicetur, quando quis erat taliter concitatus, vt in totum à mente alienatus, & suus non fuerit; hoc enim vltimo casu delinquens mitiùs punitur, secundo autem casu non, ita ille nec maiori hoc indiget probatione.

223 Extēditur item prędicta doctrina adeò vt ira magna non solum excuset delinquētem, sed etiam quemcunque eius actum annullet, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Quoad ista iam proposuimus varia exempla, quæ sufficiunt: Quoad ciuilia verò huc certe non spectantia, in varijs casibus exemplificat diuersis ampliationibus Farinac. dict. quæst. 91. à num. 19. vsque ad 29. ex iure, & ex auctoribus multis, vt in iuramento, in voto, in professione, in diuortio, in electione, & in alijs similiter, quæ validitatem non habent, si calore magno iracundiæ fiant; videas si lubeat apud
224 ipsum Farinac. Qui in communi. Quòd actus in statu magnæ iræ factus sit nullus, & irritus, probat ex text. in l. diuortium 3. & ibi Glos. ff. de diuort. & in l. quidquid, & ibi etiam Glos. ff. de regu. iur. ac in l. filiam tuam. C. de inoff. testam in cap. diuortium, de pœniten. distinct. 1. Traduntque Roman. Cagno. Tiraq. & alij per illum nu. 18. relati.

225 Superest ostendendum oppositum, in fine nostræ Regulæ adductum, quòd scilicet iracundia, siue parua, siue magna, nullo modo delinquentem excuset, quando ipsum non pœnitet deliquisse; sed transacta ira, in delicto perseuerat, & illud ratificat. ita Glos. in l. si non conuitij, in verb. calore C. de iureiuran. & ibi Cyn. num. 3. Angel. num. 6. & cum alijs relatis Farinac. ibidem num. 36. vt certum tradunt.

226 Vniuersaliter etiam alios actus, seù contractus calore iracundię executos, perseuerantia confirmari ostenditur ex text. in dict. l. diuortium. 3. ff. de diuortio, & in l. quidquid. ff. de reg. iur. traduntque Glos. in cap. Dudum verb. calore iracundiæ, de conuer. coniug. Ias. in l. si filiam tuam, nu 6. C. de inoffic. testam. Duen. reg. 192. in 3. limitatione, & post alios, quos ipse citat. Farinac. dict. q. 91. num. 38.

227 Pro maiori autem intelligentia prædictorum à num. 220. & pro termino nostræ Regulæ, placet referre ad verbum, quę tradit Farin. sub finem dict. quæst. 91. num. 42. & 43. Verùm id, inquit, quòd in proposito communiter dicunt Doctores, est valde adnotandum, quòd scilicet difficile sit probare talem iram, per quam quis in totum à mente alienetur secundum *Abb.* in cap. Dudum. n. 8. in fin. de conuer. coniug. Vbi propterea inferens in voto, pariter dixit votum obligare vouentem, etiam quod ex ira fuerit emissum; cum difficile sit probare, quòd tempore voti vouens per iram esset à mente alienatus. Decian. in dict. l. quidquid num. 8. in fin. vers. et difficile est. ff. de reg. iur. Cagn. ibidem num. 5. Bertaz. cons. 44. num. 8. vbi propterea etiam generaliter concludit, iram non excusare in delictis, cum difficile sit probare iram talem,

lem, et tantam, quòd delinquentem à mẽte alienum fecerit. Nauar. in cap. si quis iratus, num. 4. vers. secundo quod etc in fin. de pœnit. distinct. 1. Sed certè licet hoc probare sit difficile, non per hoc est impossibile ita illo.

228 Subiungit etiã immediatè: Limita VI. inquit, quia iracundia non præsumitur, ideò per allegantem probanda est. Sic enim admittunt omnes præallegati Doctores, et hoc non habet difficultatem. Vide tamen in hoc Claud. et Bertaz. in cons. 135. littera B. vers. secundum; vbi pro hac limitatione adducit Abb. Fely. in cap. sicut, de iureiuran. Dec. et Cagn. in l. quidquid ff. de reg. iur. ac deinde admonet esse aduertendum, quòd probata oblatæ iræ occasione, absque alio præsumitur quis motus ex ea, prout benè, et mediocrum, et philosophorum auctoritatibus hoc ibi demonstrat hæc Farin.

Num delinquentes in quauis materia, etiam hæresis ratione ætatis à Iudice, vel Inquisitore mitiùs puniendi? vel secùs?

REGVLA CCCCXXXVII.

229 SEnibus in decrepita ætate existentibus, maximè si propter senectutem sint iam diminuti sensu, & intellectu, in quacunque materia delinquant, mitior pœna est infligenda; nunquam hæc in to-
230 tum relaxatur. Parimodo minores 25. annorum regulariter pro quouis crimine mitiùs puniuntur, etiam facti maiores, cũ non ad tempus punitionis, sed delicti at-
231 tendatur. Impuberes item in delictis carnis, & peculiariter infantes, & infantiæ proximi in delicto nefando à pœna ordinaria eximuntur; similiter si minores iu-
232 dæam cognoscant. Quoad delictum verò hæresis, seù apostasiæ, vbi minor rectè pœnitere deprehenditur, mitiùs ab Inquisitore puniri debet; Secùs si in eo persistat.

---

233 PRo exprimenda cõpletè hac quarta causa minuendi pœnas delinquentibus ob ætatem, & tota doctrina præsentis Regulæ; præmittimus expressionem diuersorum graduum in ætatibus hominum, qui à Doctoribus distinguuntur, præcipuè à Farinac. in Prax. crim. quæst. 92. copiosissimè à num. 2. vsque ad 23. per decem quæstiones; & ab Ant. Sousa breuissimè lib. 3. Aphor. cap. 32. à num. 8. vsq; ad 16. in qua breuitate eum sequemur, relatis ipsius ferè verbis, vt citiùs nos expediamus in re non tanti momenti ad propositum nostrũ.

234 Prima ætas est infantia, quæ procedit vsque ad septimum annum inclusiuè. Secunda dicitur infantiæ proxima, & incipit post septennium, ac ducitur vsque ad decimum annum cum dimidio in masculo, in fœmina verò vsque ad nonum cum dimidio. Tertia est pueritia, quæ sumit initium à septennio, & durat vsque ad pubertatem. Quarta vocatur pubertas, quæ incipit à quartodecimo anno completo in masculis, at in fœmininis à duodecimo: Et quæ hanc ætatem præcedit, dicitur impubertas. Quinta appellatur pubertati proxima, & illa probabilius esse censetur, missis varijs sententijs quæ per sex menses à pubertate distat. Sexta est ætas minor, quæ attento iure communi, extenditur vsque ad 25. annum exclusiuè, à quo anno impleto, incipit ætas maior, seù virilis. Octaua est senectus, quæ initium sumit à quinquagesimo anno, & extenditur ad septuagesimum vsque; à quo ætas decrepita incipit ita Sousa ibidem cum Farinac. cit. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 57. nu. 1. & seqq. ac Ant. Gom. de delict. cap. 1. & concludit cum illis, quod in casibus, vbi à iure non est ætas determinata, Iudicis arbitrio remittatur. His sic præmissis.

235 Doctrina primæ partis nostræ Regulæ, quòd senes si delinquant, mitiùs puniri debeant, probatur ex text. in l. Sacrilegij pœna, ff. ad leg. Iul. peculat. & in l. ferè in omnibus, ff de reg. iur. vbi dicitur, quòd propter ætatem delinquentibus succurritur, & ibi tradunt Glos. vers. item in sene. Dec. n. 5. Guliel. Mayner. nu. 16. Archid. in cap. tanta, distinct. 86. Roma. in l. si verò, §. de viro, Fallen. 53. ff. solut. matrim. vbi adducit multa senectutis priuilegia, Ant. Gomez. de delict. cap. 1. n. 68. & cum pluribus quos
236 refert Farinac. dict. quæst. 92. nu. 23. Qui reiecto Iul. Clar. contrarium tenente in pract. §. final. quæst. 60. vers. successiuè quæro, benè addit. num. 25. hanc doctrinam non solum esse communem; sed etiam verissimam.

237 Debet tamen intelligi quoad pœnas corporales, vt abscissionem membri, amputationem manus, relegationem, & similes; nam has senibus delinquentibus mitius esse infligendas probat text in l. diuus Adrianus ff. de ter. mot. vbi relegationis tẽpus in senibus minuitur, & cũ Ant. Gomez. Alber. Deci. ac cũ alijs per eum citatis af-
238 fert n. 26. idẽ Farin. At quòd nõ sic se habeat in pœnis non corporalibus, seù temporalibus, vt in pœnis pecuniarijs, aut bonorũ confiscatione, nempè senem esse absq; diminutione pœnæ, sicut iuuenem puniendum, tenent, & meritò idem Ant. Gomez. loc. cit. vers. 4. conclus. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 32. nu. 15. & Farin. ibidem n. 38.

239 Rursus debet intelligi de senib. qui iam attigerunt ætatẽ decrepitã: vel qui propter senectutẽ, & sanguinis diminutionem sunt etiã diminuti sẽsu, & intellectu, itaut repuerascere videãtur, si delinquãt, ratione ætatis mitiùs puniuntur. ita Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, num. 10. C. de his, qui notan. infam. Tiraq. de pœn. temperan. caus.

cauſ.8.n.4.& ſeqq. Ant.Gomez dict.nu.68. Decian.par.1.lib.5.cap.37.rubr. de defenſ. reor.num.58 Exemplificans ſpecialiter in crimine hæreſis, & poſt alios, quos allegat Farinac. vbi ſupra num.30.& 35.

240 Secùs autem erit ſi adhuc non peruenerunt ad decrepitam ætatem, vel non ſunt diminuti ſenſu, & intellectu, ſed robuſti, perſpicaces ac intelligentes exiſtunt. in talibus enim quòd grauius debeat puniri delictum, vti commiſſum ab eo, qui plus cognoſcens minus delinquere tenebatur, defendunt optime Sfor. Odd. de reſtit. in integrum par.2.quæſt.80. num.110. & cum eo Farinac. ibidem, & in confirmationem allegat textum in cap.tanta, 86.diſtinc.

241 Ex quo nihilominus text. ipſe Farinac. rectè concludit, quòd nunquam ſenibus ratione ætatis ſit parcendum intotum; ſed mitior pœna infligenda; & indicat, quòd ſagacitas ſenilis ætatis non obſtet, vt ſenex mitius puniri poſſit, maximè pænis corporalibus; ſic moderanda reſolutio tradita, quidquid dicat Odd. cit. Quòd autem ſenes non ſint excuſandi intotum à pæna, docent etiam Ant. Gomez. Clar. & alij citati ab ipſo Farinac. ibidem num.39. atque hæc de ſenibus.

242 Minores item 25. annorum, quòd regulariter propter delicta quæuis, mitiùs ſint puniendi probatur ex text. in l.1.§. impubes, ibi, ætas enim excuſationem meretur, & ibi Gloſ. in verb. ætas, ff. ad Syllan. ex text. etiam in l. ferè in Omnibus, ff. de reg. iur. vbi ſic dicitur ferè in Omnibus pænalibus indicijs, & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur, & ibi Decian. num 1. ita Clar. in pract. §. fin. quæſt.60. Tiraq. de pęn. temper cauſ.7. num.1.& ſeqq. qui latiſſimè hanc doctrinam comprobat, Foller. in pract. verb. pænis debitis ferientur, nu.17. & cum pænè innumeris, quos copiosè refert Farinac. dict. quæſt.92. num 4.

243 Conceditur autem à Iudice in integrũ reſtitutio minori ad hunc finem, vt mitius pro delicto puniatur. Probatur ex text. in l. auxilium §. in delictis, ff. de minor. & tenent Omnes quos citat, & ſequitur Farin.

244 ibidem num. 43. Addens num. 44. quod etiam ſine hoc auxilio reſtitutionis in integrum ſit minori pæna pro delicto mitiganda. Quod manifeſtè aduertunt Odofred. in dict. l. auxilium, & Alber. ibi poſt num. 4 ac videtur de mente Tiraq. de pæn. tempor. cauſ.7. num.1. in fin. vbi ait pænam minori mitigandam, etiam quòd non petatur. Sic refert, & benè defendit Farin.

245 A Fortiori hoc eſt magis verum in proximis pubertati, quòd iſti ſi delinquant, mitius ſint puniendi, licet iam doli capaces exiſtant; Adeſt text. in cap. referente nobis, de delic. puer. vbi eſt ſermo de minore 14. annorum, & ait Papa quòd eius delictum debeat remanere inultum; ibi Gloſ. in verb. *inultum*, & alij communiter declarant, hoc eſt, non perfectè vltum, ſeù non pæna ordinaria mortis, ſed alia mitiori arbitraria, ita ſentiunt Couar. in cl.1.par.3.num.5. Bald. in l. ſeuerior, nu.10. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. Ant. Gomez. de delict. cap.1.num.62. Menoch. de arbitr. lib.2. cauſ.329.num.2. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt.60.& cum alijs relatis Fa-

246 rin. dict. quæſt.92.n. 62. Qui benè oſtendit num.65. quòd iſti nõ excuſentur in totum, ex text. in l. Excipiuntur, ff. ad Syllan. cum Alber. Ang. Dec. Salyc. & cum multis alijs ibi relatis per eum.

247 Quid de impuberimus non proximis pubertati, ſeù de pueris? iſti quamuis ſint doli capaces, ſi delinquant, excuſantur ob ætatem, & nulla pœna iuridica afficiuntur. Oſtenditur benè per Gloſ in l. impuberem, ff. de fur. & per Gloſ. in l. impuberem, in verb. ætatem, ff. de falſ. facitque pro hoc text. in l. excipiuntur, ff. ad Syllan. vbi adhoc vt delinquens non excuſetur, non ſolum requiritur doli, & intellectus capacitas, vt conſtat ex illis verbis, *vt rei intellectum capere poſſint*. Sed etiam vt impubes ſit pubertati proximus, vt conſtat etiam in illis alijs verbis; *Nam is puer non multum à pubertate aberat*, ergo ſi abſit, ſeù non ſit proximus pubertati, excuſabitur a pena. Quod verũ eſſe pluribus demõſtrac Igneus, in dict. l. excipiuntur, num. 18. vt eum refert, & ſequitur Farinac. ibidem nu.59.

248 Oppoſitum tamen, quòd tales impubres doli capace, pubertati non proximi, nequaquam excuſentur omnino à pœna, videtur per text. in l. impunitas, C. de pęn. cùm ibi dicatur: *Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modo in ea quis ſit, in qua crimen, quod intendit, cadere poteſt*. & tenent ibi Bald. & Salyc. item per text. in cap.1. de delict. puer. vbi multi, & alij, quos

249 citat copiosè idem Farinac. nu.60. Qui num.61. dictis non obſtantibus, reaſſumit, & reſoluit ſicut antea, reſpõdens, quòd dicti textus, & exempla adducta intelligantur de impuberibus pubertati proximis, & non de pueris etiam doli capacibus. Quare cum res iſta hinc inde controuerſa ſit, reſolutionem Farinac. tantum vt probabiliorem, & magis benignam admittendam iudico.

250 Videndum vltimo loco quid de infantibus, & infantiæ proximis? Vtrique ſi delinquant excuſantur, omnino à pœna iuridica etiam ipſo iure abſque ope reſtitutionis in integrum. De illis probat text. in l. ſed & ſi quemcumque §. fin. ad l. Aquil. & in l. infans, ff. ad l. Corn. de Sicar. item in clem. 1. & ibi communiter docent omnes interpretes, præcipuè Bonif. de Vitellin. nu. 11. & ſeqq. Couar. in dict. Clem. 1. par.3. num.5. verſ. Qua ratione, de homicid. Ant. Gomez. de delict. cap.1. n.57. Petr. à Placha in epit. delict. cap.23. nu.1. & 2. & poſt multos, quos abundè citat ibidem Farinacius num. 46.

251 De infantiæ proximis oſtenditur ex eiſdem

dem iuribus allegatis, & peculiariter ex §. pupillus, instit. de inut. stip. Tradunt vt certum Fulgos in l. 1. in fin. C. si aduer. delict. Gulie. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 2. ff. de reg. iur. Dec. ibidem nu. 2. vers. & hoc intelligitur, Marian. Soc. in ca. 1. post num. 4. de delict. puer. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. & cum pluribus per ipsum adductis Farin. vbi supra num. 51. & 53. vbi respondet ad ea, quæ in contrarium obijci possunt, præcipuè ad text. in l. 1. de delict. puer. nempè secundum veriorem interpretationem debere intelligi de impuberibus doli capacibus pubertati proximis, &c.

252 Occurrit peculiariter dicendum de committentibus delictæ carnis, maximè incestus, & adulterij. Primò, quòd sic carnaliter delinquentes si sint minores 25. annorum, debeant mitiùs puniri. Defendit multis Sfor. Odd. de restitut. in integrum, par. 2. quæst. 81. num. 1. & seqq. & benè respondent ad text. in l. auxilium, §. in delictis ff. de minor. cui astipulatur Franc. Coldas in repet. l. si curatorem, num. 16 in fin.

253 C. de integ. restit. minor. Et hanc sententiam ait Farinac. dict. quæst. 92. n. 77. quòd credat veriorem, sumpto argumento à fortiori, ex crimine Sodomitico, de quo statim, vnde eandem admitto, vt magis piam, & probabilem (idem affirmandum de minore Christiano, carnaliter cognoscente iudæam: cum Alciat. & Menoch. relatis per ipsum tradit ibidem Farinac. n. 88.) Quamquam negari nequit, quòd opposita sit etiã probabilis, tenentque eam Glos. in l. si ex causa, ff de minor. & Glos. in dict. l. si auxilium. Vide eundem Farin. n. 78.

254 Qui num. 79. rectè affirmat de impuberibus, quod cùm sint ad coëundum impotentes, propterea excusentur in totum, & non teneantur in crimine adulterij, & in alijs delictis carnis. Patet ex text. in l. si minor. & in l. si adulterium, §. fratres, ff ad Iul. de adult. sumpto inde argumento à contrario sensu; ex text. item expresso in cap. 1. extra de delict. puer. & ibi sic asserunt Hostieñ num. 2. in verb. membris genitalibus, Ant. de Butr. num. 1. & 3. Card. Zabar. in Clem. 1. num. 6. de homicid. & ibi etiam Anchar. nu. 7. ad finem & plures relati à Farinac.

255 Sed quid si obijciatur, quòd diuersi impuberes reperti fuerint potentes ad copulam, & de facto eam habuerint. Vnde non videntur excusandi? Respondetur quamuis verum sit fuisse aliquando pueros ante pubertatem sic potentes repertos; id tamen euènit non suapte inclinatione naturali, sed excoactione, aut monstruositate naturæ, ac proinde tales casus rari, & monstruosi in consequentiam trahi non debent. ita Hostien. in cap. 1. num. 3. de delict. puer. Ioan. Andr. vers. sed quia rarò contingit, Ioan. de Anan num. 4. & num. 5. ac alij, quos adducit ibidem Farin. n. 82.

256 Nihilominus dicti pueri, seù impuberes ita ad seminandum potentes, si delinquant, & si à pœna ordinaria liberentur, non tamen ab extraordinaria, ita resoluunt benè aliqui, quos citat, & sequitur Farin. dict. quæst. 92. num. 93. & 94 reiecto

257 Ant Gomez. per sequentia verba. Quidquid, inquit, in contrarium dixerit, ac probare nixus fuerit Ant. Gomezius de delict. cap. 1. num. 60. Vbi amplius testatur quod aliàs fecit liberare, licèt cum difficultate puerum 11. annorum, qui semen emiserat, & quod plus est, sodomiam commiserat cũ cane, loquitur Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 32. nu. 8. in fin. vers. à priori sententia libenter discedo. hactenus Farin.

258 Quid iã de infantibus, & infantiæ proximis? nullum dubium, quòd isti crimen sodomiticum quoquomodo committentes eximantur à pœna ordinaria, vt dicimus in Regula; imò nunc addimus etiam ab extraordinaria, & quod omnino excusentur à pœna iuridica, seù à Iudice infligenda, cùm huius non sit capax ætas adeò te-

259 nera. Sed sufficit si à Patre, vel à Magistro, vel curatore, ferula, vel baculo, aut alio modo castigentur. Esse excusandos à quauis pœna docent Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 2. quæst. 80. sub num. 44. & cum eo Farinac. dict. q. 92. n. 83.

260 Eodem etiam modo impuberes, & pubertati proximos sodomiticè delinquentes esse excusandos, imo, & puberes similiter, & minores 25. annorum voluit Ant. Gomez. de delic. cap. 1. num. 60. Sed eius sententia, iam paulo ante reiecta est contra communem omnium benè sentientium, quòd prædicti excusentur à pœna ordinaria, non verò in totum, seù ab extraordinaria, ita Menoch. de arbit. 6. 2. cas. 329. num. 5. & cas. 286. num 18. Rolan. cons. 77. n. 9. versic. sextodecimo accedit. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. vbi ait se in iudicãdo ita obseruasse, et vidisse obseruari ab alijs Iudicibus, per fustigationem quorundam adolescentulorum, qui permiserunt

261 se ab alijs carnaliter cognosci. Idem sentit Ioseph Ludon. relatus à Farin. n. 84. vbi sub finem hic ita ait, Et ego, inquit, etiam posui, pueros, dummodo non excedant annum 20. vidi semper, vel fustigatos, vel ad triremes, iuxtà ætatis qualitatem missos. hæc ille; apud quem num. 85. plura videas, huc spectantia, et scitu digna de puberimus, et minoribus.

262 Denique propositum à nobis in fine nostræ Regulæ, quod magis ad rem facit, sic breuissimè decidit Sousa lib. 3. Aphor. cap. 32. num. 21. In crimine, inquit hæresis, si minorem rectè pœniteat, mitiùs punitur. Secùs verò, si in hæresi persistat. ita ille cum Decian. vbi infra, ac cum Simanach. Cath. instit. ti t. 29. num. 56. et seqq.

263 Sed pluribus decisum vtrumque accipe à Farin. dict. quæst. 92. num. 180. vbi primò rectè præmittit, quòd in delictis spiritualibus, qualia sunt hæresis, simoniæ, etc. Minores

nores nõ excusentur, cùm in similibus maior 14. annorum habeatur pro maiori secundum cap.fin. extra de iudic. num. 6. & afferunt spec. in tit.de actore, §.1.num.10. vers. item mulier,vel vir minor. Aym. cons. 90. Sforz.Odd.de restit.in integ.par.2.q 80. num. 103 & Decian.crim.par.1 lib.3.ca. 12. num.25.& lib 5.cap.37.nu.56. Ex quo subiungit optimè per sequentia verba.

264 Vbi tamen, inquit, quòd minor ætas, si minores rectè pœniteat, iuuat ad minuendam pęnam iuxta cap.dixit Apostolus, 24. quæst.3. sed si pertinaces, & impœnitentes fuerint, puniendi sunt, prout alij; & si maiores facti deprehendantur in illa hæresi, quam secuti sunt in minori ætate, non ideò minori pœna castigabuntur, cùm tãto grauiora sint peccata, quanto diutiùs infœlicem animam detinet alligatam. Cap. fin.
265 de consuetud Secùs autem si maiores facti resipuerint, vt ibi per eum. Ad quæ vide etiam benè declarantem Simanach.de Cathol. instit. tit. 29. num.56.& seqq. hæc ille.

266 Addendum item occurrit, quod adducit Pegna 3.par. direct. Commen. 17. in fin. num. 17. spectans ad Sanctum Officium de Senibus, & pueris sic; In cæteris verò, inquit, qui vel propter ætatem decrepitam iam delirant, vel propter ætatem præmaturam, & teneram, quid loquantur, non intelligunt, ac denique ob alias quascunque causas indeliberato animo hæreticalia proferunt, & impia, puniendi non sunt. Hos enim omnes consilij, & prudentiæ inopia, tùm in hoc tribunali, tùm in cæteris à pœnis commissorum delictorum tuetur. hæc ille, valdè consona per nos supradictis, ideo admittenda.

Quotuplex ebrietas, & quando ebrijs delinquentibus, etiam in materia fidei pœna ob eam minuitur, vel relaxatur? aut secùs?

REGVLA CCCCXXXVIII.

267 TRiplex ebrietatis gradus communiter assignatur, magnæ scilicet, leuis, & leuissimæ: in prima alienatio mentis inducitur; in secunda calor vini mentẽ turbat; per tertiam nullo modo vsus ra-
268 tionis impeditur. Ebrius autem in primo gradu, si quoduis delictum, etiam hæreticale committat, non pœna ordinaria, sed extraordinaria mitiùs punitur; & quidem hæc punitio ei infligitur non ob crimen in tali ebrietate patratum, sed ob cõmissum se inebriando: Vnde ab ea libera-
269 tur, si ebrius euasit sine sua culpa. At pœna ordinaria venit puniendus, si sciens se solitum in ebrietate magna delinquere, voluit inebriari, & multo magis si talem ebrietatem procurauit, & affectauit ad fi-
270 nem in eo statu delinquendi. Similiter etiam à pœna ordinaria non eximuntur, qui tertio gradu ebrietatis grauiter delinquunt; secùs qui in secundò.

271 HAec est quinta causa relaxandi, aut minuendi, vel è contra augendi pœnas delinquentibus nempè ebrietas; de qua copiosè vt solet agit Farinac. in Prax. crim. quæst. 93. Sed mirùm quòd non præmitzat diuisionem trium eius graduum, seù specierum, sicut binæ præmittit, & de illis agit Cęsar Carena par.2.tit 7. § 6.num.32. Vniuscuiusque naturam complete declarans. Vnde traditã à nobis declarationem ex eo sumpsimus, nec alia maior pro præsenti instituto requiritur.

272 Perpendendum itaque iam quod sequitur in nostra Regula, videlicet ebrium committentem quodcunque delictum etiã contra fidem Catholicam in statu magnæ ebrietatis, non esse puniendum ordinaria pœna, sed mitiùs extraordinaria. Facit pro hoc text.in cap.inebriauerunt.15. quæst.1. & cap.sanè, & ibi Gloss.verb.venia, eadem causa, & quæst.vbi dicitur. Ideoque si qui per vinum deliquerint, apud sapientes Iudices venia quidem facta donantur. text. item in l. omne delictum §. per vinum, ff. de re milit.& notant Alber.ibi ac Bald. in l.data opera num.6.C.de ijs,qui accus. nõ poss idem Bald. in cap. à Crapula, num.3. de vit.& honest. Cler.Bonif.de Vitell.in tit. quid sit accusat.num.49.& cum multis relatis Farinac.dict.qu.93.n 1.2.& 3.

273 Verùm ipse Farinac.num.4.ex mente Bonif.de Vitellin. in Clem.1.num.25.in fin. & seqq.Couar.ibi, in 3.par.relect.nu. 3.vers. ex quibus auctoribus, & aliorum meritò affirmat talem pœnam extraordinariam non iniungi ebrio propter delictum in statu magnæ ebrietatis commissum, cùm tunc in eo dolo prorsus, & culpa caruerit, sed propter culpam, quam contraxit se inebriando, deducitque manifestè cum Glos. ex dic.text.in cap.inebriauerunt, iuxta magis receptam expositionem, cum ibi dica-
274 tur, Inebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem, non tantum, quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. ita ibi. Ratio est, quia ebrietas magna prorsùs tollit vsum mentis, ergo delinquens in ea, nec dolum, nec culpam habet; ergo nullo modo est ob delictum puniendus.

275 Excusandus tamẽ taliter ebrius delinquens à pœna etiam extraordinaria, seù in totum si absque culpa sua ebrius reperitur, vt contingit quando fuit deceptus à socijs, qui mixturam, puta sal ad effectum inebriandi bibentem, hoc inscio, in vino posuerunt. Tradunt vt certum Couar. in Clem.1.in 3 par.relect.nu.3. in fin. Marian. in cap.ad audientiam, num.55.in fin.extra de homicid.Dueg.reg.259.in 4.ampliatione,

ne; verl. in qua quæstione. Clar in pract. §. fin. quæst. 60. & cum alijs, quos citatat, Farin. ibidem, num. 12.

276 Vbi cum eisdem etiam auctoribus testatur, posse contingere, vt quis fiat ebrius, & careat vsu rationis absque propria culpa, & consequent. excusetur intotum à quauis pæna, si non cognouit potentiam vini, & qualitatem ad inebriandum aptam, cùm contrarium crederet, inde, quod illud esset clarum, & paruum. Hinc inno-

277 tescit differẽtia inter illas ebrietates Noe, & Loth, de qua D. Thom. 2.2. quæst. 150. art. 4. Alber. de agnos assert. qu. 30. nu. 13. et alij præsertim Eymer. 2. par. direct. q. 41. de blasphemis num. 9. per sequentia verba.

278 Rursus, inquit, secundum Augustinum super Gen. ad litteram: Noe post diluuium inebriatus excusatur à peccato, et à tanto, et à toto, qui vinum non nouerat, nec eius virtutem sciebat, et ideo cauere non expediebat. Sed Loth inebriatus à prima filia, et cùm eadem fornicatus, excusatur à toto, sed non à toto, quia vinum nouerat, et eius fortitudinem sciebat, et cauere debebat; et ideo ab ebrietate minimè excusatur. Sed quia consequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus non fuerat, nec sciebat, ideo ab incestu aliqualiter excu-

279 satur, sed non à toto, Sed quando secundo à secunda filia inebriatus est et con cubuit cum eadem, non excusatur à toto; nec à tanto; quia vinum, et eius virtutem, et inclinationem ebrietatis ad luxuriam expertus in se fuerat, et ideo cauere multum sibi debebat; et ideo de secundo incestu non excusatur; sed egit et vt ebrius, et vt incestuosus. ita ille.

280 Concluditur itaque ex prędictis, quòd si quis sciat se solitum in ebrietate magna delinquere, vt alios percutere & non se abstineat à potatione nimia vini, sed se inebriet, tunc delinquendo non mitiùs, sed pæna ordinaria puniri debeat. Concordant circa hoc omnes, & peculiariter decent Gouar. in Clem. 1. par. 3. relect. nu. 4. Angel. de malef. in verb. scienter, & dolosè, num. 17. Marian. in cap. ad audientiam, nu. 56. extra de homicid. Carrer. in pract. tract. 3. de homic. §. 3. excusat. nu. 3. & cum alijs per ipsum relatis. Farin. dict. quæst 93. num. 20. & num. 21. sic prosequitur.

281 Limita iii. inquit, in ebrietate procurata, & affectata ad effectum, vt ebrius delinqueret, & delinquendo se cum ea excusaret. Nam tunc nullatenus excusatur; & ordinaria pœna plectendus est. Bonif. de Vitell. in tit de insult. & percuss. nu. 48. vers. item in Ebrioso Rip. in l. fin. num. 79. vers. secundò intellige, C. de reuocan. donat. Tiraq. de pæn. temper. causa 6. nu. 16. vers. exquo dicto, Petr. à Plach. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 30. num. 2. post medium, vers. quodsi sciens. ita ille, cum pluribus alijs, quos apud ipsum leges.

282 Quòd verò si scienter, & culpabiliter se quis vino inebriat, ac delinquat tunc contra fidem, subsit Inquisitori, & ab eo possit, saltem pæna arbitraria puniri, accipe à citato Eymer. Rursus, inquit, aliquis frequenter personam Regis inuadit, & hæreses seminat, numquid iste, præsertim si frequenter se inebriat, & ita agit vt supra, suspectus de crimine læsæ maiestatis, & hæreticę prauitatis erit, quod scienter hoc egerit, an excusabitur? Non: sed magis suspectus habebitur, quòd hoc seriosè egerit, & nunquid non maior est turbatio mentis ex calore vini, quam ex furore ludi? ergo si ibi non euadit Inquisitoris indicium, nec hic, ita Eymeri.

283 Sed quid de committente delictum inculpabiliter dum ebrius est, si transacta ebrietate, de ipso glorietur, seù idem ratificet; sinedubio pæna Ordinaria debet puniri. Ratio est, quia ex subsequuta ratificatione clarè innotescit, quòd parimodo deliquisset, si non fuisset ebrius; ergo nulla modo à dicta pæna excusatur, item Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 326. num. 10. Rip. in l. fin. num. 79. vers. tertio intellige, C. de reuoc. donat. Herculan. de caut. de non offend. cap. 34. post num. 21. & Farin. vbi supra, num. 22.

284 Hactenus de delinquente in primo gradu Magnæ ebrietatis. Quid iam circa delinquente in secundo leuis, seù modicæ Ebrietatis? Certa resolutio apud Omnes, quòd qui delinquit affectus ebrietate huius speciei, fit mitius puniendus. Probatur inde, quia tunc calor vini mentem ebrij nihil turbat, ergo Meritò in hoc casu ob ebrietatem pæna solet minui, ita Carena dict. numer. 32. cum Ladetchius cons. 207. & cum Ioan. de Anania in cap. 2. de Maledicis affirmãte ibi per ebrietatem excusari blasphemum à tanto non à toto; debet enim intelligi vt ait Carena de hac secunda specie ebrietatis.

285 Præ cæteris tradit hanc doctrinam circa materias sancti Officij Penna 3. par. Direct. commen. 17. vers. de eo vero, vbi discutit bene illud dubium, an siquis, dum est ebrius hæreses proferat, cessante ebrietate, debeat vt hæreticus puniri? Atque iudicans partem negantem veram cum Zanch. tract. de hæret. cap. 7. num. 10. subiungit sic.

286 Hęc vero, inquit, de ea ebrietate sunt accipienda, quę omnino mente priuauit; nam si modica fuerit, coercendus est, qui deliquit, vt optimè scripsit Bart. in dict. l. respiciendum §. delinquunt. de pænis, & Campegius apud Zanchinum cap. 7. ver. sic aliqualiter corrigi. ita ille.

287 Denique ob leuissimam ebrietatem, quæ haud mentem turbat, nec vsum eius impedit, sed tantum exhilarat hominem, eumque promptiorem reddit, quod nullo modo minuatur pæna, & ordinaria debeat sic ebrius delinquens puniri, docent omnes,

nes, præcipuè Bald. l. 1. nu. 40. C. Vnde vi & Carena, dict. nu. 32. sub cuius finem idem repetit per verba sequentia.

288 Dictum verò, inquit, doctorum vulgatum, quod ebrietas excusat à tanto, non à toto de quo Albertinus de agnoscẽdis Asser. quæst. 36. procedit in ebrietate leui, non in leuissima, quæ nec à toto, nec à tanto excusat, non in magna, quæ ab vtroque excusat. hæc recte Carena.

289 Addendum superest vltimo loco, quod cùm nec ebrietas, nec vllus ebrius præsumatur, ideo eam alleganti ad effectum, vt se à delicto, & à pœna excuset, incumbat onus probandi, tempore commissi delicti fuisse ebrium, ita Herculan. de caut. de non offend. cap. 34. n. 22. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 326. nu. 11. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 579. nu. 4. & cum alijs, quos citat Farinac. dict. quæst 93. num. 23. penes quem num. 24. & seqq. videas, quomodo, seu quibus indicijs ebrietas probari possit. Atque hic Regulæ finis.

Delinquens etiam contra fidem in furore aut amentia qualiter à pœna excusatur? quid si patrato iam crimine in amentiam incidat?

REGVLA CCCCXXXIX.

290 Qviuis tempore furores, aut phrenesis, vel amentiæ quodcunque delictum, in qualibet materia, etiam fidei committit, ab omni pœna omnino immu-
291 nis euadit. Ab ordinaria vero non excusatur, si abet lucida interualla, & constet del quisse, dum erat sanæ mẽtis: secus si
292 sit dubium, quãdo nam deliquerit. Committens autem crimen in statu sanæ mentis, si postea fiat demens, etiam post processum defensiuum, aut post latam sententiam, puniri nequit pœna corporali, nisi ad pristinam redeat sanitatem; benè tamen possunt ei infligi pœnæ pecuniariæ; aut bona confiscari, si amentia sit perpetua.

293 Plures extant textus in iure pro ostẽdenda vera manifeste hac sexta causa excusandi prorsus à quauis pœna illum, qui tempore furoris, aut insaniæ seu amentiæ quoquomodo deliquit, quos citat, & perpendit Farinac. in Praxi crimin. quæst. 94. num. 1. ex eo aliquid attingam.

294 Est primo textus in l. illud, §. sane, ff. de iniur. canonizata, in cap. illud 15. q. 1. Vbi, quod furiosus siue pulset, siue conuitium dicat, iniuriam non facit, quia nescit quid faciat, item text. in l. infans, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Vbi dicitur, quod furiosus lege illa non tenetur, ex quo fati infelicitas eum excusat. Text. etiam in l. Diuus Marcus, & ibi Glos. 1. & 2. ff. de Offic. præsi. Vbi deciditur, furioso homicidæ posse pœnam à iudice dissimulari, cùm satis furore suo puniatur. Dein text. in l. Aristonem, in fin. ff. de administr. tut. vbi ostenditur censendum esse, quod à furioso factum est, ac si casu sine hominis actione id occidisset. Tandem tex. in l. & si quamcumque iniuriam, §. 1. ff. ad l. Aquil. vbi conuincitur, damnum datum à furioso, æque æstimandum esse, ac si à quadrupede
295 illatum fuisset. Atque his iuribus Glos. in Clem. 1. verb. furiosus, & ibi Imol. nu. 2. Couar. 3. par. relecto, num. 1. vers. igitur furiosus. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. n. 70. & cum pluribus per ipsum copiosè relatis Farin. dict. nu. 1. & 2. conuincunt traditam doctrinam, quòd delinquens quiuis in statu furoris, aut insaniæ, seù dementiæ, vel
296 phrenesis nullo modo sit puniendus. Etiã si post crimen commissum redierit ad sanam mentem, vt in particulari docent Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 325. num. 8. idemque Farin. num. 4. ac alij.

297 Dixi, quodcunq; delictum &c. ad reijciẽdam sententiam nonnullorum, vt Aretin. in l. humanitatis, C. de impub. & Marsil. in l. 1. num. 59. ff. de Sicar. asserentium ex text. in dict. l. Diuus Marcus, nequaquam rectè intellecto, furiosum esse puniendum in criminibus atrocissimis, & peculiariter in crimine læsæ Maiestatis, sicuti meritò eam reijcit Farin. ibidem num. 37. cum Gomez. citat. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 6. & cum alijs.

298 Sumit ipse argumentum à fortiori ex dict. l. Diuus Marcus, vbi dicitur quòd furor excuset in crimine parricidij, licet sit tantæ atrocitatis, vt maior esse non posse, videatur, ergo quantò magis excusabit in reliquis atrocissimis. Decian. loc. citat. exemplificat in delicto blasphemiæ, maximè hæreticalis, (hoc inter crimina spiritualia omnium atrocissimum reputatur) affirmans furiosum blasphemantem omnino à pœna quacunque excusari.

299 Debet autem intelligi de vero statu furoris, vel insaniæ, seù dementiæ, aut phrenesis: nam si quis illum fingat, vt impunè delinquat, aut à pœna delicti iam commissi liberetur, certum est, nullo modo etiam ab ordinaria posse excusari. Probatur ex l. D. Marcus, ff. de offic. præsid. ibi: *Nec subilla suspicio matrem ab eo simulatione dementia occisam*. Sumpto inde argumento à contrario sensu, vt notat benè ibi Glos. & docent omnes, præcipuè Bart. in tract. de testim. in verb. opposita prudentiæ, num. 96. Tiraq. de pœn. temperan. causa 2. num. 3. ad fin. Couarr. in Clem. 1. in 3. par. relect. nu. 2. de homicid. & Farin. dict. q. 94. n. 40. & seqq.

300 Sed quid si quis delinquens habeat lucida interualla? adhuc sine dubio excusandus omnino à pœna, si constet eum deliquis-

quisse tempore furoris, aut insaniæ. ita Angel. de Malef. in verb. scienter, & dolosè, num. 7. Marian. in cap. ad audientiam, num. 29. extra de homicid. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325, num 11. Bertaz. consil. 326. num. 10. lib. 2. & cum alijs Farin. ibidem, num. 7.

301 E contra si sit certum, quòd deliquerit, dum erat sanæ mentis, sicut non excusatur à delicto, seù à culpa; ita neque à pœna etiam ordinaria. Patet ex textu in dict. l. Diuus Marcus, in vers. si verò vbi hoc deciditur: Si verò vt plerumque assolet, interuallis quibusdam sensu sanior est, vndè fortè eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda est venia. Tradunt vt verum Couarr. & Menoch. supra citat. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. ca. 1. rubr. de delict. nu. 70 & cum pluribus Farinac. dict. quæst. 94. num. 6.

302 Quando vero est dubium, an habens lucida interualla, deliquerit tempore furoris, aut dementiæ, seù potius dum erat sanæ mentis in tali dubio ad excludendum delictum, & liberandum consequenter delinquentem à pœna, præsumi debet potius, quòd deliquerit tempore furoris, aut insaniæ, quàm tempore sanæ mentis. ita Ancharan. in Clem. 1. num. 6. ibi etiam Card. Zabar. num. 4. de homic. Angel. de Malef. in verb. scienter, & dolosè, nu. 8. Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 1. de delict. num. 71. & post plures, quos citat, Farin. vbi supra

303 num 8 Qui cum dicto Gomezio efficaci probat ratione à simili, quia quando dubitatur, an actus fuerit factus tempore licito, vel illicito, præsumitur potius factus tempore licito, & non punibili, quàm è contra, ex doctrina Bart. in l. non solum, §. sed vt probaui, ff. de nou. oper. nunciat. ergo similiter in præsenti.

304 Nihilominus prædictæ doctrinæ ipse Farin. duplicē moderationem ibidē adhibet, primam num. 10 nempè in tali casu, quando dubitatur an tempore furoris, seù potius sanæ mentis quis deliquerit, quòd tunc pro legitima decisione sit consulendus Princeps. per text. in dict. l. Diuus Marcus, vers. si verò. & ibi Glos. in verb. consules: & hoc facere sine dubio tutius est; sed non videtur necessarium.

305 Alteram moderationem adducit ille nu. 11. quòd tunc dum est tale dubium, attendi debeat ad naturam actus criminosi, & perpendendum, an competat homini furioso, seù potius sanæ mentis. ita Bald. in l furiosum, post num. 1. C. qui testam. facere poss. & ibi etiam Angel. post nu. 1. vers. sed in dubio. Decian. nu. 13. & 14. Couarr. in epit. in 4. Decretal par. 2. cap. 2. num. 7. & cū multis idem Farin. exemplificans egregiè: Vnde visum est verbis ipsiusmet exprimere.

306 Limita, inquit, præcedentem ampliationem tunc demùm procedere, quando delictum commissum ab habente dilucida interualla est tale, & taliter commissum, vt verisimiliter credi possit, ipsum tunc in furore fuisse: Secùs si aliter. Si enim (Exempli gratia) quis publicè, & palam occiderit alterum, cum quo nullam habebat inimicitiam, nec causam occidendi, illumque vulnerauerit ex improuiso, nulla præcedente rixa, & postquam vulnerauerit, nō se abscondit, nec aufugit, aut quid simile fecit, quod illius furorem, vel insaniam præseferat, & tunc vtique crederem propositam ampliationem benè procedere, & delictum præsumi patratum tempore furoris: si cautè ex causa, seù inimicitia, aut saltem rixa præcedente vulnerauerit, & occiderit, & post vulnus se deliquisse agnoscens aufugerit, seù latitauerit, aut alias delictum occultare quæsierit, aut quid simile fecerit, quòd mentis compotem eum

307 fuisse tunc temporis demonstrat. Tunc enim præsumeretur deliquisse extra furorem, & eum omnino puniendum crediderim, ex verissima, & communi Doctorum opinione quòd ex qualitate actus per furiosum celebrati dignoscatur, & iudicetur an per habentem dilucida interualla fuerit celebratus tempore imminētis, vel cessati furoris. Si enim actus ipse conuenit homini sanæ mentis, eo tempore celebratus præsumetur: secùs, si conueniat homini furioso. hæc ille, quæ omnino approbo.

308 Quid tandem quando quis in statu sanæ mentis commisit delictum, & posteà in furorem, seù dementiam incidit? Tunc delinquens non punitur, sed differtur executio punitionis, quousque ad sanam mentem redeat, si adsit spes, quòd si rediturus; interim in carceribus retinetur. Tenent ferè omnes, secuti originalem doctrinam Bald. in l. humanitatis, num. 46 C. de impub. & alijs subst. præcipuè Iul. Clar. in pract. § fin. quæst. 60. post vers item quæro, Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 1. rubr. de delict. num. 72. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 325 n. 12. & cum pluribus, quos refert, Farinac. ibidem, n. 13.

309 Verùm si post commissum delictum, quis in dementiam perpetuam incidat, sine spe redeundi ad sanam mentem, adhuc nullo modo pœna corporalis est ei infligēda, quamuis superueneris ipsi talis dementiam post confectum processum defensiuū, & latam sententiam, cum eisdem Gomezio Menoch. & alijs multis tradet, vt certum, & in praxi prorsus receptum idem Farin. num. 15. & 16. Ratio est, quia censetur nimis inhumanum, & rigorosum, hominem insanum, aut furiosum vltimo supplicio, vel alia pœna corporali punire.

310 Quare cum in pœna pecuniaria, vel confiscatione bonorum non reperiatur talis nimia inhumanitas, & rigorositas, poterit haud dubiè dictus delinquens, qui post delictum commissum, & post completum processum defensiuum, in perpetuam amen-

amentiam incidit, tali pœna mulctari. ita idem Bald. in dict. l. furiosum, n. 3. C qui testam. fac. poss. cui adhærent Clar. in pract. § fin. quæst. 60. vers. item quæro, Aret. in l. ex facto, num. 16. vers. Vnde ipse considerat. Carrer. in pract. crim. tract. 3. de homicid. Ant. Gomez. de delict. cap. 1 num. 72. & cum multis Farin. num 19. & seqq.

311 Est denique aduertendum, quod cum furor non præsumatur, probari debeat ab eo, qui illum allegat, secundum text. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. & in l. nec Codicillos, C. de Codicill. & tradunt vt certum Imol. in Clem. 1. post num. 3. de homic. Ancharan. ibidem, sub num 6. Mascard. de probat. li. 2. cócl. 824. n. 5. & seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 45. num. 18. & cum pluribus, quos citat Farinac. dict.

312 quæst. 94. num. 48 Qui nu. 50. addit benè ex Couar. in 4. Decretal. par. 2. cap. 2. num. 6. ex citat Ant. Gomezio, & ex alijs, quòd cum furor sit difficilis probationis, sufficiat si coniecturis, & signis aliquo modo probetur.

313 Sed circa præsumptionem actus tempore furoris, aut dementiæ, accipe, quæ compendiosè adducit Sousa, lib. 3. Aphor. cap. 33. in fin sic num. 9. Probato, inquit, furore non momentaneo, sed continuo, si constet actum gestum fuisse breui tempore post furorem; præsumitur tempore furoris factus. Couar. dict. num. 6. versic. quibus illud. & vers. Processit, Ant. Gomez. dict. num. 71. Menoch. dict. præsumpt. 45 nu. 59. & seqq. Farin. dict. quæst. 94. nu. 52. & seqq. hæc ille, & subiungit num. 10.

314 Quando constat, inquit, aliquem post furorem fuisse sanæ mentis, & continuato tempore cessasse furorem, non præsumitur actus gestus tempore furoris, sed ex vltimo statu præsumptio sumitur; nisi qualitas actus contrarium suadeat. Mascard. lib. 2. conclus. 825. num. 17. & 18. Farinac. dict. qu. 94. nu 55. hæc Sousa, quæ quidem approbo: & hic Regulæ finis.

Quid consuetudo? qualiter propter illam à Iudice, vel Inquisitore cuius delinquenti pœna minuenda, aut relaxanda? vel secus?

REGVLA CCCCXL.

315 CONsuetudo, vt est quid facti, sic describitur. Frequentia operandi liberè eodem modo, quæ facit actum lici-

316 tum, qui aliàs licitus non erat. Circa prohibita iure naturali, & Diuino, consuetudo quæcunque licet multorum sit, imò, & communiter in loco recepta, non excusat à culpa, ac proindè neque à pœna. Circa prohibita verò iure positiuo tantùm, ab vtroque excusabit consuetudo, quando fuit taliter introducta, vt abrogauerit legem humanam; Secùs si non adsit

317 talis introductio. Augetur autem pœna delicti absolutè loquendo propter delinquendi consuetudinem; quæ tàm in procedendo, quàm in condemnando nocet reo; cum indè contra eum lex multum

318 præsumat. E contra qui non est consuetus delinquere, mitiùs punitur; cum reliquis huc spectantibus.

319 OCcurrit perpendenda iam septima causa minuendi, vel relaxandi, aut è conuerso augendi pœnam delicti, nempè consuetudo; de qua Farinac. copiosè vt solet, in Prax. crim. quæst. 23. & 95. per totam, & Sousa, lib. 3. Aphor. toto cap. 34. ac præcipuè noster Franciscus Suarez, li. 7. de legibus, abundantiùs, & eruditiùs præ cæteris: ex illis pauca pro nostro instituto desumentur.

320 Naturam consuetudinis, vt est quid iuris, complerè ostendit D. Isidor. lib. 2. orig. cap. 10. & lib 5. cap. 3. hac definitione; *Est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex.* Quæ refertur cap. consuetudo, dist. 1. circa eam varia obijcit, & soluit Suarez, dict. lib. 7. cap. 1. num. 1. & seqq. Sicque ipsam benè

321 declarat. Verum consuetudo, vt est quid facti, rectè definitur à S. Thoma in 3. dist. 23. quæst. 1. art. 4. quæstiunc. 2. sic. *Frequentia operandi liberè eodem modo.* Qua definitione nos in Regula cótenti fuimus, cùm ad rem nostram magis faciat, vide Suarem vbi supra num. 5. & 6.

322 Quod consuetudo, generaliter loquẽdo, actum de sui natura illicitum, ac ideò punibilem reddat licitum, & impunibilem deducitur manifestè & text. in l. si pignore, §. fin. ibi, Nam vsu hoc euenerat, ff. de pignorat. act. & in l. quis sit fugitiuus, §. apud Tabernam, ibi; quia id facit, quod ei publicè facere licere arbitrabatur, ff. de ædilitia. edict. Tuentur vt certum prorsus Ias. post Rom. in l. certi conditio, §. si nummos, nu. 27. ff. de cert. pet. Roland. cons. 58. num. 19 lib. 4. Guitier. pact. lib. 3. quæst. 29. nu. 22. Tiraquel. de pœn temper. causa 42. n. 8. Catell. Cotta in suis memorial. verbo. consuetudo facit licitum, & Farinac. dict. quæst. 95 num. 3.

323 Hinc infertur, quòd parimodo per cõsuetudinem pacta, & contractus aliàs illiciti, ac reprobati, fiant liciti, & approbati. ita Rolan. cons. 96. numer. 26. & seqq. lib. 2. Decian. consil. 2. nu. 82. lib. 1. Ioseph. Ludou. concl. 51. vers. quando autem, Aymon. consil. 6. num. 103. & consil. 94. num. 12. & cum alijs Farinac. ibidem num. 4.

324 Doctrina tamen duplici numero præcedenti tradita nequaquam habet locum, sed reijcitur respectu eorum, quæ iure naturali, vel diuino statuuntur, aut prohibentur; cum in istis non excuset à culpa, neque à pœna consuetudo quæuis, tametsi à mul-

à multis sit recepta,& comuniter introducta; quæ non consuetudinis,sed corruptelæ nomen meretur pro quo manifestè faciunt text. in cap. flagitia, 37 q.7 & in cap. cum tanto, extra de consuetud. Docentque D. Thom. 1.2. quæst. 97. art. 3. ad 1. Abbas in cap. cum venerabilis, sub num. 5. de consuetud. Tiraq. de pæn. temper. caus. 42. nu. 12. Farinac. dict. quæst. 95. nu. 36. & 37. ac Suarez. dict. lib. 7. cap. 4. num. 4. & 13.

325 Ratio efficax est, quia Ius naturale diuinum ex se immutabile, ac proinde nequit vlla modo, aut per vllam consuetudinem abrogari; Actus etiam ei contrarij habent inseparabilem malitiam,& ideo repugnat, vt sub obligationem cadant; ergo consuetudo introducta contra ipsum non excusabit à culpa, nec à pæna.

326 Peculiariter in materia blasphemiæ, præsertim si sit hæreticalis, exemplificant Doctores, quòd loci alicuius consuetudo blasphemandi non excuset à culpa & quod blasphemus à Iudice, vel Inquisitore debeat pæna saltem extraordinaria mulctari itaut verius Imò in l. his verbis, §. 1. ff. de hæred. instit. C. in pract. §. blasphemia, versic. item potest Arnal. Alber de agnosc. quæst. 6. nu. 20. & cum alijs Farin. in Prax. quæst. 20. nu 47. & quæst. 95. nu. 39. quidquid alij in Contrarium dicant probatur inde, quia blasphemia est contra ius diuinum, & naturale, quod nulla consuetudine loci abrogari potest; ergo ob consuetudinem non excusatur blasphemans.

327 Verum similiter meritò censetur à Farinac. dict. quæst. 95. nu. 24. ex mente Ludou. Peguer. decis. crimin. 34 num. 5; & aliorum, licet non desit, qui contrarium teneat cuius opinionem iure optimo ipse Farinac. dicit esse falsissimam quod consuetudo tolerans homicidas non excuset à pæna legis Corn. de Sicar. quia homicidia, sunt prohibita de Iure naturali diuino, vt in Precepto *non occides*.

328 Quamquam ex vi consuetudinis permittentis torneamenta, aut colluctationes, vel ludos cum saxis, præsertim in pueris, vel cum pugnis, calcibus, folle, aut similibus, vti in diuersis partibus, præsertim Italiæ fieri solent, si in eis contingat aliquod homicidium, sicuti quandoque contingit, homicida, nullo modo punitur. Arg. ex text. in l. qua actione; §. si quis in colluctatione, ff. ad l. Aquil. & in l. si ex plagij, §. fin. ff. eodem, & in Cap. lator. de homicid Atque his iuribus id tuetur. Carrer. quæst. 92. num. 121 Ioan. de Anan. in cap. 1. num. 4. de torneamen. Deci. cons. 9. per totum, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 40. n. 1. & Farinac. cum pluribus, quos citat ibidem, num. 25.

329 Excipitur tamen casus iste, nimirum quando aliquis in dictis torneamentis, colluctationibus, &c. ab eo occiditur, quo cum ipsi inimicitia magna præcesserat, tūc non excusatur omnino à pæna; quia præsumitur dolo occidisse; & quidem si reuera dolo occidit in talibus torneamentis, &c. sine dubio homicida debet puniri, ita Carret. in pract. tract. 3. de homicidio §. 15. excusat, num. 1. in fine, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 400. nu. 4. & cum alijs Farinac. num. 27. qui ostendit sumpto argumento ex text. in l. sedet si quicunque, & in l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad leg. Aquil.

330 Sed quid iam de ijs, quæ iure tantum positiuo prohibentur, vel iniunguntur? Consuetudo contra illa aut contra tale ius, si à multis sit introducta, & recepta, communiterque obseruatur, excusat à dolo, & à culpa, item à pæna quauis etiam extraordinaria, ita Tiraq de pæn. temper. causa 42. num. 9 & 10. Marsil. in pract. §. vlterius, sub num. 9 Roland consil 75 num. 47. lib. 1. & cum alijs per ipsum allegatis Farinac. dict. quæst. 95. num. 28. & 29.

331 Ad prædictum autem effectum, omnino requiritur dictam consuetudinem taliter introduci, & recipi cōtra legem positiuam, vt hanc abroget, vel saltem interpretetur. Alioquin Violans eam ex vi consuetudinis irrationabiliter introductæ non excusabitur à culpa, neque à pęna etiam Ordinaria, ita præter auctores numero præcedenti relatos, Suarez dict. lib. 7. cap. 8. & Sousa

332 Aphor. lib. 3. cap. 34. num. 4. & 5. Non est huius loci adducere, neque expendere circumstantias, & conditiones requisitas ad dictam introductionem, & receptionem consuetudinis, quæ sufficiat ad abrogationem, vel interpretationem legis positiuæ; de eis alibi Deo dante; interim lege Suarem dict. cap. 8. 14. 15. 17. & 18.

333 Delinquendi consuetudo, etiam in minoribus viginti quinque annorum, pœnam criminis auget, quamuis priora crimina fuerint iam punita, vel à Principe per gratiam condonata, aut tempore legitimo præscripta (non datur præscriptio respectu criminum sancti Officij, sed de hoc alibi, interim vide Farinac. quæst. 100. num. 29. & quæst. 197. num. 31.) Tradunt vt certum prorsus Couar. Variar. lib. 2. cap. 9. num. 7. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 295. num. 19. Ant. Gomez de delic. tit. de homic. cap. 3. num. 60. & tit. de furto, cap. 5. num. 5. & 18. Mascard de proba. lib. 2. num. 13 quibus adhæret Sousa dict. cap. 34. num. 11. & Farinac. dict. quæst. 23 num. 8, 11. & 12.

334 Qui benè addit num. 18. posse augeri reo pœnam vnius delicti à Iudice, vel Inquisitore, propter eius consuetudinem delinquendi in varijs locis, seu propter cri-

335 mina commissa in diuersis territorijs Nā quamuis Iudex Vnius loci nequeat procedere contra delicta alibi patrata in alienis territorijs secundum l. extra tarritorium, ff. de iurisdict. omn. Iud. & l. 3. ff. de off. Præt. & authen. qua prouincia C. vbi de crim. agi opor. Debet tamen hoc intelligi, quod non possit procedere principaliter; Secus inciden-

denter, quoad augendam pœnam delicti, pro quo à Iudice loci, vbi commissum est, reus puniri debet, ita Bart. in l. si cui §. fin. ff. de accus. Conrad. in pract. tit. de inquisitione, num. 22. Alciat. in cap. cùm non ab homine, nu. 30. de iud. Couar. variar. lib. 2. cap. 9. num. 7. & alij plures.

336 Prædicti verò doctores communiter exemplificant in fure, qui commisit tria furta in diuersis territorijs, quòd propter vltimum furtum possit ille grauius puniri, etiam pœna capitali, (licet ex se furtum absolutè loquendo non sit delictum capitale) ex mente Couar. citati Ant. Gomez. vbi supra nu. 7. & aliorum, sed cum eadem vigeat ratio in crimine furandi, atque in cæteris; pari modo respectu cæterorum, poterit delinquens ob consuetudinem delinquendi grauiori pœna mulctari. ita ibidem Farinac. nu. 13. cum Iul. Clar. in pract. quæst. 39. vers. pro complemento, & cum alijs.

337 Moderamen tamen subiungit rectè idem Farin. num. 14. sequentibus verbis limita inquit, hanc quintam ampliationem, vt procedat quando reus reperitur in manibus Iudicis illius territorij, in quo est commissum vltimum delictum, quia tunc vera est conclusio, quod pæna venit augẽda propter delicta commissa in alienis ter-
338 ritorijs. Vnde secus, si reperiatur in manibus Iudicis territorij vbi est commissum primum delictum; quia tunc non potest illius pœna augeri, propter delicta alibi commissa. Priora enim delicta aggrauant vltimum, sed non posteriora primum, secundum communem de qua Ant. Gomez. dict. tit. de furto, cap. 5. num. 9. vers. sed his non obstantibus, ita ille.

339 Dein consuetudo delinquendi valde nocet reo pœnes quodlibet Tribunal, etiã sancti Officij, nedum in condemnando, sed etiam in procedendo; lex enim non exiguam præsumptionem desumit ex eo, quòd quis consuetus delinquere, secundum text. in l. si cui §. 1. ff. de accusat. & in l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re milit. & secundum reg. semel malus, vbi Glos. de regul. Iur. in 6. cap. mandata, & cap. Scribam, de præsumptionibus Traduntque Marsil. in pract. §. diligenter num. 110. Alciat. in tract. de præsumptionibus, regul. 2. præsumpt. 7. nu. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222. nu. 20. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 32. numer. 1. & Farin. dict. quæst. 23. num. 20. & 21.

340 Qui num. 22. seqq. cum Marsil. in pract. §. diligenter, nu. 12. versic. contrariam, partẽ Alciat. in dict. Regul. 2. præsupt. 7. num. 3. Menoh. de præsumpt. lib. 1. quæstion. 89. num. 101. & cum pluribus alijs meritò addit id quod spectat ad nostrum quartum librum ex tali præsumptione sola nõ desumi iudicium sufficiens ad torturam, benè tamen, si cum ipsa adsint alia adminicula, & tunc reo torto confitenti delictum, grauior pæna infligi potest propter consuetudinem delinquendi in eodem genere criminum, secus si hæc sit indiuersis delictorum generibus, vt cum multis docet, Farinac. num. 30.

341 Liberatur verò à dicta præsumptione, & consequenter ab augmento pænæ reus, si probet quòd per triennium non commiserit delictum. Nam si per totum hoc tempus, benè, & laudabiliter vixit, cessat præsumptio, quod semel malus, iterum præsumitur malus, ac proinde non censetur consuetus delinquere; secundum textum in §. sancimus, vers. nequaquam, Vbi Ang. in authen. de Monach. ibi triennalis temporis testimonium, Traduntque Rom. consil. 236. nu. 5. & 6. Alciat. Regul. 2. præsump. 7. num. 3 Roland. consil. 63 num 12. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222. n. 22. & Faran. dict. quæst. 33. num 26.

342 Doctrina autem supra numet. 339. tradita, sic videtur moderari debere, quòd quamuis semel malus, semper præsumatur in futurum; non tamen sic erit, vt de præsenti malus, præsumatur etiam malus fuisse in præteritum. Tenent Alc. de præsu. reg. 2. præsumpt. 7. n. 30. versic. 4. intellige, Salic. in l. fin. C. de quæstion. & Felin. in cap. Fraternitatis, de hæreticis, qui ponunt exemplum in Notario, qui de falso condemnatus, quamuis non possit post condemnationem alia conficere instrumenta & confecta falsa præsumantur etiam ad pias causas; inde tamen non deducitur, quòd ante condemnationem facta præsumãtur etiam falsa.

343 E contra alij, vt Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 1003. num. 45. & seqq. volunt ex vi text. §. fin. in Auth. de rest. & l. is qui, C. de adult. quòd ex delicto præsenti oriatur aliqua saltem suspicio circa præterita, licè non perfecta præsumptio; cum in dictis iuribus caueatur, quòd vidua fornicatrix præsumatur idem fecisse viuente viro: & pro vtraque parte multa adducit Menoc. de præsumpt. lib. 5. præsump. 32. num. 19. & seqq. ac proinde vtrumque probabile apparet.

344 Tandem certum est, quòd sicut consuetudo delinquendi facit vt diximus, augere pœnam, ita è conuerso, qui non est consuetus alias delinquere, debeat mitius puniri, iuxta text. in l. non omnes, ff. de re milit. vbi dicitur in puniendis delictis habendam esse rationem anteactę vitæ, &
345 text. in Cap. eos, qui 1, quæst. 7. Vbi mitius proceditur contra Simoniacum, quem alias vità commendat conducit etiam pro hoc text. in cap. nisi specialis, extra de offic. deleg. & ibi Bar. ac Panor. Tiraq. tract. de pæn. temper. caus. 51. & cum alijs, quos citat Farinac. dict. quæst. 23. num. 32. Atque hic Regulæ finis.

An

An ob multitudinem delinquentium, vel incertitudinem delinquentis pœna mitior, aut grauior à Iudice, vel Inquisitore infligenda?

REGVLA CCCCXLI.

346 GEneraliter loquendo ratione multitudinis delinquentium, criminis etiam maximi pœna est minuenda, si ista sit capitalis, & ex ipsius impositione multorum strages sequatur: Verùm non est vtendum tali misericordia cum illis, qui maiori cooperatione delicti auctores exti-
347 terunt. Propter multitudinem item delinquentium contra fidem, augendæ potiùs sunt pœnæ; (excipe, nisi timeatur scandalum magis nociuum) maximè contra præcipuos eorum: Si autem tota ciuitas, aut oppidum, vel maior pars, inito consilio hæresim amplectatur, Papa priùs consulto, condemnari, & destrui potest, atque commercio, ac dignitate Episcopali priuari debet, si impediat, ne hæretici, aut eorum fautores capi, ac puniri valeāt.
348 Tandem incertitudo delinquentium minuit pœnam delicti siue arbitrariam, siue ordinariam: huic tamen subijciuntur simul multi, de quibus constat, fuisse ex proposito coadunatos ad patrandum crimen, etsi quis illud patrauerit, in particulari nesciatur.

---

349 DOctrina huius Regulæ aliquantulum longior solito, eo quòd causa octaua minuendi, vel augendi pœnas delinquentibus, quæ per eam indicatur, duas continet partes circa multitudinem, & incertitudinem delinquentium valdè diuersas: coniungunt vtramque simul Doctores, præcipuè Farin. in Praxi crimin. tota quæst. *96.* & de hæresi, quæst. 197. cuius nos vestigia sequimur.
350 Quo ad primam, certissimum est absolutè loquendo, quòd delinquentium multitudo inducat diminutionem pœnæ, præsertim capitalis, ne inde multorum strages proueniat. Text. in cap. vt constitueretur, & ibi Glos. in verb. strages, distin. 50. item in cap. Latores, & ibi Glos. in verb. multitudinem, de Cler. excom. ministran. In cap. dilectus, il secundo, & ibi Glos. ac communiter omnes, in verbo multitudo, extra de Simon. sicque docent Alber. in l. si rixa, num. 3. vers. quid enim si vna vniuersitas, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Aymon, consil. 224. num. 9. Tiraq. de pœnis temper. causa 47. num. 1. & seqq. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. vers. allegatur etiam, & cum multis per eum relatis, Farinac. dict. q. *96.* num. 1.
351 Qui n. 4. cum citato Iulio Clar. & cum alijs extendit meritò, vt habeat locum etiam nullo existente timore scandali in populo; quod etiam voluit Glosa in cap. denique Sacerdotes, in verbo venia, distinct. 4. cum ibi alternatiuè loquens dicat, ignoscendum esse mitiori pœna inflicta propter multitudinem, vel scandalum; ergo sufficit multitudo sine scandalo; cui Glosæ adhæret Tiraq. de pœn. temper. caus. 47. num. 14. Quidquid in contrarium dicant Felin. in cap. Dilectus, il 2. num. 2. de Simon. & alij.
352 Dixi in Regula, *criminis etiam maximi*, quia ratio minuendi propter multitudinem delinquētium, nempè strages multorum, parimodo procedit in maximis, & atrocioribus delictis, atque in alijs non ita atrocibus. Docent benè, (reiectis Felin. citato, & Carer. in pract. tract. de homicid. §. 14. num. 2. contrarium sentientibus,) alij Doctores, præcipuè Farin. dict. quæst. *96.*
353 num 7. Ponuntque exemplum in crimine seditionis, & rebellionis, (quod maximum, & atrocissimum esse delictum, dubitari nequit) ac propter illud, exceptis præcipuis ipsius patratoribus; de quibus dicam num. sequenti, reliqui Seditiosi, & rebellantes mitiori pœna puniri debeant; additque idem Farinac. casuquo est dubium, quòd Iudex semper in mitiorem partem pro reo expedit, inclinet.
354 Nihilominus ex pluribus simul delinquentibus auctores delicti principaliores, seù, qui in eo patrando plus alijs cooperati sunt sine vlla commiseratione, aut indulgentia rigorosius puniendi, ita Iul. Clar. in pract. §. fin. vers. allegatur etiam, Angel. in l. is, qui opem, num. 4. ff. de furt. Tiraq. de pœn. temper. causa 47. num. 8. Aym. cons. 24. nu. *9.* & cum alijs, quos allegat Farin. dict. quæst. *96.* num. 8.
355 Petes quot homines faciunt multitudinem, vt ob rationem dictam, ne sequatur eorum strages, pœna delicti sit minuēda? Respondet, & quidem benè idem Farin. num. 11. & 12. Quòd multitudo hominum, tametsi diuersis respectibus diuerso modo capiatur, secundum subiectam materiam; ad hunc tamen effectum multi dicuntur *supra* 40. Ita videtur probare text. in dict. cap. Latores, & ibi Glos. in verbo multitudinem, in fin de cler. excom. ministr. Glos. in cap. commessationes, in ver-
356 bo multitudine, distinct. 44. Vel dicas hoc est Iudici arbitrarium, secundum Felin. in cap. dilectus. il 2 num. 3. vers. qui autem dicantur multi de Simon. hæc ille.
357 Sequitur de criminibus spectātibus ad Sāctum Officium hæresis videlicet, & apostasiæ contrarium omnino dicendum, qualiter propter multitudinem delinquentiū pœnæ augeri debeant, maximè contra principalis, & maiori conatu defensores errorum. ita Guindisal. in tract. de hæreticis, quæst. 17. num. 3. Repertor. Inquisitorum in verbo Pœna, vers. augeri autem; Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 50. nu. 5. & 6. Petrus Binsfeld. de confess. malef. ad l. multi, C. de Malefic. & Mathemat. vbi ipse

ait, quòd delinquentium multitudo in crimine legum seueritati detrahere non debet. Et Farinac. de hæresi, quæstione. 197. num. 32.

358 Meritò tamen limitatur præcedens resolutio in casu, quando timetur scādalum, quòd magis noceat, quia tunc propter multitudinem delinquentium contra fidē Catholicam, pœna minui debet. Docent ijdem auctores, præcipuè Decian. dict. n. 6. vbi ait, quòd pluribus in crimine hæresis delinquentibus grauior pœna infligi debeat, nisi ex tali grauitate pœnæ timeatur de scandalo, quod magis noceat; nam tunc propter multitudinem pœna minuēda est. Atque hanc limitationem admittit etiam Ant. Sousa lib. 3. Aphor. cap. 35. num. 3.

359 Nihilominus ipse Sousa nu. 4. & 5. quòd sequitur in Regula nostra sic paucis exprimit, si tota inquit, ciuitas, castrum, vel oppidum, aut maior pars conuocato concilio, in hæresim incidat, potest condemnari, comburi, & destrui, consulto tamen Summo Pontifice Decian. dict. cap. 50. n. 1.

360 & seqq. ita ille. Qui statim subdit si ciuitas, inquit, aliqua impediat, ne hæretici, vel eorum fautores puniantur, capianturue, priuari debeat commercio, & dignitate Episcopali. Farin. dict. §. 1. num. 34. hæc Sousa cum attestatione Decian. & Farinacij.

361 Quoad secundam verò partem constat etiam certò, quòd regulariter ob incertitudinem delinquentis pœna sit minuenda; quæ incertitudo diuersimodè esse potest; primò si in subitanea rixa multorū vtriusque partis delictū homicidij alicuius v. g. reperiatur commissum, tunc omnes à pœna ordinaria liberantur, & tantùm Iudicis arbitrio plectuntur. ita Marsil in l. si rixa num. 5. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 52. ff. de Sicar. Rom. consil. 401. num. 2. versic. his tamen. Tiraq. de pœn temper. caus. 63. num. 1. Clar. in pract. §. homicidium, versic. alia etiam est defensio, & cum alijs per eum citatis Farin. dict. quæst. 96. num. 14.

362 Potest item contingere, quòd quis ambulans per viam fuerit occisus, lapide pergrandi super caput eius proiecto ex aliqua fenestra, in cuius domo aderant multi, & ignoratur quis eorum illum proiecerit, omnes à pœna ordinaria excusantur, non tamen ab extraordinaria, vt pecuniaria ita Card. Zabar. in Clem. 1 num. 13. de homicid. Rom. loc. cit Alber. in tract. statut. par. 3. quæst. 61. nu. 5. Carer. in pract. crimin. in tract. 2. de homicidio, §. quinto quæro, num. 9 & cum alijs, quos refert ibidem Farinac. num. 15. & 16.

363 Similiter eximuntur à pœna homicidij ordinaria, & tantùm condemnantur ad extraordinariam Iudicis arbitrio plures existentes in eadem Domo, si ibi reperiatur aliquis occisus vno, vel multis vulneribus, & ignoretur à quonam taliter vulneratus fuerit. ita ibidem Albert. num. 4. Foller. cons. crim. diuers. 137. num. 12. lib. 1. & præter alios idem Farin. nu 19. & 20.

364 Verùm si constet multos fuisse ex proposito, & præcedente tractatu coadunatos ad committendum delictum, puta homicidium, tametsi ignoretur, à quo, vel à quibus in particulari fuerit exequutum, omnes tenentur pœna eius ordinaria. Tradunt vt certum Glos. l. si in rixa, versic. Nā si ex proposito, & ibi etiam Bart. num. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar. Ant. Gome. de delictis tit. de homicidio cap. 3. num. 36. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 362. num. 25. cum seqq. & præter multos, quos refert Farin. dict. quæst. 96. nu. 72. penès quem plura legas, nobis dicta sint satis pro vtraque parte Regulæ; quæ his terminatur.

Num excusetur à pœna ob iussum superioris quis delinquens, maximè contra fidem? An secùs? Quid si metu, vel minis, coactus delinquat?

REGVLA CCCCXLII.

365 PRopter mandatum Principis, aut cuiusuis Superioris nullo modo eximitur à pęna quisquis delinquit in ijs, quę sunt contra fidem, vel decisionem Ecclesię, aut quę iure diuino, naturaliue prohibita. Quin etiam non liberatur ab
366
ea, si delinquat in prohibitis iure humano. Scripto, vel consuetudinario, quando sequitur inde graue damnum tertij; Secùs vbi nullum alicui fit præiudicium, aut
367 parum. Debet autem intelligi de atrocioribus delictis; non verò de leuibus, in quibus obediens Superiori nullam pęnam incurrit, imò & in atrocioribus probabile est, quòd non ordinariam, sed solam arbi-
368 trariam incurrat. Debet item intelligi de certis delictis; secùs de dubijs, quæ si monitus de dubio Princeps, adhuc exequi iubet, executor non incidit in pœnam ordi-
369 nariam. Tandem omnino excusatur, qui metu, aut minis superioris coactus mandatum eius iniquum exequitur.

---

370 DE hac nona causa minuendi, vel relaxandi pœnam delicti, nempè quando committitur ob mandatum Principis, seù cuiusuis alterius superioris, copiosissimè tractant Doctores, in primis Farinacius in Prax. crim. quæst. 97. per numeros 170. vbi nouem casus discutit; primi discussio in communi totam doctrinam nostræ Regulæ continet; discussiones verò ceterorum in specie respectu diuersitatis personarum eandem doctrinam demonstrant, ex quibus etiam nonnullos per modum illationis, vel leuiter attingemus.

371 Quòd Principi, vel Superiori iubenti obe-

obediētia præstari debeat, nullus est, qui in dubium vertat; cum sacrilegij pœna mulctetur nolens ei obedire. l. 1. C. vt dignit. ord. serue. lib. 12. imò, & capitali, vt adducitur ex Scriptura Sacra, in cap. si quis de maior. & obed. ibi, in lib. Regum legitur, qui non obedierit Principi, morte moriatur: de quo benè Boss. in tit. de homicid. num. 98. & exornat peculiari exemplo, cuius meminit Iul. Clar. in pract. §. fin. qu. 60. ver. solet dubitari, propè finem.

372 Nihilominus si Princeps, vel Superior aliquod malum, seù iniustum præcipiat, nequaquam est ei obediendum, & quisquis obedientiam ipsi præstat, pro qualitate rei præceptæ delinquit, & propter tale præceptum non excusatur à pœna delicti. patet ex text. in cap. si Dominus, & in cap. qui resistit. 11. q. 3. Docent Glos. in dict. cap. si quis de maior. & obed. vbi textum illum, quòd qui suo Principi non obedierit, morte moriatur, dicit habere locum, dummodo præceptum sit iustum; Secùs, si iniustum Marsil. in l. 1. nu. 121. ff. ad l. Cor. de Sicar. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. Sequitur, ex quibus num. 16. Ant. Gom. de delict. cap. 3. num. 42. & cum multis Farin. dict. quæst. 97. num. 3. Quidquid in

373 contrarium afferant pauci, non audiendi, nisi exponantur de casu, quando est dubium, vt statim dicam.

374 Prædicta autem doctrina maximè procedit in his, quæ opponuntur fidei Catholicæ, vt optimè expressit Ant. Sousa, lib. 3. Aphor. cap. 35. num 8. at in prohibitis, (inquit, Farinac. ibidem, num. 5.) à iure diuino, & à Sacris Scripturis. In quibus, quòd nemo obedire debeat suo Superiori, siue sit Princeps, siue Præses, siue Dominus, siue Pater, siue Maritus, & non obediendo, sicut nullam meretur pœnam; ita è contra obediendo malè faciat, & non excusetur, est text. in cap. si Dominus, 11. quæst. 3. Vbi propterea, quod tunc iubenti respondendū est illud Apostolorum: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, facit text. in cap. non licet, distinct. 10. ita ille cum alijs.

375 Pari modo ex vi eiusdem text. cap. nō licet, minimè obediendum vlli Superiori præcipienti aliquid contra ea, quæ iniunguntur à iure naturali, delinquitque illi obediens, & ratione talis præcepti à pœna delicti non excusatur. ita benè defendunt Bald. in cap. cùm adeò num. 11. extra de script. Martin. de laud. in tract. de Princip. quæst. 28. Archid. in cap. rescripta, num. 2. vers. si iuri naturali, 25. quæst. 2. & cum reliquis per ipsum relatis dicta quæst. 97. num. 6. Farinac.

376 At non sic in prohibitis solo iure positiuo, siue scripto, siue consuetudinario; circa quæ Principi, vel Superiori mandanti obediendum est, & ob tale mandatum obediens excusatur à delicto, & consequenter à pęna, si inde nulli præiudiciū, aut exiguum valdè infertur. Tradunt vt certum Archid. in cap. rescripto, n. 2. vers. aut alicui obest, 25. quæst. 2. sumpto argum. ex text. in l. 2. §. Si quid à Principe, ff ne quid in loco publico, & in l. quoties, C. de precibus Imper. offeren. Bellam. in dict. cap. rescripta, num. 2. vers. nulli, & vers. si parum. Bald. in cap. cum adeò n. 11. de rescript. Farin. ibidem, num. 7.

377 Secùs verò erit, si agitur de graui præiudicio tertij, nam tunc adest obligatio nō obediendi iniusto superioris præcepto, & quiuis obediens sine dubio delinquit, pęnamque delicti incurrit. ita ijdem auctores Archid. in dict. cap. rescripta, num. 2. vers. si multum lædit, & vers. si autem non contineatur, Bellam. ibidem, num 2. eod. vers. si multum, 25. qu. & Bald. in cap. cum adeò, num. 11. vers. si autem multum de rescript. quibus adhæret Farin. cit. num. 8.

378 Distinguendum tamen de delictis, cum in leuioribus obediens Principi, vel Superiori mandanti ab omni pœna excusetur. Obediens verò ei in atrocioribus, à pęna ordinaria exemptus, arbitrio Iudicis punitur, Docent Tiraq. de pęn. temper. caus. 34. per totam. Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 60. vers. solet dubitari. Ant. Gom. de delictis, cap. 3. rubr de homicid nu. 42. & cum alijs

379 relatis Farinac. ibidem num. 9. Tametsi, vt ipse ait num. 10 verius crediderit Couar. in 4. Decret. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 7. quòd in atrocioribus mandatum superioris non excuset à pœna ordinaria.

380 Videtur tandem illud aliquantulum inter Doctores controuersum, an si mandato Superioris adiungantur minæ iniectę ab eo, aut metus mortis inferendæ, nisi mandatarius exequatur mandatum alicuius v. g homicidij, iste omnino excusetur? Partem affirmantem, vti veram defendūt multi, argum. text. in cap. miles, 23. qu. 5.

381 ibi. Miles cùm obediens Potestati, sub quo legitimè constitutus est, hominem occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: Glos. in l. penult. ff. si fam. fur. fec. dicat Bald. cap. 1. §. iniuria, nu. 19. de pact. iuram. firm. Iason. in §. si minus, nu. 17. Instit. de act. Tiraq. de pœn. temper. caus. 36. num. 2. Clar. in prac. §. fin quæst. 60. vers. solet dubitari. Iacob. de Graffr. decis. lib. 2. cap. 64. num 11. par. 1. & plures.

382 È contra partem negantem, quòd non excusetur, nec à pęna capitali, etiam propter metum mortis, aut minas eius illatas à Principe, seù ab alio Superiore tuentur alij; præsertim Cagnol. in l. Vel non creditur, nu. 9 ff. de regul. iur. allegato ad hoc, & perpenso text. in cap. Sacris, extra quòd met. caus. Adden. ad Decian. in l. is damnū, §. eius verò num. 1. in verb. excusatur, ff. eodem, & præter reliquos, Couarr. in 4. De-

383 cretal. par. 4. cap. 3 §. 4. nu. 7. Vbi reprobata eorum sententia, qui tenent, venia esse dignum eum, qui mortis timore aliquod ex atrocioribus committit, maximè iussu

iussu Superioris, add.t, quòd, conueniat potiùs mori, ac omnia extrema pati, quam talia committere.

384 Has oppositas sententias aliquo modo in concordiam benè reducunt, nonnulli, quòd secunda negans procedat de foro interno animæ, & quoad pœnam huius fori spiritualem, aut æternam inferni, si non pœniteat delinquens lætaliter ante mortem. Prima verò affirmans quoad forum externum, & quoad pœnam temporalem à Iudice infligendam vel secùs, ita Farinac. dict. quæst. 97. nu. 13. cum Iacob. de Graffr. loc. cit. num. 12. vers. non tamen hæc procedunt, & cum Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 354. num. 1. & 18. Qui inde dictam sententiam affirmantem probat; quia qui necessitate coactus delinquit, excusatur à pœna, c. Sacris de ijs, quæ vi, metusq; causa, &c.

385 Quamquam circa hanc coactionem, de qua Menoch. optimè distinguit Farinac. ibidem num. 24. inter absolutam, & conditionatam, ac disparem esse vtriusque rationem, pluribus ostendit; audi eius verba, & rem melius capies.

386 Limita, inquit, hanc secundam sublimitationem procedere in eo, qui delinquit non coactus absolutè, & præcisè, sed conditionaliter, videlicet metu maiorum malorum, si inquam, puniuntur aliqua pœna extraordinaria, quia scilicet coactè delinquunt; volunt tamen delinquere, & sic aliquo modo eorum concurrit voluntas, licet coacta, & consequenter peccant, arg. text. in cap. quisquis, 11. quæst. 3. & cap. si quis coactus, 22. quæst. 5. & in l. si mulier, §. si metum, & in l. metum autem, §. Sed

387 quod prætor. ff. quod met. caus. Secùs autem, quando quis delinquit præcisè, & absolutè coactus, nulla prorsus eius voluntate concurrente, quando scilicet delinquēs nihil confert secundum proprium motum, prout est quando mulier vim patitur argum est text. in l. si vxor §. si quis planè ff. de adulter. cum alijs allegatis hac eadem col. Tunc enim quia potiùs delinquendo pati, quam agere videtur; hoc ideo excusat non solum à pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria. Sic enim, & Iuribus, & Doctorum, ac Theologorum auctoritatibus benè probat Tiraq. de pœn. caus. 36. num. 4. & seqq. hæc ille.

388 Ex prædictis autem, vt iā ad casus particulares descendamus, deducitur primò quòd ob Principis, aut Superioris mandatum nō excusetur à pœna Iudex, si aliquid iniustè agat, vt si aliquem suspendere faciat, aut indebitè torqueat contra iustitiam. Text in cap. si Dominus, 11. q. 3. ita Marsil. l. 1. n. 12 1. ff. de Sicar. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. vers. potest dubitari Baiard. ad Clar. in addit. q. 64. num. 29. & cum pluribus citatis Farinac. num. 25. & seqq. Vide penès ipsum circa hoc nonnullas ampliationes, & limitationes.

389 Deducitur secundò, quòd tametsi Iudex sæcularis tenetur obedire Iudici Ecclesiastico, quando iste pro executione suę sententiæ brachium illius implorat, iuxta text. in cap. statuimus, sub fin. de maledic. & in cap. 1. in fin. ac ibi Glos. & communi-
390 ter scribentes, de offic. ordin. Si tamen sentētia iudicis Ecclesiastici manifestè appareat nulla, aut de eius iniustitia notoriè constet; Iudex sæcularis debet ei non obedire, & delinquit præstando ipsi brachiū, nec excusatur ob præceptum ab illo etiam sub excommunicatione iniunctum, copiosè ostendit Farinac. dict. quæst. 97. num. 89.
391 & seqq. citatis multis auctoribus. Limitat tamen à num. 100. in causis criminalibus, maximè contra hæreticos, quòd non obstante iniustitia, aut nullitate manifesta sententiæ, teneatur hanc Iudex sæcularis exequi si ab Inquisitoribus fuerit ei mandatum: de qua limitatione infra nos plura. Legatur regula 513. nu. 84. vbi clarius hoc explicatur.

392 Tertiò deducitur, quòd licèt operarij excusentur laborando in fundo alieno ob præceptum eius, qui illos conduxit, si ignorabant esse alienum, secundum Glos. in l. in rem §. dignum, & ibi Bald. & Bart. num. 1. Angel. num. 2. Fulgos. num. 4 ff. de rei ven-
393 dic. Secùs tamen erit si non ignorent, vel saltem dubitent, maximè si illis denuntiatum, aut protestatum fuit, ne laborent in tali fundo, sed quod ab opere desistant: nā tunc ex huiusmodi denuntiatione, & protestatione iam præsumitur dolus, & mala fides. ita Carer. in pract. in tract. de homicid num. 5. Dec. in l. velle non creditur, n. 9. ff. de regul. Iuris, & cum pluribus Farin. num. 132. & seqq.

394. Quartò deducitur, quòd filius si delinquat ob mandatum Patris, aut matris non excusetur in atrocioribus delictis, vt in homicidio, furto, & similibus, text. in l. fin. & ibi Glos. in verbo dignus, ff. de his, qui not. in fam. & in l. liber homo la 2. in 1. Glos. ff. ad l. Aquil. Tiraq. de pœn. temper. caus. 34. num. 1. Dec. cons. 535. num. 3 lib. 4. & com-
395 muniter omnes. Excusatur tamen in leuioribus iuxta text. in l. liberorum, §. fin. & ibi Glos. in verb. dignus, ff. de his, qui not. infam. Docentque Salyc. in l. non ideo minus, nu. 7. & 9. C. de accusat. Bart. in l. non solum, §. si mandato num. 6. ff. de iniurijs. Menoch. de arbitrar. qq. lib. 2. casu 354. n. 41. & Farin. num. 153. & 154.

396 Par item est ratio de vxore, si hæc delinquat ob mandatum mariti, quòd in grauioribus non habet excusationem, benè in leuioribus. Sed quòd adhuc in atrocioribus sit mitius punienda; ita idem Farinac. num. 151. cum Floria in l. liber homo, la 2. num. 4. ff. ad leg. Aquil. & Ant. Gomez. de delict. capit. 3. rubr. de homicid. num. 42.

397 Sed quid de pupillo respectu tutoris? Audi Farinac. num. 152. sic de illo loquentem. Amplia, inquit, 111. vt, & idem sit in

in pupillo qui obediendo suo tutori, si delinquat, excusatur in totum in leuioribus. In atrocioribus vero non in totum excusatur, sed mitiùs punitur. Probatur hæc conclusio ex generaliter traditis supra de filio, & seruo, & in specie facit text. in l. ad ea quæ ff. de reg. iur. & voluit Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 42. vbi testatur alijs relatis de communi, nec dissentit Petr. à Plach. in Epit. delict. c. 15.
398 num. 24. & 26. hæc ille. Nec est cur magis exprimamus illud, quòd attingit de seruo respectu Domini mandantis aliquid iniustum, cum ex vi iuris, l. seruus non in omnibus, ff. de act. & obligat. pari modo sit distinguendum, quòd excusetur in leuioribus, non verò in grauioribus. Vide ipsum Farinac. à num 126. vsque ad 170.
399 Tandem pro Coronide præsentis Regulæ, accipe id, quod paucis adducit Ant. Sousa lib. 3. Aphor. cap. 35. num. 10. Asserenti, inquit, se de Mandato Principis (vel cuiusuis alterius superioris) delictum commisisse, non creditur, nisi probet, Menoc. de arbitr. lib. 1. quæst. 76. num. 4 & seqq. hæc benè Sousa.

An propter sexum muliebrem, aut propter rusticitatem possit minui, vel relaxari pœna delinquentibus? An secus? etiam in Tribunali Sancti Officij?

REGVLA CCCCXLIII.

400 MVlieres vt plurimum ob sexus fragilitatem à rigore pænę facilius excusantur; quòd etiam locum habet in crimine hæresis; excepto, si ab ista cum pertinacia nolint resilire, excepto item si delinquant contra ea, quæ à iure diuino,
401 naturali, vel gentium prohibentur. Dein, quamuis mulier, mitius puniatur, quando est dubium an dolosè deliquerit; vbi tamen constat de vero dolo, pænam ordinariam nequit effugere, & æque ac masculus
402 puniri debet. Pari etiam modo distinguendum in homine rustico, quòd propter rusticitatem excusetur, maximè à suspicione hæresis, in ijs, quæ videntur eius capacitatem excedere, secus in alijs, excusatur item à dolo præsumpto; non à vero.

403 SVpersunt adhuc decem causę explicandæ, ob quas pæna delinquentibus minui, laxariue potest; eas omnes Farinac. nescio cur, sub eadem quæst. 98. Equidem longissima numeris 180. comprehendit. Similiter Ant. Sousa illius vestigia secutus earundem explicationem compendiosissimam vnico cap. 36. lib 3. Aphor. numeris 17. percurrit. Nos illius nimiam prolixitatem, & istius Aphorismicam breuitatem euitantes, ipsas benè Deo iuuante paucis Regulis binas, vnaquaque perpendemus,
404 Quod ratione fragilitatis fæminæ absolutè loquendo Mulier delinquens sit mitius punienda quam masculus, patet ex iure per text in cap. Sicut dignum il 1. & ibi Glos. in verb. sexus, extra de homicid. & in cap. indignantur 22. quæst. 6. vbi dicitur, tanto grauius eos (idest teste Glos viros in adulterij crimine) puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo fæminas regere, item in l. quidquid §. ad filias C. ad leg. Iul. Maiest. illis verbis; Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minùs ausuras esse confidimus, & in
405 alijs iuribus. Atque hoc pari modo procedit quoad vtrumque forum, vt notant expositores in dict. cap. sicut dignum ac ex, D. Thom. D. Bonauent. Scot. & alijs Theologis per ipsum relatis docet copiose Tiraquel. in tract. de pœn. temper. caus. 9. num. 1. quòd in pænitentia iniungenda fæminis ad muliebrem fragilitatem confessarius attendere debet. Ratio generalis pro vtroque foro, & potissima est, quia fœmina regulariter minùs habet rationis, & capacitatis, quàm masculus, & consequenter illa ex minori malitia delinquit, quàm iste: ergo fæminæ mitior pæna, seu pænitentia infligenda, quam masculo, ita post Boër. Abb. Sforz, Od. & alios, quos citat Farinacius dicta quæstione 98. num. 1.
406 Exemplificatur à Doctoribus prædicta doctrina in diuersis casibus: hinc excusatur Fæmina à scientia fabricationis falsæ monetæ in domo eius cusæ; constat ex text in l. quoniam §. viduas ff. de fal. & tradit. ibid. Farin. num. 2.
407 Dein excusatur mulier à pæna, si inuadat rem propriam propria auctoritate, putans id sibi licere, iuxta l. si quis in tantam, C. vnde vi, & tradunt Sforz. Od. de restit. in integr par. 1. quæst. 10 art. 2. sub num. 3. & seqq. post Bart. quem allegat, in l. 1. num. 6. C. vnde vi, ac Farinac. ibidem, num. 3.
408 Eximitur etiã fæmina à pæna falsi propter scripturarum laceratione͂, ita Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 959. num. 6. in fine & 7. ex Menoch. per illum allegato in cons 48. n. 18. in fine, & 19. lib. 1. ac Farin. n. 7.
409 Sed quid quoad rem peculiariter nostri instituti, attenta sexus fragilitate excusantur ne mulieres à rigore pænę in crimine heresis? Benè respondent affirmanter Decia. in tract. crimin. par. 1. lib. 5. c. 37. tit. de defens. reor. num 63. cum Simanch. per eum allegato in Enchirid cap. 47. n. 19. Farin. loc. cit. num. 8 & Sousa dict. cap. 36. num. 1. Probatur eadem ratione, quia etiã quoad hoc heresis delictum, mulier minus habet rationis, & capacitatis, quàm ma-
410 sculus; ergo mitius illa puniri debet. Secus tamen erit, si ipsa in heresi pertinax existat, maximè si monita ab errore nolit resilire; merito sic limitant dicti auctores, Decian.

Decian. Farinac. & Sousa ; quia tunc talis ratio iam non valet.

411 Aliam item moderationem tribuunt dictæ doctrinæ Alex. in l. si quis id quod, nu. 8. ff. de iurisd. omn. Iudic. Stephan Lamberten. de Contract. eorum, Glos. 7. post num. 8. Paris consil. 149. nu. 20. lib. 4. & Menoch. de recup. poss. remed. 9. nu. 19. & seqq. nempè quod fœminæ non excusentur in ijs, quæ à iure diuino, naturali, & gentium prohibita extant, videturque ita deduci clarè ex textu in l. si adulterium §. 1. ff. ad leg. Iuliam de adulter. cum ibi disponatur, vt in adulterio commisso mulieres nullam habeant excusationem, & similiter in incestu iuregentium vetito easdem subeant pœnas, quas sustinent masculi.

412 Quãuis autem dictæ moderationi obstet, quòd ratio adducta, ob quam mulier punitur mitiùs, quia minus rationis habet, ac proindè minùs delinquit, parimodo militet in prohibitis à Iure gentium, naturali ac diuino, & quidem in homicidio, quod vt patet, omni iure prohibetur, esse habendam rationem sexus innotescit ex text. in

413 cap. sicut dignum extra de homicid. (Nisi fortè quis dicat, esse ibi sermonem de pœnitentia à Confessario iniungenda, non de pœna infligenda à Iudice fori externi) Nihilominus persistit Farinac. dict. quæst. 98. num. 14. in moderando doctrinam traditam maximè circa delicta atrocia, audi eius verba.

414 Vtcumque sit, inquit, difficile esset in practica prædictam declarationem obtinere, præsertim quando delictũ esset atrox. Tunc enim memini alias nobilissimam matronam in vrbe decapitatam pro eo, quod aliam mulierem occidi mandauerit, prout occisa fuit, & sic etiam scio illinc ad aliquos annos alteram mulierculam vilis conditionis fuisse suspensam, pro eo quod virum suum veneno necauerit. & vide quæ dixi infra in tit. de homicid. quæst. 119. num 19. hæc Farin. cui adhæreo,

415 circa ea verò, quæ sunt iuris positiui, cùm mulier nõn dolo, sed per simplicitatem deliquisse præsumatur, nec in dubio sit præsumptio doli contra eam, secundum l. vbi ff de eden. venit tunc excusanda, & mitiùs punienda. Quòd si in vero dolo deprehendatur, & appareat manifestè, eam dolosè deliquisse, nullo modo debet excusari, sed potest sicut masculus puniri. Vtrumque docet Farinac. dict. quæst. 98 n. 16. & 17. cum Bald. in l. quicunque num. 17. C. de seru. fugit. Tiraq. de leg. connub. par. 9.

416 num. 51. & cum alijs. Tametsi fœminæ aliquando magis sint vulpinæ, & fraudulẽtæ, quàm masculi: sed nõ intelligitur, quòd aliquid in fraudem legum fecerint teste eodem Farin. num. 18.

417 Quòd item homines rustici similiter ob rusticitatem sint excusandi, & mitiùs puniendi; tradũt vt certum Glos. per text. in l. si quis id, quod, §. 1. in verbo, vel rusticitate, ff. de iurisd. omn. Iudic. Alex. ibidem num. 10. Decian. nu. 32. versic. Secunda causa est Bald. consil. 229. in fin. Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 9. n. 59. & cum multis relatis Farinac. dict. qu. 98. nu. 19. & seqq. Ratio est, quia rusticus non ex dolo, sed per simplicitatem delinquere præsumitur iuxta text. in dicta l. si quis id quod, vers. doli mali, ff. de iurisdict. omn. Iudic.

418 Placet tamen limitatio, quam dictæ doctrinæ nonnulli assignant, nempè quòd cùm in eodem homine possint simul reperiri rusticitas, & sagacitas, Iudicis arbitrio relinquatur, an homo rusticus per simplicitatem, vel per malitiam deliquerit? & consequenter, an excusandus à pœna ex parte, vel secùs? ita cum Plot. de in lit. iuran. § 11. num. 8. in fin. vers. sed ego Ioan. Bapt. de vsur. comment. 2. num. 4. & cum Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 40. & seqq. Farinac. dict. quæst. 98. num. 33.

419 Distinguendum item parimodo, quòd licet rusticus excusetur, delinquens in ijs, quæ sunt solius iuris positiui, cùm tunc ex ignorantia deliquisse præsumatur, si tamen delictum committatur à rustico contra prohibita à iure diuino, naturali, aut gentium, vel etiam positiuo fundato in ratione naturali, nullam in tali casu excusationem à pœna habet. ita Glos. & Doctores in l. 2. C. de in ius vocan. § notandum. Alber. in l. venia, num. 1. C. eodem. Tiraquel. de pœn. temperan caus. 11. num. 7. Sforz. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quęst. 9. num. 4. Menoch de recuper. poss. remed. 9. num. 18. & de arbitr. qq. lib. 2. casu 194 num. 32. multisque citatis Farinac. dict. quæst. 98. & 50. ob rationem oppositam, hoc secundum.

420 Hinc rustici (id, quod ad rẽ nostram magis facit) & simplices excusãdi sunt sæpius à præsumptione hæresis, maximè in ijs, quę videntur eorum capacitatem excedere, & moniti animo pertinaci errorem non defendunt, sed statim Ecclesiæ iudicio se submittunt. iuxta cap. dixit Apostolus, in verbo pertinaci, 24. quæst. 4. & iuxta doctrinam Innoc. in cap. firmiter de Summa Trinit. & fid. Cathol. quem referunt Bald. &

421 alij adhærentes ei. Quamquam meritò Albert. de agnoscend. quæst. 23. n. 6. & 70. affirmat doctrinam Innoc. debere intelligi cum limitatione, quod nõ habeant locum excusationis rustici in rebus fidei manifestis, non excedentibus ipsorum capacitatem, ita cum illo Farinac. dict. quæst. 98. num. 43. & 44. Vbi ponit exemplum in rustico, qui viuente adhuc prima vxore, ducit secundam, quia iste error contra fidem est valdè notorius, vtrumque etiam tenet Sousa lib. 3. Aphor. cap. 36. num. 2.

422 Qui nu. 3. addit id, quo claudimus Regulam nostrã, nempè quòd rusticus excusetur à dolo præsumpto, non tamen à verò,

rò, quando hoc innotescit, ita cum Menochio de recuper. possess. remed. 9. num. 23. ac de arbitrar. lib. 2. casu 194. nu 17. & seqq. & Farinac. dicta quæst. 98. n. 46. & 47. apud quem plura videas, quæ iam ex traditis de muliere, patent.

423 Non tandem ommittam id, quod vltimo loco proponit Farinac. ibidem nu. 61. pro maiori intelligentia eorum, quæ diximus de excusatione hominis rustici, accipe propria ipsius verba.

424 Limita VIII. inquit, vt in omnibus casibus, in quibus rusticus excusatur, id vtique intelligendum sit, vt excusetur à pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, secundum Alber. in l. si quis, id quod, num 5 in discursu, ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi pariter, quòd nō excusat à pęna leuis, vel leuissimæ culpæ. Sequitur ibi Curtius Iun. num. 36. versic. Sed hìc cadit necessaria dubitatio, vbi alios refert concordantes, Tiraq. de pœn. temper. caus. 11.

425 num 2. Vbi reddit rationem, quare rusticus non omnino excusetur, quia scilicet, licet minus peccet, peccat tamen: Quamuis quandoque ei parcatur. Ex iuribus ibi per eum relatis. Menoch. de arbitr. qq. li. 2. casu 198. num. 38 Magon. decis. lucen. 42. num. 15. Bursar. consil. 405. nu. 47. lib. 4. hęc Farinac. cum attestatione plurium auctorum, quæ mihi placent.

Delinquens somni, aut amoris causa etiam contra fidem mitiori ne pœna? an potius grauiori mulctandus.

REGVLA CCCCXLIV.

426 SI quis dum dormit aliquem offendat, aut quouis alio modo delinquat, nullam vt plurimum pœnam incurrit, etiam si ante somnum vigilans offenso iratus fuerit, & offendere eum curauerit.

427 Secùs tamen, si de commisso tunc delicto potest ipsi dormienti culpa aliqua imputari, vt si data opera Somnum vt medium proportionatum ad offendendum, aut delinquendum adhibuit; vel si euigilans delictum in somno, maximè contra

428 fidem patratum ratificauit. Dein, qui ex nimio amoris impetu delinquit, etiam in materia sortilegij, idolatriæ, & hæresis à suspicione contra fidem, & à rigore pœnæ excusatur, secùs si cessante tali impetu delictum committat.

429 SEquitur duodecima causa minuēdi, relaxandi, aut non remittendi pœnam delicti, videlicet status dormiendi, in quo si aliquem dormiens occidat, aut vulneret, vel aliud quoduis crimen committat, regulariter nullo modo punitur. Patet ex text. in Clement. 1. de homicid. & ibi docent Cardin. Zabar. num. 8. in 6 quæst. Anchar. n. 3. Imol. num. 1. & 7. & alij communiter, qui æquiparant dormientem furioso iuxt. cap. maiores, in fin. vers. dormientes autem, & amentes, de Baptis. & eius effect. æquiparant etiam mortuo, vt ostendit copiosè Tiraquel. de pœnis tēper. caus. 5. num. 2. & seqq. & cum eo Farin. dict. quæst. 98. num. 63. & 64.

430 Ratio autem potissima prædictæ doctrinæ hæc ab omnibus assignatur, quia vitio naturali parcendum est. L. fluminum, §. vitium, ff. de damn. inf. & l. probrum, ff. de verb signif. cum in eo statu dormiendi delinquens nequaquam peccet: de quo lege Couarr. in Clemen. 1. in 3. par. relect. nu. 7. de homicid. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 31. num. 3. vers. quo fit dormientem minimè peccare, & alios præcipuè Theologos id pluribus comprobantes.

431 Hinc infertur, quòd si quis, dum dormit, aliquem occidat, vel mutilet, non incurrat irregularitatem, ex vi textus ad litteram in dict. Clemen. 1. de homicid. Atq; propterea ibi fit æquiparatio dormientis cum furioso, & infante, vt benè notarunt ibi Zabar. num 8. in 6. quæst. Bonif. de Vital. num. 20. & seqq. ac Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 51. de homicidio.

432 Prædicta autem locum habent, quamuis qui in somno aliquem occidit, aut offendit, prius vigilans contra occisum, vel offensum ira magna efferbuerit, & occidere, aut offendere desiderauerit, atque postea dormiens, & somnians de tali desiderio, hac phantasia commotus ad effectum occisionis, vel offensionis processerit, haud quaquam pœnam irregularitatis, nec aliā incurrit. ita Couarr. in dict. Clemen. 1. 3. par. relect. num. 6. vers. potest autem contingere. Imol. ibidem num. 7. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 54. de homicid. & cum alijs relatis Farin. dict. qu. 98. num. 69.

433 Si verò occidenti, aut offendenti aliquem, vel quouis modo delinquenti dum dormit culpa criminis aliqualiter imputari potest, non excusatur omnino à pœna, sed pro qualitate culpæ punitur; v. g. si iam aliàs dormiendo occidere aliquem, aut vulnerare, vel aliter delinquere expertus est, videtur esse in culpa, nisi prouiderit adhibita diligētia, ansam delinquendi abstulerit. Ostenditur sumpto argumento ex text. in l. si putator, ff. ad leg. Aquil. & in l. si seruus seruū, §. si fornicarius, ff. eodem; Docentq; copiosè Tiraq. de pœn. temp. caus. 5. nu. 10. Carer. in pract. tract. 3. de homicid. §. 4. n. 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. n. 74. & cum multis relatis Farinacius, dicta quæst. 98 num. 70. & 73.

434 Similiter imputatur aliquo modo culpa patri, aut matri, vel nutrici, &c. si dormiendo, aut voluendo se per lectum, absque debita cura, & cautela, infantem lactentem suffocarint. Cùm autem tale infan-

fanticidium, fine dolo cafu contigiffe appareat, pœna tantum extraordinaria arbitrio Iudicis fuffocati infligenda; imò nulla, fi conftet, quòd cura, & cautela debita fuerit adhibita. Cum Bonif. de Vital. in Clemen. 1. n. 23. de homicid. & cum Ant. Gomez, variarum refolut. tom. 3. cap. 3. de homicid. num. 19. tradit benè Farin. dict. quæft. 98. nu. 72.

435 Pœna verò ordinaria mulctandus ille, de quo ipfe Farinac. nu. 74. fic: limitata 11. inquit, in eo, qui dedita opera obdormiuit, vt derelinqueret, exemplum in eo, qui fciens in fomnijs delinquere, & ob id fomno vtatur tanquā inftrumento liberæ malitiæ ad executionem mali ab ipfo vigilante deliberati, ita vt per fomnum, vt inftrumentum exequatur præcogitatum fcelus, tunc actus in fomno contingens peccatum
436 eft. Et pariter fi quis vigilans irafcitur contra aliquem, & demùm fomno dat operam, vt aliquem occidat vel offendat dormiendo; vtique hoc cafu nullam merebitur excufationem fequutiq; homicidij, & offenfionis reus erit fecundum Bonif. de Vital. in tit. de infult. & percuff. in fin. nu. 48. verf. nifi dolo, &c. in tract. de homicid. §. quarto ad inftar furoris, nu. 2. quos in propofito benè refert & fequitur Couarr. in Clemen. 1. in 3. par. relect. in init. nu. 7. in fin. verf. hac verò in parte de homicidio hæc Farinac. & egregiè quidem.

437 Certum denique eft, quòd nullatenus excufatur à pœna, quicunque dormiens delinquit fi excitatu iam in fomno delictum ratificat maximè in criminibus contra fidem; quod peculiariter fpecificat Ant. Soufa dict. cap. 36. lib. 3. Aphor. n. 5. allegans Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. cafu 327. n. 8. & Farin. dict. quæft. 98. nu. 75. qui ibi loquitur in Communi, & hoc fufficit ad confirmandum Soufę fpecificationem, quæ mihi vera eft.

438 Decima tertia caufa mitigandi, aut remittendi pœnam eft amor; cum hic furori & ebrietati æquiparetur, iuxta tex. in cap. cum in iuuentute extra de præfump. & §. fin. ibique Glof. in verbo bacchata Inftit.
439 de fucceff. fublat. Cum itaque fit locus excufationis pro ebrijs, & furiofis, vt vidimus fupra, fimiliter erit, pro delinquentibus ex vehementi amoris impetu, faltem ad effectum, vt mitiùs puniantur: ita Iul. Clar. in pract. §. fin. quæft. 60. n. 7. Oldrad. conf. 210. nu. 14. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. cafu 328. nu. 1. & cum pluribus relatis per ipfum Farinac. dicta quæft. 98. nu. 77. & feqq.

440 Peculiariter mitiùs agendum cum fortilego, qui cum impetu amoris cōficit fortilegia dæmonum inuocat, &c. ad excitandum in aliqua perfona amorem turpem. Tenent idem Clar. vbi fupra verf. eft & amor. Tiraq. de pœn. temper. cauf. 4. nu. 3. Fran. Monal. Confil. 101. Menoch. loc. cit. nu. 2. & Farinac. ibidem nu. 81. & 82. poft Olbrad. in dict. conf. 210. vbi refert. Cafum cuiufdam Ioan. de Partinaco, fortilegi, cuius caufa de mandato Papæ Ioann. 12. agitata fuit, & de confilio eiufdem Oldrad. cum ipfo mitiùs actum.

441 Sed videamus tandem quid cum Simanc. magis in particulari circa delicta hærefis, & idolatriæ fentiat idem Farinac. En eius verba. Amplia 11. inquit, in crimine hærefis, prout tradit Simanc de Cathol. inftit. tit. 17. rubr. defenf. reor. num. 42. & feqq. vbi, quòd fi quis amoris furore, aut zelotypia, aut defperatione correptus verba dixerit hæreticalia, defendi non nunquam poterit, ne hæreticus effe credatur, excufandufque fit, quod talia dixerit potius vt ebrius, quàm vt hæreticus, & fic, vt ebrius puniendus fit, & non
442 vt hæreticus. Idem affirmat in eo, qui nimio infaniens amore fuæ amafiæ imaginem adoraret, aut aliqua emitteret verba quæ idololatriam fonarent. Eft enim inquit, ibi Simanch. proprium eius, qui vehementer amat, vt horreat, & metuat, ac deinde fuam infpiciens dilectam eam tanquam Deum adoret, & nifi vereretur fe infanum apparere, eidem amatæ, non aliter quam Deo ftatuam faceret, ita ille, num. 83.

443 Quòd fi quis ceffante iam amoris impetu, adhuc in præmeditato delicto committendo profequitur cum plena deliberatione, nullo tunc modo videtur excufandus, cum Simanch. dict. tit. 17. num. 45. tradit ibidem Farinac. num. 91. & 92. quem videas. Atque hic Regulæ finis.

Ob nobilitatem, aut peritiam in arte Delinquenti etiam contra fidem, minuenda ne, vel relaxanda pœna? An fecus?

REGVLA CCCCXLV.

444 Nobilitas non excufat à pæna, nec eam minuit, quando hæc tam in crimine hærefis, quàm in quibufuis alijs eft iam vniformis, & à lege, vel ftatuto ta-
445 xata. Minuitur verò pæna corporalis, feù permutatur, fi nobiles delinquentes arbitrio Iudicis fint plectendi: fed ifta pænæ diminutio, vel permutatio non habet locum, vbi delictum, ob delinquentis nobilitatem grauius redditur; vel ob qualitatem delicti priuilegium nobilitatis amit-
446 titur. Ob infignem item artis peritiam in totum, vel ex parte excufatur quis à pæna delicti, (dummodo hoc non fit nimis famofum) confulto prius fupremo Principe, & talis peritia quindecim teftibus debet probari.

---

447 Circa Decimam quartam caufam mitigandi, vel augendi pœnas, videlicet

licet ob nobilitatem, non nihil attingo ex multis, quæ Doctores copiose adducunt præcipuè Farinac. dict. quæst. 94. à num. 93. vsque ad 133. multoties ampliando, & limitando Doctrinam traditam vt solet in diuersis casibus.

448 Prima pars nostræ Regulæ quòd propter nobilitatem nullo modo exemptus sit delinquens à pena, quoties hæc extat vniformis, & taxata per legem, vel statutum vt certa defenditur à Bald. in l. nemo clericus n. 1. in 4. notabil. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. à Salyc. in l. seruos n. 4. vers. aduerte, an lex, C. ad leg. Iul. de vi publicè. vbi dicit, quòd si pœna est determinata à lege serua legem, nisi ex aliqua alia iuxta causa præterquam ratione dignitatis, velles pœnam augere, vel minuere, iuxta terminos l. & si seuerior, C. de his, qui notan. infam. item à Tiraquel. de pœn. temper. caus. 31 num. 34. & ab alijs, quos citat, & sequitur Farinac. ibidem num. 131. Ostenditur indè, quia in huiusmodi pœnis vniformibus, & taxatis à lege, vel statuto, non est habenda ex vi iuris distinctio personarum, ergo nobilitas non excusabit.

449 Hoc autem censetur verum, tum in alijs criminibus, circa quæ specificat Tiraquel. de pœnis temperan. caus. 31. nu. 1. & seqq. tùm in crimine hæresis, vt peculiariter exprimunt Ant. Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 36. num. 7. & cum auctoribus citandis Farinac. ibibem, num. 122. audiamus eius propria verba.

450 Limita VIII. inquit, in crimine hæresis, in quo nobiles non puniuntur mitius, Arch. in cap. qui contra, num. 1. 24. qu. 1. vbi, quòd pro tali crimine reus siue sit clericus, siue laicus, deponi debet ab omni dignitate, per illum text. & alia iura ibi per eum allegata, Felyn. in cap. Pastoralis n. 3. in 6. & 7. Fallen. de offic. delegat. & in cap. cum quidam, num. 5. post medium versic. quintus est, de iureiur. Tiraquel. de pœnit. temper. caus. 31. num. 25. Foller. in practic. crim. Canon. cap. 16. nu. 17. versic. item dignitas, il 1. ita ille.

451 Censetur item magis verum idem in quouis crimine, quando leges, vel statuta expresse disponunt, vt nobiles, si delinquāt, non mitius, sed grauius puniantur. Et quidem, quod huiusmodi leges, & statuta seruari debeant, meritò affirmauit Salyc. in l. 1. num. 26. in fin. vers. & quæ hic C. de rapt. virg. cui relato adhærent Tiraq. de pœn. temper. caus. 21. numer 26. & Farinac. ibidem num. 132.

452 Nihilominus quoad secundam Regulæ nostræ partem, quando agitur de infligenda pœna corporali arbitrio Iudicis, si reus sit nobilis, vel in dignitate constitutus, nullum dubium, quòd debeat mitius puniri, vel pro pœna corporali, vt fustigationis triremium, &c. pecuniariam, vel aliam assignandam esse. Facit pro hoc textus in l. Pædius, ff. de incend. ruin. & naufr. ac in l. aut damnum §. in misterium, ff. de pœn. & in cap. qui contra 24. quæst. 1. Tradunt ibi Glos. in verb. ignobiles. Couarr. variar. resol. lib. 2. cap. 9. num. 3. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. versic. prodest etiam. Roland. consil. 63. num. 15. & seqq. ac cum pluribus per ipsum relatis Farin dict. q. 98. num. 102.

453 Excipiuntur tamen duo casus, in quibus nobiles non mitius puniuntur, quando pœna corporalis est arbitraria; primo si delicta ab eis commissa propter nobilitatem, & dignitatem augeantur, aut si à iure maiora reputentur in nobilibus, & dignioribus, quàm in alijs ignobilibus & minus dignis, ita Bart. & Alberic. in l. quędam, ff. de pœn. Glos. in l. frustra, C. de re milit. Tiraq. de pęn. temperan. caus. 31 numer. 7. & seqq. Cæpoll. consil. crimin. 39. num. 25. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 16. num. 15. & cum multis per ipsum relatis Farin. dict. qu. 98. num. 113.

454 Secundo si delictum ab homine nobili patratum tale sit, vt propter ipsum amiratur priuilegium nobilitatis, seu prorsus nobilitas ipsa. Imò quo nobilior, & dignior est persona, eo grauius puniri debet, etiam pœna corporali quando committit delictum, quod in contumeliam, & dedecus nobilitatis, & dignitatis redundat. Text. Clarus in l. quædam, & ibi notant Bart. & Alberic. ff. de pęn. Salyc. in l. nemo clericus, num 3. versic. dic ergo, C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Alciat. num. 12. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 31. num. 17. & seqq. Foller. in pract crimin. canon, c. 16. num. 15. ac cum alijs, quos ipse refert, Farin. dict. quæst. 98. num. 113. & 114.

455 Varia exempla in diuersis delictorum speciebus adducunt auctores, præcipuè in tribus, primò in delicto proditionis: nobiles enim proditores quòd nō mitiùs debeāt puniri, quàm ignobiles, & vbi crimen fuerit capitale, quod furca sint suspendendi sicut alij, affirmant Bald. in cap. cum quidam, num. 3. de iureiuran. & Felyn. in cap. pastoralis, num. 3. de offic. deleg. vbi addunt, quòd in Regno Franciæ in crimine proditionis, & ruptæ fidei Magnates, & nobiles in altioribus furcis suspenduntur. Affirmant etiam Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 4. & cum alijs per eum relatis, Farin dict. quæst. 98. num. 115.

456 Similiter in crimine furti, cum hoc in magnum dedecus, & execrandam contumeliam nobilitatis resultet: propterea si nobilis illud patrauerit non minus, quàm ignobilis puniendus est. ita Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 69. num. 29. vers. prodest etiam, & Afflict. in constit. term. vitæ, n. 49. versic. benè tamen pro furto, ibi affirmans, quòd generaliter in crimine furti non fiat personarum distinctio inter nobilem, & ignobilem, sed quiuis pro eo debeat furca suspendi, secundum text. in dict. l. quædam, ff. de

ff. de pœn. & in cap. 1. §. si quis quinque, de
457 pac. vt citat Farin. ibidem num. 117 Qui illis adhæret; cum moderatione tamen, asserens, quòd dispositio Iuris debeat aliquam recipere interpretationem à consuetudine, cùm alicubi consuetum, vt in casu furti, pro quo ignobiles suspendun-
458 tur, nobiles decapitentur. Benè verum est, inquit ille, quòd latrones, & viarum grassatores, quamuis nobiles, furca suspenduntur, sicut alij ignobiles, prout benè aduertit Couar. var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 4. sub versic. quinto, &c ad finem. ita ille, & rectè quidem.
459 Qui nu. 118. sic prosequitur. Limita VI. inquit, in crimine falsi, in quo nobiles mitiùs non puniuntur, Gandin. post Odofr. quem allegat in tit. de pœn. reor. num. 39. ver. Fallit. secundũ D. Odofredum, allegat. text. in l. presbyteri, C. de Episc. & Cler. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 31. num. 23. & seqq. vbi pluribus exornat, Foller. in pract. crim. canon. cap. 16. num. 17. Hippol. Rimin. consil. 245. nu. 78. & seqq. lib. 3. vbi benè comprobat hanc conclusionem, & subdit etiam, quòd propter periurium, & falsum testimonium amittatur nobilitas. hæc ille, quæ approbo.
460 Sequitur decima quinta causa mitigãdi, aut remittendi pœnas, nempè ob excellentem delinquentis peritiam, aut celebre eius artificium, Vnde reipublicæ maximum proueniet commodum. Est certa & communis omnium doctrina; & ad probationem eius adducitur text. in l. ad bestias, ff. de pœn. vbi sic habetur. Si eius roboris, vel artifitij sint, vt digniùs Populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debet. Et tradunt Tiraquel. de pœn. temper. caus. 50. num. 1. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 5. num. 6. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. num. 22. versic. pariter etiam, & Farinac. ibidem, num. 134. cum multis per eum relatis: qui vnanimiter concludunt, quòd ob hanc causam delinquenti pœna aut in totum remitti debeat, aut saltem minui.
461 Circa conditionem de consulendo Principe, est nonnulla controuersia inter auctores, ex quibus aliqui, vt Couarr. loc. cit. cap. 9. num. 6. volunt absque tali consultatione propter peritiam, & excellentiam personæ posse à Iudice pœnam ordinariam minui, seu in mitiorem commuta-
462 ri. Aliqui vero, vt Ant. Gomez. de delict. cap. 13 rubr. de tor. reor. num. 36. vers. tertius casus est, id iudici omnino negant ex vi text. allati in l. ad bestias.
463 Sed Farinac. dict. quæst. 98. nu. 138. cum Iulin. Clar. vbi supra, dict. quæst. 60. versic. pariter etiam, benè media incedit via distinguendo inter Iudices inferiores, & superiores, quòd Iudex inferior nequeat remittere, aut minuere nisi consulto Principe. At Iudex superior, prout Senatus Mediolani, qui est loco Principis, potest vtique hoc facere, etiam à semetipso. Atque sic ibi, teste eodem Claro, fuit hoc quandoque seruatum, nempè vt ante sententiam pœna minuatur, non autem, vt remittatur in totum, post sententiam, quòd omnino Princeps adeatur.
464 Quid vero circa hoc sit vsu receptum in statu Ecclesiastico, audi ab ipso Farin. sed apud nos, inquit indistinctè seruatur, vt tàm Iudices superiores, quàm inferiores, & tàm post sententiam, quàm antea, isto casu, nec etiam pœnam minuant, nec illi remittant, nisi Papa consulto. hæc ille, post medium num. 138.
465 Prędicta autem doctrina non habet locum in graui delicto famosi, & manifesti latronis, vel seductoris, qui non obstante eius peritia, & artificio Reipublicæ valdè vtili, poterit morti tradi, ita Baiard. ad Clar. in pract. §. final. quęst. 60. num. 98. versic. Et quòd pœna remittatur. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 50. nu. 2. & cum alijs relatis Farin. dict. quæst. 98. num. 135.
466 Tandem vt peritia, vel excellentia delinquentis causet dictum effectum minuẽdi, vel remittendi pœnam; debet plenè probari, cùm non sit qualitas insita à natura. Et quamuis ad cuiusque rei probationem regulariter duo testes sufficiant, cap. licet Vniuersis, extra de testibus, cum similibus: ad probandam tamen illam peritiam quindecim requiruntur testes. Patet ex text. in l. Vnicuique, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & tradunt Alexan. in l. cùm quid, num. 7. ff. si cert. pet. & cum alijs ibidem Farin. num. 139. Atque ijs Regula absoluta.

Potest ne pœna minui reo etiam contra fidem ob merita propria, vel parentum, &c. Potest ne augeri, aut infligi ob demerita, vel delicta commissa etiam tempore quo erat Iudæus?

REGVLA CCCCXLVI.

467 NOn solum mitigari, sed in totum etiam remitti potest pœna cuius delinquenti, propter merita eius, aut propter beneficia siue ab eo, siue à parentibus, aut coniunctis suis reipublicæ collata.
468 Dummodo delictum nõ sit nimis atrox, quale censetur crimen hæresis, maximè ab hæresiarcha commissum. Dummodo item merita præcesserint delictum, aut si cum delicto coniuncta sint, delinquens non crimen, sed bonum publicum intenderit.
469 Dein non augetur, nec infligitur pœna Christiano ob demerita, vel delicta, dum erat in statu infidelitatis, aut iudaismi ab eo patrata, quamquam probabile oppositum, & quod Iudicis arbitrio reliquat.

---

470 Sub

470 Sub eodem titulo cum præcedenti causa de peritia delinquentis, coniungit hanc de meritis eius Farinacius, quasi sit vna, & eadem, sed cùm versentur circa materias omnino diuersas, vt ex se apparet, & fatetur ipsemet Farinac. ibidem ante num. 134. haud video, cur non debeant separari, & distinctas causas constituere.

471 Vnde sequitur in ordine decimasexta causa minuendi, aut remittendi prorsus pœnam delinquentis, ob merita scilicet ipsius, seu beneficia in Rempublicam collata. Ostenditur esse certum, sumpto argumento ex text in l. 2. §. cum Appius, ff. de orig. iur. & facit pro hoc text. in l. non omnes, §. fin. ff de re milit. Tradunt Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 33. num. 3. Tiraq. de pœn. temper. caus. 49. n. 1. & seqq. Clar. in Pract. §. fin. quæst. 60. nu. 23. versic. Vtilis est etiam, & cum alijs relatis Farin. dict. quæst. 98. num. 140.

Ampliatur hoc, & meritò, vt mitigetur, aut remittatur pœna delinquenti, non solum ob merita eius propria, sed etiam maiorum suorum, aut coniunctorum. Probatur inde, quia propter merita parentum filij remunerari solent, iuxta l. nemini, versic. filios autem, & l. filio, C. de aduocat. diuers. iudic. & quòd maiorum merita ad posteros transeant, docent egregiè Bald. consil. 355. permittendum est, versic. quid igitur, lib. 1. Socin. consil. 84. accuratissimè, versic. ex quibus impositoribus, Tiraquel. de pœn. tempetan. caus. 49. nu. 10. & Farin. dict. quæst 98. num. 141.

473 Sed hoc non habet locum casu, quo committeret quis delictum nimis atrox contra Rempublicam, quia tunc merito Iudex magis eo inducitur ad ipsum completè vindicandum, quàm meritis taliter delinquentis ad pœnam minuendam. ita citatus Tiraquel. dict. caus. 49. num. 13. & Baiard. ad Clar. quæst 60. num. 99. quos refert, & sequitur Farinac. ibidem num. 142. Posui exemplum, de quo dubitari nequit, in hæresiarcha, qui nimis atrociter in Rempublicam, seu Ecclesiam delinquit errores fidei oppositos seminando; vnde licet olim fuerit de ea benemeritus, nequaquam inde videtur pœna mitiori plectendus.

474 Neque item habet locum, casu quo merita delinquentis sunt coniuncta cum ipso delicto, & ille delinquendo non intendat commodum Reipublicæ: pro quorum completa intelligentia non graueris audire, quæ copiosè adducit Farinac. dict. quæst. 98. num. 143.

475 Limitandum II. inquit, prædictam 11. regulam, vide omnino Guliel. Bened. in repet. cap. Rainutius, in quæst. penult. an occidere peccatores liceat n. 39. ex cuius dictis potest colligi hæc distinctio, quòd si merita sint separata à delicto, vt puta quia delinquens diu ante delictum sit benemeritus de Republica, & tunc benè procedit firmata conclusio, quod scilicet propter præcedentia merita in Rempublicam pœ-

476 na aut minuitur, aut remittitur. Si verò merita sunt annexa in ipso delicto, & ex delictomet procedit vtilitas Reipublicæ, & tunc aut delinquens habebat animum delinquendi, & non faciendi vtilitatem Reipublicæ, vel secùs. Primo casu, cum adsit animus delinquendi, licèt casualiter eueniat Reipublicæ vtilitas, prout est quando quis animo furandi in domum alicuius ingressus de nocte scrinium surripuit sed postea in eodem scrinio literas proditionis ciuitatis, & Principis inuenit; hoc vtique casu is cùm intentionem furandi habuerit, pœnam furti non euitabit, & fortuna, quæ fœlix ciuitati fuit non cōsideratur, ex Antquem allegat in repetit. cap. 1. de const.

477 Secundo verò casu quando scilicet non adest intentio delinquendi, prout fecit Cneus Flauius, qui librum actionum secretò subtraxit, & populo Romano tradidit, non propter sui lucrum, sed vt publico prodesset, vt in dict. lib. 2. ff. de orig. iur. Et tunc quamuis merita, & delictum sint insimul annexa, quia cessat furandi animus, cessare etiam debet pæna, & propter vtilitatē Reipublicæ factam succedit præmium, vt ibi per eum, qui magistraliter loquitur, illumque refert Baiard. ad Clar. dict quæst 60. nu. 99. vers. vtilis est. Vbi tamen etiam in primo casu admittit pœnā minuendum, quamuis à principio adfuerit animus delinquendi, & hoc propter fœlicem euentum, & bonum effectum sequutæ vtilitatis in Republicā: & vide quæ dixi infra n. 17 & seqq. hactenus ille, & rectè.

478 Circa decimam septimā causam, nempè ob transitum ab infidelitate ad Christianismum communiter vt certum tenent auctore, quòd Iudæus, aut quiuis infidelis effectus Christianus nequaquā puniri possit pro delictis ante baptismum patratis, puta furto, homicidio, &c. Desumi videtur probatio huiusce doctrinæ ex varij textibus, cap. quicunque, & ibi Glos. in verb. satisfactio, 26. quæst. 1. cap. in scripturis, in fine & ibi Glos. in verb. purgatum, 8. quæst. 1. cap. Clericus, il. 3 distin. 46. item cap. vna tantum, & ibi Glos. in verb. non soleant dist. 26. & ex alijs, quibus omnibus eam defendunt preter dictas Glos. Archid. cap. in summa distinct. 50. Ioan. de Anan. in cap. de his, nu. 6. extra de accusat. Clar. in pract. §. fin. quæst. 51. n. 19. & cum pluribus relatis Farin. dict. quæst. 98. n. 145.

479 Quamquam non pauci incontrarium inclinant quòd iudæus ad Christianitatem transiens possit accusari, & puniri pro criminibus ante baptismum commissis ita Card. Zabarel. in cap. de his, nu. 2. de accusat. & ibi Marian. socin. num. 19. & seqq. Innoc. in cap. gaudemus, nu. 3. de diuort. ibi etiam Hostien. nu 16. Ioan. Andr. post nu. 12. vers. Vnde de quolibet furto, & alij,

480 Ex hac autem contrarietate Docto-

T rum

rum non desunt, qui in arbitrio Iudicis relinquant. ita Ang. de Castr. cons. 32. n. 22. lib. 1. Brun. à sole q legal. 18. n. 11. & post alios Ant. Sousa li. 3. Aphor. c. 36. n. 13. quod vt probabile saltē videtur mihi admittēdum.

481 Vt certum verò illud, quod docet idem Ang. de Castr. vbi supra nu. 1. & seqq. Ant. Vrsat consil. 33. Baiard. ad Clar. quæst. 51. nu. 47. & cum alijs Farin. dict. quæst. 98. nu. 152. videlicet multo magis, & sine dubio esse Iudæo, seu infideli facto christiano minuendam pœnam pro crimine per eum commisso ante susceptum baptismum. Atque hoc vti Christianæ Religioni fauorabile meritò amplectendum.

482 Sed quid si in fraudem Iudæus, vel infidelis data opera fuerit effectus Christianus, vt pœnam patrati delicti euitaret, erit ne ei remittenda, aut saltem minuenda? Neganter respondent Glos. in cap. gaudemus versic. Sed quatenus extra de diuor. Marian. Socin. de his nu. 22. de accusat. Tiraquel. de pœn. temperan. caus. 25. post nu. 2. & nu. 5. Clar. in pract. §. fin. quæst. 51. versic. vltimo quæro, & alij addentes, quod talis fraus coniecturis probari possit, ostendi videtur inde, quia fraus nemini suffragari debet.

483 Verum idem Farin. ibidem num. 155. partem affirmantem sequitur ex mente Thom. Ferrat. caut. 24. vers. Tu autem Iudex Ang. de Castro consil. crimin. diuers. 32. n. 5. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 51. num 47 & aliorū quòd Iudæo, aut infideli ad Christianissimum translato non possit infligi pœna pro delicto commisso ante baptismum, etiamsi data opera, ipsum suscipiat vt talem pœnam euitet seu ad hanc euitandam tribuat pro cautela baptismi susceptionem.

484 Et quidem consulto Principe nullum esse dubium circa hoc ait idem Farinac. nu. cit. addens passim seruari in Vrbe consulto Sūmo Pontifice quando ex Iudæis aliqui ad fidem conuertuntur.

485 Quamquam Iudæus affectus Christianus, remissa pœna delicti ante baptismum patrati, tenetur restituere etiam in foro fori malè ablata, & omne id, ad quod circiter ex furto vel ex alio delicto obligatur. Ita Hostien. in cap. gaudemus, num. 16. in fin. de diuort. & ibi Ant. de Butr. num. 21. vers. inde de delicto. Dec. consil. 130. nu. 1. Couarr. variar. resol. lib. 2 cap. 10. nu. 4. Clar. in pract. §. fin. quest. 51. nu. 19. vers. vltimo quæro, & cum pluribus relatis Farinac. ibi-

486 dem nu. 156. Qui subiungit n. 157. & 158. ex mente Glos. penult. & communiter omnium, in cap. Iudæi, il 2. §. fin. de Iud. & in cap. Iudæi, de consecr. distinct. 4. quod Iudæo effecto Christiano maneat obligatio restituendi vsuras; excepto, quando personæ, quibus sunt restituendæ, non extarent, aut essent ignotæ, iuxta dispositionem Bullæ Pauli III. de qua in Bullar. par. 1. fol. 415. quia tunc licitè eas retinent. Atque his regula terminatur.

Caius etiam in materia fidei reo potest permitti, aut minui pœna, eo quod sit mutus, & surdus? vel à Patre in carcere præsentatus.

REGVLA CCCCXLVII.

487 MVtus, & surdus si nullo modo valeat mentem suam exprimere, pro delicto quouis etiam contra fidem nō potest puniri: imo neque puniendus licet nutibus, & signis aliqualiter eam exprimat ex sola delinquentis confessione; benè tamen,

488 si testibus de crimine conuincatur. Casu etiam quo extant sufficientia inditia, per scripturam ipsius surdi, & muti, si sciat scribere, ac Notarij publici notificata, potest vtique torqueri, & ex propria confessione

489 pœna ordinaria puniri. Dein attento iure, potest minui pœna filio delinquenti, qui à patre, vel matre Iudici præsentatur, & similiter patri, aut matri delinqentibus præsentatis à filio; id tamen faciendum rarò, & maturè, ac consulto Principe.

---

490 Decima octaua causa mitigandi, aut remittendi pœnas, vel secùs, assignatur, eò quod reus sit mutus, & surdus; hic autem regulariter præsumitur nō habere sensum, nec intellectū, ac proinde infanti, & furioso æquiparari solet. l. seruo inuito §. si pupillo, in fin. ff. ad Trabell & l. mutum, ff. de acquiren. hæredit. & vtrobique communi-

491 ter doctores, præcipuè Bart. Vnde benè deducunt Ant Gomez de delict cap. 1. nu. 69. & Petr. à Plach. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 32. nu. 17. quibus adhæret Farin. dict. quæst 98. nu. 159. quòd nequeat puniri surdus, & mutus, quia nō est capax delicti; cum non possit suam mentem exprimere. Hoc autem peculiariter verum esse in surdo, & muto delinquenti contra fidē cum crimen hæresis formaliter in actu mētis, seu intellectus consistat, iam manifestè patet.

492 Verùm si mutus, & surdus quoquomodo signis, & nutibus mentem suam demonstret, intellectuq; polleat, tunc iam censetur habilis ad delictum committendum. Nam sicut in eo statu potest contractus facere l. item quia, ff. de pact. item nubere, & hæreditatem adire, l. mutus, ff. de iur. dot. & cap. cùm apud de spons. potest etiam testari, l. discretis, C. qui testamentum facere possint, ita pariter videtur posse delinquere; quòd ostenditur per tex. in l. si quis in graui ver. mutum ff. ad Sylla. vbi habetur, quod mutus excusatur à delicto in committendo; ex eo quòd non clamauit. Ergo à contrario sensu, alias de delicto tenetur, & ex mente Ioa. Imol. in l. 1. num 11. Rom. num. 16. Alex. num. 6. & aliorum, venit plectendus pœna etiam ordinaria.

493 Hanc tamen sententiam meritò nimis rigoro-

rigorosam alij iudicant, & volunt, quòd quamuis mutus, & surdus nutibus, & signis suam mentem possit exprimere, & ad indagandam veritatem per talia signa interrogari, (praxim sic eum interrogandi, & nutus ipsius per notarium describendi, Vide apud Flamin. Cartar. à Farinac. ibidem num. 161. citatum) Ex confessione inde elicita, cum non sit tuta, & clara, prout requiritur ad reum condemnandum, nequeat dictus surdus, & mutus condemnari, nec pœna saltem ordinaria puniri, ita rectè Bald. in l. confessos in iure, nu. 27. C. de confessis, cui adhærent varij num. seqq. citandi.

494 At dicta condemenatio, & punitio habet locum ex depositionibus testium, qui mutum, & surdum plenè de delicto conuincunt quando nutibus, & signis exprimit mentem suam, & intellectu præditus censetur habilis ad delinquendum decet magistraliter ibidem Bald. quem sequuntur Alex. l. 1. num. 13. ff. de verb. oblig. & ibi Rom. n. 16. ibi Brun. de indic. & tort. par. 2. quæst. 4. nu. 25.

495 Casu autem quo reus mutus, & surdus sciret scribere, vt contingit aliquando, memini me multoties audiuisse confessionem in scriptis cuiusdam surdi, & muti, nullum dubium, quòd tunc per iudicem cogi possit ad respondendum per scripturam, Vnde si adsint legitima indicia, pro eruenda veritate venit torquendus, & habita per torturam Confessione delicti in Scriptis expressa à notario debet illi pœna ordinaria insligi, ita Flam. Cart. de exequut. sentent. cap. 2. num. 48 & seq. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 69. Sousa lib. 3. Aphor. cap. 36. num. 14. & cum alijs, quos citat, & sequitur Farinac. dict. quæst. 98 num. 163.

496 Quoad causam item mitigandi pœnas reis decimam nonam, nempè eo quod pater, aut mater filium delinquentem carceribus constituerit, huic non pœnam ordinariam, sed mitiorem arbitrio Iudicis esse insligendam probatur manifestè ex iure per text. in l. milites agrum, §. desertorem, & ibi Glos. ff. de re milit. vbi habetur de sertorem, qui à patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam diuus Pius dari iussit, ne videatur, inquit, Pater ad supplicium filium obtulisse, & tamen aliàs tali desertori pœna capitis erat insligenda, vt nouit ibidem Glos. ex vi l. non omnes, §. desertorum, ff. eodem, facit etiam text. in l. qui cum vno, §. qui filium ff. eodem. Tradunt vt certum Felin. in cap. quærenti, num. 6. vers. tertius est, de offic. deleg. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 18. num. 1. & seqq. Menochio de arbitrar. qq. libro 2. casu 347. num. 8. Aymon. consil. 309. numero 3. & cum pluribus relatis Farin. dict. quæst. 98. num. 164.

497 Exemplificat ipse num. 165. & 166. in patre, qui cepit filium bannitum ad mortem, & Iudici præsentauit, etiam si hic crimen læsæ maiestatis commiserit; ita ex vi dicti textus in l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit. docent Angel. in l. si adulterium cum incestu, §. desertorem, ff. de re milit. docent Angel. in l. si adulteriũ cum incestu, §. liberto in fin. ff. de adulter. Alciat. de præsumpt. reg. 1. presum. 4. post num. 2. Marsil. in l. inauditum, num 9. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Salycet. in l. propter insidias, num. 3. C. qui accus. non poss. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 347 num. 4. & plures, quos idem Farinac. loc. cit. refert.

498 Subiungens, quòd dictus filius à patre præsentatus non debeat impunitus vnquam euadere, sed pœna extraordinaria puniri.

499 Quod dictum de filio delinquente per patrem, aut matrem curiæ præsentato, habet etiam locum casu quo è contra pater, aut mater delinquentes à filio carceribus constituuntur. ita Salyc. vbi supra Carer. in pract. crimin. in tractat. de homicid. & assassi. §. nono quæro, num. 17. Gig. de crimin. læs. maiestat. lib. 3. titul. fin. quæst. 6. n. 4. vers. quid autem, & cum alijs Farinac. ibidem num. 169.

500 Tandem pro completa notitia prædictorum, ne graueris audire, quæ hinc inde affert vltimo loco idem Farinac. num. 172. En propria eius verba.

501 Limita II. inquit, vt quidquid sit de iure, & quidquid Doctores præcitati cantent de facto, difficile esset in practica hãc cautelã obtinere per ea, quæ scripsit Rayner. de Forliu. in dicta l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit. attestans Bononiæ non fuisse seruatam hanc cautelam in quodam de Galuecijs, qui Curiæ præsentauit filium bannitum. Cepoll. d. caut. 1. in fine vbi pariter, quòd hæc cautela est
502 periculosa in crimine læsæ maiestatis. Carer. in pract. crimin. in tractat. de homicid. & assassin. §. nono quæro, num. 16. folio mihi 103. Vbi dixit, quòd ista cautela est tuta in alijs delictis, quam in eo, in quo loquitur text. in d. l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit. præsertim non habita remissione à patre, & idem repetit, in §. circa itaque secundum, nu. 11. in fine subdens amplius, quòd Iudices non attendũt hanc cautelam, cum tamen eam attendere deberent, cùm sit fulcita, & iurium, & doctorum auctoritatibus, Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. num. 25 in fine, vbi dixit se certè credere, difficile esse obtinere in practica hanc cautelam, & quòd nunquam vidit illam in practica proponi, & Clar. sic dicentem refert Menoch de arbitr. qq. li. 2. casu 347 nu 4. in fine, prout nec ego etiam vnquam vidi disputationem super eadem cautela contingere, licet benè viderim quandoque filios in carceribus constitutos, & præsentatos à patre, & eos liberatos non in vim dictæ cautelæ, sed quia sic de
503 iure liberari debebant. Verùm si casus

contingeret, malè crederem facere iudicem, qui pœnam isto casu non minueret saltem Principe consulto, hæc ille, & quidem egregiè quod ait de consultatione Principis. Atque his Regula finita.

Delinquens in quauis materia, etiam fidei an, & quando ob bonum euentum excusetur a pœna? vel debeat ei minui?

REGVLA CCCCXLVIII.

504 SI bonus euentus ex delicto proueniat, & reus non habuit intentionem delinquendi propter illum à pœna in totum excusatur: quòd si intendebat delictum committere, non in totum, sed ex parte admissa excusatione mitiùs puniri
505 debet. Hæc autem vera sunt respectu quorumcumque criminum, excepto hæresis crimine; in quo prosperus euentus non minuit præsumptionem malæ credentiæ, vel hæreticæ prauitatis, cum delicta contra fidem ex intentione dignoscantur.

506 HAec est vigesima, & vltima causa remittendi, aut mitigandi pœnas delinquentibus, nempè bonus euentus ex delicto proueniens, eam discutit præ cęteris auctoribus Farinac. dicta qu. 98. à n. 173. vsque ad 179. ex quo completam eius resolutionem accipe.
507 Primo docet in communi, quòd ob prosperum criminis euentum reus à pœna sit liberandus; Id probari videtur per text. in l. Necessarium itaque, §. postea, ff. de Origine iur. vbi fit mentio de historia Flauij Appij Claudij; à quo cum liber legum fuisset substractus, & populo traditus, nequaquam de furto punitus est, sed potiùs præmium consequutus. Atque ibi Glos. notat casum; in quo quis ex dolo, seu delicto sub præmium absque punitione vlla obtinere potuit: ergo &c.
508 Doctrinæ tamen prædictæ diuersa opponuntur, nempè text. in l. diuus. ff. de Sicar. vbi sic habetur; Diuus Adrianus hæc verba rescripsit in maleficijs voluntas spectatur non exitus, textus etiam in l. si quis seruo. C. de fur. & text. in l. desertorem, §. in
509 bello ff. de re milit. Vbi sic; In bello qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur etiamsi res benè gesserit. & ex vi huius textus asserunt Anchar. in consil. 175. remittendum est, num. 2. & Couarru. in Clemen si furiosus, par. 2. §. initium, post n. 4. de hom. quòd delinquentem non excuset bonus exitus.
510 Hinc secundũ l. si quis seruum, §. si puerum, ff. ad leg. Aquil. meritò punitur, qui puerum castrauit, licet ex hoc meliorem reddiderit.
511 Ex dictis itaq; iuribus concludunt generaliter Alber. de statut. par. vlt. quæst. 78. incipi disputauit. Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 2. & alij esse puniendum illum qui rem prohibitam facit, licet bonus sequatur effectus. Quod probatur efficaci ratione desumpta ex iure, quia non sunt facienda mala, vt veniat bonum, cap. ex tuarum de sortileg. cap. super eo, de vsur. cap. non magnopere ne Clerici, vel Monachi, cap. ne quis, & cap. sacta, 22. qu. 2. Hinc Felyn. in cap. 1. num. 17. de præsumpt. vt ostendat hanc sententiam esse veram, interpretatur textum citatum pro prima in d. l. Necessarium, itaque, quòd Flauius ille Appij Claudij subtrahendo librum legum non deliquerit, seù non habuerit animum delinquendi.
512 Sed adhuc pugnat Farinac. pro sententia priori cum Bart. & cum alijs ac tandem media incedēdũ via optimè resoluit, qualiter id sit ex verbis ipsius melius capiemus.
513 Verum inquit, quia pro defensione primæ opinionis faciunt tradita per Bart. in l. inter omnes, §. rectè in fin. ff de fur. & per Aym. consl. 2. num 2. & per Franc. Beccium consl. 60. nu. 15. quos omnes, & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit quęst. 87. num 9. Volentes, quòd etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se
514 delictum non habet, Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra num. 134.) quòd scilicet quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitiùs puniatur; & si fœlix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum pœnam
515 tollat, sed tamen diminuat. Si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat text. in dict. l. 2. §. postea, ff. de orig. Iur. hæc ille, quæ omnino approbo.
516 Superest quod in parte secundę Regulæ attigimus, & ad rem nostram magis facit, scilicet ex prospero euentu, in delictis contra fidem, non minui præsumptionem malæ credentiæ, vel hęresis, ac consequenter inde nec pœnam esse minuendam, eo quòd talia delicta ex intentione dimetiatur, & innotescant. Docet vt prorsus certum Ant. Sousa, lib. 3. Aphor. cap. 36. nn. 16. Qui subiungit num. 17. id quod ad institutum nostrum maxime cōducit his verbis.
517 Quæ hactenus, inquit, dicta sunt circa penarum diminutionem in delictis contra fidē, de illis penis intelligi debent, in quib. Inquisitor habet arbitriũ: in ordinarijs verò pęnis quas hereticus, vel suspectus de fide ipso facto incurrit, locũ non habent, nihilominus iuuant, vt postea cum deliquētib. facilius dispēsētur. hęc Sousa, quib. dict. c. 36. ipse claudit Nos q; eisdē, & præsēte Regula, & caput nostrũ primũ in claudamus.

CA-

CAPVT II.

De singulis pœnarum generibus, & speciebus contra quosuis delinquentes, maximè in materia fidei; de quidditate vniuscuiusque earum, ac de ipsis multiplicandis in eodem reo ad multiplicationem criminum, &c.

PROOEMIOLVM.

1 CVM circa pœnas multiplices reis quibuscunque pro varietate delictorum iniungendas in multis, ac diuersis reliqua Tribunalia, tàm sæcularia, quàm Ecclesiastica cum nostris præheminentibus Sancti Officij concordent, vt per se ex praxi ipsa innotescit; Equidem non esset extra rem, si præter illa, quæ abundè satis toto capite præcedenti tradidimus, multò plura vtriusque communia in præsenti adiungeremus, de quibus copiosissimè per Farinac. in Praxi crimin. lib. 1. tit. 3. de delictis, & pœnis, decem quæst. longissimis, à 17. vsque ad 26. & per alios auctores in proprijs tractatibus.
2 Vt v.g. an pœna taliter suũ teneat auctorem, quòd vnus pro delicto alterius puniri possit? vt pater pro delicto filij, & è contra, Dominus pro delicto, famuli vxor pro delicto viri, &c. (de confiscatione bonorum vnius in Sancto Officio, pro delicto alterius, dicetur infra) & an, & quando valeat statutum sic disponens? Item an vna pœna quandoque in aliam transeat, vt pecuniaria in corporalem, & si reus non habeat in bonis, an, & quando in corpus luere debeat? seu potiùs beneficium cessionis bonorum ei suffragetur? atque sic
3 de alijs similibus in communi. Cæterum pro euitanda prolixitate indicatus in proposito titulo huius secundi capitis, pro nunc contenti sumus, expressis vtcumque pœnarum generibus, & speciebus, cum explicatione breui quidditatis, seù essentiæ singulorum, ac multiplicationis illarum in eodem reo, si delicta ab ipso multiplicentur.

Ex pœnis corporalibus capitalis, qualiter dicitur? quando item ista pro morte naturali sumitur etiam in Sancto Officio? quando secus?

REGVLA CCCCXLIX.

4 COrporales pœnæ admodum generica diuisione sumptæ, aliæ sunt capitales, aliæ vero non capitales: dici solet pœna
5 capitalis tribus modis. Primò, pro morte naturali, & vltimo supplicio, si homo simul cum vita libertatem, & ciuitatem amittat. Secundò pro morte ciuili, nempè damnatione in metallum, per quam reus non vita, sed libertate, & ciuitate priuatur. Tertiò pro deportatione, aut relegatione, ex qua amisso non vitæ, nec libertatis, sed solius ciuitatis sequitur.
6 Nomine autem capitalis pœnæ, attento iure ciuili, vt plurimùm iuxta probabilem sententiam, mors naturalis priori modo intelligitur, & varijs terminis indicandis exprimitur, sed iuxta suauius, & probabilius mors ciuilis sola secundò, vel tertiò
7 modo. At secundum ius canonicum in foro Ecclesiastico etiam Sanctæ Inquisitionis nunquam per capitalem pœnam intelligi debet mors naturalis, exceptis certis casibus infra proponendis.

8 NVllum dubium, quòd pœnarum, sicut, & delictorum varia in iure, & in vsu extent genera, variæ species de quibus latè Doctores criminalistæ, præcipuè Iacobus de Beluiso in pract. iudiciar. tit. de pœnis capitalib. Foller. in pract. canon. verb. & si confessi, aut conuicti extiterint, num. 15. & seqq. Iul. Clar. in pract. crimin. § fin. à quæst. 67. vsque ad 84. & Farin. loc. cit. tota quæst. 19.
9 Quo cum reassumendo nunc diuisionem illam generalem pœnarum, initio capitis præcedentis in Regula 430. propositam, quòd ex eis aliquæ sint corporales, aliquæ verò non corporales; Sumimus hìc initium ab ista sub diuisione nempè ex corporalibus alias esse capitales, alias item non capitales, & perpendimus ex professo in hac Regula primum eius membrum
10 pœnarum capitalium. Ex communi nium doctrina bene affirmat ibidem pœna & 2. Farinacius, quòd triplex sit mini- capitalis, maxima scilicet, medi ur, nem- ma, seù quòd tribus modis su amissione vi- pe pro morte naturali cum tem pro mor- tæ, libertatis, & ciuitat metallum cum te ciuili, seù damnatio libertatis, & ciui- amissione non vitæ, deportatione, aut re- tatis. Tandem p missione non vitæ, nec li- legatione cum tantum ciuitatis, neque ista- bertatis, sed maiori indigent declaratione- pro nunc

aut probatione, de vnoquoque infra aliquid dicetur.

11 Verùm his suppositis, non parum controuersum est inter doctores, si in lege, vel statuto; aut in sententia Iudicis fiat mentio de pœna capitali, seu capitis, de quanam acceptione ex tribus dictis intelligi debeat. Valde probabilis, & à multis recepta est responsio, quòd stando in iure ciuili, ac propriè in isto casu loquendo pęna capitalis accipitur pro pœna sanguinis, seù mortis naturalis. ita Glos. in l. transigere in verb. capitali, C. de trans. quam multi sequuntur, teste Gaspar. Valasc. in repet. l. imperium nu. 99. ff. de iurisd. omn. Iudic. præcipuè Cyn. Bald. ex Bart. prout eos refert Duen. in sua regul. 293. in vltima limitatione, faciuntque pro ista sententia Glosæ aliqua iura, in quibus capitis pœna in vltimo supplicio verificatur, vt in l. relegati, ff. de pœn. in l. saccularij, §. sunt quædam, ff. de extraord. crim. in l. Iul. §. fin. ff. ad l. Iul. repetun. & in l. licet la 2. ff. de verb. signif.

12 Et quidem non solum probabile, sed etiam quandoque certum habetur, quòd nomine capitalis pœnæ veniat mors naturalis, seù vltimum supplicium, vt quando talis pœna capitis à lege, vel statuto, aut etiam ab homine officium Iudicis exercente iniungitur reo vna cum pœna confiscationis bonorum. Patet ex text. in Auth. de Armis, §. oportet, ibi, & in pecunijs, & in ipsum caput. Vbi Glos. hoc interpretatur, in ære, & in persona; affertque & approbat Farinac. dicta quæst. 19. num. 6.

13 Similiter quando per statutum, aut per iudicem infligitur pœna capitalis pro crimine, quod de iure communi debet vltimo supplicio castigari. Nam cùm pœna sit commensurāda delicto, itaut eius qualitati correspondeat, iuxt. cap. Fœlicis, §. cæterum, de pœn. in 6. cap. non afferamus, 24. quæst. 1. & cum omnes dispositiones, ac sententiæ Iudicium interpretationē semper recipiat à Iure communi; ad text. cum Gl. in l. 2. C. de noxal. & Doctores in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. propterea tunc pęna capitalis nō de morte ciuili, sed de naturali, seù de vltimo supplicio intelligi debet. ita cum Marsil. Ang. Imol. & [illegible]s relatis Farin. ibidem num. 5.

14 [illegible]rsus pœna capitalis sumenda est pro mo[illegible] naturali, & non ciuili, quoties lex, vel sta[illegible]tum in aliquibus casibus exprimit pœnam [illegible]timi supplicij, & postea subsequendo [illegible]sso casu eiusdem rationis, & grauitatis [illegible]ĳnat pœnam capitis; cum tunc per præce[illegible]tia declarentur sequentia, secundū text. [illegible] quisquis, & ibi Glos. ff. de leg. & l. filium, [illegible] quando dies legat. cad. Ideo sequens illa [illegible]na capitis intelligi debet de morte natu[illegible] sicut in præcedentibus. Probatur per [illegible]. in l. relegati, & ib. Glos. ff. de pœn. [illegible]que Felyn. in cap. qualiter, & quando, de accus. & Diaz, in reg. 541. limit. 3. quibus adhæret Farinac. num. 7. Atque prędictis sic certò, aut probabiliter traditis.

15 Nihilominus censetur probabilius, & magis receptū à Doctoribus vti suauius, quòd in dubio pęna capitis, siue capitalis in quauis dispositione, tàm hominis, quàm legis, seu statuti intelligi debeat non de morte naturali, sed de ciuili, nempè de deportatione, aut relegatione (siue de exilio perpetuo, vt statim declarabo.) ita Glos. in l. 1. super verb. capitali C. ne Christia. manci. item in l. in criminali. ff. de iurisdic. omn. Iudic. in l. pręsenti. C. de his, qui ad Eccle-

16 siam conf. Vbi cum expręssa fuisset pęna capitalis, quia ex hoc non inferebatur pœna mortis, additur clarius, *Capitali, & vltimi supplicij*. Probatur etiam per text. in l. eos, §. super his, C. de appellat. & in l. capitalium, ff. de publi. iudic. sicque defendunt Cyn. in l. 1. C. de fals. Rolan. consil. 64. nu. 12. vol. 2. Foller. in pract. crim. verb. pœnis debitis ferian. Menech. de arbitr. quæst. casu 316. nu. 10. & cū pluribus quos refert Farin. dict. quęst. 19. nu. 3.

17 Qui ibidem cum Marsil. in pract. §. opportunè, sub nu. 40. vers. tene tamen, Felyn. in cap. qualiter, & quando, il secundo §. ad corrigendos, nu. 27. de accusat. Decit in l. imperium nu. 14. & seqq. ff. de iurisd. omn. Iudic. Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 67. in princ. & cum alijs, quòd dicta doctrina non solum sit magis communis, sed etiam ab Assessoribus Iudicum communiter practicetur: propterea ipsi quando volunt in sentētijs aliquem pœnæ mortis naturalis tradere, apponere consueuerunt clausulam, ita quòd moriatur, & anima à corpore separetur; quasi quòd sine ea redderetur res dubia.

18 Hinc meritò subiungēdum, cum duplex sit genus mortis nempè ciuilis, & naturalis secundum communem modum loquēdi, & patet ex l. 2. ibiq; Glos. in verb mors, ff. de publ. iudic. tametsi in dispositionibus, & contractibus inter homines, ac in similibus, si fiat mentio mortis, intelligendū sit de morte naturali, & non ciuili, quia verba sunt potius naturaliter, quàm ciuiliter accipienda, secundum l. ex ea §. Insulam, ff. de verb. oblig. l. ex facto. ibi communiter Doctores, ff. ad Trebell. Alex. cōsil. 139. nu. 4. vol. 2. Dec. cons. 86. num. 39. lib. 3. & alij

19 Quando tamen nominatur mors per modum impositionis pœnæ, *nisi qualitas* delicti, aut alia circumstantia *aliter* postulet, intelligitur de morte ciuili, & non de naturali. Ratio est, quia *in* dubio maximè circa iniunctionem pœnæ benignior interpretatio semper fieri debet secundum l. si præses, ff. de pœnis, & docet Bar, & alij Doctores in l. eos, §. super his C. de appell. & idem Bart. in l. 2. ff. de publ. indic. ac cum alijs relatis Farin. ibidem. nu. 13.

20 Pro

20 Pro maiori autem intelligentia prædictorum notandum hic, quòd pœna capitalis pro morte naturali varijs, ac multiplicibus terminis dici, & exprimi soleat. Dicitur pœna gladij, seù ferri, & intelligitur de morte naturali, & non de ciuili iuxta text. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. vbi habetur, quòd committens crimen læsæ maiestatis gladio feriatur, & in l. nemo aruspicem C. de Malefic. & Mathem. vbi diuinator subire debet supplicium capitis vltere gladio, ac in, §. item lex Cornelia, inst. de publ. iud. vbi dicitur, quod lege Cornelia de Sicarijs homicida vltiore ferro puniatur: Ac similiter in alijs text.
21 ciuilis. Et quamuis in l. solet, ff. de Offic. procon. agatur de potestate gladij, quæ sicut & pœna gladij in graui coërcione citra mortem quandoque verificari potest, vt benè notat ex mente aliorum Farinac. dict. quæst. 19. n. 9. Ipse tamen cum Iacob. de Belui. in pract. rubr. de pœnis capitalibus num. 3. Foller. in pract. crimin. verb. pœnis debitis feriantur, nu. 47. meritò affirmat, quòd in iure pęna gladij vt plurimū de morte naturali sit intelligenda, & non de minori.

22 Dicitur itē pęna capitalis, seù mortis naturalis, vltimū, nouissimū: sęuisimū, grauisimū, & amarisimū supplicium nam nihil grauius, sæuius, amarius, & magis vltimum extat supplicium, quàm mortis naturalis, quæ omnium terribilium vltimum vocatur; secundum Glos. in Authen. vnicas non solum, C. de publ. & priuat. in l. qui vltimo, ff. de pęnis, & in l. præsenti, in verb. capitali, & vltimi supplicij, C. de his, qui ad Eccl. confu. Atque ista, & alia Iura ad hoc propositū afferunt Belu. & Foller. loc. cit. ac varij, quos refert, & sequitur Farin. ibidem num 10.

23 Nuncupatur etiam dicta pœna capitalis, pęna laquei suspendi, aut furcæ, estque mors naturalis magis ignominiosa alijs. Agitur de ea in l. capitalium, §. famosos, ff. de pęn. in Auth. sed nouo iure, C. de seruis fug. & in l. liberorum, ff. de his, qui
24 non in fam. De vtilitate, & ignominia huius pœnæ, videas apud Bald. in rubr. extra de off. de leg. vers. contra notarium.? Tiraquel. in tractat. de Nobilit. cap. 20. nu. 106. & alios, quos adducit Farinac. dict. quæst. 19. nu. 11.

25 Superest declarare terminos ad capiendam pęnam capitalē pro morte ciuili, seù pro damnatione in metallum, per quam amittitur libertas, & ciuitas, aut pro deportatione, vel relegatione, ex qua solius ciuitatis amissio sequitur. Olim vel defuit in vsu pęna ista damnationis in metallum, aut in opus metalli, seu ad hoc effodiendum, ac etiam alumen, cretamue, & in istis locis, siue fodinis rei damnati vinculis grauioribus astricti tenebantur iuxta l. aut dānum §. inter eos, ff. de pœnis. Circa hoc legas præcipuè Alciat. lib. 1. Parerg. iux

26 cap. 39. Quòd pęna ista hodie iam omnino desierit, & loco eius pæna triremium successerit (de hac nos infra ex professo) in quibus damnati catenis vinciuntur communiter omnes affirmāt, præcipuè Gramma. decis. 32. nu. 4. Carer. in pract. tract. de homicid. §. circa quartum nu. 8. & 9. Mantua in l. transigere, post num. 5. C. de transact. & plures, quibus relatis adhæret Farin. ibidem nu. 14.

27 Pari modo pęna deportationis, & relegationis iuxtà ius antiquum admodum frequenter reis infligebatur, cum aliqua tamē differentia inter deportationem, & relegationem; nam deportatus perdebat ciuitatem Romanam, sed non relegatus, l. inter pęnas, & l. relegatorum, §. siue ad tēpus, ff. de interd. & relegat. Deportatus item amittebat factionem testamenti actiuam, & passiuam, non autem relegatus; de quibus, & alijs differentijs legendus est, Menoch. de arbit. qq casu 330. lib. 2. cent. 4. nobis dicta sint satis, cum ex mente omnium tàm deportatio, quàm relegatio iam ab vsu recesserint.

28 Quænam verò pænæ loco illarum subintrarint, est non nihil controuersum. Aliqui dixerunt pro illis subintrasse decapitationem, & consequenter pænam mortis, Alij autē, & communiter affirmarunt successisse exilium perpetuum, (de his postea dicetur.) Verum Farinac ibidem nu. 15. citatis pro prima sententia, quæ non videtur probabilis, & pro secunda, quæ censetur certa, aliquibus auctoribus, sic addit.

29 Veriùs tamen, inquit, dici potest, & ita apud nos practicatur, quòd super hoc non potest dari certa doctrina, sed quòd cùm vt supra vidimus in quæst 17. Omnes pænæ sint iudici arbitrariæ, iuxta facti, & personarum qualitates; ideo vbi iura imponunt pœnam deportationis, vel relegationis, possit iudex arbitrio suo aliam pænam imponere, iuxta dictas delicti, & delinquentium qualitates, vt per Inno. in l. secunda col. 2. ff. de publ. iudic. Alex. consil. 55. nu. 1. lib. 7. Corn. cons. 175. col. 3. lib. 3. Roland. cons. 38. num. 15. lib. 1. Osasc. dict. decis. Pedem. 105. nu. 7. Aym. cons. 18. num. 17. et cons. 220. nu. 13. Capic. decis. 135. nu. 2. Menoch. de arbitr. quæst. dict. casu 330. nu. 5 lib. 2. Clar. in pract. quæst 67. sub dict. vers. Deportatione etiam.
30 Vbi propterea quòd excepta pęna mortis naturalis, poterit isto casu Iudex imponere pęnam triremium, modò in perpetuum, modò ad tempus, & aliquando etiam pænam pecuniariam, pro qualitate delicti hæc ille & quidem optimè, proinde ipsi adhæreo.

31 Hactenus tradita de pæna capitali pro morte naturali, vel ciuili, ita se habent attento iure Cæsareo, vel Ciuili; (qualiter ex vi huius damnentur etiam hæretici ad pænam capitalem mortis naturalis videbimus infra suo loco) de iure tamen Cano-

Canonico quod pœna capitis non fit mortis naturalis, neque ciuilis, sed amissionis dignitatis, & depositionis, vt certum tradunt Abb. in cap. 1. de homicid. volunt Foller. in pract. crimin. canon. verb. & si confessi, siue conuicti num. 34. & cum alijs Farin. ibidem nu. 8.

32 De iure item Canonico per pœnam mortis non intelligitur naturalis, seu temporalis, qua separatur anima à corpore, sed spiritualis, seu excõmunicatio, qua separatur anima à gratia Dei qui est vita ipsius. Patet ex text. in cap. per venerabilem, ibi, mori præcipitur, id est per excommunicationem; extra, qui fil. sint legit. & ibi notant Doctores, præcipuè Abb. quòd vbi ius canonicum mentionem facit de morte, intelligendum sit non de temporali, sed de

33 Spirituali, seu de Excõmunicatione. Ratio est, quia pro quocunque etiam grauissimo delicto per ius canonicum non infligitur pœna sanguinis, seu mortis temporalis. Probat Glos. in c. delatori 5. quæst. 6. & docet S. Thom. 2. 2. quæst. 99. artic. vltim.

34 Excipiuntur tamen à generalitate huius Dotrinæ varij casus; licet enim de iure canonico præter Excomunicationem pœna carceris perpetui hæretico pœnitenti infligatur, si tamen sit impœnitens aut relapsus, aut negatiuus pertinax ex dispositione eiusdem iuris vltimo supplicio punitur; (vtrumque infra copiose discutie-

35 mus) Vnde doctrinam illam benè limitat vel declarat Farin. dict. quæst. 19. num. 12. cum Foller. in pract. crimin. canon. verbo & si confessi, aut conuicti extiterint, num. 54. & cum alijs, quod procedat, quando mors est imponenda per Iudicem Ecclesiasticum; secus quando per Iudicem sæcularem: Atque his Regula finitur.

Quænam aliæ pœnæ non capitales quibusuis Tribunalibus etiam Sancti Officij Communes. Quid de ratione & quidditate. Vniuscuiusque?

REGVLA CCCCL.

36 Omissis nūc diuersis capitalibus pœnis, de quib. fit mētio in legibus antiquis, quòd iam in desuetudinem abierint, pro indagandis non capitalibus, procedimus sub eadem distinctione, extare scilicet alias de iure ciuili, alias verò de iure cano-

37 nico. Ex vi itaque iuris ciuilis Extant pœnæ amputationis membri, vel manus; dequo membro, & dequa manu sit intelligendum, statim indicabitur. Pœnæ item fustigationis, vel mitræ, aut berlinæ, quæ grauiores censentur, quàm triremium. Dein pœnæ torturæ carceris perpetui, banni, vel exilij, indignationis Principis, & stellionatus; de cuiusque essentia illico

38 innotescet. Attento autem iure canonico extant pœnæ spirituales, excommunicationis, Priuationis officij, Dignitatis, vel beneficij, Degradationis, aut depositionis; suspensionis, ac pœnæ pecuniariæ; De singulis dicetur, maximè vt spectant ad sanctum officium.

39 A residuo pœnarum capitalium sumimus initium præsentis regulæ, à Pœna scilicet ignis à nobis in Regula præcedenti inaduertenter relicta, quæ inter capitales habetur maxima, secundum l. capitalium, ff. de penis. Varij sunt casus, in quibus pœna ista à iure reis infligitur, præcipuos eorum cum Iacob. de Beluiso in sua pract. rubr. de pœn. ignis. Albert. Gandin in Oper. maleficior. tit. de pœn. reorum. nu. 57. & cum alijs breuiter recenset Farinac. dict. quæst. 19. num. 21. & 22.

40 Primò de iure comburit debe reus falsæ monetæ l. 2. & fin. C. de fals. monet. secundo, traditur igni transfuga ad hostes, & renunciator consiliorum Principalij, l. si quis aliquid, §. 1. & l. aut facta, §. hostes, ff. de pœn. Tertiò, comburendus qui facultatem depredationis Barbaris in Romanis deberit, l. siquis à Barbaris, C. de re milit. Quartò, comburendi sacrilegi, circa princ.

41 ff. ad l. Iuli. pecula. Item igne consumandus seruus qui rem cum Domina sua habuerit, iuxta l. 1. C. de mul. quæ ser. prop. similiter comburendus seruus, qui saluti Domini sui insidias parauit, l. capitalium, §. cum terminantur, ff. de pœn. septimò comburitur notarius, qui falsum conficit instrumentum immunitatis. l. 1. C. de immun. nem. conceden. Tandem igni tradendus sodomita, vt in tit. de delictis

42 carnis & quidem miror, quod Farin. non meminerit hic pœnam ignis sodomitis infligi solitam pœnis aliqua Tribunalia sancti Officij, imò pœnis omnia quibusuis reis, per ipsa brachio sæcularis relaxatis, sed de his nos infra.

43 Per leges autem antiquos fit mentio de alijs pœnis capitalibus, quæ hodie iam non sunt in vsu vt de damnatione ad bestias, cuius loco successisse decapitationem affirmat Marsil. in l. 1. §. legis Corneliæ, ff. de Sicar. de precipitatione item & saxo Tarpeio, quæ pœna capitalis olim erat in vsu vt ait Clar. in fract. quæst. 67 versic. non est etiam, & postea sublata fuit per l. si diutino, in fin. ff de pœn. vbi pariter sublata pœna interdictionis aque, & ignis, & affert Conrad. in pract. tit. de contum: & bannit. nu. 29. Vide deistis Farin. dict. quæst. 19. nu. 18. & 19.

44 Aliquid posset hoc loco attingi de crudelissimis pœnis capitalibus, quibus cõtra inuictissimos Christi Domini martyres tyrānici iudices antiquitus vsi sunt, & vsque in hodiernum diem, maximè in Iaponia vtuntur: sed ne nimis diffundi, & in alienam messem falcem mittere videamur, id ab

ab alijs attingendum prætermittimus, vt iam ad pœnas non capitales gradum faciamus.

45 Primo loco discutienda occurrit pæna amputationis membri, vel manus, attento iure ciuili; hanc propriè loquendo non esse capitalem docet Alciat ex mente communi Doctor. in l. licet capitalis, ff de verb. signific. teste Iulio Clar. in pract quæst.

46 69. versic. quero igitur. Nulla fit de ea mentio in legibus magis antiquis, præcipuè in iure digestorum; in Authenticis verò reperitur aliqualis, vt ex Curt. & Ant. de Padilla, per eum relatis affert ibidem Iul. Clarus, quidquid in contrarium dicat Anan. in cap. in Archiepisc, num. 4. extra de rapto, & conetur ostendere talem pænam iam cæpisse tempore legum XII. Tabularum, sed benè addit Farin. ibidem. nu. 25. quòd communis opinio sit in contrarium.

47 Est autem dubium de quo membro debeat intelligi quando in statuto, aut in sententia Iudicis apponitur pęna amputationis membri, non expresso de quali nam? Bald. cui adhærent multi, in l. data opera, C. qui accus. voluit esse intelligendum de amputatione manus, itaut nomine mem-

48 bri veniat etiam manus. Sed verius ait Farin. dicto nu. 25. esse perpendendam commissionem delicti, pro quo pæna infligitur; si enim committatur ambulando, quòd sit intelligendum de pede amputando, si loquendo de lingua abscindenda si scribendo, de manu dextera amputanda

49 &c. Quòd si cum Omni membro crimen committi potest, debere remitti arbitrio Iudicis, & hoc approbat idem Bald. in l. Omnes. nu. 3. C. de delator. lib. 10. regulandum tamen dictum arbitrium, itaut eligatur quod benignius est, iuxta l. si præses in fin. ff. de pæn. vbi Glos. & alijs doctores sic:

50 Quid si statutum, vel sententia Iudicis dicat de amputanda manu, & non exprimat qualem? ex vi dictæ l. si præses, ff. de pæn. cum semper benignior interpretatio sit admittenda. secundum Glos. ibi resoluit benè Farinac. ibidem num. 27. quòd debeat intelligi de sinistra, si delinquens sit dexter, aut è contra de dextera, si sit sinister; additque, ipse Farin. esse hanc opinionem Bart. Bald. Cæpolæ, & communiter doctorum, & concludit tandem pro dicto casu, & pro alijs, vt quando delinquens condemnatus ad amputationem manus, habet vnam tantum, vel duas, alteram inutilem, seù aridam, alteram vtilem, expedire omnino vt iudex Principem consulat.

51 De iure communi varij sunt casus in quibus locum habet pena amputationis membri, vt pedis, manus, Oculi; aurium, &c. ex eis aliquos cum Gandin. in tit. de pæn. reorum nu 52. & cum Cæpol. in authen. sed nouo iure à nu. 13. de Seruis fugit. tradit Farin. dict. quæst. 19. nu. 26. Primo in frangentibus pacem, cap 1. §. si quis alium de pace tenen, secundo, in seruo deprænhenso, & fugiente ad hostes. l. 3. & authen. sed nouo iure C. de seru. fugit. Tertiò, in ponente titulos prædijs alienis, §. titulos, in Authen. de proconf. cappad. Quartò in exactoribus Tributorum, qui illicita, præter sibi data excutiunt, & non discribunt, §. coges in Authen. de mand. Princip. colla. 3. Denique in tenente libros seueri hæretici, & eos non concremante vt in §. vnde, in Authen. de deposit.

52 Quæ concrematio priuata hodie prohibita est per Bullam maximi Vrbani VIII. incip. Apostolatus officium; cum ex vicius tales libri, & quicunque allijs, quoquomodo vetiti, deferendi sint ad Inquisitorem, vt ipse publicè comburat, aut de eis prout de iure prouideat, de quo iam nos alibi. Reliquos casus abscissionis membri, vidi apud Auctores citatos.

53 Sequitur proferendum aliquid de tribus speciebus pænar. simul, nempè fustigationis, mitre, & berlinæ, quandoquidem Farin. de eis agens dict. quæst. 19. Omnes coniungit sub eodem nu. 29. supponit 1. ipse cum Bart. in l. transigere, C. de transact. maran. in suo specu fol. 28. nu. 5. & cum communi sententia, has pænas non esse capitales, benè tamen corporales, ut docent Card. Zabar. cons. 94. incip. hæc est quædam inquisitio Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 135. nu. 4. Menoch. de arbitrar. qq. lib. 1. quęst. 80. nu. 41.

54 Quo cum addit Farinac. citatus, quod istę pęnę graues admodum, & rigorosæ reputentur, propter magnam, quam inferunt reis infamiam, eòquod non nisi pro turpibus, & infamatorijs delictis infligi soleant, iuxta text. in l. ictus fustium, ff. de

55 his, qui notan. infam. Hinc infert ipse Menochius, quod huiusmodi pęnæ ęquiparentur morti (ergo grauiores censentur quàm pęnæ Triremium) & quod in causis vbi de illis agitur procurator non admittatur arg. text. in l. penult. §. an crimen,

56 ff. de publico iudicio. Et quamuis id ille solum affirmet de pęna mitrę par tamen est ratio de pęna berlinæ (seù vt alij vocant catenæ infamis) & fustigationis, vt cum Domin. Iosepho Ludouic. in decis. lucen. nu. 24. & seq. 1. par. ait ibidem Farinacius addens duo, quòd fustigatio magis afficiat corpus, & quod forsan per eam magis reus infametur quam per illas.

57 Remittit denique Farinac. sub finem dict. num. 29. lectorem, & pari modo ego remitto ad Gandin. in tit. de pœnis reorũ, n. 56. & ad Gallicum in Margarita Fisci fol. 90. col. 2. pro videndis casibus, in quibus de iure communi pæna fustigationis, & verberum infligitur: quid suo tempore in statu Ecclesiastico seruaretur, sic exprimit.

58 Hodie, inquit, huiusmodi pænæ apud nos imponi solent furibus, mariolis, inciso-

cisoribus bursarum, truffatoribus, testibus falsis, blaspemantibus, & similibus facinorosis, vilibus, & infamibus personis: Licèt tempore sanctissimæ memoriæ Pij V. quo tempore pœnæ huiusmodi erant in frequenti vsu, & iustitia multum seuerè ministrabatur, nobiles, & illustres, quos taceo, & fustigati, & in arcem Hostiæ postmodum relegati fuerint, vnde infirmi erepti miserrimè obierint. Hæc ille; notanda equidem, præsertim de ministrata multum seuerè iustitia: Qualiter autem prædictæ pęnæ sint in vsu apud nostra tribunali Sancti Officij, infra dicemus.

59 Vnum tantummodo verbum hic de pęna torturæ quandoquidē iam alibi distinximus inter torturam, quæ infligitur pro eruenda veritate delicti (de ista copiosissimè toto fere lib 4. nostri operis egimus) & in eam, quæ pro pœna delicti alicuius imponitur, maximè cum hæc non videam, quòd sit in vsu penès nostra Tribunalia Sanctæ Inquisitionis. Pro alijs Tribunalibus audi pauca, quæ adducit Farinac. dict. quæst. 19. num. 30.

60 Pœna inquit, torturæ, etiam hodie apud nos multum frequens est, quia sepissimè pro leuibus delictis, vt puta ludo, armorū delatione, & similibus in publico viles personæ trib. ictib. funis torquentur, & aliquando vidi etiā tortos nobiles viros pro delatione in principio, quo desuper emanarunt bannimenta Reuerendiss. Domini

61 Gubernatoris in aliorum exemplum. Et licèt Bald in rubr. C. de pœnis Iud. qui malè iud. dixerit non reperiri iure cautū, quòd tortura imponitur pro finali pęna delicti; tamen Paris de Put. in tract. de Synd. fol. 446. in verb. tortura, cap. 1. in princ. duos recenset casus in quibus videtur iure communi impositam esse torturam pro pœna, & Paridem refert Clar. in pract. quęst. 70. vers. plerumq; etiam hæc ille, nec eis quidquam superest addēdum.

62 Parimodo distinximus alibi de carceribus seu carcerationibus, quæ fiunt pro custodia reorum, dum causę aguntur, & de carceribus, seu carcerationibus, quibus ijdem rei pro delictis mulctantur; de priori membro huius diuisionis extat totus ferè liber secundus nostri operis: de posteriori verò nunc in communi à nobis agendum, cum pœna ista carceris valde propria sit nostrorum Tribunalium S. Officij, vt infra videbimus.

63 Dubitari primo loco potest, an pœna perpetui carceris sit de iure ciuili prohibita? videtur indè deduci eius prohibitio, quòd ex ipsa quasi iniungatur perpetua seruitus, contra dispositionem l. 2. de libero hominis exhibendo, & l. Titio centum, §. 2. ff. de condition. & demonstrat. nec talis pœna videtur imponenda reo per Iudicem sęcularem, quando alia legitimè potest imponi. ita Bald. in Cons. 443. circa fin. lib. 3. affirmans ibi hoc esse commune inter Doctores, & in l. incredibile, C. de pœn. & in l. reo, vers. iuxta hoc, C. de accusat. Angel. in l. si à milite, §. edictum, ff. de milit. testa. Alexan. consil. 55. nu. 3. & lib. 7. Aym. cons. 224. nu. 3. & cum alijs relatis, Menoch. de arbitr. q. lib. 4. quęst. 89. à num. 1.

64 Nihilominus certum est de iure saltem consuetudinario, quòd posśit, & soleat infligi dicta pęna perpetui carceris pro grauibus delictis. Meminit consuetudinis ita faciendi diuersorum Regnorum Farinac. dict. quęst. 19 nu. propè medium cum diuersis auctoribus citatis Regni Castellæ, cum Gallico, in Margarita Fisci, fol. 93. Venetiarum cum Mantua fol. 96. col. 6. consuetudinis antiquæ Persarum, Massiliorum, Syracusarum, & Romanorum cum Menoch. vbi supra n. 2. & cum Igna. Lopez in addit. ad Diaś. in tract. crimin. canon. cap. 14. littera A. penès quas nationes, & alias semper viguit consuetudo dict. carceris perpetui in pęnam grauium delictorū

65 Addit ipse Farin. de consuetud. sui tēporis in statu Ecclesiastico, quòd ad perpetuos, vel arcis tēpore determinato carceres puta pro Hostiæ, aut Ciuitatis vetulę, aut ad alios dānarentur tunc multi, & propter aëris intēperiem breui tempore moreretur.

66 Maius videtur insurgere dubium circa Iudices Ecclesiasticos, nūm isti posśint condemnare reos ad similes carceres perpetuos? Maximè si ob intemperiē aëris breui temporis interuallo obituri sint? Quòd ex hac condemnatione fiant irregulares tales Iudices Ecclesiastici tenuerunt Bald. Abb. & alij quos refert Diaz in dict. c. 140. n. 2. & ibi Ignat. Lopez in addit. littera C.

67 Ratio est, quia carcer perpetuus seruituti perpetuæ, imò, & morti æquiparatur, l. intercedit, ff. de condit. & demonstr. l. seruitutem ff. de reg. iur. & Auth. si captiui C. de Episcopis, & Cler. quin etiam grauiorem esse pœnam perpetui carceris, quàm pœnam mortis affirmarunt Card. relatus per Diaz loc. cit. & alij addentes talem pęnam carceris dici posse non solum corporalem sed etiam capitalem, & vltimi supplicij.

68 Verum quidquid sit de dicto scrupulo irregularitatis, quæ cum sit stricti iuris, nō ita facilè in hoc casu ab alijs admittitur, aut facillimè in eam per Papam dispensatur; Supponitur omnino certum pœnam carceris perpetui esse de iure Canonico. Patet ex cap nouimus, de sententia excommun. & ex cap. antiqua de hęret. ac ex cap. quamuis, de pœnis in 6. item ex Clemen. 1. de hæret. Quid autem circa hoc sentiat, Farinac. ibidem cum alijs auctoribus ab ipsomet accipe.

69 Solent enim, inquit, Iudices Ecclesiastici quandoque pariter, & de consuetudine facinorosos Clericos in gabias, ne dum in carceres perpetuò damnare, vt ibi miserrimè viuendo mortem exoptent, quam

quoti-

quotidie experiuntur: sed quando hoc verum sit, & de materia videas per Felyn. vbi supra num. 24. Conrad dict. num. 25. & 26. Foller. in pract. crimin. canon. verbo, si cõfessi, aut conuicti sint, n. 113. Clar. in pract. quæst. 70. vers. Pœna autem carceris, & ver. solent etiam Prælati, Diaz, in pract. crim. canon. cap. 129. & ibi omnino Ignat. Lopez in addit. ad cap. 140. vbi latissimè D. Menoch. dict. quæst. 89. num. 10. & 11. hæc ille sub fin. dict. num. 31. Qualiter ista vera sint in hæreticis videbimus infra.

70 Quid iam de pœna indigationis Principis? quòd ista incurratur ab illis, qui mandatis, ac præceptis Principis nolunt parere, cum Bald. in Authen. statuimus, nu. 2. C. de Episcop. & cler. docet Farinac. dict. quæst. 19. nu. 32. additque benè tunc præcipuè id euenire, quando dicta præcepta iniunguntur cum comminatione incurrendi talem pœnam: vti in Bullis Pontificij solet apponi illa clausula comminatoria, nempè sciant contemptores, & inobedientes se incursuros indignationem Petri, & Pauli Apostolorum.

71 Est autem quæstio aliquantulum controuersa inter auctores, in quo consistat pœna ista *indignationis Principis*? Bart. in extrauag. ad reprimendam, in verbo indignationem, & eum sequutus Ruin. in consil. 30. num. 9. lib. 5. ac alij voluerunt, effectum huisce indignationis in eo tantum consistere, quòd princeps ita indignatus minus gratiosum se se deinde exhibeat illi, qui noluit obedire.

72 Affirmant tamen alij esse verum, & omnino certum, quòd huiusmodi pœna sit arbitraria, Vnde in leuibus pœna quoque erit leuis, vt pecuniaria; in grauibus verò præceptorum violationibus pœna grauis etiam morti imponi potest. ita Bald. in l. legis virtus, num. 1. ff. de legibus. Alciat. in cap. quòd sedem, num. 16. de offic. ordin. Aym. consil. 233. nu. 3. Rebuff. in pract. benefic. in tit. declaratio nouæ prouision. ad fin. Luc. de Peña, in l. 1. C. vt dignit. Ordo seru. lib. 2. & cum pluribus relatis. Farinac. dict. quæst. 19. num. 32. post Menoch. in tract. de arbitr. qq. lib. 2. casu 365. nu. 14.

73 & 15. Probatur ex illo Esdræ cap. 7. in fin. ibi, omnis, qui non fecerit legem Regis diligenter, erit iudicium in eo, siue in mortẽ, siue in exiliũ, siue in condẽnationẽ substantiæ eius, vel certè in carcerem, & 1. Reg. 14. ibi. Qui non obedierit Principi morte moriatur, & habetur in cap. 1. de maior. & obedien.

74 Pœna tandem stellionatus arbitraria etiam est, secundum l. 2. & 3. ff. de crimin. stellion. & tradunt Raphael. comen. consil. 42. viso processu in fin. Bossi in tit. de crim. stellionat. num. 1. Menoch. de arbitr. qq. casu 381. num. 4. lib. 2. Cent. 4. & Farinac. dict.
75 quæst. 19. num. 34. Qui ad capiendum hoc facilius, præmittit num. 33. Originem denominandi sic crimen, & pœnam stellionatus. (Crimen enim, inquit, stellionatus dicitur delictum continens in se diuersa, & distincta facta, & sic propterea nominatum propter maximam diuersitatem doli, quem homines in factis, et negocijs committunt, et committere possunt, à quodam animali stellione dicto, quod erat serpens varijs coloribus stellatus, et depictus.) ita ille cum Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. de delict. tit. de crim. stellion. cum Menoch. citato, et cum alijs.

76 Non exprimimus hic, ne nimis diffundamur, casus particulares, in quibus pœna stellionatus infligatur, vide eos apud Ant. Gomez. citatum: Solummodo in communi dicimus, quòd habeat semper locum hæc pœna, casu quo quis dolum commisit
77 in alterius præiudicium. Nam tunc, vltra actionem ciuilem, quæ competit, et conceditur parti ad interesse, vt habetur toto tit. ff. et C. de dolo pro crimine stellionatus pœna arbitrio Iudicis ille affici debet, secundum l. 2. et 3. de crim. stellion. et ibi Gloss. Bart. Alberti. Ange. et communiter doctores, vt testantur Gomezius vbi supra, Menoch. de præsũpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 2. et alij. Atque hactenus de pœnis ex dispositione iuris ciuilis corporalibus non capitalibus: qualiter istæ sint in vsu apud Tribunalia Sanctissimæ Inquisitionis infra videbimus.

78 De iure item canonico plures extant pœnæ vsu receptæ, quas breuissimè nunc in communi attingo, copiosiùs postea dicturus in specie pro causis Sancti Officij: interim lege Foller. in pract. crim. canon. verbo, et si confessi, aut conuicti sint condemnentur, num. 15. et seqq. à fol. 269. de
79 ipsis latissimè tractantem. Primo loco occurrit pœna excommunicationis: quæ est maior inter omnes, quas Ecclesia infligere potest, vt communiter dici solet, et notat Beros in cap. si quis Presbyterorum post num. 7. de rebus Eccles. non alienan. Quippe reddit hominem mortuum spiritualiter, cum priuet eum participatione Sacramentorum, et communione fidelium actiuè, et passiuè; sit sermo de maiori excommunicatione, nam minor solum priuat participatione Sacramentorum, vt ex certa doctrina affert Ioan. de Anan. in rubr. de cler. excommun. num. 4.

80 Non est in animo differẽtias inter vtrasque species, excommunicationis maioris, et minoris; item à Iure, et ab homine indicare; non causas, neque effectus eius hic exprimere: hoc enim esset longum tractatum extra chorum saltando contexere.

81 Remitto lectorem ad auctores, qui de hac materia ex professo tractant, præcipuè ad duos Excellentissimos de nostra societate Iesu, Franciscum Suarem tom. 5. in 3. part. Diui Thomæ, longissimis disputationibus, et Stephanum de Auila in proprio tract. de censuris Ecclesiasticis. Spectantia ad Sanctum Officium cum Thom.

San-

Sanchez, et Castro Palau citandis statim
adducentur. Nunc accipe tantùm duos
modos, quibus hanc pœnam excommuni-
cationis Ecclesia imponere solet, à Farin.
sequentibus verbis.
82 Pœna, inquit, eadem excommunicatio-
nis duplici modo, et forma infligitur: vno
modo simplicitur seruata forma capit. pri-
mi de sentẽtia excommunic. in 6. Alio mo-
do seruata forma, et solemnitate capitul.
debet, 11. quæst. 3. vt scilicet debeant duo-
decim Sacerdotes circumstare Episcopo,
qui lucernas ardentes in manibus teneãt,
et in conclusione excommunicationis il-
las in terram proijciant, et pedibus con-
culcent, et postea epistolam excommuni-
catorum nomina continentem per paro-
83 chiam destinent. Et hæc propria voca-
tur anathema, et mucro Episcopalis, vt per
Foller in pract. crim. canon. dict. verb et si
confessi, aut conuiti sint, condemnentur
num. 142. fol. 290. hæc ille dict. quæst. 19.
num. 39.
84 Sequitur agendum de pœna priuatio-
nis officij, dignitatis, aut beneficij, per quã
simul irrogatur infamia; vt patet ex text.
in l. qui cum vno, §. exauthoratus, ff. de re
milit. l. iudices, C. de dignitat. lib. 12. l. mo-
ris, ff. de pœnis. Tradunt vt certum Iul.
Clar. in pract. §. fin. quæst 73. nu. 3. & Alex.
in l. si quis ex argentarijs, nu. 6 ff. de eden.
Atque hæc pœna valdè practicatur tàm à
Iudicibus sæcularibus, quàm ab Ecclesia-
sticis.
85 Neque hoc loco sunt exprimendi ca-
sus particulares, in quibus dicta pœna
priuationis officij, &c. Delinquentibus in
quauis materia de iure communi solet im-
poni. Affert copiosè Galic. in Margarita
Fisci, fol. 110. & seq. ibi percurrit 150. casus,
quando infligitur pœna priuationis mili-
tiæ sacerdotij, cinguli, officij, vel dignita-
tis; & peculiariter ex quibus causis cleri-
cus beneficijs priuetur. Vide apud illum,
86 Nunc solum generalem proponimus reso-
lutionem, quòd delinquens in officio, Di-
gnitate, seù munere, in quo quis existit,
priuatur illo officio, munere, vel dignita-
te, in quibus deliquit secundum text. in
l. si aliquid, vt ibi notant plures, præci-
puè Ioan. de Platea, C. de suscept. lib. 10.
text. etiam in l. Iudices, C. de dignitat.
lib. 12. text. in l. si quis, C. de offic. præfect.
87 prætor. Tradunt Bald. in l. reum, C. de
procurat. Dec. in cap. vt nostrum, num. 4.
de appell. vbi exemplificat in Notario, Mi-
lite, Equite, Doctore, &c. & cum multis
per ipsum relatis, Farinac. dict. quæst. 19.
num. 43. & 44.
88 Quid de pœna iam degradationis, aut
depositions, quæ de iure canonico frequẽ-
tissima est? Genericè sumptum nomen
degradatio comprehendit duplicem de-
clarationem nempè actualem, & verba-
lem, cap. degradatio, de pœn. in 6. specie
verò propriè loquendo de actuali, seù rea-
li degradatione intelligi solet. At verba-
lis degradatio est idem, quod depositio,
& è contra iuxta capit. Sacerdotes, 81.
distinct.
89 Vnde deducitur, quòd vtraq; nihil aliud
sit quam perpetua remotio ab altaris al-
taris administratione, vt bene notant Fol-
ler. in pract. crim. canon. verbo, & si con-
fessi, aut conuicti sint, condemnentur,
num. 26. Abb. Dec & alij in cap. at si cleri-
ci, de iudic. Diaz in pract. crim. verbo, de-
poni, cap. 127. & Conrad. in templo omn.
90 Iudic. lib. 2 cap. 5. § 2. num. 10. Vbi magis
declarans ait, quòd simpliciter deposi-
tus, intelligatur perpetuò ac si Episcopus
proferat sententiam contra clericum, per
quam priuat illum ordinibus clericalibus,
tunc propriè dicitur deponere, seù verba-
liter degradare.
91 Verùm degradatio actualis, seù realis
tunc existit, vbi clericus per sententiam
non solum deponitur, & sic priuatur or-
dinibus clericalibus, sed etiam actualiter,
& personaliter degradatur, exuitur, & spo-
liatur ordinibus Ecclesiasticis peculiari
forma, & præscriptis solemnitatibus, &
statim traditur Curiæ sæculari; de qui-
bus, & de tota materia, præcipuè le-
gendi sunt Foller. ibidem, Clar. in pract.
quæst. 74. & alij citati à Farin. dict. qu. 19.
num. 49.
92 A quo, & peculiariter à Foller. citato, il-
lud scitu dignum circa rem præsentem ac-
cipe, quòd si in iure, aut in aliqua consti-
tutione fiat mentio de pœna imposita ali-
cui clerico degradationis, sit intelligen-
dum de leuiori, nempè de verbali degra-
datione, non autem de actuali, seù reali,
sumpto argumento ex text. cap. in pœnis
de regul. iur. in 6.
93 Est etiam illud Scitu dignũ, quod egre-
giè docet Farinac. dict. num. 49. vers. & in
quibus, ex mente Innocen. quem refert, &
sequitur Diaz in pract. crim. canon ca. 128.
in verbo, deponi, post num. 2. & ex mente
Barbar. in cap. cum non ab homine, n. 10.
extra de iud. nimirum vbicunque de iure
ciuili infligitur pœna mortis naturalis, tũc
de iure canonico in ipsius locum subroga-
ri pœnam depositionis.
94 Denique non exprimit Farinac. loc. cit.
casus, in quibus de iure canonico pœna
degradationis actualis imponi potest cum
traditione degradati curiæ sæculari; sed
remittit lectorem ad suam quæst. VIII. vbi
num. 57. tres casus assignat, in quibus ius
canonicum talem degradationem, & tra-
ditionem certò disponit, nempè hæresis,
falsi commissi in litteris Apostolicis, & con-
spirationis in Episcopum, cap. ad abolen-
dam, extra de hæret. cap. super eo, & cap.
accusatus de hæret. in 6. cap. cum non ab
homine, de iudic. cap. ad falsariorum, de
crimine falsi. De primo clerici hæretici
relapsi degradandi, & tradendi brachio
seculari ex professo infra nos agemus, alios
duos

duos vide explicatos apud ipsum Farinac.
95 num.77.& 78. An sint alij casus talis de-
gradationis disputat copiosè ibidem ille à
num.79.relatis hinc inde multis, & vltimo
resoluit egregiè remittendum esse totum
arbitrio prudentis Iudicis.
96 Suspensionis item pœna de iure etiam
canonico similiter admodum frequens est.
Atque hæc à declarata depositionis pæna
in duobus præcipuè differt primò quòd
ista ex se, &, absolutè prolata sit perpetua,
illa verò temporalis, ita Bald. in Authen.
habita, C. ne fil. pro patre, & præter alios
Foller.in pract.crim.canon.verbo etsi con-
fessi &c cap.33.num.27.& seqq. vbi copio-
sè discutit, An in dubio suspensio intelli-
97 gatur perpetua, vel temporalis? Et qui-
dem si in sententia sit apposita particula
declarans perpetuitatem, vt si dicat, su-
spendo te perpetuò, vel in perpetuum,
certum est, tunc censeri perpetuam su-
spensionem, & quoad hoc nihil differre à
depositione, vt perdoctè tradit Suarez
tom.5. in 3.part.D.Thomæ, disp.30 sect.3.
num.11.vers. ex his ergo.
98 Differt secundò pæna suspensionis à pœ-
na depositionis, quòd ista semper sit vni-
formis in priuãdo depositum ab ordinibus
Ecclesiasticis, & ab altaris administratio-
ne; Suspensio verò nequaquam est sem-
per vniformis, cum tot sint singulares su-
spensiones, quot sunt actus legitimi, à qui-
bus separatim quis suspendi potest, seù su-
spensus iam abstinere se debeat. Vide Fol-
ler.dict.cap.33.nu.26. & seqq. Vbi decem
regulis omnia huc spectantia comprehen-
dit, ac Conradum Lancellottum in Tem-
plo omn. Iud. lib. 2. cap.5.§.2.num.14. &
100 seqq. Ibique vt refert Farinac.dict.q.19.
num.50. cuncta discutit, & abundè expri-
mit crimina pro quibus clericus suspen-
sionem incurrit.
101 Tandem de pæna pecuniaria vltimo
loco agerendum; quæ præ cæteris omni-
bus habetur hodie maximè in vsu, tàm
de iure canonico, quàm ciuili, seù tàm in
foro Ecclesiastico, quàm sæculari: Nam
huius fori Iudices absolutè in extraordi-
narijs criminibus, aut vbi ex causa legiti-
ma recedunt ab ordinaria pæna delicti,
solent imponere proprio arbitrio pænas
pecuniarias, ita ex mente omnium Farin.
dict.quæst.19 num.51.
102 Quoad forum autem Ecclesiasticum,
quamuis Episcopi etiam vtantur fisco, so-
leantque bona confiscari; ac pænæ pecu-
niariæ ipsi fisco, & Ecclesiæ applicari, vti
multis ostendit Felin.in cap. cæterum, de
offic.ordin.ac proinde similiter possint iu-
dices Ecclesiastici iniungere pænas pecu-
niarias maximè in vsus pios conuerten-
dos, (hoc benè notat Abb.in cap. irrefra-
gabili, [illegible], num. 1. de offic. ordin.)
non solum clericis, sed etiam laicis, iuris-
dictioni Ecclesiæ subiectis, saltem in crimi-
nibus mixti fori, iuxta cap. statuimus, 16
103 quæst. 1. & cap. Quisquis, 17. q. 4. Cum
limitatione tamen id intelligendum est;
nam quandoque Iudicibus Ecclesiasticis,
nedum nostris Inquisitoribus, vt videbi-
mus infra, impositio pænarum pecuniarũ
omnino interdicta: de quo vide Felin. in
dict. cap. cæterum, & Foller. in pract.crim.
canon c.33.verbo & si confessi &c, nu. 126.
seqq. atq; his iam Regulam terminemus.

Quando plura delicta commissa dicantur? & an vnica, vel pluribus pænis debeant puniri etiam penès Tribunal S.Officij?

REGVLA CCCCLI.

104 EX certa doctrina, censentur plura
delicta, non vnica, sed pluribus pæ-
nis castiganda, quando sunt diuersi gene-
ris, & ex interuallo commissa, Procedit
etiam hoc aliquando si sint plura crimina
eiusdem generis, ac eodem tempore ad
eumdem finem patrentur, aut si ex vno
quoque crimine distinctus effectus, cum
articula, pro quolibet, determinatus sequa-
tur: secùs si per talem particulam, non de-
105 terminetur. E contra etiam propter ite-
rationem delictorum sæpius non multipli-
canda pœna, sed eadem magis augenda
106 maximè si successiuè cõmittantur. Hinc
plures iniuriæ, etiam diuersi generis eodẽ
tempore, & impetu in aliquem illatæ; si-
militer plures blasphemiæ hæreticales con-
tra Deum, vel Sanctos iniectæ vnica tantũ
pœna punitur: atq; inde nonnulla ad rem
præsentem innotescent.

---

107 Certitudinem doctrinæ omnimodam
circa priorem partem huius Regulæ adeò
manifestè sumimus ex text. in l. nunquam
plura, ff. de priu. delic. vt meritò affirma-
rit Farinac. Prax. crim. quæst. 23. n. 1. fru-
stra ad illius confirmationem Doctorum
108 auctoritates adhiberi. ibi enim sic. Nun-
quam plura delicta concurrentia faciunt,
vt vllius impunitas detur: Neque enim
delictum ob aliud delictum minuit pœnã.
Qui igitur hominem subripuit, & occidit,
quia subripuit furti, quia occidit, Aquilia
tenetur: hactenus in eo textu, vbi Glos. sin-
gulis, inquit, delictis, singulæ pœnæ impo-
nuntur, sic vt altera alteram non consu-
mat. Concluditur ergò ex dictis, quod sint
plura delicta, non vnica, sed pluribus pœ-
nis plectenda, si fuerit diuersi generis, & ex
interuallo patrata. ita benè Clar. in pract.
quæst. 84. versic. alius est casus, & Couar.
variar. resol. lib. 2. cap. 10. nu. 8.
109 Sed quid si delicta sint plura eiusdem
generis, & non eodem tempore, sed ex in-
teruallo patrentur? Concordant circa hoc
Doctores quòd non vnica, sed totidem
pœnis sint plectenda. Ostenditur ex cap. 1.
de pœnis, & ex cap. Apostolicæ, vers. de

seruit.& ibi Anchar.in 6.notab. extra de re
iudic, item ex cap. sicut, & ibi Abbas, &
Felin. extra de testibus, atque ex Glos. in
cap. imtare 6.q.1. Ratio est, quia licet sint
crimina eiusdem generis, si tamen ex in-
teruallo committantur plura ex se repu-
tantur, & cõsequenter pluribus pœnis de-
110 bent puniri. Solet poni exemplũ in pluri-
bus percussionibus, seu vulneribus alicui
illatis ex interuallo non simul sit percu-
tiens, aut vulnerans castigandus est pro
numero percussionem, & vulnerum non
pro vno delicto, seu vulnere. ita cum nõ-
nullis citatis Farinac. dicta quæst. 23. n. 4.

111 Pro maiori probatione aliud exemplũ
adducit ipse Farinac. ibidem ex Bart. in l.
inficiendo, §. infans, n. 5. ff. de fur. vbi ait,
quòd pluries delinquat ille, qui ex inter-
uallo eodem die aduersus legem pretium
vini definientẽ adiecta pœna, diuersis em-
ptoribus, aut eidem certas, & distinctas
vini mensuras vendidit. Admittunt vt cer-
tum Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 10. sub
112 nu 8. Clar. in pract. quæst. 84. nu. 10. Vbi
optimè ait, quòd tunc communiter hoc
admittatur ab omnibus, quando propter
iterationem delicti, reiteratur læsio partis
offensæ; atque hoc ita esse vsu receptum
affirmant Albert. in 2. par. statutorum, q.
24. n. 4. & Ioseph Ludou. decis. lucen. 61.
nu. 1. vers. Aduertendo, par. 1.

113 Quando plura item delicta etiam eius-
dem generis, ad eundem finem ex inter-
uallo committuntur non vnicum, sed plu-
rà crimina reputantur; ac propterea ad-
iungitur multiplicatio pœnarum. Proba-
tur ex text. in l. si adulterium cum incestu
ff. de adulter. & in cap. cum pro causa de
sentent. excommunic. Docent Glos. in dict.
l. nunquam plura ff. de priu. delict. & in l.
illud, §. fin. ff. ad l. Aquil. Angel. in l. infi-
ciendo, §. infans, ff. de furt. Didac. lib.
variar. resolut. 2. c. 10. sub numero 8. vers.
hactenus & Petr. à Plach. in epit. delict. li. 1.
cap. 1. & potest confirmari exemplo, supra
posito de eo, qui ad eundem finem lucrãdi
ex interuallo pluries violat legem pretium
vini taxatum, &c.

114 E contra verò si non ex interuallo, sed
eodem simul tempore ad eundem finem, &
effectum sint commissa plura crimina in
maiori tunc absorbentur minora, & non
pluribus, sed vnica maioris delicti pœna de-
linquens punitur, vt accidit in surripiente
ensem, vulnerante, & occidente, qui solum
plectitur de homicidio, non de homicidio,
vulnere, & furto simul. Sic distinxit, & do-
cuit Bart. in dict. l. nunquam plura, n. 4.
ff. de priu. delict. vti cum intelligit; & de-
clarat Angel. in l. inficiendo, §. infans ff.
de furt. vtrique adhæret Couar. lib. 2. var.
resol. c. 10. nu. 8. vers. hactenus tractatum.

115 Exemplificat egregiè Farin. dict. quæst.
23. nu. 20. sequentibus verbis: Propterea,
inquit, si extent in aliqua ciuitate tria sta-
tuta, vnum puniens delationem armorum
in centum, aliud puniens insultum in alijs
centum, &c. Si quis aliquem cum armis in-
sultet, & vulneret, non omnibus istis pœnis
puniendus est, sed solummodo pœna centũ
pro vulnere, & pœna insultus, & armorum
confunditur cum pœna vulneris, secun-
dũ Glos. in l. qui de crim. in verbo plurima,
116 C. de accus. ita ille. Qui num. 21. ex Iul.
Clar. in pract. quæst. 82. versic. pone stat.
affert aliud exemplum, nempè stante
duplici statuto, altero prohibente delicta
noctis tempore, altero in platea, si quis de-
linquat in platea de nocte, licet duplex
violet statutum, non duabus sed vnica pœ-
na venit puniendus.

117 Quamquam benè addit idem Farinac.
nu. 22. quòd doctrina tribus num. præce-
dentibus tradita non procedat, quando
plura delicta eodem tempore ad eumdem
finem, & effectum patrata, nullam habent
circa productionem talis finis, & effectus
necessariam connexionẽ, ac proindè quòd
ea cõmittens debeat pluribus pœnis mul-
ctari, ita Alex. de Neuo. in cons. 91. inter
cons. crim. diuers. num. 1. & Rosel in cons.
90. qui exemplificat in eo, qui vt furtum
faceret, transcendit muros ciuitatis: nam
cum furtum possit committi absq; eo quòd
transcendantur dicti muri, ideo debet in
118 isto casu pœna duplex infligi. Compro-
bat idem ipse Farin. cum Ioseph. Ludouic.
citato per eum, exemplo eius, qui frangit
ostium, vt stuprum committat, quòd du-
plici pœna sit puniendus, & similiter in
alijs, quando delicta non possunt vnum ad
aliud, sed sunt distincta absque connexio-
ne necessaria.

119 Est autem valde controuersum inter
doctores num committens plura delicta
eodem tempore quæ non intendunt ad
eumdem finem, & effectum, imò ab vno-
quoque eorũ procedit distinctus effectus,
debeat pluribus pœnis, seu vnica mulcta-
ri? Ad multiplicationem pœnæ inclinant
cum Bart. in l. nunquam plura, n. 4. ff. de
priu. delict. Paul. de Castr. in l. quicunque
nu. 4. C. de seru. fugit. Soci. consil. 62. n. 9.
lib. 1. Anan. in cap. in tantum, num. 5. de
Collus. detegen. Clar. in pract. quæst. 85.
120 vers. Scias etiam, & alij. Inde ostendi-
tur, quia si quis exempli gratia, pluries ali-
quem percussit, aut vulnerauit, is tenebi-
tur de pluribus percussionibus, & vulneri-
bus ad pœnam, quæ per legẽ, vel statutum
cuilibet vulneri, aut percussioni iniuncta
est, ergo pro vulnerum, & percussionum
multitudo, in pœna multiplicari debet cõ-
tra percutientem, aut vulnerantem.

121 Volunt è contra alij, quod taliter de-
linquens non pluribus, sed vnica tantum
pœna sit plectendus, ob eam rationẽ, quia
ex omnibus illis percussionibus, aut vulne-
ribus eodem tempore illatis vnũ comple-
tur delictum; ergo vnica pœna castigan-
dum, grauiori tamen, pro maiori grauitate
illius, ita Bald. in l. quicunque, n. 9. C. de
seru.

seru. fugit. Ioan. Andr. in regul. delictum, de reg. iur. in 6. Ludou. Gomez. in §. ex maleficijs, nu. 12. Instit. de action. Petr. à Placha. in Epito. delict. lib. 1. cap. 1. n, 18. & præcipuè præter alios Couar. in 2. lib. variar. resol. cap. 10. n. 8.

122 Has autem contrarias sententias conatus est reducere in concordiam Iacob. de Aren. in l. apud Labeonem, §. conuitiũ, ff. de iniurijs, adhibita distinctione, quòd prima habeat locum, quando lex, vel statutum loquitur in rem imponendo pœnam pro qualibet v. g. percussione. Secunda verò quando loquitur in personam, iniungendo pœnam simpliciter delinquenti, & percutienti. Arenam sic distinguentem sequuntur alij, præcipuè Fol. in l. 4. ff. ad l. Aquil. & Couar. variar. resol. lib. 2. c. 10. sub nu. 8.

123 Nihilominus reiecta hac distinctione, quòd lex, seu statutum loquatur in personam, vel loquatur in rem vti friuola, & nullius momenti, optimè resoluit Farin. dict. quæst. 23. à nu. 10. non esse faciendam vim in ea, sed in dictione distributiua, *Quilibet* quæ separatim per omnia prædicata versatur, & actum in solidum significat, vti docent Glos. & Bart. in l. si pluribus, ff. de legat. 2. item Roland. consil. 70. nu. 44. & Osasc. decis. Pedem. 23. nu. 11. Vnde si in impositione pænæ per legem seu statutum adsit dictio distributiua, *Quilibet* nimirũ pro qualibet percussione, seu alapa pro quolibet vulnere &c. certum omnino est, quòd pro multiplicatione delictorum, vulnerum, aut percussionum debeat integraliter, & insolidum pœnæ iniunctæ multiplicari; alioquin frustra fuisset dictum pro quolibet vulnere, &c.

124 Verum si absque expressione dictionis, *Quilibet*, dicendo puta pro vulnere, pro alapa, aut percussione soluantur v. g. scuta centum siue verba legis, seu statuti tendũt in rem, siue in personam, vnica tantũ pœna infligi debet illa scilicet, quæ à lege, seu statuto determinatur, tametsi eodẽ tempore delicta reiterentur; cum omnia tunc

125 pro vno censeantur. Et hoc sine dubio est, quòd Bald. Ioan. Andr. Ludou. Gomez. & alij num. 121. citati voluerunt, nam ex pluribus percussionibus, vulneribus, seu alapis eodem tempore, seu incontinenti, & eodem impetu inflictis, quamuis plura in re ipsa videãtur resultare delicta, quoad publicam tamen vindictam, & æstimationem non nisi vnicum insurgit, pœna vnica puniendum.

126 Propter reiterationem autem talium percussionum, alaparum, vulnerum, seu delictorum dicta vnica pœna semper augeri debet, iuxta text. in l. capitalium, §. solent, & §. grassator, ff. de pæn. in l. 3. C. de Episc. audien. in l. seruos, C. ad. leg. Iuli. de vi pub. quibus, & alijs iuribus cum Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 60. probat hanc doctrinam Farin. dict. quæst. 23. n. 13.

127 Quin etiam vnica infligenda est pœna, sed grauior, quando plura vulnera vnico ictu inferuntur, vt si bibente, aut alio instrumento bifurcato quis aliquem percutiat. Nam quamuis plura appareant tunc vulnera, vnicum tamen reputatur crimen, & pro vnico crimine, & vulnere imponitur pœna. Hanc esse communem antiquorum sententiã, & in practica seruari, quidquid in contrarium teneant Alber. in 2. par. statutorum, quæst. 36. & Clar. in pract. qu. 84. in vers. hæc autem omnia, testatur viui. in comm. opin. sub vers. statutum imponens, & Farinac. ibidem nu. 16. concludens sic, & ita est pura veritas.

128 Sed quid quando plura quis patrat delicta eiusdem generis ex interuallo non momentaneo, (quod dictum supra n. . . . de momentaneis intelligitur.) sed successiuè, ac vnica tantum pœna mulctandus? Hoc secundum esse verum probatur per text. in l. ei qui, §. infans ff. de fur. vbi ex iterata rei furtiuæ cõtractatione non plura, sed vnicum tantum insurgit furtum.

129 Clariùs per text. in l. maritus, §. sex mẽsium, ff. de adult. vbi pari modo, quod ex continuatione adulterij cum vna, & eadẽ persona vnicum censetur adulteriũ, & non plura, atque vnica pœna castigatur, grauiori tamen pro iteratione actuum adulterij. Docent Bald. in l. quicunque col. 2. C. de seru. fugit. Ancharan. cons. 4. Card. in Clemen. 1. in 10. quæst. de consangu. & affin. & cum Glos. in l. vulgaris, ff. de furt. Farinac. dict. quæst. 23. num. 17. & 18. Ex prædictis ergo iuribus, & exemplis concluditur, quòd plura delicta ita successiua reputentur vnicum quoad vindictam, & vnica pœna debeant castigari grauiori tamen, vel minus graui pro iteratione maiori vel minori illorum.

130 Non pluribus item, sed vnica tantum pæna mulctandus, qui ad eumdem finem puta obtinendi victoriã in vna causa contra vnam, eamdemque personam plures in vno libro postas, seu partitas falsificauit, aut diuersos testes subornauit ad falsum

131 deponendum, & illis vsus est. Secùs, si id præstet ad diuersos fines, nempe reportandi victoriam in multis causis, contra varias personas: Nam tunc pro numero falsitatum, subornationum, atque causarum, in quibus hæc fiunt, pæna multiplicari debet. Vtrumque casum vt certum tradunt Bart. in l. inficiendo, §. infans, n. 3. ff. de fur. Plot. in l. si quando, nu. 715. C. vnde vi. Ioan. Marc. Monticel. in pract. crimin. reg. 15. num. 160. & cum alijs per eum relatis Farinac. dict. quæst. 23. n. 26.

132 & 27. Tametsi Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 10. nu. 8. versic. Verum si idem velit in secundo casu tam ratione priuatæ offensæ, quàm publicæ vindictæ arbitrio discreti Iudicis pænam esse potiùs augendam, iterandam, quod mihi probabile videtur.

133 Rursus si eodem tempore, ac eodem

impetu alieni plures iniuriæ inferantur, pro vnica tantum iniuria omnes reputari, & vnicam solùm pœnam iniurianti infligi debere, optimè affirmarunt Bart. in l. apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de iniur. Albert. in 2 par. statut. qu. 39. Angel. de Malef. in verbo verba iniuriosa num. 6. & facit pro hoc text. in l. 1. §. verbis, ff. eodem, & in l. vnum, ff. de testam. Tenent etiam Glos. & Luc. de Peña in l. si quando, C. de bon. vacan. Boer. consil. quarto, num. 8. & Couarr.
134 variar. resolut. lib. 2. cap. 10. sub nu. 8. Qui id valde extendit, nempè siue plures iniuriæ sint eiusdem, siue diuersi generis; sed alij hoc secundum non admittunt, & quidem probabiliter. Vide Farinac. numero 28

135 Pari etiam modo (quòd ad rem nostram magis facit) si quis vno, & eodem impetu, eademque verborum contentione plures in Deum, vel in Sanctos blasphemias, siue hæreticales, siue non hæreticales, protulerit, vnica tantum blasphemiæ pœna puniendus; ita Alciat. in capit. cum ab homine, numero 33. extra de iudic. Cæpol. consil. crimin. 77. Couar. vbi supra, num. 8. vers. tertio eodem pacto. Petr. à Placha cap. 1. num. 18. in fin. vers. 4. eodem pacto diffiniri potest. Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 14. & Farin.
136 ibidem, num. 29. Qui absolutè loquuntur de blasphemia; qualiter in hæreticali sit idem, qualiter secùs, quandoque videbimus infrà proprio in loco.

137 Tradit tandem Farinac. nu. 30. & 31. id, quod notatu dignum, nempè quòd in quibusuis casibus plura delicta pluribus pœnis castigantur, iuxta ea, quæ supra resoluimus, debeat intelligi de pœnis iterabilibus, & compatibilibus, vt de pecuniarijs, aut de pœnis exilij: quæ possunt compatibiliter multiplicari, tàm in quantitate pecuniarũ, quàm tempore exilij, pro multiplicitate, seù grauitate delictorum.

138 Secùs autem erit in pœnis non iterabilibus, & inter se incompatibilibus, vt si pro vno delicto esset imponenda pœna mortis, & pro alio pœna fustigationis, aut triremium. Vndè quod communiter docent Anan. in cap. fin. de collus. deteg. Carrer. in pract. crimin. in tract. de homicid. §. circa secundum num. 44. & alij, nimirum quando concurrunt plures pœnæ in eodem reo, quòd sit incipiendum à minori, & postea deueniendum ad maiorem, non posse intelligi de incompatibilibus, aut de illis, quæ iterari nequeunt: quod vt magis completè capias, nonnulla ipsius Farin. verba ne graueris audire.

139 Nunquam tamen, inquit, vidi hanc conclusionem in praxi receptam. Et valdè reprehendendus, ac etiam deridendus esset his temporibus Iudex, qui prius aliquem pecuniàliter mulctari, aut fustigari, vel ad triremes ad tempus transmitti mãdaret, & deinde illum morti traderet: Et propterea isto casu maiorem pœnam absorbere minorem multò verius credide-
140 rim. Benè verum est, quòd in quibusdam turpibus delictis, & mali exempli aliquando vidi reos prius fustigari, & deinde, vel relegari, vel ad triremes transmitti, vt putà in ijs, qui committunt aliquam magnam falsitatem, vel Cameram Apostolicam defraudat, & his similibus, arbitrio boni, prudentisue Iudicis, & in quibusdam alijs atrocissimis delictis, vt putà assassinis, qui mediante pecunia aliquem magnæ auctoritatis virum occidunt, vel in ijs, qui pariter aliquem occidunt in eius domo, animo ipsum derobandi. Vidi etiã antequam furca suspenderetur in loca commissi sceleris manum delinquenti amputari, iuxta tradita per Cæpol dict. n. 42.

141 Sed hæc pœnarum compatibilium multiplicatio sic apud nos vsu recepta est, non ex pluralitate delictorum, vt per doctores præfatos, sed propter atrocitatem criminis vt facinorosi ab atrocitate pœnarum abstineant se ab atrocibus delictis. Hæc ille quibus Regulam, & Caput terminamus.

CAPVT III.

De pœnis Spiritualibus contra hæreticos, apostatas, suspectos de hæresi, aut apostasia, &c. nempè excommunicatione, irregularitate, infamia, degradatione, Beneficiorum, Dignitatum, & Officiorum Ecclesiasticorum priuatione, &c.

PROOEMIOLVM.

1 DESCENDIMVS iam à communibus ad particularia, ad pœnas scilicet, quæ peculiariter reis Tribunalium Sancti Officij infliguntur, cum autem omnia pœnarum genera in crimine hæresis, vel apostasiæ à fide puniendo concurrant, vt eruditè tradit Ioannes à Roias, 2. par. de hæreticis numer. 151. Cumque omnes vniuersaliter sumptæ, adæquata diuisione in pœnas spirituales, temporales, & corporales partiantur ex communi sensu doctorum, præcipuè Ferdinandi de Castro Palao, Tract. IV. à disput. 3. vsque ad 7. meritò ab spiritualibus initium sumimus, tùm quòd istæ ex natura rei reliquis præcedant, tùm quòd sic ordo executionis, cui in toto hoc Nostro Opere de Materijs Tribunalium Fidei, semper addicti fuimus, pro maiori tractatio-
2 nis luce postulare videatur. Circa subiectum verò dictarum pœnarum, maximè spiritualium, obiter attingenda in hoc Procemiolo resolutio illius dubij, quod iam alibi ex professo discussimus, an cum sola hæresi, vel apostasia purè mentali, quæ in corde consumatur, sit aliquis capax ad incurrendas pænas iure Ecclesiastico introductas? Nam multis Doctoris præcipuè iuris periti, quos copiosè refert Farinac. de hæresi, quæst. 192. §. 1. à nu. 4. absolutè istud affirmant; Negantem tamen partem, quod per hæresim solo interno actu completam non subijciatur homo Ecclesiæ iurisdictioni quo ad hunc saltem effectum incurrendi dictas pænas, vt prorsus certam tenent communiter Theologi, quos accuratè citat Thomas Sanches, lib. 2. in Decalog. cap. 8 à num. 1. imò ex iuristis non pauci maxime Farinac. relatus. Ratio fundamentalis est, quia cum talis actus visibilis non sit, nequit subijci Ecclesiæ visibili. Ergo hæc non potest illum punire, cùm nec valeat de ipso iudi-
3 care. Verùm quamprimum interior hæresis in actum externum prodit, tametsi occultissimum, & nulli alteri à committente notum, Ecclesiæ Iurisdictioni subest, & pænas à iure statutas incurrit, ita cum Simanca, Valentia, Bannes, & cum alijs, quos adducit, Castrus Palao, dict. disp. 3. punct. 3. quæ ex dicendis duplici Regula sequenti magis innotescent.

Qualiter pœna excommunicationis hæreticos, Apostatas, eorum credentes, fautores, &c. afficiat?

REGVLA CCCCLII.

4 PRima, & potissima pæna inter reliquas, quam ipso facto incurrunt hæretici, Apostatæ, ipsorum credentes, fautores, receptatores, &c. est excommunicatio maior: hæc non de iure diuino, sed de iure Ecclesiastico antiquissimo contra eos lata fuit, nullaque extabat antiquitùs de ea in iure reseruatio; at postea per Bullam Cœ-
5 næ Summo Pontifici reseruari cæpit. Verùm quiuis hæreticus quantumuis sit notorius, & generaliter nominatus in dicta Bulla vt Lutheranus, nequaquam est vitandus, nisi fuerit denunciatus peculiariter, & declaratus hæreticus cum censura
6 saltem in communi hæresi annexa. Excipe casum obligationis euitandi ratione scandali, aut alterius periculi, &c.

7 AB hoc sumit initium Sanchez dict. lib. 2. cap. 9. num. 1. quòd sit de fide certum, iustissimè hæreticos ab Ecclesia puniri, & ad retinendam fidem Catholicam, quam in Baptismo susceperunt, varijs pænis, præcipuè excommunicatione cogi. De hac re dictum à nobis sufficienter cap. 1. lib. 1. Nostri Operis aliquibus Regulis: Vnde ne actum agamus, remitto lectorem ad ibi tradita, & præter Sanchez citatum ad legendos etiam Valetiam 2. 2. disp. 1. quæst. 11. punct. 3. & Azor. tom. 1. li. 8. instit. moral. post quæst. 8. qui varijs Scripturæ, & Sanctorum Patrum testimonijs abundè satis ostendunt.

8 Dubitatur an excommunicatio prima, & potissima (sic eam vocat, & iudicat Sanchez ibidem, num. 2.) hæreticorum, apostatarum, &c. pæna sit de iure diuino? Affirmanter respondent aliqui, quos refert, & refutat Azor. instit moral. tom. 1. lib. 8. c. 10. rubr. de pænis hæreticorum, quæst. 2. præcipuè Franc. Pegna in Directorio Inquisitor. par. 2. Comment. 12. ad cap. excommunicamus, extra de hæret. vers. Nec putandum

dum est, vbi hanc pænam excommunicationis in hæreticos fuisse latam à Christo Domino, ostendit primò ex illo Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquā
9 Ethnicus, & publicanus. Et addit tres hæreticos fuisse à S. Apostolo excommunicatos, nempe Corinthium, 1. ad Corint. ca. 5. Alexandum, & Hymenæum ob blasphemiam, 1. ad Timot. cap 1. & plura subiungit ibidem Pegna ad idem probandum.

10 Nihilominus habetur prorsus certa opposita doctrina, quòd non sit de iure diuino pæna excommunicationis contra hæreticos, sic nec contra alios criminosos, sed tantum de iure Ecclesiastico antiquissimo, ita præter citatum Azor, tradunt Sanchez, dict nu. 2. Farin. de hæresi, q. 191. §. 2. num. 8. versic. contrarium, quod, & Castrus Palao, dict. tract. 4. punct. 1. num. 1. qui primum, quòd non sit de iure diuino
11 probat efficaciter sic. *Quia excommunicatio, inquit, hæc consistit in priuatione actiuæ, & passiuæ Sacramentorum, communione fidelium, & suffragijs Ecclesiæ, quibus omnibus iure diuino hæreticus priuatus non est, magis, quam alij omnes peccatores. Aliàs si iure diuino ijs omnibus priuaretur, non potuisset Ecclesia in horum priuatione se intromittere, admittendo excommunicatum non nominatum, nec manifestum Clerici percussorem ad fidelium communionem, quibus antea priuatus erat. Hæc ille.*

12 Secundum, quòd sit pæna ista excommunicationis de Iure Ecclesiastico antiquissimo, constat ex cap. Achatius 24 q. 1. & cap. ad abolendam, & cap. excommunicamus il 1. de hæret. cap. Nouerit, de sententia excommun. & cap. quicunque de hæret. in 6. Traduntque Azor loc. cit. Valent. 2. 2. D. Thomæ, quæst. 11. art. 3. vers. ex his testimonijs, & Castrus Palao ibidem.

13 Notans benè, quod tempore antiquo non fuerit aduersos hæreticos lata ipso iure excommunicatio, sed ferenda, postquam moniti fuerint, vt videtur deduci ex cap. si quis Episcopus. 1. quæst. 7.

14 Quoad reseruationem verò huius excommunicationis contra hæreticos, Apostatas, &c. Concordant omnes auctores, nullibi olim in iure fuisse reseruatam, & quod ceperit strictissimè reseruari Summo Pontifici per Bullam Cenæ Domini, quando vsus huius Bullæ inchoauit, ita cum Caietano in Sum. verbo excommunicatio cap. 1. plures ex recentioribus, præcipuè Azor. dict. cap. 10. quæst. 1. Sanchez, & Farinac. vbi supra.

15 Grauitatem autem huius pænæ excommunicationis tantam, ac talem esse iudicarunt aliqui, vt propter illam omnes hæreticos esse nominatim excommunicatos, ac vitandos affirmarint. Auctor primarius huius sententiæ assignatur Sotus, in 4. dist. 25 quæst. 1. art. 1. post 3. conclusionem, vers. Hic tamen; & art. 3. columna 9. versic. in ordinatione, & dist. 20 quæst. 1. art. 5 conclus. 2. Probatur ex cap. sicut, de hæret. & cap. si quem forté, 24. quæst. 1.

16 Nihilominus oppositū est omnino certum ex vi priuilegij extrauagantis, incip. Ad euitanda scandala, Concilij Constantiensis, per quod omnibus fidelibus conceditur facultas communicandi cum excommunicatis, qui non fuerint specialiter, & expressè denuntiati, neque manifesti percussores alicuius Clerici, aut religiosæ personæ, ergo cum hæreticus nil circa hoc speciale contineat ratione excommunicationis, qua astringitur, quantumuis notorius, & generaliter nominatus in Bulla Cænæ, vt Lutheranus, adhuc vitandus non est. Ita Suarez, disp. 21. de Fide, sect. 3. num. 3. Bonacina, de censuris, quæst. 5. Castrus Palao, ibidem num. 2. & alij communiter.

17 Sed quid si iam iudex contra aliquem hæreticum contumacem sententiam tulit, ac eius hæresim condemnauit sine mentione vlla excommunicationis, erit ne tunc vitandus? Pars affirmans inde probatur, quia cum manifestum sit hæresi annexam esse excommunicationem, perinde est aliquem hæreticum declarare, ac excōmunicatum, atque hic videtur scopus talis sententiæ, vt fideles à peste hæresis liberentur, sic defendunt Suarez de censuris, disp 9. sec. 2. num. 10. (bene ibi ipse notat dubium hoc magis esse speculatiuū, quàm practicum, quia iudices nunquam ita diminutè procedent, vt declarent aliquem hæreticum, non declarata eius excommunicatione) Soto, Medina, Gutierrez, Henriquez, Manuel, Petrus de Soto, quos accuratè refert Sanchez dict. cap. 9. numero 4. addens hanc partem esse probabilissimam.

18 Oppositam tamen negantem vt magis probabilem tenet ipse Sanchez, absolutè eam tuentur Nauar. Miscell. 47. de oratione, num. 3. Graff. 1. par. decis. lib. 4. ca. 11. n. 5. fin. & alij ob contrarium fundamentum, quia dicta extrauagans, *Ad euitanda* requirit vt censura declaretur formaliter, & expressè: sed declarato delicto manet censura tantum virtualiter, & in radice non formaliter, & expressè declarata; Ergo in tali casu hæreticus non vitandus; Maximè cùm priuilegium illius extrauagantis sit in fauorem fidelium pro communicando cum excōmunicatis, & debeat potiùs ampliari, quàm restringi.

19 At Castrus Palao, cui libenter adhæreo, vtrumque sub di media procedens via, sic distinctione sic amplectitur; Si enim inquit, iudex declarat Petrum hæreticum esse, vel alteri crimini obnoxium, incurrisque censuram illi crimini annexam, si censura excommunicationis est, esse sufficienter declaratam, vt iuxta decretum Concilij Cōstantiensis

ſtantienſis declaratus, publicatus ſit; Se-
cùs verò ſi ſolum delictum declaratur.
20 Priorem partem vltra fundamenta ſecũ-
dæ (*mihi primæ*) ſententiæ, probo; quia
Concilium ſolum petit declarationem for-
malem, & expreſſam cenſuræ, ſed illa eſt
expreſſa, & formalis declaratio cenſuræ
crimini annexæ, quamuis non ſit declara-
tio expreſſior, & formalior, quæ eſſe po-
21 teſt. Ergo. Item ex vi illius declaratio-
nis nullus poteſt allegare ſe neſcire ſic de-
claratum cenſuram incurriſſe. Debet er-
go inquirere quænam ſit? præſumere enim
debet eſſe excommunicationem; quia eſt
frequentior, maximè ſi delictum laicis, &
clericis commune ſit.

22 Secundam partem, ſcilicet non ſufficere
declarare alicuius delictum, niſi cenſu-
ram declares, ſic probo, deſtruendo fun-
damentum allatum pro ſententia Suarez,
ipſe enim ex verbis extrauagantis Conci-
lij Conſtantienſis inferat ſufficere declara-
tionem cuiuſcunque rei, vel delicti, vel
cenſuræ: Sic enim dicit Concilium Baſi-
lienſ. ſeſſ. 20. ad finem referens hanc Extra-
23 uagantem Concilij Conſtantienſis. *Ad
vitanda ſcandala, & multa pericula ſub-
ueniendumque conſcientijs timoratis ſtatuit
etiam, quòd nemo deinceps à communione
alicuius in Sacramentorum adminiſtratio-
ne, vel receptione, aut alijs quibuſcunque
diuinis, vel extra, prætextu cuiuſcunque
ſententiæ, aut cenſura Eccleſiaſtica, ſeù ſu-
ſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, vel
à iure generaliter promulgata, teneatur ab-
ſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum
Eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia pro-
hibitio, ſuſpenſio, vel cenſura huiuſmodi
fuerit contra perſonam, Collegium, Vni-
uerſitatem, Eccleſiam, aut locum certum à
Iudice publicata, vel denuntiata ſpecialiter,
& expreſſa.*

24 Verum ex ſupradictis verbis nullo mo-
do videtur inferri declarationem delicti
tantum ſufficere, vt excommunicatus ra-
tione illius publicatus, denũtiatus ſit ſpe-
cialiter, & expreſsè. Nam ſenſus ſupra-
dictorum verborum eſt, te non eſſe obli-
gatum abſtinere à communione illius, qui
per aliquam ſententiam, vel mandatum,
vel ratione alicuius ſuſpenſionis, aut alte-
rius cenſuræ prohibitus eſt tecum com-
municare, niſi talis ſententia, mandatum,
ſuſpenſio, cenſura, denuntiata, publicat-
25 que ſit. Poſita autem hac publicatione, &
denuntiatione, videris obligatus ab illius
communicatione abſtinere. Ex his tamen
non infertur te debere abſtinere ab illo,
tanquam à nominatim excommunicato,
cum verba concilij, non tàm de excom-
municatione, quàm de alia quauis ſenten-
tia, mandato, ſuſpenſione, & cenſura lo-
quantur. hæc Caſtrus, quæ omnia oppor-
tunum duxi proprijs ipſius verbis referre,
quandoquidē ipſe ſolus talem dicendi mo-
dum excogitauit.

26 Ex ſupradictis autem deducenda aliqua
vt certa, primum, quòd non peccent Ca-
tholici in locis hæreticorum, vt in Anglia,
Germania, Gallia, &c. Si cum eis conuer-
ſentur. Ratio eſt, quia, licet iſti hæretici
ſint notorij, non ſunt tamen denuntiati.
ita Nauar. lib. 5. cõſil. tit. de hæret. in 1. edi-
tione, conſ. 15. num. 2. qui trepidanter ait
id eſſe, probabile, ſed abſque trepidatio-
ne vlla certum Affirmant Azor dict. lib. 8.
cap. 11. quæſt. 1. & Sanchez dict. cap. 9. n. 5.
27 Quin etiam hic num. 6. meritò idem vult
dicendum de hæreſiarchis, vt de luthero,
Caluino, ob eandem rationem, quia licet
publica Eccleſiæ voce eſſent notorij, non
erat tamen obligatio vitandi eos, dum
non fuerunt denuntiati.

28 Deducitur item licitum eſſe catholicis
ſimul cum hæreticis non dum denuntiatis
orare, ac rei diuinæ intereſſe, hæreticorum
funus comitari, Sacramenta etiam à ſuis
parochi, & Epiſcopis hæreticis ſumere, ſi
adhuc denuntiati non ſunt. Militat ea-
dem ratio, quia attenta diſpoſitione Con-
cilij Cõſtantienſis, ſolos denuntiatos euitare
tenemur. ita præter alios Sanchez
29 dict. cap. 9. num. 7. & 10. Vbi benè limitat,
quòd quidem intelligatur, quantum eſt ex
parte excommunicationis. Quippe aliun-
de ex iure naturali, & diuino erit obliga-
tio euitandi, ſi inde oriatur ſcandalum, aut
periculum peruerſionis, aut Sacramenta
ritibus hæreticis miniſtrentur.

30 Tandem deducitur, quòd in locis hære-
ticorum poſſint filij eorum hæretici ad
ſcholas catholicorum admitti. Patet ex
dicta ratione, quia non ſunt denuntiati, &
tantum eſt obligatio euitandi denuntia-
tos. ita cum Nauar. & Petro de Ledeſma,
per eum citatis, Sanchez ibidem nu. 11.
31 Vbi cum eiſdem optimè ſubiungit è con-
tra non eſſe licitum Catholicorum filijs
Scholas hæreticorum adire, ob periculum
peruerſionis: Vide plura de ſimilibus co-
rollarijs apud eundem Sanchez. Atque
his Regula noſtra terminatur.

---

*Quibus in caſibus pœna excommunicationis à
delinquentibus contra fidem Catholicam
contrahatur? in quibus ve-
rò ſecus?*

REGVLA CCCCLIII.

32 NVllum dubium, contrahi pœnam
excommunicationis in caſu hæreſis
formalis, concurrente ad eam duplici actu
interno, & externo: idem eſto iudicium
33 de caſu formalis Apoſtaſiæ. E contra
certum eſt non incurri excommunicatio-
nem in caſu hæretici, vel apoſtatæ purè ex-
terni, qui nulli mentis errori adhæret,
non eximitur tamen ab Inquiſitorum pu-
nitione. Neque contrahit excommuni-
cationem hæreticus internus in actu ex-
terno

terno suā hæresim non sufficiente manifestans, vt si eam proferat in Sacramēto confessionis, vel ad petendum auxilium, aut cōsilium, pro ipsa relinquenda; & sic de
34 similibus in vtramque partem. Denique præter casus formalium hęreticorum, & apostatarum incidunt etiam in pœnam excommunicationis eorum credentes, fautores receptatores, defensores, &c. iuxta dispositionē primę clausulæ in Bulla Cęnę.

---

35 DOctrina præsentis Regulæ ex se manifesta est, maximè suppositis is, quę li. 1. Nostri Operis de Materijs Tribunaliū Fidei, &c. cap. 12. & 13. varijs Regulis copiosè tradidimus, explicantes quid sit hęresis formalis; quid apostasia à Fide; quis item dicatur hæreticus internus, nempè ille, qui hęresim, cui internè assentitur, exterius non manifestat. Quis verò hęreticus externus, ille scilicet, qui hęresim, quam mente tenet, verbo, vel facto ostendit. Pari modo dicendū respectiuè de apostasia à Fide vide loco cit. per nos tradita.
36 Ex certa itaque, & communi Doctorum sententia resoluimus, solum hæreticum, vel apostatam externum, qui errore, quem mente tenet, exterius signo aliquo manifestum facit, incidere in pœnam excommunicationis. Ratio iam adducta supra in Procemiolo, quia Ecclesia visibilis est, ergo nequit hęreticus ei subijci nec ab ipsa pœnis mulctari, nisi hęresim internā signo visibili aut sensibili verbo scilicet, vel facto ostendat, ergo nequaquā contrahet excōmunicationē, si non sit hęreticus, vel apo-
37 stata modo dicto externus. Reiectis nonnullis oppositum sentientibus, quòd ob solam hęresim internam fiat quis excommunicatus, tradunt innumeri melioris notæ auctores, pręcipuè Suarez de Fide, disp. 21. sect. 2. nu. 2. Simanchas de Cathol. Instit. tit. 42. num. 1. & sequentibus Barbosa 2. par. de potestate Episcopi allegat. 40. n. 9. & Sanchez lib. 2. in decalog. c. 8. n. 2.
38 Hinc deducendum, & doctrinaliter notādum, in quo hereticus purè mentalis differat quoad rem præsentem ab hæretico purè externo, quòd iste, qui verbo, vel facto hæresim ostendit, cui tamen internè non adhæret, quamuis in excommunicationem contra hæreticos latam non incidat, ab inquisitoribus puniri possit. At hęreticus purè mentalis, seù internus, qui hæresim quam mente tenet, externè non manifestat, neque excommunicatur in iu-
39 re, neque Inquisitoribus subijcitur. (Eadem notanda differentia inter apostatatā merè internum, & apostatam merè externum) Ita propter alios Simanch. Azor, & Sanchez quos citat, & sequitur Sousa lib. 1. Aphoris. c. 15. nu. 2. & 3.
40 Sed quid quando aliquis ad manifestandam suam hæresim internam signum externum insufficiens exhibeat? nisi aliunde ex circumstantijs talis hæresis nota fiat, tunc non contrahit excommunicationem, pro qualitate tamen signi apud Tribunal Sanctæ Inquisitionis debet puniri: ita Sanchez dict. cap. 8. nu. 7. Azor instit. moral. lib. 2. cap. 8. qu. 22. & Sousa ibidem, n. 4.
41 Pari modo in diuersis casibus nō incurrit quis excommunicationem contra hæreticos latam, nempe si suam hæresim internam proferat in Sacramētali confessione, aut coram solo Inquisitore, vel coram viro prudenti, & docto ad petendum con-
42 silium, vt eam relinquat Similiter non incurrit, si hæresim referat, à qua iam discessit; aut si legendo, disputando, vel alienos libros, aut tabellas transcribendo hęresim, quam antea tenebat, ore proferat non quidem animo eam docendi, aut declarandi. Ita Azor dict. cap. 10. quæst. 5. & 7. Simanch. vbi supra nu. 9. Farinac. de hæresi quæst. 192. §. 1. num. 4. & Sousa ibidem num 7. & 8.
43 E contra pœnam excommunicationis contrahet quisquis hæresim, quam mente tenet, per iocum de se narrat. Item quisquis dictam hæresim, vel apostasiam internam externè declarat verbo, vel signo aliquo sufficienti, quantumuis occultissimo; cum hoc iam tūc ab Ecclesia per se ex natura rei cognosci, & puniri possit: atque per accidens est, quòd actu non cognoscatur, neque puniatur vltra punitionem excōmunicationis cōtractæ ipso facto. Ita Banez 2. 2. quæst. 11. art. 4. concl. 3. in solut. ad 3. Azor loc. citat. & Sousa nu. 6. & 7.
44 Quænam signa in particulari sint sufficientia ad probandam extrinsecè hæresim internam mentis, quænam verò in sufficientia, exposuimus, satis dicto cap. 12. lib. 1. nostri operis. Quòd si præter ibi tradita, lector plura requirat, copiosè tractata inueniat apud Azor dict. cap. 10. quæst. 4. & multis seqq. Sanchez. dict. c. 8. à n. 6. Bannes 2. 2. qu. 11. art. ... concl. 3. Suarez disp. 21. sect. 2. à nu. 8. & Castrum Palao tract. iv. disp. 3. punct. 3. & 4. Hic solùm attingo duas conditiones in communi pro sufficientia dictorum signorum requisitas, quas idem Castrus, num. 2. adducit sic.
45 Breuiter, inquit, dici potest, necessarium esse, vt verba, vel facta sint satis expressiua interioris hæresis, siue hanc expressionem habeant à se, siue ex circumstantis adiunctis, & ex qualitate personæ, quia hæresis externa cognoscibilis, & punibilis constitui non potest, nisi signis illam sufficien-
46 ter, & integrè declarantibus. Secundò est necessarium, vt signa, quibus hæresim profiteris, sint in materia hæresis peccatum graue, quia hoc solum est, quod excommunicatione, alijsque pœnis punitur. Sic pluribus relatis docet Sanchez lib. 2. cap. 8. à nu. 7. Suarez disp. 21. sect. 2. à n. 9. Emmanuel Saā verbo excommunicatio Bullę nu, 2. hactenus ille.

47 Oc-

47 Occurrit dubium huc spectans aliquan-
tulum controuersum, præcipuè inter re-
centiores; pro eius discussione, & resolu-
tione, supponendum ex doctrina certa, &
communi, quod sicut duplex est fides di-
uina, altera generalis, qua veritatibus à
Deo reuelatis, & ab Ecclesia positis credi-
mus, altera particularis, qua per specialem
reuelationem alicui immediatè factam hic
48 rei reuelatæ credit. Ita duplex sit hæresis,
vna, quæ priori fidei opponitur, altera,
quæ posteriori. Reiecto Lorca, qui 2. 2.
quæst. 11. disp. 39. nu. 2. id non admittit,
docent cōmuniter reliqui, præcipuè Azor.
dict. lib. 8. cap. 9. quæst. 4. Sanchez alios
referens lib. 2. in Decalag. cap. 7. nu. 32.
& Castrus Palao dict. disp. 3. punct. 2. n. 14.
& sic ostendit.
49 *Ratio*, inquit, *est, quia tota malitia hæ-
resis sita est in contemptu primæ veritatis
sufficienter propositæ; qui enim sic discredit,
quod prima veritas dicit mendacem Deum
facit, At qui discredit reuelationi speciali,
eodem modo primam veritatem contemnit,
& mendacem Deum facit, quia Deus idem
est, siue publicè, siue particulariter reuelans,
ergo est hæreticus. Neque hæresis necessariò
petit contumaciam aduersus Ecclesiam for-
maliter sed aduersus Deum reuelantem.*
Ita ille efficaciter probat, intellige tamen
ex quæ dicta sunt dummodo cōstet talem
reuelationem fuisse diuinā quo supposito.
50 Dubitatur an hic hæreticus discredens
reuelationi speciali, Excommunicationē,
& alias hæreticorum pœnas contrahat?
Partem affirmantem defendunt Sanchez
dict. cap. 7. num. 32. & Coninch. disp. 18.
dub. 7. nu. 20. si hæresis interna in actum
externum prodeat. Nam quamuis Eccle-
sia non proponat talem veritatem credē-
dam; proponit tamen credendam primam,
& summam veritatem reuelantem, cui pro-
positioni obsistit, qui negat illam specialem
51 reuelationem. Confirmatur exemplo,
quod adducit Sanchez, quia si quis nega-
ret aliquid existimans esse ab Ecclesia pro-
positum, cum tamen non sit, verè hæreti-
cus esset, & excommunicationem, aliasq;
pœnas incurreret, ergo pari modo, &c.
Atque hæc pars videtur mihi probabilis.
52 Sed probabiliter opposita negans ob so-
lum dissensum speciali reuelationis posse
aliquem excommunicatione ipso facto, &
alijs pœnis Ecclesiasticis puniri, ita Azor
tom. 1. lib. 8. cap. 9. quæst. 4. Suarez disp.
19. sect. 2. nu. 12. Cordub. lib. 1. quæst. 17.
§. 1. dub. 2. vers. respondet Magister, &
53 Castrus Palao, ibidem, nu. 15. Fundantur
in eo, quia apparet impossibile, quòd pos-
sit manifestari exteriùs, talem dissensum
esse contrarium fidei, cum supponatur, re-
uelationem illam esse specialem, & nulli
alteri cognitam præter eum, qui illam ha-
buit, ergo nō potest innotescere alijs, quòd
ipse tali reuelationi discredat, quia ad hoc
requiritur, vt reuelatio ipsa prius cogno-
scatur, ergo non fiet excommunicatus &c.
54 Est autem dispar ratio de exemplo ad-
ducto à Sanchez, & de alijs similibus, in
quibus adest dissensus contra generalem
reuelationem, aut doctrinam ab Ecclesia
communiter receptam, vt si quis diceret,
& sic teneret non esse credendum primæ
veritati per specialem reuelationem mani-
festatæ, fieret quidem hæreticus, & excō-
municationem contraheret, quia negat
propositionem à tota Ecclesia receptam,
nempè quòd sit credendum reuelationi-
bus priuatis si legitimè proponantur. Ita
ibidem ipse Castrus Palao.
55 At è contra non erit hæreticus, nec pæ-
nas hæreticorum incurret, vt ait idem
Castrus cum Suare disp. 21. sect. 2. nu. 10.
si aliquis manifestet se nolle credere, quòd
existimat esse ab Ecclesia definitum cum
56 tamen non sit. Item quando aliquis ve-
ram propositionem credat cum animo de-
liberato non credendi contrarium, quam-
uis ab Ecclesia definiatur, si rem creditam
exterius proferat, & animum suum non de-
claret, nequaquam incurret Excommu-
nicationem, quia non dum est hæreticus
exterior.
57 Denique ad declarationem vltimæ par-
tis nostræ Regulæ, proponenda, vt iacet,
clausula insula in Bulla Cænæ. Excommu-
nicamus, & anathematizamus, &c. à Chri-
stiana Fide apostatas, ac omnes, & singu-
los alios hæreticos, quocunque nomine
censeantur, & cuiuscunque sectæ existant,
ac eis credentes, eorumque receptores,
fautores, & generaliter quoslibet illorum
defensores, ac eorum libros hæresim con-
tinentes, vel de Religione tractantes, sine
auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ sciē-
ter legantes, aut retinentes, imprimentes,
seu quomodolibet defendentes, ex quauis
causa publicè, vel occultè, quouis ingenio,
vel colore; nec non Schismaticos, & eos
qui se se à nostra, & Romani Pontificis pro
tempore existentis obedientia pertinaci-
ter subtrahunt, vel recedunt. Hactenus
58 Clausula Bullæ Cænæ, Cuius singulas par-
ticulas in citatis capitibus 12. & 13. lib. 1.
Operis nostri, & alibi sufficienter exposui-
mus pro præsenti instituto. Vnde lectorem
illuc remitto: quod si dicta expositione
non fuerit ei satisfactum, videat auctores
de hac re tractantes, præcipuè Sanchez
lib. 2. in Decal. toto cap. 10. & Castrum-
palao, disp. 3. punc. 5. Atque his Regula
terminatur.

Per quem absolutio ab excommunicatione hæreticis impertiri potest? Aliquando ne sine dicta absolutione ipsi auferri valet.

REGVLA CCCCLIV.

59 EXcepto articulo mortis, & probabi-
liter periculo eius proximo, in quo
quiuis

quiuis Sacerdos hæreticum valide absoluet: per Summum Pontificem solùm, cui hæresis signo sufficienti exterius prodita strictissimè reseruatur, ab ea absolutio illi in vtroque foro, immediatè tribui potest; per Inquisitores verò in foro tantùm ex-
60 terno. Probabile autem est ex concessione Concilij Tridentini hæreticos taliter externos à suis Episcopis, seù Prælatis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus posse absolui; sed oppositum probabilius, & tutius, ac in praxi
61 seruandum? Idem esto iudicium de absolutione à dicta hæresi ex vi Iubilei, Bul-
62 læ Cruciatæ, vel alterius Priuilegij. Probabile etiam est, ob causam iustam posse absolui hæreticum à Confessario exposito de peccatis non reseruatis, tacita hæresi, & tantum indirectè absoluta.

---

63 HAc de re iam egimus alibi, præcipuè li. 5. Nostri Operis de materij Trib. Fidei cap. 8. Regula 422. Sed cùm hic sit proprius locus de absolutioue excommunicationis hæreticis inflictæ tractandi expedit circa eam nonnulla breuissimè præsertim illic consultò prætermissa attingere.

64 Nullo modo excitatur dubium in titulo huius Regulæ de hæretico purè occulto, cuius hæresis non prodijt exterius sufficienti signo. Nam certissimum est, posse absolui à quouis Confessario exposito, cum tali hæresi non sunt annexa excommunicatio, vt diximus paulo ante, & consequenter non sit reseruata. Ita post multos, quos refert Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 8. n. 3. Farinac. de hæresi quæst. 192. §. 4. n. 60. &
65 Sousa, lib. 3. Aphoris. c. 4. n. 9. Qui ibi bene limitat sic: Nisi fortè inquit in aliquo Episcopatu, sit reseruata memini quodã apud nostras huius reseruationis in Archiepiscopatu Valentino ad securiorem Fidei conseruationem.

66 Certissimum etiam est, quòd quilibet simplex Sacerdos, imò, & prima tonsura initiatus ab excommunicatione propter hęresim externam posit absoluere. Affirmandum probabiliter idem de absolutione in periculo mortis non remoto, sed pro-
67 ximo. Quamquam si necessitas dicti articuli vel periculi proximi non ita strictè vrgeat, sed superfit tempus recurrendi ad superiorem, qui habet legitimam potestatem absoluendi, ad ipsum recursus pro absolutione obtinẽda fieri debet. Docet Peña 2. par. direct. commen. 25. versic. Quòd si quis. Rojas de hęret. part. 2. assert. 38. num. 320. Simanc. Cath. Instit. tit 3. nu. 3. & compluribus relatis, Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 13. à nu. 2.

68 Prædictis casibus articuli, & periculi mortis exceptis, in reliquis, quòd solus Papa à dicta hæresi, & excõmunicatione possit absoluere, eo quòd sit ei peculiariter reseruata, constat manifestè ex peculiari clausula in Bulla Cœnæ, cuius verba confirmantia id, quod dictũ de articulo mortis &c. & aliud vltra exprimentia non erit abs re hìc apponere.

69 Cęterum à prędictis, inquit, sententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesię mandatis, & satis faciendo cautione pręstita, absolui posit, etiam pętextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscunque personis Ecclesiasticis sęcularibus, & quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignita-
70 te prrędictis &c. Ita ibi, & infligitur statim excommunicatio licèt non reserueta, ijs, qui audent absoluere.

71 Patet etiam, quòd à Sũmo Põtifice tribui absolutio dicto hęretico, vel apostatæ immediatè per se ipsum, aut mediatè committendo vices suas alicui: atque simul in vtroque foro. De hoc benè Sousa cum attestatione grauissimorum Doctorum, lib. 2.
72 Aphorism. cap. 37 nu. 10 sic. Absolutus, inquit, in foro conscientiæ, adhuc potest in iudiciali puniri, nisi absolutio facta fuerit à Summo Pontifice, siue per modum gratiæ, siue dispensationis; Dummodo pœnitentiam impositam, vel conditiones dispensationis adimpleuerit. Simanc. Cath. Instit. tit. 3. num. 5. Peña 2. par. direct. comment. 25. vers item quæritur. Farin. de hæresi quæst. 185. §. 13. nu. 201. & seq. ita ille.

73 De Inquisitoribus vero quid? Diximus iam citata Regula 422. quòd tantum possint absoluere directè hæreticos in foro externo iudiciali, & consequenter in foro cõscientiæ; & hoc est, quod cum Eymer. Peña, Sanchez & Farinac. per ipsum relatis docet Sousa, dict. cap. 4. nu. 10. his verbis, *Quando, inquit, Inquisitores iudicialiter absoluunt hæreticos; simul etiam absoluunt eos in foro conscientiæ. Idem est circa Excommunicatos propter suspicionem*
74 *hæresis*. ita ille. Debet enim intelligi, quòd absoluunt Inquisitores in foro iudiciali à sola excommunicatione hæresi annexa, & consequenter maneat absolutus in foro cõscientiæ reus ab eadem excommunicatione, ac reseruatio delicti hæresis omnino tollatur: Vnde quiuis Confessarius expositus poterit ab eo absoluere, estque communis omnium doctrina.

75 Subiungit autem nu. 11. idem Sousa sic: Excommunicatos, inquit, in causa hæresis, aut suspicionis illius, non delatos ad forum iudiciale possunt Inquisitores per se, vel per alios simul, vel quilibet illorum absoluere in foro conscientiæ. Idem possunt Commissarij Inquisitorum per se. Graff. in 1. decis. lib. 2. cap. 9. nu. 5. Viuald. in Candela in edit. anni 1602. 1. part. tit. 11. n. 15. Eymer. d. 3. par. n. 61. quos, & alios refert Sanchez d. c. 12. n. 1. & seqq. ita ille.

76 Ve-

76 Verum hæc sententia affirmans Sousæ, & auctorum quos ipse citat, & plurium, quos retuli dict. Regul. 422. Nostri Operis num. 16 non placuit nobis, atque data legitima interpretatione ex mente Suarez de fide, disp. 21. sect. 4. num. 18. & Sanctarelli, tract. de hæresi, cap. 5 sub num. 31. ad Constitut. Clement. VII. incipientem, Cũ sicut, per quam videtur id Inquisitoribus concedi; negantem amplexi sumus cum diuersis alijs, præcipuè cum Eymer. 3. par. direct. num. 59. & Peña ibi comment. 12. adductis ipsius Eymerici verbis, & miror quomodo Sousa eum pro se referat, Vide per nos tradita dict. Regula 422.

77 Dein amplius conceditur priuilegium D.D. Episcopis à Sacro Concilio Tridentino sess. 24 cap. 6. Cuius tenor est: Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare; & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eisdem tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.

78 Circa primam particulam, liceat Episcopis, est aliqualis controuersia, quinam nomine Episcoporum intelligantur? Nempè omnes, illi, qui subditos habent; cum respectu subditorum conceditur eis facultas. Vnde debent esse Episcopi electi, & confirmatis ante confirmationem enim nulla potiuntur iurisdictione; nequaquam tamen requiritur vt sint consecrati, imò nec Sacerdotes, ad absoluendum ab excommunicatione reseruata, cum non debeat tribui absolutio Sacramentalis. ita cũ relatis Cenedo, Sãchez, Gutierr. & alijs tradit ista vt certa Castrus Palao dict. disput. 4. punc. 3 §. 1. num. 2.

79 Venit ne nomine Episcopi in prædicto Tridentini priuilegio Capitulum Sede vacante? Quo ad alios casus affirmatiuè respondent communiter doctores: Quo ad absolutionem verò ab hæresi est peculiaris difficultas, Sanchez lib 2. in decal. c. 11, num. 4. etiam in hoc casu defendit partem affirmantem ex hoc fundamento, quia probabile iudicat posse delegari ab Episcopo, & consequenter à Capitulo Sede vacante iurisdictionem Vicario generali ad absoluendum ab hæresi; ergo etiam pro ista absolutione capitulum Sede vacante nomine Episcopi intelligitur.

80 Huiusmodi tamen fundamentum vt improbabile reijcientes tenent partem negantem Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 2. num. 4. Ledesma 2. tom summ. tract. 1. cap. 6. post 20. conclus. difficultat. 5. Bonacina de censuris disp. 7. quæst. 5. punc. 1. & Castrus Palao dicto §. 1. num. 3. Ostenditur inde efficaciter, quia nequit capitulum Sede vacante per se ipsum absoluere ab hæresi, nisi prius hoc delictum integrè cognoscat, & data tali eius cognitione, iã fit publicum, ergo cessat facultas Concil. Trident. quæ solũ est pro delictis occultis.

81 Negant item plures quod nomine Episcoporum sint intelligendi Abbates, & alij Prælati inferiores iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem habentes in sua Diœcesi. Quia dictum Tridentini priuilegium solis Episcopis est concessum iure speciali ab eorum dignitatem, & cum sit derogatiuum iuris communis strictè debet accipi; ergo non est extendendum ad alios tali dignitate carentes, ita Bonac. vbi supra nu. 6. Suarez de pœnitentia disp. 30. sec. 2. num. 6. & de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 7. Barbosa. 2. par de potestate Episcopi allegat. 39. num. 17 & Castrus Palao dict.

82 §. 1. n. 4. Qui probabile id iudicat respectu absolutionis ab hæresi, ob eã rationẽ, quia videtur eligi industria personæ dũ soli Episcopo facultas ista à Tridentino cõceditur.

83 Nihilominus quod nomine Episcopi veniant vt dicti Abbates, & Prælati etiam in absolutione ab hæresi vt probabilius benè defendit idem Castrus Palao ibidem cum Auila de censuris, 7. par. disp. 10. dub. 6. Flores de Mena. variar. lib. 3 quæst. 24. num 18. Sayro in claui regia lib. 6. cap. 11. num. 83. Sanchez lib 2. in Decal. cap. 11. num 5 ex opposito fundamento ostenditur, quia ista facultas à Tridentino concessa ad iurisdictionem spectat, sed dicti Abbates & Prælati iurisdictione Episcopali gaudent, & ab Episcopis in consecratione tantùm differũt ergo, &c. Vide plura apud ipsum Castrũ pro solutione argumentorũ.

84 Certum autem est ex mente ferè omniũ in dicto priuilegio Tridentini nomine Episcoporum non comprehendi Prælatos regulares, ob hanc efficacem rationem, quia concessio tantum fit illis, qui habent diœcesim, vt patet ex illis verbis, in Diœcesi sua, sed Prælati isti non dicuntur habere Diœcesim, Ergo non comprehenduntur ibi. ita Sanchez ibidem, num. 7. Barbosa 2. par. de potest. Episcopi allegat. 39. n. 18 & Garcia de beneficij 7. par. c. 11, n. 13.

85 At quamuis in priuilegio Tridentini nõ sint comprehensi Prælati Regulares, comprehenduntur tamen per extensionem factam à Pio V. in quodam motu proprio, cuius meminit Emman. Rodriguez, tom. 1. qq. regul. q. 61. art. 9 in fin. vbi sic habetur.

86 Quia sacrum, inquit, æcumenicum Concilium Trident. Concessit Episcopis, vt absoluere possent in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. cap. 6. habetur ne prior prouincialis, & superiores Prælati dict. Ordinis tam in dicta Prouincia, quam extra eam, vbilibet in hac parte

te

te deterioris conditionis, quàm clerici, aut sæculares existant; eisdem priori conuentuali, & superioribus prælatis, vt ipsi per se ipsos idē omnino possint in fratres, & Moniales dicti ordinis sibi subditos, quoad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascunque facultates eisdem auctoritate tenore etiam perpetuò concedimus, & indulgemus, atque etiam declaramus presētes litteras perpetuò durare, & valere. hæc ibi, & ita tenent Barbos. & Sanchez loc. cit.

87 Sed quid circa absolutionem ab hæresi ex vi motus proprij Pij V.? dissidium est inter citatos Thomam Sanchez, & Castrū Palao; ille enim negat, hic affirmat, vter-
88 que probabiliter, vt iudicio. Quidquid tamen sit de affirmatiua, attento tali motu proprio, postea reuocata fuit per constitutionem Pauli, quā refert Emmanuel de Valle de Moura, de incantat. & ensal. sect. 3 cap. 1. num. 10. cuius etiam meminit Barbosa, de potestate Episcopi 2. par. alleg. 4. num. 39. In ea enim expressè disponitur, ne Prælati etiam in foro conscientiæ religiosos sibi subditos ab hæresi absoluant, sed ad Inquisitores remittant. Affert Ca-
89 strus Palao dict. §. 1. num. 6. Qui egregiè ibi à num. 8. vsque ad 20. expendit reliquas particulas dicti priuilegij Episcopis concessi: vide apud ipsum.

90 Superest nobis discutienda difficultas illa grauis, an per Bullam Cænæ sit reuocata facultas absoluendi ab hæresi concessa solis Episcopis à Tridentino in fine dicti cap. 6. sess. 24.? Valde diuisi sunt circa hoc inter se Doctores: Nam etiam, qui negantem partem tuentur ex diuersis fundamētis non ita firmis procedunt, vt patet ex ipsismet, quæ omitto, ob vitandam prolixitatem. In ea tuenda, præcipuè insudant Bannes, 2. 2. quæst. 11. art. 4 dub. 2. post 2. conclus. argum. 3. Nauarr. in Summ. lat. cap. 27. nu. 260. & lib. 5. consil. tit. de priuileg. consil. 11. quæst. 1. Gutierr. qq. canon. in poster. lib. 1. ca. 13 ad finem, & plures, quos refert Sanchez citandus, eam dicit esse probabilem Suarez tom. 5. de cens. disp. 21. sect. 3. nu 5. addo esse probabilem tantum speculatiuè.

91 Verùm contrariam affirmantem, quod per Bullam Cænæ ablata fuerit Episcopis facultas absoluendi ab hæresi, & à reliquijs casibus in Bulla contentis, vt longè probabiliorem in praxi tutam, ac omnino seruandam, docent multo plures, & melioris notæ auctores, quos abunde relatos sequuntur Sanchez, lib. 2. in decal. cap. 11. fin. Barbosa, 2. par. de potestat. Episc. alleg. 40. num. 25 Bonacina, disput. 1. de cens. qu. 3. punc. 2. num. 1 & Farinac de hęresi, qu. 192. num. 61. ita etiam Suarez, de pœniten. disp. 30. sect. 3. nu. 11. de censuris, disp. 21. sect. 3. num. 5. ac Peña in direct. 3. part. comment. 141. vers. penult. vbi ait iuxta hanc opinionem in supremo Generalis Inquisitionis prætorio sæpè pronuntiatum esse.

92 Duplex probatio huius doctrinæ efficax adducitur, altera desumpta ex varijs declarationibus Summorum Pontificum, & Eminentissimorum Cardinalium; sic dicitur declarasse Gregorius XIII. teste Genuensi in Praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 67. nu. 10. in prima editione. Idem de Clem. VIII. testatur Azor, tom. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 3. & ca. 20. quæst. 10. affirmans se audiuisse à Religioso docto, & fide digno. De duplici declaratione authentica Cardinalium testimonium præbet Garcia 11. par. de Beneficijs cap. 10 num. 122.

93 Altera probatio sumitur ex vi fortissimæ rationis, quam sic efformat Castrus Palao, dict. §. 1. nu. 22. Negari, inquit, non potest priuilegium à Concilio concessum Episcopis derogari posse à Pontifice, sed ex supradictis Bullæ verbis colligitur satis fuisse derogatum. Ergo. Minorem probo. Nam Pontifex prohibet ne detur absolutio hæresis, & reliquorum casuum in Bulla contentorum prętextu priuilegiorum, quę Episcopis, religiosis, conuentibus, &c. concessa sint à Sede Apostolica, etiam decreto alicuius concilij, sed nullum Concilium, nisi Tridentinum hanc facultatem absoluendi ab hæresi, reliquisque casibus reseruatis, concessit, ergo hanc facultatem, quę in hoc concilio conceditur, intendit Pontifex reuocare, alias superfluerent verba illa, *alicuius Concilij decreto* ita ille, sicque hæc pars sufficienter probata manet.

94 Quæ intelligitur de absolutione ab hæresi in foro conscientiæ, quam Episcopi nequeunt dare ex vi Bullæ Cænæ reuocantis dictum Priuilegium Tridentini. Sed quid de absolutione ab hæresis excommu-
95 nicatione in foro iudiciali externo? Videtur certum quòd possint Episcopi eam hæreticis tribuere, cùm id ipsis expressè concedatur per text. in cap. Vt officium, vers. si verò, de hæreticis in 6. illis verbis, *absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit.* ita Archidiac. ibi, num. 1. verbo impendatis, Ioan. Andr. num. 1. Gemin. n. 2. fin Glos. in cap. excommunicamus, el 1. §. credentes de hæreticis, ibi Felin. num. 3. & Anan. num. 4. Eymer. 3 par. direct. qu. 92. & cum pluribus relatis Farinac. de hæresi,
96 quæst. 191. §. 4. num. 52. Atque hæc absolutio in foro externo data ab Episcopo proderit eis pro foro etiam conscientiæ, sicut dictum est paulo ante, de alia, quæ datur ab Inquisitoribus vt benè notat Castrus Palao ibidem, num. 23.

97 Verùm talis concessio facta Episcopis in dict. cap. vt officium, aut fuit reuocata, vt affirmat Castrus Palao ibidem, aut debet sine dubio intelligi pro locis, vbi non adsunt Inquisitores Apostolici. Nam si in aliqua Diœcesi adsit Inquisitor, iuxta Clemen. de hæreticis, sicuti nos iam alibi tradidimus, nequit Episcopus sine Inquisito-

re,

[illegible] sino Episcopo, saltem [illegible] expeditur cum- [illegible] reconciliatur: vt [illegible] Castrus Palao citatus, [illegible] in Tribunalibus Hispaniæ. In
98 [illegible] ab hinc annis id seruari vi- [illegible] quatuor in nostro Melitensi, vbi Illustriss. [illegible] in nostro Melitensi, vbi Illustriss. D. [illegible] Episcopus nullo modo decisiuè, sed [illegible] consultiuè per suum Vicarium Generalem ad causas Sancti Officij expediendas concurrit.

99 Non immorabor in expendendo, an ex vi priuilegiorum Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut alterius Religionibus Concessa possit tribui absolutio in foro conscientiæ ab hæresi externa, non dum Inquisitoribus denuntiata? Sed sufficit quod dictum est in Regula, esse idem iudicium de his priuilegijs, atque de illo Episcopis concesso per
100 Tridentinũ. Qui circa hoc plura desiderat audeat duos nostros *Choriphæos* Thomam Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 11. ac 13. & Castrum Palao dict. punc. 3. §. 4. sed non grauabor aliqua ex eo referre circa priuilegium Religionis concessum, sic habet §. 3.

101 Respondeo nostrum Reuerendissimum P. Præpositum Generalem facultatem habere per se, vel per alios absoluendi quoscunque ab hæresi in foro consciẽtiæ. Quam facultatem concessit illi Iulius III. viuæ vocis oraculo primùm, vt in viuæ vocis oraculis pag. 9. Deinde per Breue in litteris Apostolicis, pag. 66. confirmauit verò, & denuò concessit Gregorius XIII. die 18. Martij 1584 pro reliquis Orbis partibus (Hispania excepta) in viuæ vocis oraculis, pag. 123. Hæc autem facultas Prouincialibus communicatur, sed extra Hispaniam, vt habet priuilegium cum potestate, vt re maturè considerata quando sibi videbitur in Domino expedire, in casibus particularibus possint id alijs cõmunicare. Hæc omnia in Compendio priuilegiorum Societatis Iesu, verbo absolutio, §. 3.

102 Respectu autem illorum, qui sub obedientia Societatis viuun, habet Præpositus Generalis, & quibus ipse commiserit facultatem eos absoluendi in foro conscientiæ ab hæresi, & à relapsu in hæresim, si quis (quod Deus auertat) in eam incideret. Quam facultatem etiam pro Hispania concessit Gregorius XIII. die 18. Martij 1584. vt in viuæ vocis oraculis, pag. 133 sic in Compendio Priuilegiorum Societatis, ver-
103 bo absolutio, §. 7. & §. 8. dicitur. Facul- [illegible] concessa Minoribus de Obseruantia [illegible] possunt Præpositus Gene- [illegible] Prouincialis Societatis Iesu Vi- [illegible] absoluere nostros Vltramon- [illegible] subditos, & dispensare cum ijs, [illegible] à relapsis in hæresim, [illegible] eorum pœnas à iure con- [illegible] augendo, vel minuen- [illegible] quantitate, alijsq; [illegible] Dummodo talium

relapsorum crimina [illegible] apud sæculares [illegible] dalũ oriri possit. Alexander [illegible] Minorum fol. 70. [illegible] quamquam non satis [illegible] eorundem, verbo absolutio Ordinis quoad fratres, §. 18.

105 Hæc facultas absoluendi reseruatur in Societate Præposito Generali, communicatur tamen Prouincialibus sub onere monendi pœnitentem, manere sub pœna peccati mortalis obligatum, vel se Præposito Generali præsentandi, vel rem eidem manifestandi eo modo, qui seruata sigilli in-
106 tegritate, Prouinciali videbitur. Iam monui in Hispania ob particularia Inquisitionis indulta non dari vsum huius facultatis.

107 Item omnibus Superioribus Societatis, & ijs, quibus ipsi communicauerint, concessa est facultas absoluendi ab excommunicatione incursa ob lectionem librorum prohibitorum, in his locis, vbi possunt nostri ab hæresi absoluere. Sic concessit Gregorius XIII. die 6. Nouembris 1583. prout in viuæ vocis oraculis, pag. 132. & habetur supradicto Compendio priuilegiorum,
108 verbo absolutio, §. 4. Vbi aduertitur si libri prohibiti editi sunt ad stabilienda Dogmata hæretica, non poterunt communicare hanc facultatem superiores, nisi in casibus particularibus perspectis circumstantijs. In ijs verò prouincijs, in quibus ex peculiari concessione amplior esset facultas, liber permittitur illius vsus. Hæc ille toto eo §. 3. quibus nihil addo, & ea viris doctis expendenda magis relinquo.

109 Restat discutiendum id, quod vltimo loco in Regula nostra proponitur, & bene discutitur à Castro palao, tract. 4. disp. 4. punc. 3. §. 6. An possis aliquando in casu hæresis licitè, & validè dimidiare confessionem Sacramentalem, peccata non reseruata manifestando Sacerdoti exposito, tacita hæresi, & recipiendo absolutionem ab illis stirectè, ab ista indirectè à

110 Supponendum primò pro decisione ex communi fere omnium sententia, quòd sit licitum pœnitenti dimidiare materialiter confessionem, si ex eius integritate aliquod graue damnum ipsi prouẽturum appareat. Ita D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. q^la 4. ad 5. & cum eo reliqui, præcipuè ex recentioribus. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 11 punc. 1. vers. hoc autem, Suar. de peniten disp. 23. sect. 2. nu. 1. & Vasquez quæst. 91 art. 3. dub. 1.

111 Rursus supponendũ ex mente eorumdem Doctorum, quòd tàm penitens, quàm confessarius teneãtur impedire quoad fieri potest, ne dimidietur confessio, & procurare facultatem ad absoluendum à reseruato crimine, si aliquod pœnitens haseruato crimine, si aliquod pœnitens habeat. Vnde in casu præsenti hæresis, vt ait Castrus Palao loc. cit. iuxta sententiam probabilẽ, quod possint Inquisitores ab ea sacramentaliter absoluere, debet penitens huius-

X

huinſmodi hæreſi inſe&u,s adire aliquem
Inquiſitorem particularem, vel ſupremum,
aut Sacram Pœnitentiariam Romanam
pro obtinenda tali abſolutione, ſi non po-
tuit vlla via obtinere.
112 Reſoluit Caſtrus Palao, quod poſſit
tunc hæreticus confiteri Sacerdoti priua-
to omnia peccata non reſeruata, & ab eis
abſolutionem directè recipere, & ab hæreſi
indirectè, cum ſpe quod ſucceſſu temporis
ſit habiturus copiam confeſſoris, per quem
valeat directè abſolui à reſeruata hæreſi, ſi
vrgeat grauis neceſſitas Sacramentum pœ-
113 nitentiæ accipiendi. Oſtenditur ex ſup-
poſita doctrina, quia licitum eſt ad vitan-
dum graue damnum dimidiare materiali-
ter confeſſionem; ſed graue damnum cen-
ſetur obligare aliquem ad comparendum
coram Inquiſitore, & Notario ſuumque
crimen hæreſis manifeſtare, ac ſcriptum re-
linquere, (quippe ex merè libera, & ſpon-
tanea voluntate ſolet fieri huiuſcemodi cō-
paritio, vt reus gaudeat beneficio eius)
ergo ob iſtud damnum vitandū dimidiare
materialiter confeſſionem poterit.
114 Confirmatur, quia ſemper fuit reputa-
tum in Eccleſia Catholica graue damnum,
& occaſio ſufficiens dimidiandi confeſſio-
nem, ſi peccatum alteri, quàm confeſſario
eſt, vel timetur reuelandum: Hinc excu-
ſatur pœnitens dicere peccatū, quod ape-
rire nequit, niſi medio interprete, aut quòd
timet probabiliter confeſſarium reuelatu-
rum. Excuſatur item ſcribere peccata,
quæ alio modo manifeſtare non poteſt. Er-
go non obligabitur hæreticus pro Sacramē-
tali abſolutione recipienda ad manifeſtan-
dum iudicialiter ſuum crimen hæreſis, ſed
poterit confeſſionem Sacramentalem in
vrgenti neceſſitate dimidiare.
115 Sed quænam eſt iſta vrgens neceſſitas?
Reſoluit idem Caſtrus, non eſſe ſolum pe-
riculum remotum moriendi in peccato,
quale quiſque habet in omnibus vitæ ſuæ
momentis: quia hoc iam eſt ex ſe nimis
latum, & reſeruatio caſuum vix inſeruiret,
cum quoties quiſque committit peccatum
reſeruatum, poſſet ſtatim dimidiare con-
feſſionem, ſed tunc eſſe cauſam ſufficien-
tem ſic dimidiandi etiam in caſu hæreſis,
quando vrget præceptum confitendi &c.
116 Vtraque prædicta reſolutio Caſtri pro-
babilis mihi videtur, maxime ob auctori-
tatem doctiſſimi viri; quamquam vtramq;
iudiciò Dominorum Inquiſitorum Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ omnino ſubijcio, ſicuti,
& ipſe ſubijcit. Interim non ita facile aude-
rem hanc doctrinam ad praxim reducere,
& quidem memini aliquando habuiſſe oc-
117 caſionem reducendi ſed abſtinui; Et in-
duxi ſuauiter pœnitentem tametſi granem
ad comparendum ſpontè coram quodam
Illuſtriſſimo Domino Inquiſitore, & eius
Notario ea efficaci ratione ne ſi fortè ipſe
ab aliquo ex complicibus, quibus cum va-
ria contra fidem egerat in diuerſis locis,
capto per aliquem Inquiſitorem nomina-
retur, & in tortura ratificaretur talis no-
minatio, hinc, & carcerem, & condem-
nationem eſſet ſubiturus: Atque hic iam
Regula noſtra terminatur.

---

*Qualiter intelligatur pœna priuationis Bene-
ficiorum Eccleſiaſticorum, & Offi-
ciorum hæreticis iniuncta.*

REGVLA CCCCLV.

118 CErtum omnino puniri apoſtatas à
fide, hæreticos, eorum credentes,
fautores, &c. pœna priuationis Eccleſia-
ſticorum beneficiorum, dignitatum, & of-
ficiorum ritè acquiſitorum, & inhabilita-
tis ad futura; maximè ſi hæreſis ſit publica,
licet iam eius quem penituerit, & fuerit
119 Eccleſiæ reconciliatus. Ex hæreſi tamen
occulta non oriri dictam inhabilitatem
120 probabile cenſetur. Probabile item eſt,
quod hæreticus beneficijs legitimè poſſeſ-
ſis nequaquam priuetur ipſo iure, ſed ve-
niat per ſententiam priuandus: probabi-
lius oppoſitum: requiritur tamen ſenten-
tia declaratoria; qua lata, ſequuntur varij
121 effectus explicandi. Si Clericus tandem
hæreticus conuertatur, & spontè ſe prodat
non venit priuandus &c.

---

122 ENumeratur inter pœnas Spirituales
hæreticorum vti præcipua iſta, pri-
uatio ſcilicet beneficiorum Eccleſiaſticorū,
& officiorum, quæ quis ritè iam acquiſiuit,
& inhabilitas ad alia futura. Patet ex cap.
vt commiſſi §. priuandi de hæreticis in 6.
& cap. ſtatutum, il 1. eod. tit. & lib. tra-
duntque communiter omnes.
123 Et quidem, quòd durante hæreſi, inha-
bilis ſit hæreticus ad beneficia, & officia
publica inde conſtat, quia hæreticus, vt vi-
dimus Regula præcedenti eſt excommuni-
catus, & vt videbimus Regula ſequenti,
per hæreſim ſit irregularis, ergo nequit ta-
lia beneficia, aut officia acquirere habe-
turque hoc expreſſè deciſum per text. in
dict. cap. ſtatutum, *Ne hæretici ad aliquod
beneficium Eccleſiaſticum admittantur.*
124 Hinc ſequitur collationem beneficij ſic
factam hæretico eſſe nullam, & fructus ex
eo præceptos debere reſtitui ante omnem
ſentententiam. Ita docent vt certum Peña
in direct. 3. par. quæſt. 113. comment. 162.
in medio Sanchez lib. 2. c. 26. nu. 4. Azor
tom. 1. lib. 9. cap. 13. quæſt. 8. *Garcia*, 11.
par. de benefic. cap. 10. nu. 72. Suarez de
fide, diſp. 21. in fine, & cum pluribus, quos
adducit Farin. de hæreſi, q. 189. n. 71.
125 Sed quid ſi iam hæreſim quis reliquit,
& ab ea abſolutus, & Eccleſiæ reconciliatus
fuit, adhuc ne manet inhabilis ad talia be-
neficia & officia? Diuerſimodè ſentiunt
circà hoc auctores, cùm alij affirment, &

alij negant, vt copiose adducit Farinac. de hæreſi, dict. quæſt. 189. à 82. & qu. 193. à num. 66. Hanc tamen diuerſitatem tollit Caſtrus Palao diſtinguens de hæreſi occulta, vel publica; quippe ob publicam hæreſim certum eſt hæreticum irregularem manere, & conſequenter incapacem beneficiorum eccleſiaſticorum, ſi diſpenſationē
126 non obtinuit. Verùm ſi hæreſis occulta fuit, cùm probabile ſit, ex ea prouenire irregularitatem, vt infra videbimus, etiam probabilitate non carere indico, neque inhabilitatem ad beneficia impetranda inde prouenire, & quidem nullibi cauetur, quòd talis inhabilitas ex occulta hæreſi iā excluſa maneat, nam in dict. cap. ſtatutum, vbi imponitur, de hæretico vt hæretico debet intelligi, non de hæretico pœnitente ita Caſtrus dict. diſput. 4. punct. 5. n. 2.

127 Eſt autem grauis controuerſia inter Doctores circa beneficia iàm rite poſſeſſa, num hæreticus illis priuetur ipſo iure, an ſit priuandus per ſententiam Iudicis, ſeu Inquiſitoris? Duæ ſunt opiniones oppoſitæ, vtraque ſine dubio probabilis; altera affirmat, non eſſe priuatum ipſo iure, ſed venire priuandum, ita Simancas de Cathol. Inſtit. tit. 46. num. 72. Alphonſus de Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorum punitione, c. 4. Ludou. Gomez regul. de annali poſſeſſione, quæſt. 52. Henriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 56. num. 2. Vaſquez 1. 2. diſputat. 172. cap. 2. num. 11. & plures alij.

128 Probatur, quia in dubio, an ſit priuatio per ſententiam, vel ipſo iure, debet intelligi de priuatione per ſententiam, cùm hæc ſit benignior interpretatio, & amplectenda, vt teſtantur Gonzales, ad regul. 8. Cancell. Gloſ. 15. num. 153. & Farinac. in praxi par. 1. quæſt. 19. num. 48.

129 Confirmatur quia vt aliqua pœna ipſo iure contrahatur, debet eſſe expreſſa in iure, quod ſecundum communem omnium doctrinam recte oſtendit Nicol. Garcia. 11. par. de benefic. cap. 10. num. 3. ſed in iure nullus reperitur textus, qui dict. beneficiorum priuationem iniungat ipſo iure; vt
130 perpendenti text. patebit, ergo. Quatuor tantum ſolent allegari: primus in cap. Ad abolendam, § 1. de hæretic. vbi ſic habetur: *Si clericus eſt, totius eccleſiaſtici Ordinis prærogatiua nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico ſaculari relinquatur*. Ex quo textu pòtius deducitur, iudicis ſententiam expectandā eſſe, ſiquidem verbum *nudetur*, & *ſpoliatus relinquatur*, iudicem reſpiciant, qui debet nudare, & ſpoliatum relinquere, ergo, &c.

131 Secundus textus ſumitur ex cap. Quo iure, diſt. 8. vbi ex D. Auguſtino ſic dicitur, qui præter Eccleſiç Catholicæ communionem vſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil [illegible] Eccleſiæ audeant poſſidere; & idem [illegible] in cap. Si vos, 23. quæſt. 5. & cap. [illegible], cap. Quod autem, 23.
132 quæſt. 7. Verùm iſta iura, iuxta expoſitionem Gloſſæ intelligenda ſunt non de poſſeſſione habita, ſed habenda, quæ tunc eſt, cum alicuius rei poſſeſſionem, & reſtitutionem hæreticus poſtulat, cui opponi poteſt exceptio hæreſis: Non enim eſt iuſtum, vt audeat nomine Eccleſiç conſequi poſſeſſionem, qui Eccleſiam offendit.

133 Tertius textus eſt in cap. vt commiſſi, de hæreticis in 6. vbi ſic de illis ponitur; *priuandi, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac beneficijs Eccleſiaſticis, de Diæceſanorum, vel eis abſentibus Vicariorum ſuorum conſilio, & officijs publicis, ac honoribus quibuſcunque, eoſdem hæreticos, credentes, receptores, & defenſores ipſorum, eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem*. At ex hoc textu non ſati deducitur, hæreticos eſſe priuatos ipſo iu-
134 re beneficijs. Particula enim illa *vel*, ſumi debet non declaratiue vt aliqui volunt, quos merito reijcit Caſtrus Palao vbi ſupra num. 3. ſed disiunctiue, ſeu copulatiue, vt ſæpe ſumitur in iure, & reddit huiuſmodi ſenſum: Facultatem concedimus Inquiſitoribus priuandi hæreticos, eorumque defenſores beneficijsque publicis, & ſic iam priuatos nuntiandi; ergo non inde infertur priuatio ipſo iure.

135 Vltimus textus habetur in Conſtitutione Pij V. incip. Cum ex Apoſtolatus officio, relata a Peña in fiue directorij, in qua beneficia vacantia propter hæreſim Sedi Apoſtolicæ reſeruantur, & à nullo poſſe impetrari, niſi vacationis modum exprimat. Quidquid tamen dicant Salzedo, Farinac. & alij citandi, ex mente Sanchez, lib. 2. in decalog. cap. 26. nu. 6. Caſtri Palao ibidem, & aliorum, ibi, non dicitur, quando ob hæreſim vacent beneficia, an ante ſententiam, vel poſt eam, ſed reſeruata eſſe, quandocunque vacent, ergo non vacant ipſo iure ex vi huius textus, ſicut nec ex vi præcedentium.

136 Oppoſita autem ſententia (huic magis adhæreo) ſimiliter probabilis, aut etiam probabilior, & tenenda ſecundum doctores referendos, defendit hæreticum externum quantumcunque occultum eſſe iure ipſo priuatum beneficijs legitimè poſſeſſis. Probatur duplici ratione, prima ſumitur ex ſtylo curiæ, & conſuetudine Romanæ Eccleſiæ, in qua à die Commiſſi criminis cenſetur beneficium ipſo iure vacare neque poſſe renuntiari ſed à quolibet alio impetrari. De tali ſtylo, & conſuetudine teſtantur Pegna, Farinac. Suarez & alij citandi.

137 Altera ratio inſurgit à fortiori inde, quia attento cap. cum ſecundum leges, de hæreticis in 6. omnia bona hæreticorum à die commiſſi criminis confiſcata manent; ergo ſi ſic ſe habet in bonis temporalibus, vt vidimus, & videbimus infra, multò magis ſi ſe habebit in beneficijs Eccleſiaſticis. ita Sanchez. lib. 2. in decalog. cap. 16. num. 6 Suarez de fide, diſp. 21. ſect. 5. nu. 17. Pegna 3.

par. Direct. quæst. 113. Menoc. de arbitrar lib. 2. casu 416. Flamin. de resignat lib. 3. quæst. 1. num. 31. & cum multis relatis Farinac quæst. 189.

138 Nihilominus quòd requiratur declaratoria sententia, cum ante istam non teneatur hæreticus se beneficijs spoliare, sicut nec alijs bonis, deducitur satis manifestè ex cap cum secundum, de hæreticis, & docent citati Sanhez, Suarez, & Farinac. item præter alios, Azor tom. 1. lib. 5. cap. 8 qu. 4.

139 Imo hic Farinac. num. 79. & cum multis Castrus Palao ibidem num. 5. addunt requiri non solum sententiam declaratoriam criminis, sed etiam executionem factam

140 per Iudicē. Hęc vim habet obiectio facta à Flamin. ibidem, num 81. & a Gonzalez, Glossa 15 n 150. quod hęreticus careat titulo, & nequeat sine titulo quis beneficiū retinere, neque fructus lucrari ergo tenetur à die comissi criminis ante sententiā declaratoriam beneficiū dimittere: negandum est enim vt ait ibi Castrus, carere absolutè titulo ipso facto ante sen tentiam, sed sub conditione si sententia succedat, vt dicemus. ita ille.

141 Ex prædicta verò resolutione, quòd ipso iure ante sententiam hæreticus maneat priuatus beneficijs, multiplex sequitur illatio, & varij declarantur effectus. Prima, quòd possit à quolibet impetrari; præsentari à Patrono, & conferri ab Episcopo beneficium tanquam vacans ipso iure. Deducitur ex cap. licèt Episcopus, de præbendis in 6. & vbi Gloss. vbi verbo te non vocato, notant Sanchez lib. 2. c 26. n. 12. Farinac quæst. 189. n. 79. Gonzales Glossa 15. à num. 148. Gargia 11. par. cap. 10, nu.

142 23. & alij. Qui duo volunt hanc præsentionem, & electionem fieri posse hæretico non citato ex vi dict. cap. licèt Episcopus. Quamuis enim sit sermo de beneficio vacante ob essecutionem alterius incompatibilis Extendūt doctrinam ad casus alios, in quibus inducitur priuatio ipso iure.

143 Verùm attento rigore iuris, meritò hoc non admittunt Sanchez loc. cit. & Castrus Palao, dict. punct. 5. nu. 6. quia quoties in pœnā alicuius delicti priuatur quis beneficio, non amittit titulū eius perfectè, sed sub conditione, si sententia sequatur; alioquin deberet ante sententiā illud dimittere, sicut debet dimittere cùm acquirit beneficiū incōpatibile, quia tunc absolutè, & perfectè titulū perdit. Ergo vt valida sit pręsētatio, & electio citari debet hæreticus, & taliter

144 declarari. Cōfirmat inde citatus Sanchez quòd promissio talis beneficij alteri conferri non possit hæretico non citato, quia hic per delictum hæresis non amisit beneficij possessionem, sed neque etiam amisit titulum perfectè.

145 Secundò infertur, quòd impetrans beneficium hæretici non obligetur in impetratione exprimere requisita iuxta regul. Cancellariæ 32. vbi disponitur vt impetrās beneficium pacificè possessum teneatur exprimere valorem, & alia, quæ ibi cauentur. ita Bernar. Diaz, cap. 114. n. 2. Cassiador. in diciss. Rotæ 14. & Farin. dict. n. 79.

146 Tertiò infertur, quòd non possit hæreticus beneficium in fauorem alicuius resignare, quia nō est perfectè suum, sed Apostolicæ Sedi. Resignatarius etiā ex vi talis resignationis nequaquam ius in beneficiū sibi resignatum irreuocabiliter acquirit. ita Pegna 3. par. Direct. quæst. 113. comment. 162. vers. hoc quoque, & Sanchez

147 dict. cap. 26. nu. 9. Qui notat cum Azor tom. 1. lib. 8. cap. 13. quæst 8. dato quòd hæreticus re ipsa beneficiorum resignauerit, vel cum alio permutauerit, resignationem, & permutationem tenere, quousque sententia declaratoria criminis accedat, ob eam rationē, quia hæreticus non amittit beneficij possessionem, imò nec titulum perfectè, vt benè addit Castrus Palao ibidem vt verum affirmans quòd possessio sola non sufficeret.

148 Quartò infertur, quòd hæreticus priuetur fructibus ex beneficio perceptis. Nā si ob hæresim condemnatur ad priuationē beneficij, quanto magis condemnari debet ad priuationem fructuum ab eo prouenientium; Vnde secuta sententia criminis declaratoria cum reliqua hæretici bona confiscentur, simul dicti fructus confiscati manebunt; Nec valet obiectio hæretici, quòd sibi debeantur ob ministerium exhibitum, quia vndecunque ex habeat, omnibus priuatur, ita ex mente reliquorum. Castrus Palao, dict. nu. 6.

149 Solùm potest esse dubium, an statim hæreticus ante sententiam teneatur tales fructus restituere? teneri volūt Azor tom. 1. lib. 5. cap. 8. vers. 3. Gonzalez pluribus relatis Glos. 15. num. 150. eo quòd fructus acquiri nequeant sine beneficij titulo, quo

150 ille caret ratione hæresis. Probabilius tamen meritò iudicant Sanchez dict. cap. 26. nu. 10. Suarez de Fide disp. 21. sect. 5. nu. 19. & Castrus Palao dict. n. 6. quòd hæreticus beneficiarius taliter lucretur fructus beneficij, vt non teneatur illos restituere ante sententiam declaratoriam delicti. Probat sic Castrus, quia priuatio beneficij facta hæretico, ante sententiam non est ita absoluta, & perfecta, vt titulum, & Dominum beneficij aliarū rerum amittat.

151 Denique discutiendum illud graue dubium an si clericus hæreticus conuertatur ex toto corde, priuandus sit beneficijs, & officijs Ecclesiasticis? Dissident inter se Doctores, negant absolutè alij, vt Eymer. 3. par. Direct. quæst 113. vers. Considerandum, & quæst. 115. vers. hoc sanè Rebuffus pract. benefic. num. 5. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 54. nu. 8. Carrer. in pract. crim. 4. tract. de hæreticis, §. modò qualiter num. 1. & plures apud Farinac. citan-

152 dum. Affirmant verò alij, priuandum omnino esse, & tantum ex dispensatione

Papæ

Papæ posse ea retinere, ita Simanc. de Catholic. institut. cap. 47. n. 76. & in Enchirid. tit. 38. nu. 4. Report. Inquisit. verb. conquaruntur, & Lælius Zechius, in summ. 1. par. de fide cap. 11. nu. 16. in 12. pæna.

153 Dicitur tamen rectè sub distinctione, quam ex Pegna 3 par. Direct. quæst. 113. comment. 162. adducit Farinac. in fragm. verb. clericus nu. 362. & de hæresi quæst. 189. num. 82. asserens ibi priores auctores negantes intelligendos esse de hæretico, qui conuertitur ex se ad fidem, & coram Inquisitore comparet spontè antequam recepta sint depositiones, & testibus conuincatur. Posteriores verò affirmantes debere intelligi de hæretico non spontè comparente, sed post depositionem testium, aut
154 post sententiā ad fidem redeunte. Vtriusque partis fundamentum sumitur ex textu in cap. ad abolendam, de hæreticis, vers. præsenti, vbi dicitur, si clericus est, totius Ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, & sic omni beneficio, & officio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur, arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus, nisi continuò post deprehensionem erroris ad fidem Catholicam vnitum spontè recurre, & errorem suum &c.

155 Non videtur recedere à dicta distinctione Castrus Palao cit. punc. 5. num. 8. Probat ipse efficaciter partem affirmantium non posse hæreticum retinere beneficium Ecclesiasticum, nisi ex dispensatione Pontificis, si crimen eius declaratum fuit quantumcunque ante declarationem pœnituerit; quia facta declaratione delicti hæreticus incurrit pœnas à iure statutas; sed vna est priuatio ipso iure beneficiorū,
156 ergo. Ex Bulla item Pij V. citata supra omnia beneficia propter hæresim vacantia Sedi Apostolicæ reseruantur; sed omnino vacant talia beneficia, saltem post hæresis declarationem; ergo, &c.

157 Partem verò negātium sine dubio ampliat idem Castrus, cùm ait ibidem, si hæreticus spontè fuerit conuersus, seù antequam sæpius monitus fuerit, & testibus conuictus, conuenientissimum esse, vt à Sede Apostolica beneficia reddantur, quia hæc gratia ad aliorum conuersionem
158 iuuabit. Et quidem patet, quòd non loquatur Castrus de hæretico, qui nullis præuentus indicijs spontè comparet coram Inquisitore; Certum enim est sic comparenti nullam pœnam esse infligendam. Loquitur ergo de reo iam præuento, qui metu imminentium probationum accedit, & spontè delictum confitetur, vel citatus, seù captus statim de plano fatetur.

159 Huc tandem spectat, quòd in fine dicti [illegible] n. 9 adducit Castrus Palao, & vt [illegible] percipias, propria eiusdem verba accipe.

160 [illegible] inquit, pœnam priuationis bene[illegible] duci potest, quæ traditur in cap. [illegible] §. ad hæc de hæreticis in 6. vbi dicitur quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi personarum, (nimirum hæreticorum, vel credentium, receptorum, defensorum, vel fautorum eorum) Dignitates personatus, & quæcunque alia Ecclesiastica beneficia sūt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes quod tales, & habitis careat perpetuò, & si receperunt illa scienter, ad alia, vel similia nequaquam in posterum
161 admittantur. Circa quam pœnam aduerte primo preces debere esse efficaces, ita vt ex vi illarum obtineatur beneficiū. Secundò recipientem beneficium debere scire ad preces hæreticorum sibi beneficium datum esse. His ergo conditionibus existentibus perpetuò priuatur recipiēs beneficijs acquisitis, & inhabilis redditur ad alia, vel similia in posterum obti-
162 nenda. Alicui tamen videri posset non esse inhabilem ipso iure ad alia, & similia beneficia obtinenda, sed illa recipere posse si conferantur; siquidem textus solum dixit, ne ad beneficia admittantur, non tamen irritat, neque annullat admissionem. hæc ille, quibus Regula terminata.

Num hæretici, vel apostatæ fiant irregulares & qualiter? num tantum de hæresi suspecti irregularitatem incurrant?

REGVLA CCCCLVI.

163 Delicto hæresis, & apostasiæ à fide secundum se ex vi iuris annexa est irregularitas: Vnde propter illud hæretici, & apostatæ externi, siue publici externi, siue publici, siue occulti fiunt irre-
164 gulares; secùs si purè mentales sint. Apostatæ verò à fide tantum externi, vel ex propria voluntate, vel ob metum aliquem ficti specialem incurrunt irregularitatem
165 propriam talis criminis. Rursus irregularitas in hæreticos lata extenditur ad eorum fautores, defensores, & ad alios explicandos, dummodo id illis intuitu hæ-
166 resis præstent. Abiurantes item de leui, aut de vehementi ob hæresis suspicionem non manent irregulares, nec inhabiles ad
167 officia, & beneficia. Tandem propter suspicionem contra fidem, quæ non oritur ex facto immediatè concernente hæresim, non contrahitur irregularitas hæretico iniuncta, sed alia indicanda.

---

168 Extat non leuis cōtrouersia inter Doctores, an hæresi, & apostasiæ à fide Catholica sit annexa ex vi iuris, & secundum se irregularitas? Ex illis aliqui defendunt partem negantem, nimirum hæresi per se, vt ex vi peculiaris iuris non annecti irregularitatem, ac proinde hæreticum, vel apostatam à fide, dum non est no-

torius, siue facti euidentia, siue propria
confessione in iudicio, siue sententia Iudi-
cis, nequaquam esse irregularem, sed tan-
tum quando est notorius aliquo ex tribus
modis, atque asserunt tunc esse irregula-
rem non irregularitate huius criminis spe-
ciali, sed illa generali, ex quibusuis delictis
enormibus notorijs orta.

169 Fundamentum indè sumitur quia nul-
la irregularitas est inducenda, nisi in iure
sit expræssa, iuxta cap. 15. qui de sententiæ
excommunicationis in 6 & textus omnes,
qui in contrarium allegati, si attentè per-
pendantur, irregularitatem hæresis specia-
lem non indicant, vel de hęresi notoria in-
telliguntur. Ita Enriquez lib. 14. de irre-
gul. cap. 4. nu. 6. & cap. 5. nu. 2. Emma-
nuel Sá, in summ. verb. irregularitas, vbi
de irregularitate ex defectu animæ nu. 2.
Sayrus Thesauro casuum tom. 1. lib. 7. c. 12.
num. 16. Auila de censuris, par. 7. disp. 4.
dub. 2. & Perez lib. 8. ordin. tit. 4. lib. 3.
fol. 98.

170 Qui addit, secùs esse attento Decreto
Tridentini sess. 24. de reform. c. 6. sed hoc
additamentū merito reijcit Sanchez lib. 2.
in decalog. cap. 25. nu. 1. quia in eo Con-
cilij decreto nulla crimini occulto irregu-
laritas statuitur, sed sola dispensandi facul-
tas Episcopo conceditur, quando ob cri-
men occultum aliquis eam incurrit.

171 Aliundè itaque ex iure ipse Sanchez
nu. 2. cum Syluest. verbo crimen, quæst. 2.
nu. 3. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 11. quest. 13.
& cap. 21. quæst. 8. Suarez tom. 5. de cen-
suris, disp. 43. sect. 1. nu. 4. & cum alijs ci-
tandis oppositam partem affirmantem
quam amplector, vti veriorē tuetur, quòd
per se annexa sit hæresi irregularitas, &
quòd externi hæretici, ac apostatæ, quan-
172 tumuis occulti, fiant irregulares. Dedu-
cit benè ipse ex cap. Saluberrimum, & cap.
Conuenientibus 1. quæst. 7. & ex cap. Nos
consuetudine, distin. 12. vbi permittitur
clericis ab hæresi conuersis in ordine su-
suscepto ministrare, non tamen aliquem
de nouo suscipere. Equidem hoc non in-
famiæ, sed propter hæresis culpam, sic vi-
detur dispositum dictis iuribus, in qui-
bus licet laicorum nulla fiat mentio, ad ip-
sos tamen si hæresi fuerint infecti, quo ad
inhabilitatem suscipiendi ordines à fortio-
ri, aut saltem à paritate rationis multi do-
ctores allegandi ea extendunt.

173 Ostēditur item, quia ex communi om-
nium sententia irregularitas illa generalis
ratione infamiæ consurgentis ex delicto
enormi notorio notorietate facti tollitur
sublata infamia per publicam vitæ emen-
dam; sed irregularitas hæretici, quamuis
hic iam fuerit publicè emendatus, adhuc
non cessat, sed indiget dispensatione, ergo
talis hæretici irregularitas est peculiaris
speciei, nempè quæ dicitur prouenire ex
defectu animæ: ita Syluest. verb. irregula-
ias. D. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 6.
Nauar. in summ. cap. 27. num. 205. Maiol
lib. 5. de irregularitate, c. 46. nu. 1. Thole-
tus in summ. lib. 1. cap. 28. nu. 1. Peñ. 3.
par. Direct. quæst. 126. commen. 175. Va-
174 lent. tom. 4. disp. 7. quæst. 19. pun. 3. Et
peculiariter loquentes de irregularitate
ob apostasiam à fide, idem Syluest. verb.
irregul. quest. 5. nu. 7. & ibi Angel. nu. 27.
Armil. nu. 83. Tabien. eodem verb. quest.
vltima, & Sotus in 4. dist. 15. qu. 1. art. 3.
colum. 8.

175 Debet tamen intelligi prędicta decisio,
quando iam hæresis vel apostasia à fide in
actum externum prodijt siue publicum, si-
ue occultum: quando tamen in sola men-
te retinetur certum est ob eam nullam cō-
trahi irregularitatem, eo quòd vti peni-
tùs occulta iudicio Ecclesiæ infligentis hāc
censuram subdi non valeat. Tradunt Nau.
in summ. cap. 17. nu. 249. Suarez tom. 5.
de cens. disp. 43. sect. 1. n. 3. Sanchez dict.
cap. 25. num. 4. Farinac. de hæresi, quæst.
192. num. 69. & Sousa lib. 3. Aphor. cap.
5. num. 2.

176 Rursus controuertitur inter Doctores, an
fictè negans fidem, aut fictè ab ea aposta-
tans, siue spontè, siue ob timorem alicu-
ius damni cōtrahat irregularitatem? Azor
tom. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. vltima de ficto
spontaneo apostata, & cap. 21. q. 8. de ficto
apostata ob metum grauem cum Nauar.
lib. 5. consil. tit. de hæret. in 1. editione,
cons. 3. tenet taliter apostatantem non esse
irregularem speciali irregularitate, propria
huius delicti fictè apostatandi, quia nullibi
177 in iure talis reperitur. Concedit tamen, si
hæc ficta apostasia sit publica, & notoria,
quòd incurrat illam generalem irregulari-
tatem, quæ secundum communem doctri-
nam annexa censetur cuicunque delicto
enormi notorio.

178 Ab ista etiam liberant sic fictè aposta-
tantem, vel à Fide Catholica fictè receden-
tem non nulli, quos tacito nomine citat
Azor dict. cap. 11. quæst. fin. quando ob ti-
morem grauem sic ficte faceret, Ratio est,
quia tametsi mortaliter peccent contra ius
diuinum, cùm tamen Ecclesia irregulari-
tatem iniungat, & non intendat ipsa suis
præceptis obligare cum mortis periculo
excusabit hoc ab ea irregularitate. Con-
firmant exemplo remigantium in trire-
mibus Turcarum, quos rectè aliqui excu-
sant ob hanc causam ab excommunica-
tione.

179 Verùm Sanchez, dict. cap. 25. num 5.
optimè hoc in primis reijcit ex eo funda-
mento, quia si ea ratio esset alicuius mo-
menti, idem vtique probaret, tametsi quis
non fictè, sed vero animo ob timorem gra-
uem apostataret. Nec valet quidquam
exemplum adductum, quia illi remigantes
opus ex se indifferens exercent, apostatans
verò etiam fictè intrinsecè malum; Ergo si
hoc enorme delictum sit notorium, non
excusatur sic apostatans saltem ab irregu-
laritate

laritate illa generali cuius enormi delicto notorio annexa.

180 Sed neque excusatur ab irregularitate peculiari propria huius criminis ficte negandi fidem, aut ab ea apostatandi, si id aliquis, siuè spontè, siuè ex metu graui prastet, quamquam non incurret irregularitatem propriam hæretici, vel apostatæ fide supra explicatam, cum talis verè non sit. Docent Maiolus lib. 5. de irregularit. cap. 34 nu. 2. Viualdus Candelabro Sacrament. in penult. editione, vbi de irregularitate, nu. 88 Suarez tom. 5. de cens. disp. 43 sec. 2. nu. 2. Farinac. de hæresi, quæst. 192. §. 5. nu. 73. Sousa dict. cap. 5. num. 3. & Sanchez vbi supra nu. 6.

181 Doctrina ista probari solet ex canone 6. Apostolorum, qui de solis Clericis loquitur, & si benè perpendatur, solam excommunicationem ferendam iniungit. Clariùs verò ostenditur ex Concilio Aneyrano c. 1. & 2. & refertur in cap. Præsbyteros, dist. 50. In quo textu manifestè sermo est de fictis apostatis, cum enim dixisset, immolantes idolis ex graui timore arcendos esse ab ordinibus, addit secùs esse de Laicis, qui cùm clamarent se Christianos esse vi præcisa

182 coacti sunt immolari. Vnde ex vi huius textus à tali pœna irregularitatis liberantur, cùm sint à culpa immunes: at in priori parte continentur ficti apostatæ ob timorem, qui cùm non vi præcisa, sed solo timore compellantur, nequaquam sunt à culpa liberi, & consequenter neque à tali irregularitate.

183 Addit autem cum Suarez citato Sanchez ibidem, quòd quamuis iste textus exprimat de solo offerente sacrificium idolis, idem intendat decidere de quibusuis negantibus Fidem Catholicam quocunque alio signo externo.

184 Denn irregularitas dicta in hæreticos lata extendi quoque debet ad defensores hæreticorum, receptatores, fautores, &c. qui fiunt irregulares etiam si sint occulti, vt dictum de ipsis hæreticis; quia istis ex mente Doctorū indistinctè, & generaliter æquiparantur illi, quoad irregularitatem ex defectu animæ contrahendam, probaturque ex textu in cap. 2. §. Hæretici, de hereticis in 6. Docent id præter Nauar. & Valentiam citatos Maiolus lib. 5. de irregular. cap. 46. nu. 4. Suarez tom. 5. in 3. par. disput. 43. sect. 2. nu. 5. Sanchez ibid.

185 nu. 7. Qui nu. 8 cum Suare dict. sect. 2. nu. 6. benè aduertit, quòd ita se habeat, quando illi fautoriam, receptationem, defensionem, &c. hæreticis intuitu hæresis prastant: secùs si aliter, vt si intuitu affinitatis amicitiæ &c.

186 Sed quid de abiurantibus de leui, aut de vehementi sintne irregulares? Ioan. Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 8. cap. 21. quæst. 1. in fine affirmat abiurantes de vehementi contrahere irregularitatem, quia sunt vehementer suspecti de hæresi noto-

187 riam suspicione. Vti certum tamen docent plures, vt Nauar. lib. 5. cons. tit. de hæretic. consil. 5. & 6. consil. item 18. & 19. Flamin. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 3. nu. 17. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 56. nu. 1. Emmanuel Sà verb. hæresis nu. 5. Sousa lib. 3. Aphor, cap. 5. n. 6. Sanchez dict. cap. 25. nu. 12. & cum alijs relatis Farinac. de hæresi quæst 192. §. 5. n. 80.

188 Quod non sint irregulares, qui coguntur ab Inquisitoribus abiurare de vehementi & à fortiori; qui de leui, nec vacant beneficia, quæ legitimè possidebant, virtute motus proprij Pij V. quo statuitur hæreticorum beneficia vacare, & ad dispositionem Sedis Apostolicæ pertinere. Ratio est quia taliter abiurantes non sunt hæretici; ergo non incurrent irregularitatē hæreticorum, nec fient inhabiles ad beneficia.

189 Denique quamuis ob suspicionem contra fidem, quæ non oritur ex facto immediatè concernēte hæresim non incurratur irregularitas propter hęresim imposita; incurritur tamen ea, quæ sequitur ad notorietatem criminis enormis, vt exannua perseuerantia in excommunicatione, ex pacto cùm Dæmone, ex inuocatione illius, ex petitione responsi, ex cultu ipsius, absq; errore intellectus; Dummodo huiusmodi crimina sint notoria. Ita egregiè totidem ferè verbis Anton. Sousa lib. 3. Aphor. c. 5. nu. 5. cum Suare dict. sect. 2. nu. 9. & 10. Sanchez dict. cap. 25. nu. 10. & 11. & cum alijs. Atque hæc sint satis pro hac Regula: de dispensatione in irregularitate dicemus infrà, quando de dispensatione in alijs pœnis agetur.

Quatenus pœna infamiæ hæreticis &c. imposita, De defectibus ex tali infamia reo dimanantibus quid?

REGVLA CCCCLVII.

190 Apostatæ à Fide Catholica, hæretici credentes fautores, &c. ob apostasiam, vel hæresim contrahunt pœnam duplicis infamiæ, iuris scilicet, & facti, maximè post sententiam latam, atque sic remanent infames, etiam facta reconciliatione, donec cum ipsis actualiter sit dispen-

191 satum. Contra tales autē hæreticos, &c. ex infamia iam contracta diuersi sequuntur effectus, nempè ipso facto omnibus honoribus, dignitatibus, & officijs publicis, omnibus etiam priuilegijs priuantur, quibus dum erant Catholici liberè gaudebāt.

192 Nequeunt item esse Iudices, nec arbitri, & causæ coram eis tractatæ, ac sententiæ sunt nullæ tametsi communi opinione fideles censeantur; & alij effectus explicādi.

193 Circa doctrinam huius Regulæ legēdi præcipuè Decian. crimin. lib. 5. cap.

cap. 51. Azor Instit. Moral. tom. 1. lib. 8. cap. 13. Pegna 1. par. Direct. comment. 4. Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 26. Farinac. de hæresi, quæst. 189 §. 4. & alij ab isto relati, quibus cum eam per singulas particulas expendemus.

194 Primò quòd hæretici propter hæresim (à fortiori intelligitur de apostatis à fide propter apostasiam) incurrant pœnam priuationis famæ, & honoris, & si fuerint nobiles, vt viles (de hoc infra suo loco,) & plebei puniendi sint, patet ex textu in authent. Gazaros, in princip. C. de hæreticis, vbi sic. Et omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia. Ex l. item cunctos populos, C. de summa Trinitate, & ex cap. Excommunicamus 1. §. credentes, de hæreticis, & cap. statutum, 2. de hæreticis in 6. & ex cap. infames, 6. quæst. 1. ex constitutione etiã Leonis Papæ X. incip. Exurge Domine, relata in fine Directorij.

195 Tradunt id plures hæretici auctores, vt Rojas singula 81. Ioa. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de pœn. hæreticorum. Repert. Inquisitorum, in verb. Pœna, Vmber. Locat. in iudiciali Inquisit. eodem verbo, Peña, n. 9. & præter alios Simanch. in Enchirid. Violat. Relig. tit. 67. rubr. de

196 pænis nu. 5. & 6. Vbi peculiariter specificat illud, quòd si nobiles in hęresim labantur, vt viles & infames pæna plebeiorum afficiendi sint. Quod approbant Farinac. vbi supra nu. 40. & Anton. Sousa lib. 3. Aphorism. cap. 7. num. 1.

197 Quod verò credẽtes hęreticorũ, fautores, defensores, ac receptatores eorum intuitu hęresis (non secùs) contrahant etiã pęnam infamiæ constant ex constitutione Innocentij IV. edita de anno 1252. in capite. Ad extirpanda in vers. Quicunque verò fuerit, & ex alia Alexandri IV. incip. Quod super vers. Frequentes, atque ex illa Pauli IV. incip. Licet ex Apostolatus officio, vers. Et insuper relatis per Franciscum Pegna in fine Direct. citatque exactè ad hoc comprobandum Farin. de hæ-

198 resi, quęst. 182. § 3. nu. 43. Vnde quæ dicuntur à nobis de effectibus infamiæ cõtra hęreticos, pari modo intelligũtur contra eorum credentes, fautores, &c. vt copiosè ostendit idem Farinac. dict. §. 3. à num. 44.

199 Dixi, *duplicis infamia, iuris, & facti*, quod optimè docent Azor, dict. cap. 13. quæst. 7. & cum alijs relatis Farinac. de hęresi quæst. 189. n. 54. cuius hęc sunt verba.

200 Amplia inquit, XII. Vt hęretici infames sint non solum infamia facti, quia, turpe factum committunt, sed etiam sunt infames infamia iuris, vt pluribus probat Franciscus Pegna in additionibus ad Eymer. in direct. Inquisit. par. 1. comment. 4. ad l. cunctos populos, C. de summa Trinitate, Fide Catholica vers. Visita positis, & seq. fol. mihi 31. colum. prima. Qua in re vide Didacum Canter. in quæst. crimin. rubr. de hæret. &c. cap. 1. nu 9. vers. sed acci-

201 piendo, & seq. Vbi dixit, quòd post sententiam hęretici sunt infames infamia iuris, & infamia facti, ante autem sententiã sunt solum infames infamia iuris, non autem facti, nisi essent notoriè hæretici, quia tunc etiam ante sententiam sunt infames infamia iuris, & facti, quod, & idem affirmauit Thom. Sanchez in præceptis Decal. lib. 2. cap. 26 n. 2 hactenus ille.

202 Ex quibus deduci videtur saltem secũdum mentem Canteræ, quod ob delictum hęresis adhuc occultum contraxerit hęreticus infamiam Iuris. Sed hoc nequaquam admittendum, sicuti non admittũt, Bursat. consiliorum lib. 1. consil. 14 nu 18. & seqq. ac num. 23. Ioan. Azor tom. 1. lib. 8 c. 13. quęst. 7. & cum alijs Castrus Palao tract. 4 disp. 4. punc. 4. nu. 4 versic. Credo tamen. Ratio efficax est, quia infamia est praua

203 alicuius opinio apud plures. (Hoc modo communiter definitur) sed sic esse non potest absq; delicti cognitione, & publicitate, ergo ex delicto adhuc occulto non incurritur infamia.

204 Ad eam itaque contrahendam, crimen hęresis notorium esse debet vel notorietate facti si factum ex se sit publicum, vel notorietate Iuris, si per sententiam omnibus innotescat, vt affirmat idem Castrus. Proinde dixi in Regula *maximè post sententiã*: quę sufficit vt sit declaratoria, & non requiritur condemnatoria, vt bene resoluunt Sanchez dict. cap. 26. n. 1. & Farin. ibidem num. 56.

205 Dixi item, atque sic remanent infames etiam facta reconciliatione, &c. quia non ex eo, quòd hæreticus pœnitet, & reconciliantur cum Ecclesia, recuperat famam, & honores, quibus propter hęresim priuatus fuerat, nisi per actualem dispensationẽ habilitetur. Ita Simanch. Cathol. Instit. tit. 47. n. 76. Pegna 1. par. Direct. Comm. 4. ad l. cunctos populos. C. de summa Trinitate Decian. lib. 5. cap. 43. nu. 8. Sousa lib 3. Aphor. cap. 7. nu. 11. & cum pluribus relatis Farin. de hæresi, quęst. 193. §. 3. num. 68.

206 Ostenditur per text. in cap. illud 50. distinct. illis verbis: Quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui du-

207 dum fuerant vasa vitiorum. ita ibi. Quæ tametsi Geminian. in cap. super eo, nu. 5. de hæreticis in 6. & ibidem Franch. nu. 2. in fine, intelligant de hæreticis relapsis, quando ex misericordia non traduntur curiæ sæculari de eisque solùm loquantur.

208 Quibusuis tamen condemnatis in Sancto Officio applicant alij communiter, vt Vmbert. Locat. in Iudicil. Inquisit. verb. Hęreticus, num. 37 Syluest. eodem verb. §. 1. num 17. Hostien. in Summ. rubr. de hęretic. § quando, & qualiter, num. 12. in fin. vbi concludit, cum hæreticis pœnitentibus reconciliatis posse dispensari, vt prono-

ueri valeant: sed de dispensatione in hac pœna infamiæ infra.

209 Quid iam de effectibus ex contracta infamiæ prouenientibus? Primò propter hæresim infames hæretici, credentes, fautores, &c. repelluntur ab omnibus honoribus, & dignitatibus, & officijs publicis, ac ritè acquisitis ipso iure spoliantur. Ad probandum hoc facit text. in l. Quæ de Samaritis, C. de hæreticis, in illis verbis. Neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiscantur curam. Confirmatur diuersis constitut. Summ. Pontificum, Alexandri IV. de anno 1258. incip. *Quod super* vers. *Frequenter etiam*. Honorij IV. de anno 1286 incip *Exhibita*. Martini V. de anno 1418. incip. *Inter cunctas*. vers. *nec non præsentes*. Et Innocentij III. incip. Hisque ad ampliandam fidem; relatis per Pegnam in fine direct. Adducuntque Ioa. Rojas singul. 18. Carer. in tract. de hæreticis nu. 145. Pegna dict. commen 4. & cum alijs Farin. ibidem, num. 43.

210 Priuatur item infames hæretici vtriusque sexus priuilegijs omnibus, quibus dú erant Catholici, liberè fruebantur. Patet ex text in l. 1. C. de hæreticis per hæc verba: Priuilegia, quæ contemplatione Religionis indulta sunt, catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet; hæreticos non solum ab his priuilegijs alienos esse volumus, sed aduersis muneribus constringi, & subijci. & ibi Glos. ac communiter Doctores. Consonat text. in l. Curiales, & ibi præsertim Salyc. ac in l. hæretici la 3. §. 1. C. eodem. ita Simanch. Cathol. Instit tit. 29. nu. 18. Decian. dict. ca. 43. num. 8. & Farin. vbi supra, num. 45.

211 Qui ibi optimè notat cum Azzone in Authent. incipien. Item priuilegium, quòd hæreticis ob infamiam non solum priuilegia causa Religionis iuxta dict. l. 1. C. de hæreticis, sed etiam inuenta ex causa boni regiminis Reipublicæ negari debeant.

212 Hinc priuilegium tacitæ hipothecæ, sicut, & prælationis fauore dotis, de quibus in dict. Authen. amittit muller hæretica ratione hæresis inde contractæ infamiæ. ita Rojas singul. 135. nu. 3.

213 Hinc item mater hæretica tenetur dotare filiam catholicam, quamuis aliàs dotem dare non teneretur. idem Rojas singul. 129. num. 4. Atque ob eamdem causam infamiæ ex hæresi ortæ ait ipse Rojas

214 singul. 136. num. 2. mulieribus hæreticis pro aliquo fideiubentibus non concedi priuilegium Senatus Consulti Velleiani, quod aliàs concederetur, si essent catholicæ.

215 Rursus singul. 139 num. 2. affirmat, quòd hæretico mutuanti ad refectionem alicuius rei denegatur beneficium prælationis in illa re aduersus alios creditores, quod non esset ipsi negandum si teneret fidem orthodoxam, sicque de similibus, quæ videas apud Farinac. citatum.

216 Dein quiuis hæreticus, credens, fautor, &c. existit priuatus, & exclusus ab omni legitimo actu; & omnia acta per eum sunt nulla. Desumitur clarè ex Constitutione Leonis Papæ X. edita de anno 1520. incip. Exurge Domine, vers. nec non quoad omnes, relata per Pegnam in fin. direct. de hoc Simanch. in Enchirid. tit. 67. nu. 4. Alberic. in rubr. C. de hæretic. num. 7. Glos. in cap. Excommunicamus, il 1. §. credentes, verbo fit etiam intestabilis, de Hæreticis. Hostien. in Summ. §. Qua pœna feriatur, num 8. versic. Quibus per legem omnis legitimus actus interdicitur, & cum pluribus relatis Farin. ibidem, num 46.

217 Sequitur alius effectus ex infamia ob hæresim dimanans, quòd hæreticus non agere, sed conueniri possit. Est clarus text. in l. credentes, §. Nullus (ibi etiam expressè est sermo de credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum) Cod. de hæreticis, vbi sic habetur; *Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur*.

218 Idem dispositum legimus de iure canonico, iuxta textum in cap excommunicamus il 1. §. credentes, (qui pariter loquitur de credentibus, fautoribus, &c. hæreticorum, ergo à fortiori de ipsis hæreticis) ibi nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur.

219 Extat etiã circa hoc Bulla Innocentij IV. edita de anno 1252. incip. ad extirpanda, vers. quicunque vero fuerit deprehensus, relata in fin. direct. sicut, & alia eiusdem Innocentij IV. incip. Nouerit Vniuersitas, vers. item receptatores. Ad idem ostendendum plura adducit Farinac. dict. §. 4. num. 48. sed tradita sufficiant.

220 Consequenter hæretici, eorum credentes, fautores, &c. ob infamiam ex hæresi prouenientem, Iudices esse non possunt, nec arbitri, & causæ coram eis agitatæ, ac sententiæ sunt nullæ. ita Rojas singul. 20. & 88. Simanch. cathol. Instit. tit. 46. nu. 58. Sousa dict. cap. 7 num. 7. & cum alijs relatis Farinac. de hæresi, quæst. 189. §. 4. n. 49. Patet ex citatis Constitutionibus Innocentij IV. & ex alia Clementis IV. incip.

221 Ad extirpanda vers. Quicunque vero. Ex textu etiam in Authent. credentes, §. quòd si fortè, C. de hæret. vbi sic habetur. Quòd si fortè Iudex extiterit, eius sententia nullam obtineant firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam proferantur. Tãdem confirmatur per constitutionem Federici Imperatoris incip. Catharos, relatam à Pegna in fine Directorij.

222 Dein etiam consequenter hæreticus, credens, fautor, &c. vti infamis non potest esse notarius, & instrumenta per eum facta nullius sunt valoris tam in iudicio, quam extra. Certum id apparet ex text in Authent. Credentes, §. si tabellio. C. de hæreticis. Vbi dicitur si Tabellio, Instrumenta per ipsum confecta nullius penitus momenti censeantur, & ibi præsertim Odofre.

223 fre. Atque de iure canonico adest expressus textus in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, vers. si tabellio, extra de hæreticis, C. qui similiter loquitur de defensoribus hæreticorum, fautoribus &c. vbi sic; si Tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum Authore damnato damnentur, & ibi Abbas antiquus, num. 2. in verbo Instrumenta. Hostiens. num. 19. verb. si Tabellio, Anchar. num. 3. & alij, quos refert Farin. ibidem, num. 50.

224 Sed potest dubitari, an dispositio dict. textus debeat intelligi de instrumentis confectis per Tabellionem hæreticum, etiã antequam laberetur in hæresim? Benignior interpretatio amplectenda cum Abbat. loc. cit. (cui videtur adhærere Farin. cum eius mentem exprimat, & non reprobet) quòd sit intelligendum de solis confectis post lapsum, & non de confectis antea, quia cùm tunc Tabellio esset capax & habilis ad ea conficienda, valorem ipsis tribuebat, quem non amiserunt per subsequutam hæresim.

225 Priuatur item infamis hęreticus credens, fautor &c. alio priuilegio, quòd non possit esse Aduocatus. Constat ex eadem Authen. credentes, §. si verò fuerit Aduocatus, C. de hęreticis ita ibi, Si verò fuerit Aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; est etiam text. in l. Quę Samaritis, ibi, Neque aduocatione fungantur, C. eodem. ita Simanc. de cathol. instit. tit. 46 num. 61. Decian. in tract. crimin. libro 5. cap. 43. nu. 4 Bonifac. de Vitalinis, in rubr. de crimin. hęresis, num. 9 Rojas, singul. 105.

226 Vbi benè addit, quod hęretici sint incapaces gradus doctoratus, & cum alijs pluribus, quos adducit Farinac. ibidem, numero 52.

227 Tandem hęreticus, fautor, &c. ob infamiam ab hęresi ortam nõ potest esse miles, secundum textum in l. Quicunque, §. nullum, C. de hęreticis; vbi sic. Nullum prętera Appollinaristam, vel Eutychianistam ad aliquam iubemus aspirare militiã, & si inuenti fuerint militari cingulo soluti honestorum hominum, & Palatij communione priuentur, & ibi Butrigar. in fine. extat etiam text. in l. Manichei, la prima, ibi item militare quoque prohibeantur, & in l. Quę de Samaritis, C. eodem. ita Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. num. 4. in fine Farinac. de hęresi, quęst. 189. §. 4. n. 53. & Sousa lib. 3. Aphorism. cap. 7 num. 9.

228 Prędictis effectibus ex pœna infamię ob hęresim prouenientibus adiungũt aliqui istum, quod collatio beneficiorum facta hęreticis, credentibus, eorum, fautoribus, &c. sit irrita, & quòd teneantur statim restituere fructus, vti iniquè perceptos. ita Pegna 3. part. Direct. quęst. 113. Comment. 162. Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 8. cap 18 quęst. 8. Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 4. & Sousa dict. cap. 7. num. 10. quibus adhęreo. Atque his pręsens Regula absoluta.

Carent ne hæretici, eorum credentes, &c. Ecclesiastica sepultura? Qui de pœna illorum, qui ipsos sepeliunt?

REGVLA CCCCLVIII.

229 CErtum de iure, quòd hæretici, eorum credentes, fautores, &c. priuentur Ecclesiastica sepultura, & preces pro eis non sint fundendæ. Eadem pœna priuationis talis sepulturæ quibusuis illos hæredes instituentibus infligitur. Carent etiam Ecclesiastica sepultura, qui in carceribus pro hęresi, aut hęresis suspicione

230 detenti se ipsos occidunt. Quòd si de facto aliquis ex prędictis in sepultura Ecclesiastica sepeliatur, protinus exhumari debet, dummodo eius ossa possint discer-

231 ni ab ossibus Catholicorum. Quicunque autem clerici, siue laici, qui scienter sepeliunt hęreticos, eorum credentes, fautores, &c. Excommunicationem ipso facto contrahunt, clerici etiam suo priuati officio maneant. Secùs, si non scienter.

232 POena hęc priuationis sepulturę à iure diuersorum criminum patratoribus iniungitur; Adducit compendiosè, vt solet 16. casus, in quibus sic disponunt Sacri canones, Anton. Fernandez de Moura in suo examine Theolog. Moral. par. 4. cap. 20. §. 2. eos maiori compendio pertingere mihi placet, tibi credo haud displicebit cognoscere.

233 Primò carent Ecclesiastica sepultura, hęretici, &c. vt statim declarabimus. Secundò. Iudęi, Pagani, & Infideles in suo errore morientes. Cap. Ecclesiam, de consecr. dist. 1. Tertiò. Blasphemi in Deum, aut in Sanctos; qui nolunt acceptare pœnas sibi pro blasphemia iuridicè impositas

234 Cap. Statuimus, de Maledicis. Quartò. Mortui, qui post mortem conuincuntur fuisse hęretici, & in hęresi obijsse impœnitentes: qui exhumati longè ab Ecclesia sepeliri debent, cap. Sanè 24. q. 2. nisi fortè eorum ossa sint cremanda. Quintò. Infantes filij Christianorum ante baptismum decedentes è vita, vt ex vsu patet. Sextò. Omnes illi, qui viui prohibebantur ab ingressu Ecclesię. cap. 15. qui de sentent. ex-

235 Septimò. Omnes qui in Notorio, & publico peccato moriuntur. Glos. in cap. Monachi, de statu Monach. cap. pro obeunti-

236 bus 13. quæst. 2. &c. Octauò. Se ipsos peccaminosè occidentes. cap. Placuit 13. quæst. 5. Nono. Publici vsurarij, in peccato vsurarum mortui. cap. Quamquam de vsuris. Decimò. Qui prædictos vsurarios in Ecclesia sepelierunt. cap. Quia in omnibus, de sepult. Vndecimò, Excommuni-

municati vitandi cap. Sanè 24. quæst. 2. & si iam sint sepulti, exhumari debent. cap. Sacr. de Sepult. Duodecimò. Interdicti publicè denuntiati. cap. in nostra de sepult. Tertiodecimò. Publici Ecclesiæ spoliatores, vel incendiarij. cap. Quod à viro, 12. quęst. 2. Quartodecimò Religiosi, qui post mortem probantur proprietarij ex inuento proprio peculio. cap. super quodam de statu Monach. Quintodecimò. Laici negantes, & retinentes iniustè decimas Ecclesiæ. cap. Prohibemus, de decim. Sextodecimò. Qui in torneamentis mortui sunt, aut in eis mortale vulnus acceperunt, ob quod obierunt. Cap. de torneam. quibus negatur sepultura etiam si cōfessi fuerint, & Eucharistiam acceperint: sic dispositum ad terrorem aliorum. En casus, in quibus priuatur quis sepultura Ecclesiastica, ex eis perpendamus iam facientes ad rem nostram.

237 Quòd hæretici, eorum credentes, &c. priuari debeant Ecclesiastica sepultura, & pro eis non sit orandum. patet ex text. expresso in cap. sicut, extra de hæret. in fine, ibi, aut inter Christianos accipiat sepulturam. Vbi id notarunt Glos. vers. Nec inter Christianos, & in verb. Ablatio, & præ-

238 ter alios, Hostiens. num. 2. Clarius idem patet ex text. (hic loquitur in fautoribus, defensoribus, hæreticorum, &c. multo magis procedet in hæretico.) in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, vers. Sanè de hæreticis, vbi sic: *Sane Clerici non exhibeant* huiusmodi pestilētibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ. & ibi Anton. de Butrio, n. 38. vers. quarto nota. Card. Zabarel. num. 6. & alij.

239 Confirmatur ex alio text. in cap. Sacris, extra de sepult. (hic textus, quamuis loqui videatur in excommunicato, est tamen eius resolutio generalis) ita ibi. *Sacris est canonibus institutum*, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis. Et vt careant Ecclesiastica sepultura, qui priùs erant ab Ecclesiastica vnitate recisi. prout sunt verè hæretici; atque in hoc textu fundatus Archi-

240 diac. in cap. 2. de hereticis in 6. n. 7. Affirmauit, quòd hæreticorum cadauera non debent in cemeterio Ecclesiæ sepeliri, neque etiam alibi ad modum Christianorū, sed foras iactari ab Ecclesiastica sepultura in signum perpetuæ damnationis. Ad idē ostendendum multa adducit Farinac. de hæresi quæst. 192. §. 3. nu. 38. citans plures, præcipuè Pegn. 3. par. Direct. ad quæst. 4. Comment. 89. vers. Quantum ad primum, vbi egregiè hac de re tractat.

241 Priuandus item Ecclesiastica sepultura, & ad suffragia pro defunctis non admittendus, Quicunque hæreticum suorum bonorum constituit heredem. ita Hostiens. in cap. si quis Episcopus, num. 3. in verb. Anathema, vers. ergo non sepeliatur, extra de hæreticis, & ibi etiam Henrich. nu. 1. in fine vers. Non ergo sepelietur, Marian. Soccin. num. 11. Farinac. de hæresi, quæst. 190. §. 8. nu. 107 affirmans cum Hostien. quòd præter pœnam excōmunicationis, sit priuandus ecclesiastica sepultura.

242 Dein. tali sepultura carere debet quis. quis propter hæresim, aut eius suspicionem detentus in carcere sibi mortem in fert. docet cum Pegna, dict. commen. 89. Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 3. num. 2. Ostenditur inde, quia cuiuis sui ipsius occisori infligenda est hæc pæna priuationis sepulturæ ecclesiasticæ, vt paulo ante diximus in 8. casu ex 16. propositis, iuxta cap. Placuit 13. quæst. 5. etiamsi ob causam honestam se

243 occiderit. cap. ex parte de sepult. Excipe si tunc sui compos non erat, aut à Spiritu sācto fuerat impulsus vt Sāson. Iudic. 16. ergo à fortiori detento in carceribus per heresim, vel suspicionem eius, qui se ipsum occidit.

244 Quid si de facto aliquis in sepultura Ecclesiastica hæreticum mortum sepeliuit. tenetur sepulti ossa exhumare, & non poterit absolui ab excōmunicatione, contracta (vt statim dicam) nisi prius exhumauerit illa. Adest textus expressus in cap. 2. de hæreticis in 6. vbi sic *Nec absolutionis beneficium* mereantur nisi proprijs mœnibus publicè extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum. Glos. ibi in figuratione casus, vers. Aqua non. Archidiacon. ibidem uum. 7. & 8. ac cum alijs Farinac. dict. §. 3. num. 41.

245 Debet tamen intelligi cum hac limitatione dumodo exhumanda ossa possint discerni ab ossibus catholicorū secus si aliter. Docent Marianus Soccinus, in cap. si quis Episcopus. n. 11. extra de hæreticis, & Glos. in cap. quicunque, de hæreticis, in 6. Facit pro hoc textus (& si ibi sit sermo de excommunicato) verbis; si ab aliorum corporibus discerni poterunt. Affert Farin.

246 ibidem, num. 42. Qui num. 43. benè aduerit cum Geminian. & alijs, quos citat, casu quo plures simul hæreticum sepelierunt, & vnus tantum ex eis illius ossa extumulauit, aut ab alio extraneo extumulata fuerunt, satis factum pro omnibus quo ad obligationē extumulandi; ac proinde absolutionem obtinere poterunt.

247 A Iure item est dispositum, vt locus, in quo hereticus fuit sepultus, pro alijs defunctis catholicis sepultura perpetuo careat. Patet ex textu, in cap 2. de hæreticis in 6. vbi dicitur; & locus ille perpetua careat sepultura. circa puod Glosa, in verb. locus Archidiac. num. 9. eodem verb. cadauer. in tract. de hæreticis, rubr. de pænis hæretic. post mortem Repertar. Inquisitorum, in verb. Sepultura Ioan. à Roias, singular. 502. & cum alijs relatis Farnac. de hæresi, quest. 192. §. 3. num. 44.

248 Contra quoscunque verò siue clericos, siue laicos, hæreticis, fautoribus &c. Sepultu-

pulturam Ecclesiasticam tribuentes scienter, seu ex causa hæresis Excommunicationi ipso facto subijciũtur. Adest pro hoc textus manifestus in cap. Quicunque, de hæreticis in 6. vbi sic. *Quicunque hæreticos* sciẽter præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, Excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. & ibi Glos. in figuratione casus. Geminian. in summario ante
249 num. 1. Extat etiam pro eadem reo Bulla Nicolai III. incip. Nouerit vniuersitas, in fin. Direct. relata. Ita Calderin. in tract. de hereticis rub. de pænis eorum post mortem num. 1. Syluest. verb. hæreticus §. 1. num. 14. Tabien eodem verb. nu. 18. & cum pluribus, quos refert Farin. dict. §. n. 45.
250 Deinde si hæreticum sepeliens sit clericus, præter citatam Excommunicationem, incurret priuationem sui officij, ad quod nequit restitui sine dispensatione sedis Apostolicæ, secundum text. Expressum in cap. Excommunicamus, il primo, §. credentes, per hæc verba. *Clerici dantes sepulturam* hæreticis, vel eorum fautoribus, suo priuantur officio, ad quod nunquam restituuntur absque indulto Sedis Apostolicæ. Tradunt Glos. Anton de Butrio, Marian. Soccin. & Rosella citati à Farin. vbi supra num. 46.
251 Ex tali autem actione sepelliendi hæreticum in loco Sacro insurgit contra sepeliẽtem præsumptio hæresis, seù malæ credulitatis, ita vt Inquisi or aduersus ipsum sepelientem procedere possit. Docent, vt certum Pegna 3. par. Direct. quæst. 40. Comm. 89. vers. Sed alterum iam caput, & Farin.
252 ibidem nu 49. Addentes talem præsumptionem esse modo leuem, modo vehementem, iuxta personarum, circumstantiarum occurrentium qualitatem.
253 A contrahenda tamen dicta Excommunicatione, & priuatione officij liberantur quicunque sepelientes hæreticum, ignoranter, vel non certò scientes esse hæreticum, sed solum per famam est certa, & communis omnium sententia, præcipuè Ioan. de Anania, in cap. si quis Episcopus, num. 1. vers. Et intellige, extra de hæreticis, qui id probat per textum in cap. Quicunque de hæreticis in 6. perpendens à contrario sensu particulam, *scienter*, in eodem textu positam, ibi Glos. verb scienter. Vgolin. de censur. Pontifici reseruatis, & Farinac. cum alijs per ipsum relatis dict. §. 3. num. 51.
254 Denique sepelientes hæreticum non ex causa, vel fauore hæresis, nec in sepultura Ecclesiastica, sed ex amicitia, vel consanguinitate, aut ne cadauer putredine aërem corrumpat, si sepeliant extra ciuitatem non contrahunt dictas pœnas. Hoc etiam est certum ex mente. Ita Pegna dict. Comment. 89. vers si quis, & Farinac. de hæresi, quæst. 192. §. 3. num. 50. Atque prædictis Regula, & Caput terminantur.

CAPVT IIII.

De pænis temporalibus, contra apostatas à fide, hæreticos, credentes eorum, fautores, defensores, &c. Ac primò de confiscatione bonorum ob delictum ab eo commissum, cuius bona publicantur.

PROOEMIOLVM.

1 EXplicatis vt cumque in communi spiritualibus pænis, (si quid fortè prætermissum, in casibus particularibus occurret infra occasio indicandi) sequitur agendum de pænis temporalibus à iure institutis ad puniendos sancti Officij reos. Atque primo loco, de pæna confiscationis bonorum, in cuius declaratione valdè abundantes, & prolixi sunt auctores, ex iuris peritis præcipuè Simanch. Catholic. Institut. tit. 9. ac alibi quandoque; & Farinac. in praxi crim. tom. 1. quæst. 25. & dè hæresi, quæst. 190. ac 191. Ex Theologis verò in primis Thomas Sanchez in Decalog. lib. 2. a cap. 14. vsque ad 30. & Castrus Palaus, Tract. 4. disputat. 5. longissima, 24. punctis. Adde Antonium Sousam, qui licet stylo Aphorismico præ cæteris hanc materiam exactius, & fusius tractat, lib 3. Aphoris.
2 à cap. 9 vsque ad 19. Vnde conueniens duxi eam diuidere, ne nimis numeri marginales multiplicentur: hoc quarto capite Expendimus quoad hanc partem contentam in eius titulo, capite autem quinto sequenti erit sermo de confiscatione bonorum ob crimen ab alio tertio patratum, vt quando hac pæna confiscationis, vel alia priuationis officiorum, &c. punitur filius ob delictum a Patre commissum, dein capite sexto de alijs pænis temporalibus
3 contra reos sanctæ Inquisitionis statutis, præcipuè de pæna pecuniaria agemus. Nunc pro complemento huius proæmioli, accipe, qualiter ex vi iuris, & communi auctorum Doctrina distinguantur hæc tria, Annotatio, confiscatio, & Incorporatio bonorum: Annotatio est descriptio bonorum delinquentis Fisci nomine ex causa, cum obligatione, vel sequestratione eorumdem, l. 1. vbi Glos. verb. Annotatio, ff. requirend. reis, & afferunt Ant. Gomez ad l. 76. Tauri, num. 7. & de delict. cap. 9. num 2. ac Clarus, §. fin. quæst. 44. nu. 2. & seqq.

seqq. Qui benè notant, quod in illis tantum casibus fiat, in quibus confiscatio locum habitura est, ne in detrimentum Fisci aliqua occultentur, aut surripiantur. Confiscatio item est bonorum in Fiscum applicatio, vt magis ex dicendis patebit. Incorporatio vero bonorum est, eorum, quæ ad Fiscum sunt delata, eiusdem nomine occupatio, & in corpus bonorum Fisci redactio. l. 3. l. Incorporatio, C. bonis vacantibus, lib. 10. Prædicta colligi ferè totidem verbis ex Sousa dict. cap. 9. num. 1. 2. & 3. Quibus præsens Procemiolum, sternendo viam ad sequentia, satis abundè completur.

Quibus nam in casibus, & contra quos Delinquentes est imposita pœna confiscationis bonorum? an contra hæreticos &c. & qualiter?

REGVLA CCCCLIX.

4 EX vi iuris nouissimi Authenticorum cõfiscantur bona delinquentium in duobus tantum casibus criminis scilicet hæresis, & læsæ Maiestatis; præter casus alios statutorum peculiarium, per quæ de tali confiscatione disponitur. Hæretici autem exter-
5 ni cuiusuis apostatæ, fautoris, &c. bona ipso iure confiscata, siue pæniteat, siue non, tamet si ad breue tempus in errore perstiterit.
6 Censetur item hæreticus contraxisse hanc pœnam confiscationis bonorum à die commissi criminis; requiritur tamen sententia eius declaratoria, casus quo hæresis per se
7 notoria non est. Contrahitur denique dicta pœna etiam post mortẽ à formali hæretico; Secùs tamen à suspecto de hæresi leuiter, aut vehementer.

---

8 HOc fundametum in materia ista primo loco iaciendum, quod confiscatio bonorum vti ex se res valdè odiosa, sit prorsus reijcienda. nisi in Casibus à iure expressis. Authent. de non eligendo secundò nubentes, & docent Clar. §. fin. quest 78. nu. 5. & Farinac. de hæresi, quæst. 193. §. 6. n. 120.
9 Recurrendum autem pro eis indagandis non ad ius antiquum, per quod pæna huiusmodi confiscationis bonorum nimis extendebatur. Patet ex l. 1. in prin. ff. de bon. damnat. & l. fin. etiam in prin. C. de bon. proscrip. vbi olim sic dispositum fuit, vt generaliter in omni casu, in quo quis pœna mortis naturalis, aut deportationis mulctaretur, iudex ei in consequẽtiam illius pœnam etiã
10 confiscationis bonorum iniungeret. Præterea ex vi dicti iuris antiqui specialiter, & expressè reis bona confiscabantur in multis alijs casibus; de quibus copiosissimè per Galicium in Margarita Fisci, Conrad. in pract. tit. de public. bonorum, num. 13. & Clarus in §. fin. quæst. 78. vers. multa alia sunt crimina.
11 Verùm postea prodijt ius nouũ Authent. quo corrigitur antiquum, & sic disponitur, vt damnatis ad pœnam mortis naturalis, aut deportationis, bona in consequentiam eius nullo modo publicentur, sed proximioribus ab intestato venientibus reseruata maneant, ita in Authent. bona damnatorum, vbi Iaco. Butrig. & Ang. C. de bon. proscript. §. fin. in Authent. vt nulli Iud. §. oportet, in Authent. de Mand. princ. Glos. in l. 3. §. legis in verb. ademptio ff. ad l. Cor. de Sicar. & plures, quos refert Farinac. dict. quæst. 25. num. 1.
12 Talis autem Authent. dispositio adeò fauorabilis est, (hoc bene notauit idem Farinac. num. 2. cum auctoribus citandis) vt sententia contra eam lata à Iudice iniungente confiscationem bonorum sit nulla, & inualida, etiam quod ab ea non fuerit, appellatum, nec vnquam in iudicatum transit, quamuis sit lata à Iudice habente latum, & generale arbitrium, ita Marsi. in l. fin. nu. 192. ff. de iure omn. Iudic. Cagnol. in l. ea sola ff. de regul. Iur. & Rolan. consil.
13 98. num. 4. lib. 2. Nam in tali casu sententia dicitur continere expressum iuris errorem, proinde ipso iure est nulla, tanquam notorie iniqua, nec vnquam in iudicatum transit, iuxta l. 1. §. item cum ff. quæ sententia sine appell. rescind. & cum alijs, quæ adducit ibidem Farin.
14 Quamuis autem dicta correctio iuris antiqui per ius nouum Authen. non se extendat ad multos illos casus, in quibus concedebatur sicuti dictum supra bonorum confiscatio, vt legenti textum dict. Authen. clarè innotescit; hodie tamẽ nõ cõceditur, siue
15 ex vi iuris, siue ex vi desuetudinis. Itaut meritò, & optimè affirmat Farin. ibidem n. 9 & 10. per totum mundum id seruari, quòd scilicet non publicentur bona reorum in aliquo casu, nisi in crimine hæresis, vel læsæ Maiestatis, vel nisi statutum, aut consuetudo alicuius loci aliter disponat. De hac cõsuetudine, & obseruantia statuti particularis locuti sunt Alb. in 3. par. statu. 9. quæst. 18. ad fin. Deci. cons. 257. n. 6. consil. 442. num. 6. Clar. in pract. §. fin. quæst. 78. & cum alijs resatis Farin. loc. cit.
16 Dein quod committenti crimen læsæ Maiestatis, vltra pœnam mortis, sit etiam infligenda pœna confiscationis bonorum constat ex manifesto text. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. ibi; gladio feriatur bonis eius omnibus Fisco nostro addictis, & in cap. Si quis cum militibus, 6 quæst. 1. Afferũt præter alios Gigan. de crim. lesæ Maiest. lib. 2. tit. de pœnis quæst. 1. num. 6. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 2. tit. de crim. læsæ Maiestat. num. 11. & Clar. in pract. læsæ maiestat. vers. præterea licèt hodie,
17 Quibus cum benè notat Farin. quod taliter in hoc crimine bona confiscantur, vt statim

tim patrato delicto reus amittat admini-
strationem bonorum suorum.
18 Sed reliquis omissis, iam ad rem nostram
accedamus; concurrunt simul leges tam Ci-
uiles, quàm Canonicæ ad instigendam hanc
pœnam confiscationis bonorum hæreticis,
& apostasis à fide Catholica, vt patet ex text.
in l. Manichæos, C. de hæreticis, ibi, quos
bonorum etiam omnium publicatione pro-
sequimur, & in Authen. Gazaros, C. de hæ-
19 reticis ibi. Et omnes hæreticos vtriusque
sexus quocunque nomine censeatur perpe-
tua damnamus infamia, diffidamus banni-
mus, censentes, *vt bona talia confiscentur*,
neque ad eos vlterius reuertantur, ita vt fi-
lij eorum ad successionē peruenire non pos-
sint, cùm longe sit grauiùs æternam, quam
temporalē offendere Maiestatem. vbi Bella
perc. in principio.
20 Postea idem confirmarunt plures Summ.
Pontifices, præcipuè Innocentius III. in cap.
Vrgentis, §. 1. extra de hæreticis. vbi sic
habetur: In terris verò temporali nostræ
iurisdictioni subiectis bona hæreticorum
statuimus publicari, & in alijs idem præci-
pimus fieri per potestates, & Principes sæ-
culares. & ibi de hoc Glossa in figuratione
21 casus adducit alia concordantia iura. Idem
Innocen. in cap. excommunicamus il 1. §.
damnati, eodem tit. vbi ad litteram dicitur,
ita quòd bona huiusmodi damnatorum si
laici fuerint confiscentur, si verò clerici, ap-
plicentur Ecclesijs, à quibus stipendia rece-
perunt. De hoc vide plura apud Farin. de
hæresi, quæst. 190. §. 1. num. 1.
22 Cum autem constet ex dictis pœnam cō-
fiscationis bonorum legibus ciuilibus, & ca-
nonicis statutam esse, in ea exequenda, quæ-
nam vtrarumque executori seruandæ? Re-
soluit benè hoc ex iure, & ex mente aliorum
Castrus Palaus, dict. disp. 5. punc. 1. nu. 2.
resolutionem accipe proprijs ipsius verbis.
23 Solum, inquit, aduerto in executione
illius leges Ecclesiasticas spectandas esse, nō
Ciuiles, quia crimen hæresis merè Ecclesia-
sticum est, cap. Inquisitionis, §. prohibe-
mus, de hæreticis in 6. Quando autem cri-
men est Ecclesiasticum tàm laici, quàm cle-
rici Ecclesiæ legibus, & iurisdictioni subdū-
tur, cap licet de foro competēti, & ibi Glos-
sa, verb. vacante Imperio. Quòd adeò ve-
rum est, & non possint Principes, & tempo-
rales Domini contra voluntatem Ecclesiæ
hanc confiscationis pœnam exequi, quia
hæc pœna accessoria est delicto, vt scribit
Gemin. in cap. cum secundum leges de hæ-
24 reticis in 6. Ac proinde illius executio ad
idem tribunal, ad quod pertinet delictum,
debet pertinere, ex vulgato principio, quòd
accessorium sequitur naturam principalis,
cap. accessorium de Regulis iuris, in 6. &
ita tradit Pegna 3. part Direct. quæst. 109.
Comment. 158. col. 7. vers. nunc quid, &
col. 15. vers. neque his, & seqq. hæc ille.
25 Peculiariter contra hæreticos instituta
fuit pœna ista confiscationis bonorum, vt
notant auctores, ob varias causas, ex quibus
tres tantum attingo; Primò, quia hæresis
plerumque à diuitiarum cupiditate proce-
dit. 1. ad Thimot. 6. & affert Farinac. de
Castro, de iusta hæretic. punitione cap. 5.
26 Secundò quia cum hæretici sint cæteris sce-
leratis peiores, eo magis diuitiæ sunt eis au-
ferendæ, ne per illas noceant. Ita Simanc.
Cathol. instit. tit. 9 num. 1. & 2. ac Sousa
27 dict. cap. 9. nu. 7. Tertiò; quia, cùm vt potè
magis carnales, maximè sunt affecti diuitijs
magis deterrentur per earum priuationem,
quam nec fugientes facile euitant. l. Bona-
fides, vers. nam male ff. depositi, & ibidem
Sousa, num. 7. constat itaque ex hactenus
traditis publicari bona hęreticorum, & cur.
28 Sequitur perpendendum qualiter ista bo-
norum publicatio cōtra hæreticos, vel apo-
statas fiat. Supponendum primò doctrina-
liter, quòd lex in communi loquendo du-
pliciter hanc pœnam confiscationis iniun-
gere possit, Primo annectendo eam delicto,
& hæc vocatur confiscatio ipso facto. Secun-
do dirigendo Iudicem, vt ipsam imponat,
quod exemplo fit manifestum in pœna Ex-
communicationis latæ sententiæ, seù ipso
29 facto, & ferendæ sententiæ. Quod ob cri-
men hæresis iniuncta sit pœna confiscatio-
nis ipso facto, patet ex iuribus Canonicis, &
Ciuilibus supra citatis, & testatur Simanc.
Farin. & alij citandi.
30 Duplex item differentia existit quoad ef-
fectus inter vtramque dictam confiscatio-
nem bonorum. Prima, quòd casu quo lex
eam imponit ipso facto, vt in casibus hæresis,
læsæ Maiestatis, & pro regnis Hispaniarum
criminis Sodomitici, bona delinquentis ita
sunt affecta, & obligata Fisco à die commis-
si criminis, vt ex tunc omnes alienationes
factæ in præiuditium Fisci, aut sint nullæ, aut
per sententiam rescindantur: Quippè sen-
tentia postea prolata retrotrahitur, ac si
pronuntiata esset cum delictum committi-
tur. At hoc non ita se habet in confiscatio-
ne à Iudice imponenda, vt tradunt aucto-
res citandi.
31 Altera differentia consistit in hoc, quòd
cum hæres delinquentis conueniri possit, &
bonis à delinquente acceptis priuari, si hu-
ius memoria condemnetur, iuxta text. in
cap. accusatus, §. in eo, de hæreticis in 6.
quæ memoria condemnari nequit in alijs
criminibus, in quibus ante mortem delin-
quentis lis contestata non est, excepto crimi-
ne lęsę Maiestatis diuinæ, & humanę l. 1. C.
de delict. defunct. & l. ex iudiciorum 20. ff.
de accusationib, ibi non alias transeunt ad-
uersus hæredes pœnæ bonorum ademptio-
nis, quam si lis contestata, & condemnatio
fuerit secuta, excepto repetundarum, & ma-
32 iestatis iudicio. Ratio est quia si bona sint
propter delictum, ipso iure, & facto con-
fiscata, manent realiter obligata Fisco, & sic
obligata transeunt ad heredes, atque ratio-
ne huius obligationis potest heres conueni-
ri. Si verò bona non sint ipso facto cōfiscata,
heres

heres delinquentis conueniri nequit, cùm non possit conueniri ratione delicti, quia hoc non se extendit vltra personam delinquentis; neque ratione bonorum, quæ à delinquente possidebantur, cùm non transierint in illum aliqua obligatione affecta. ita Castrus Palaus, dict disp. 5. punct 17. nu. 1. cum Simanch. Cathol. Instit. tit. 9. nu. 186. Sanchez, lib. 2. cap. 22. num. 26. 27. & 28. Vasquez 1. 2. disp. 170. cap 4. nu. 21. & Farinac. preter alios relatos per ipsum tom. 1. quæst. 25. n. 190.

33 Predictis sic suppositis, aliqualis cõtrouersia extat inter Doctores, num delinquens ipso facto maneat priuatus dominio suorum bonorum, si crimen confiscationem habeat, sicuti habet crimen hæresis, & lese Maiestatis? Duæ sunt sententie oppositæ altera affirmans, & altera negãs, vtraq; valde probabilis, & satis communis.

34 Tuentur affirmantem preter non paucos ex antiquis auctoribus, Ant. Gomez. de delictis, cap. 2. num. 1. propè finem, Decian lib. 5. cap. 20. nu. 3. Bursat. cons. 14. nu. 3. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 2. Greg. Lop. lib. 4. tit. 2. p. 7. & Farin quest. 190. § 5 nu. 68. Loquens de crimen hæresis, & quest. 116. num 66. Loquens de crim. lese Maiest. humane. Ostenditur primò, quia cõmittens crimen propter quod bona sunt Fisco obligata ipso iure, priuatus manet potestate libera alienandi, & administrandi talia bona, sicuti antea habebat.

35 Equidem hoc in crimen lese Maiestatis humanæ patet ex l. ex iudiciorum. 20 ff. de accusationibus, ibi adeò, vt Diuus Seuerus, & Antonin. scripserint, ex quo, quis aliquid ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare aut manumittere eum posse; Et l. vltim. C. ad leg. Iul. Maiest. ibi. Ex quo quis tale crimen contraxit, nec alienare, neque manumittere eum posse, neque ei soluere iure debitorem, Magnus etiam Antonin. rescripsit. Item in crimine hæresis similiter patet, ex cap. cùm secundum leges de hereticis in 6. Sed dominium nihil aliud est, quam ius vtendi re propria, tanquam propria. Ergo cùm delinquens ob delictum hoc ius amiserit, amittit & dominium.

37 Secundò ostenditur ex l. quis quis, C. ad leg. Iul. Maiest. vbi demonstratur propter crimina prædicta lese Maiest. Diuine, & humane, bona delinquentis Fisco addicta esse, ergo sunt sublata à possidente, saltem

38 quoad dominium. Tertiò ex l. vlt. ff. ad leg. Iul. Maiest. vbi vindicantur bona delinquentis translata ad heredes, si isti satis non purgauerint delictum; Sed vindicatio soli Domino competit, iuxta l. in rem, ff. de reiuindicat. Ergo Fiscus habet domi-

39 nium. Quartò, quia si Fiscus non acquirit Dominium bonorum delinquẽtis, que ipso iure sunt confiscata, quando transferuntur in tertium possessorem fructificabunt ipsi, & non Fisco, sed contrarium, dicendum nam Fiscus vendicat rem delinquentis cum fructibus perceptis; Ergo censetur acquisisse dominium, sicuti dicitur in l. 4 tit. 2. par. 7.

40 Ostenditur quintò, quia si hæreticus nõ priuatur dominio à die commissi delicti, frustra Papa in cap. cùm secundum leges, de hæreticis in 6. prohiberet Principibus Secularibus occupare delinquentium bona, quousque Episcopus, aut alius Ecclesiasticus habens potestatem ferat sententiam super tali delicto; certum enim est, retento dominio alicuius rei non posse à Domino eam auferri quousque per sententiam priuetur.

41 Altera sententia negans admodum probabiliter defenditur à multis modernis post alios antiquiores à Molin. tom. 1. de instit. disp. 95. vers. dubium verò est. Henriq. lib. 13. de excommunic. c. 56. n. 2. Vasquez. 1. 2. disput. 170. toto cap. 3. Ant. Fab. coniect. iuris, lib. 7. cap. 20. Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 22. n. 3. & Peregr. de iure Fisci, lib. 5 tit. 1. nu. 171. Ad hanc probandam facit l. quæsitum, 25. ff. §. qui, & à quibus manumissi, ibi, quæsitum est, an 15. qui Maiestatis crimine reus factus sit, manumittere possit, quoniam ante damnationẽ Dominus est? Et Imperat. Antonin Calphurnio Critoni rescripsit ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cognitionem iam de pœna sua certus esse poterat multo plus cogitatione, & scientia delictorum, quàm damnatione ius dan-

42 dæ libertatis amisisse. Videtur ergo solum amisisse delinquens ius dandæ libertatis à die commissi delicti, hoc est, liberam bonorum administrationem, non tamen amisisse dominium. Vide obiectionem contra hoc excitatam à Deciano, & benè reiectam à Castro Palao loc. cit. num. 3.

43 Secundò probatur indè, quia vt dicetur paulo post iuxtà magis receptam doctrinã, delinquens commisso delicto non tenetur statim ante sententiam se bonis spoliare, & Fisco tribuere; ergo signum est, quod adhuc retineat dominium. Nam si hoc esset iam Fisco translatum absque huius voluntate retineri à delinquente bona non possent: Nullibi item apparet de tali voluntate Fisci; Ergo concluditur retentionem, & consequenter possessionem prouenire ex eo, quòd delinquens dominio priuatus non sit.

44 Tertiò quia non infertur ex eo, quod ob crimen lese Maiestatis bona sint confiscata à die commissi delicti, delinquentem amisisse dominium eorum, sed tantum infertur ab eo die talia bona esse Fisco obligata, & quasi hypothecata; quod non repugnat esse simul cum dominio, sicut hypotheca possessa à debitore est penès illius dominium ita obligata sit creditori; ergo per confiscationem delinquens non priuatur dominio, cum pœnæ sint restrinuendæ, & non ampliande.

 45 At

45 At circa dictas sententias exposi-
tas duo notant optimè Suarez. de fide
disp.22.sect.5. num. 6. & Castrus Palaus,
vbi supra, num.4. Primum, quod videa-
tur esse controuersia inter ipsos potius de
nomine, quàm de re, si sit conuenientia,
quoad effectus huius confiscationis. Nam
negari non potest à die commissi criminis
bona delinquentis ita esse fisco obligata,
vt secuta sententia possit ipse Fiscus ea re-
cuperare, à quocunque possessore retenta
inuenerit, & inde liquet, delinquentem
amisisse ius, quod habebat transferendi
plenè sua bona in quemcunque possessorē,
46 & aliquod ius fisco esse translatum. De-
linquens verò è contra ante sententiam li-
citè retinet ea bona, eisque frui, & vti va-
let, vt dicetur statim, ergo non amisit om-
ne dominium, seu ius vtendi.
47 Secundum, quod possit dici dominium
directum à die commissi criminis esse trās-
latum in Fiscum; At dominium vtile re-
manere apud Delinquentem. Atque ex
mente eorumdem Suarez, & Castr. hac di-
stinctione facile concordantur supradictæ
sententiæ, & sub ea rationes pro ipsis al-
latæ, absque difficultate soluuntur, nec
est cur in illis soluendis immoremur.
48 Dein pœna confiscationis bonorum ha-
bet locum etiamsi delinquens hæreticus
ad breue tempus in hæresi perstiterit, siue
postea resipiscat, & pœniteat, ac miseri-
cordiam postulet, siue non. Probatur in-
de, quia talis pœna confiscationis delicto
annexa reperitur, iuxta cap. cum secun-
dum leges. de hæreticis in 6. ergo semel
commisso delicto dicta pœna excusari non
potest, nec remitti, cum sit per legem im-
posita, & hæc remissio deberet fieri ex vi
alterius legis, seu decreti Pontificij; at nul-
libi apparet de dispositione talis legis, aut
decreti, ergo ex vi iuris nequit dicta pœ-
49 na hæretico pęnitenti remitti. Expedit ta-
men vt ex misericordia quandoque remit-
tatur. ita Simanch. Pegn. Farin. & alij
citandi.
50 Prædicta autem remissio pęnæ confisca-
tionis bonorum ex misericordia, & beni-
gnitate sumit fundamentum ex textu in
cap. Vergentis, de hæreticis, ibi, Neque
ad eos (scilicet hæreticos) bona eorum
vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuer-
tentibus, & abnegantibus hæreticorum
consortium misereri aliquis voluerit. vbi
Gloss. Abbas. num.2. in 3. notab. & Felin. nu.
51 2. Remissio itaque dictæ pęnæ ex miseri-
cordia, seu gratia fieri debet quoties hæ-
reticus pęnitet, & petit misericordiam
priusquam accusatus, aut denuntiatus sit.
ita Simanch. de Cathol. Instit. tit. 47. num.
16. Pegna, 3. part. Direct. Comment. 158.
vers. tertia similiter. Zanch. tract. de hæ-
52 ret. cap. 25. num. 3. & alij. Equidem si hæ-
reticus nullis pręuentus indicijs, nec me-
tu imminentium probationum, sed om-
nino spontè accedat ad Inquisitorem, &
integrè manifestet suum errorem, & pœ-
niteat, nullum dubium, quod debeat ei
remitti dicta pęna confiscationis bonorū.
53 Atque in hoc casu tantum esse vsum re-
mittendi eam penas Tribunalia Sancti
Officij Hispaniarum cum Simanch. de
Cathol. Instit. tit 44 num. 3. & Pegna 3 par.
Director Comment. 12. vers. Magnam ve-
niam, testatur Castrus Pelaus ibidē punc.
24. num. 2.
54 Secundò, expedit fieri aliquando re-
missionem dictę pœnę hæretico ex miseri-
cordia, si postquam fuit accusatus, vel
denuntiatus, quin etiam captus, statim
suum errorem confitetur, & pœnitet, an-
tequam dicta testium ei publicentur. Fa-
cit pro hoc text. adductus dict. cap. Ver-
gentis, & tenent Vmbert. Locat. in Iudic.
Inquis. verb. gratia num. 3. Pegna 2. par. di-
rector. commen. 9. Zanch vbi supra, & cum
pluribus relatis Farinac. de hęresi, quæst.
190. num. 133 & 135.
55 Addunt tertiò, aliqui ex dictis aucto-
ribus, Vmber. locat. pręcipuè, & Farinac.
quod sit remittenda talis pœna confisca-
tionis hęretico, qui ante sententiam, quā-
uis post publicata dicta testium, pęnitet, &
petit misericordiam. Sed hoc meritò non
admittit Castrus Palaus, dicto num. 3. eo
quod tunc non ex voluntate videatur fa-
teri delictum, sed quia iam de eo plenè cō-
uictus reperitur, ergo non remittenda ei
talis pęna.
56 Supra item satis dictum de sententia
declaratoria, ad executionem confisca-
tionis bonorum requisita, nec occurrit
aliquid addendum. Vide Sousam dict. cap.
9. num. 11.
57 Tandem quod etiam post mortem sit lo-
cus dictę pęnę confiscationis, si memoria
formalis hęretici defuncti damnetur. com-
muniter tenent omnes pręcipuè Ant. Go-
mez. de delict. cap. 2. de crimine lęsæ ma-
iest. diuinæ, & humanæ, num. 1. vers. Item
etiam. Decian. crimin. lib. 5. cap. 57. num. 4.
& cum pluribus Farin. de hęresi, quæst. 190
58 Sa. num. 9. Patet ex text. in cap. accusatus
§. in eo. de hæret. in 6. ibi, Ad confiscatio-
nem bonorum post mortem eiusdem, Ni-
hilominus procedatur. Citandi tamen hę-
redes ob pręiudicium confiscationis. ita
ibidem Sousa num. 12. cum citatis Docto-
ribus.
59 Dixi formalis hæretici; quia si non ple-
nè constet de eius hæresi formali, sed tan-
tum sit suspectus de ea leuiter, aut vehe-
menter, nequaquam incurrit pœnam cō-
fiscationis. Nam Canones eam infligen-
tes hęretico ab omnibus expositoribus
intelliguntur de hæretico vero, & formali,
seu de hæresi plenè conuincto, non tamen
de præsumpto, aut suspecto. Ita Zanch.
in tractat. de hæretic. capit. 25. numer.
1. Repor. Inquisit. verb. Confiscatio. vers.
item sciendum. Tabiena verb. hæreticus,
num. 5. ad fin. Sous. dict. cap. 9. num. 10. &
cum

cum alijs Farinac. de hæresi, qu. 190. §. 1. num. 26.

60 Excipe in fautoribus hæreticorum, defensoribus, &c. qui licet non sint formales hæretici, plectuntur tamen hac pœna publicationis bonorum. Probatur ex Constitutione Federici Imperatoris incip. Patarenorum, posita in fin. director. per quã manifestè dicta pœna illis infligitur. ita Afflict. in Constitution. Regni, de hæreticis, & Paterenis, rubr. 2. num. 25. Decian. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 79. & concludit Farinac. de hæres. quæst 182. num. 51. hanc opinionem de Iure ciuili sustineri posse.

61 Quamquam de Iure canonico contrariũ tenent Repert. Inquisit. Didac. Cantera, & alij vt refert idem Farinac. num. 52. ob eam rationem, quia fautores, &c. non sunt formales hæretici. Atque his Regulæ finis.

Num omnia bona hæretici, etiam donata sub conditione, & acquisita post delictum ante sententiam confiscationi subiaceant?

REGVLA CCCCLX.

62 VNiuersa hæretici bona, tàm immobilia, aut semouentia, iura, actiones &c. quæ ipsius sunt propria, prius vel à die commissi delicti acquisita, sub confiscationem ipso facto cadunt, exceptis personalibus, & ad heredes non transeuntibus.

63 Donata autem cuicunque, siue causa mortis, siue inter viuos sub conditione aliqua, quæ post commissum hæresis delictum fuit adimpleta, ad fiscum transeunt. Secus in donatis absolutè à viro causa mortis vxori ob speciale priuilegium, etiam probabiliter, licet huic non fuerit traditio illorum facta.

64 Bona item acquisita post sententiam reconciliationis nullo modo confiscantur, acquisita verò tempore intermedio ante sententiam post confessionem, & pœnitentiam hæresis, probabilius est etiam non confiscari.

65 SVmimus initium in expendendis hæretici bonis, quæ subiacent confiscationi, vel secus, à communioribus, qualia sunt contenta in doctrina huius Regulæ, vt ad minus communia, & particularia explicanda in Regulis sequentibus faciliùs procedamus.

66 Receptum communiter ab omnibus doctoribus, quòd omnia bona hæretici propria, ipso iure publicentur. Constat ex l. Manichaos, C. de hæreticis, vbi talis publicatio exprimitur per particulam vniuersalem *Omnia*, quamcunque excludens

67 exceptionem. Et quamuis in cap. cùm secundum leges, de hæreticis in 6. vbi pœna ista confiscationis illis ipso iure infligitur, non exprimatur vniuersalitas signo illo distributiuo, *Omnia*, vel alio æquiualenti; sufficit tamen sine limitatione confiscationem bonorum assignari, vt omnia bona necessariò censeantur comprehensa; alioquin confiscatio effectum non sortiretur: Nam non posset assignari ratio, cur magis de his quàm de illis bonis confiscatio intelligi debeat. Deducitur, ex l. bonorum, ff de verb significat. l. si ademptio, §. C. de sententiam passis. Et afferunt Simanc. de Cathol instit. tit 9. num. 7. Suarez de fide, disp 22. sect. 5. num. 1. Vasquez, 1. 2. disp. 69. num. 3. Sanch. lib 2. in decal cap. 14. num. 2. & Castrus Palaus dict. disput. 5. punct. 2. num. 1.

68 Debent autem esse bona propria ipsius hæretici, vt confiscationi subiaciant; Nam bona, quæ sunt alterius, quamuis tunc in potestate hæretici inuenta, sub pœnam confiscationis nõ comprehenduntur; alias innocens puniretur. contra l. sancimus, C. de pœnis. Ostendit inde idem Castrus num. 2. quia in dict. cap. cùm secundum leges, & in alijs Iuribus relatis semper dicitur, bona hæreticorum esse confiscanda. ergo si non sint hæreticorum, sed Catholicorum, non debent in pœnam confiscationis deuenire.

69 Si publicentur bona hæretici simpliciter, & absolutè, seù sine vlla limitatione, nomine bonorum, quæ publicantur, veniunt bona mobilia, immobilia, semouentia, iura, actiones, & iura Sepulchrorum l. si ademptis, 5. C. de sententiam passis, & l. Bonorum, ff de verbor. significat. Ex quibus innotescit, quòd bonorum appellatione veniant iura, & actions. ita docent Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. nu. 7. Vasquez 1. 2. q. 1. 96 art. 5. disp. 169. nu. 3. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. qu. 8. & cum pluribus, quos adducit Sanchez, lib. 2. in decal. cap 14. num 2 & 3.

70 At confiscatis condemnati bonis mobilibus, & immobilibus non confiscantur actiones, & iura, quæ ipsi competunt. Ratio est, quia ista constituunt tertiam speciem bonorum à mobilibus, & immobilibus distinctam; l. Quam Tuberonis §. in peculio, ff. peculio. l. Diuo Pio. §. in venditione, ff de re iudicata, tùm quia in pœnis strictior interpretatio est facienda. Regula, in pœnis de regul. iuris in 6. Ita Albericus de statutis, lib. 3. q. 13. num. vltimo. Pinellus rubr. C. de bonis maternis, §. 1. n. 26. Barbosa, l. si constante, 25. §. fin nu. 2. ff. soluto matrimonio. Iulius Clarus §. finali q. 78. num. 9. & cum pluribus relatis Sanchez dict. num. 2.

61 Quin etiam idem dicendum, addita dictione vniuersali nimirum vt publicentur Omnia bona mobilia, & immobilia, eò quod hæc dictio, *Omnia* non valet efficere, vt includantur bona diuersæ speciei à nominatis. Immò idem dicendum licèt in publicatione adderentur bona se-

mouentia, quòd sub confiscatione istorum
non includantur iura, & actiones, vt op-
timè docent Pinellus, Barbosa, Clarus &
Sanchez citati contra Chassanæum rela-
tum ab ipsis.

72 Personalia item iura cuiusuis condem-
nati, non transeunt ad fiscum; eo quòd
non egrediuntur personam. Exemplifi-
cat diuersimodè Sanchez dict. cap. 14. nu.
6. sequentibus verbis.

73 Et ideo, inquit, ius eligendi in alicuius
personam collatum, & ius reuocandi li-
berti in seruitutem, ius reuocandæ dona-
tionis inter viuos ad donantis volunta-
tem, ex pacto competens, aut ob dona-
tarij ingratitudinem, contractus, qui cō-
trahentium morte dissoluuntur, nec in-
ter viuos protendi ad alios possunt, vt
compromissum, societas bonorum, non
transeunt in fiscum. Quippe omnia hæc
sunt personalia: & ita multis citatis tra-
dit Peregrinus eodem tit. 1. à nu. 90. vsque
ad 97. ita ille.

74 Rursus vniuersaliter additur, quòd non
possint in fiscum transire, quæ ad hæredes
extraneos non transeunt: quippe si in istos,
qui verè, & propriè hæredes existunt, ne-
queunt transire, à fortiori nequibunt in
fiscum. ita Bart. in l. cum qui affirmans,
quod omnes hoc teneant, ff. de interdictis,
& relegat. Peregrinus de iure fisci, lib. 5.
tit. 1. num. 68. & Sanchez ibidem num. 5.
Qui inde ostendit, quia licet Fiscus sit
vniuersitatis bonorum hęretici successor,
non est tamen propriè hęres; cum succe-
dat damnato viuenti. At viuens hæredem
75 habere haud potest. Vnde quamuis
decisio procedat semper negatiuè non trā-
sit in hæredes extraneos: ergo nec in fiscū:
non tamen semper procedit affirmatiuè,
transit in hæredes extraneos; ergo in fi-
scum. Nam cum hic non sit verè, & pro-
priè hæres, nequaquam rectè deducitur
argumentum ex verè, & propriè hæredi-
bus ad ipsum. ita docent Ruinus cons. 23.
num. 24. volum. 3. Peregrin. & Sanch. citati
Sousa lib. 3. Aphor. cap. 9. num. 15. ac alij
contra Clar. minus benè oppositum dicen-
te §. fin. q. 78. num. 7.

76 Sub bonis autem confiscatis compræ-
henduntur ea bona, quæ quis sub condi-
tione donauit, siue donatione inter viuos,
siue causa mortis, si conditio adimplea-
tur adueniente delicto. Est communis
omnium doctrina, quam tradunt Farinac.
de hæresi, quæst. 190. num. 22. Simanch. de
cathol. Instit. tit. 9. num. 9. & 10. Suarez de
fide disp. 22. sect. 5. nu. 3. & Castrus Palaus
dict. disput. 5. punct. 3. nu. 1. Ratio est, quia
bona, quæ sub conditione dantur, dantis
sunt, dum conditio non adimpletur, tem-
pore autem conditionis iam sunt Fisci ob
77 crimen hæresis commissum. Atque tunc
hæretici bona donata sic confiscantur, ac
si nullam donationem fecisset; cum res
donata non sit donantis, sed Fisci quan-
do donatio effectum habere debebat.

78 Quid si aliquid sine conditione vlla, sed
absolutè donetur, causa mortis donatione
reuocabili, & postea donans crimen hære-
sis committat? Si hæc donatio à viro sit
facta vxori, firma manet respectu Fisci etiā
post commissum delictum, licet alia bona
sint confiscata; ac si mors naturalis euenis-
set, neque vllo modo illud sic donatum
vxori in fiscum transit. Extat decisio ma-
nifesta in l. sed si mors, ff. de donationibus
inter vir. & vxor. & l. res vxoris. C. eodem
tit. l. quisquis, §. vxores. C. ad l. Iul. Maiest.
& adducunt Bald. in l. Executorem. versic.
quarto quidam. C. de executione rei iudic.
Farinac. cum pluribus relatis, tom. 1. qu.
25. num. 130. Molin. Iesuita, disp. 659. &
Sanch. lib. 6. de matrimon. disput. 17. num. 5.

79 Dixi manere firmam respectu fisci, non
tamen respectu mariti: Cum hic dum su-
perstes est possit eam reuocare iuxta l. sed
si mors. ff. de donation. inter vir. & vxor. &
tradunt Farin. Sanch. & alij citati.

80 Est autem aliqua differentia inter Do-
ctores circa prædictam decisionem: Nam
nonnulli eorum volunt, vt sit firma illa
donatio facta à viro respectu fisci, quòd
res donata debeat esse iam vxori tradita.
ita Farin. dict. quæst. 25. num. 137. tom. 1.
& Clar. §. donatio, quæst. 9. vers. scias autē.
Alij è contra affirmant non requiri talem
traditionem. ita Molin. Theol. tom. 2. disp.
288. §. dubium est, & Sanchez lib. 6. de ma-
trim. disp. 11. num. 5. At Castrus Palaus cui
adhæreo vbi supra iudicat vtrumque pro-
babile.

81 Si talis verò donatio causa mortis ab-
solutè fiat è contra ab vxore viro, vel al-
teri, commisso hęresis delicto per donan-
tem, non manet firma respectu Fisci, sed
res donata ipso facto publicatur ratio est,
quia pręedictum priuilegium à Iure vxori
concessum non extenditur ad maritum, &
multo minus ad alterum, vt patet ex ipso
textu l. res vxoris. C. de donationib. inter
82 vir. & vxor. ibi. Donatio maritalis ante
tempus criminis, ac reatus collata in vxo-
rem, quia pudicitiæ præmio cessit obser-
uanda sit, tanquam si maritus eius natu-
rę non pęnæ subduxerit. ita Molin. Iesui-
ta, tom. 2. disp. 289. §. disputat. pręcedenti,
Sanch. lib. 6. de matrim. disp. 10. num. 5. fine,
& disp. 17. num. 6. ac cum pluribus relatis
Farinac. quæst. 25. num. 131. & quæst. 164.
num. 17.

83 Expendenda superest vltima pars nostrę
Regulę, ac primo certum prorsus non cō-
fiscari bona, quæ hæreticus ante commis-
sum hęresis delictum acquisiuit, & à se do-
natione simplici, vel contractu alienauit,
quia dum delictum committere incipit,
iam non sunt ipsius delinquentis, ergo nō
84 cadunt sub confiscationem. Excipe tamē
nisi talis alienatio in fraudem Fisci execu-
ta fuerit. Nam tunc non est valida do-
natio, nec venditio, sed statim à fisco om-
nino

nino [illegible] ita ex communi omnium doctrina afferunt Farin. in praxi crimin. quæst.164.num.48.& 50 item nu.26. & 27. & Castrus Palaus dict. disp.5.punct.2.num. 3. & 4. Ibi cum ipso Farinac. tres exprimit casus in quibus dicta fraus præsumi potest, eos proprijs illius verbis accipe.

85 Primò, inquit, pręsumitur fraus, si facta alienatione statim delictum com mittatur, nisi necessitas appareat alienandi. Menoch.lib.3.pręsumpt 127.num.12. Gomez.tom.3.variar cap.14. num. 4. Farinac. de falsit.& simulat.quæst.164.num 154.dubius tamen, quia Ioan.Faber.in §.item si quis in fraudem num.7.&9.Instit.de actionib. contrariũ defendit varijs rationibus.

86 Secundò, si sit donatio omnium bonorum, vel maioris illorum partis, Farin.num. 121.& Mascard.de probat. concl.558.n.1. & 2. Menoc.de præsump. lib.3. præsumpt. 124.n.7.& 8. Adde idem esse in donatione meliorum bonorum, siue magis pretiosorum. Menoch. num.9. Farinac. 126. Ant. Gomez tom. 3 variar.cap.14.num.4. Quod adeo verum est, vt etiam si donatio bonorum omnium facta sit interpellatis vicibus, & diuersis personis, adhuc præsumatur facta in fraudem fisci. Menoch num.10.

87 Gomez num.21. Farin.num.124. Idem iuris est de venditione omnium bonorum, nontamen in venditione maioris illorum partis, de hac enim venditione fraus non pręsumitur, cum facilè honestari possit, sic Gomez. num.4. Farinac.nu.124.& 130.

88 Menoch.num 8 Neque etiam in venditione omnium bonorum præsumenda est, si facta sit iusto pretio, vel parum minori palam,& absque vlla occultatione. Gomez. num.18. Farin.referens plures, nu.133.

89 Tertiò, pręsumitur fraus, si facta est donatio, vel venditio coniunctæ personæ iure sanguinis, vel amicitiæ, a qua facilè possis sic donatum, vel venditum recuperare. Farinac à num.136. Menoch.num. 13 & seqq. & alij. hactenus Castrus exprimens, vbi pręsumatur fraus in alienatione bonorum contra fiscum, vel secus.

90 Similiter prorsus certum, non confiscari bona acquisita post sententiam definitiuam, seu post quam hereticus cum Ecclesia fuit reconciliatus. Ostenditur inde, quia tunc iam cessauit causa confiscationis, nempè delictum. Ergo non possunt

91 talia bona publicari. Pateat etiam manifestè [illegible] expresso in cap.fęlicis, de pęnis [illegible] vers. cum talis, ibi, de postmodum acquisitis repetitio non negetur, & l.si mandauero 22.§.15.cuius, ff mandati, [illegible] bonis, quidquid postea acquisitum non sequitur fiscum, & l.eius qui [illegible] tamen.ibi, bona, quę tunc habuit [illegible] condemnaretur, publicabuntur [illegible] tom.1.quæst.25.num.198.& [illegible] num.85. Sanchez. lib. [illegible] num. 8. & Suarez de fide disp.22.sect.5.num 13.

92 Contra hanc autem certam doctrinam nequaquam facit l.2.C.de bonis damnatorum, vbi sic disponitur: Deportati, inquit, neque earum quidem rerum, quas post pęnam irrogatam habuerint, heredem habere possunt, sed hæ publicabuntur. Quippe ibi, vt benè cum Cuiac. obseruat. lib.6. cap.33. & Fachin. lib.9. controuersi. cap.51. notauit Castrus Palaus dict. disput. 5. punct. 3. num. 3. Non est sermo de quouis delinquente cuius bona confiscantur, sed de delinquente deportato, qui eo quòd capite minutus est heredem habere non potest; ergo &c.

93 Controuertunt verò Doctores circa bona acquisita intermedio illo tempore, quo quis crimen heresis commisit,& de eo in Sancto Officio condemnatus fuit, quòd subiaceant confiscationi, tenent Clarus lib.5.receptor. §. fin.quæst.78.num.14.Azor. tom.1.lib.5.cap.7.quest.8.Vasquez 1.2.disp. 169.cap.1.num.8. & Suarez de fide disput. 22.sect.1.num.15. Probatur indè pręcipue, quia consuetudine sic communiter receptum, & Omnia bona, quę habet delinquens dum eius delictum declaratur, in fiscum transeant. quòdin delicto magis habet locum, cum hereticus, dum Ecclesię non est reconciliatus in heresi perseuerare

94 iudicetur. Pro hoc facit l.eius qui §.1.ff. de testam. ibi bona quoque quę tunc habuit, cum damnatur, publicantur. ergo attenditur ad condemnationem, & non

95 solum ad delictum. Deducitur etiam ex l.10.tit.9.lib.5. recopil. ibi mandamus, que sean auidos por bienes de gañancia todo lo multiplicado durante el matrimonio hastaque por el tal delicto los bienes de qualquier de ellos sean declarados por sentencia, ergo ad tempus sententię attenditur.

96 Oppositum tamen affirmat probabilius Castrus Palaus dict.punct.3.num.5. & preter eum defendunt Angelus l. quoties, 14. fine, ff de nouat. Matien.lib.5.recop. tit.4. leg.3. Glos.7.num. 6. Baiard. addit. ad Clarum, lib.5.§.heresis, num.19.& qu. 78. nu. 212.& cum aliis relatis, Sanchez lib.2. in Decal.cap.14.num. 10. Ostenditur ex l.1. ff.de pęnis, ibi, sed eam causam sustinere, quam sustinuisset, si eo tempore esset sententiam passurus, cum deliquisset. Ra-

97 tione etiam, quia confiscatio delicto est annexa, neque reo sententia aliam confiscationem iniungit, nisi, quę per delictum ipso iure iniuncta est; sed per delictum nequit iniungi confiscatio, nisi bonorum, quę tempore delicti habentur. ergo, &c. Perpensis itaque hinc inde adductis, vtrũque probabile iudico.

98 Adhuc verò remanet dissidium inter Thomam Sanchez, & Castrum Palaum, quorum ille tantum admittit bona heretici intermedio tempore acquisita non confi-

confiscari, casu quo hæresim renuntiauit;
secùs si in ea perseueret. Atque ideò dis-
parem esse rationem de sodomia, quæ est
peccatum transiens, ac consequenter post
finitum sodomiæ actum acquisita nunquã
publicantur.
99 At talem differentiam inter crimina
ista hæresis, & sodomiæ Castrus Palaus ef-
ficaciter sic reijcit; Non enim, inquit, ob
hæresim habitualiter permanentem fit cõ-
fiscatio, sed ob hæresim externam, & ma-
nifestam: At hæc hæresis externa, & ma-
nifesta cessauit (vt suppono) etiam si de illa
non fuerit absolutus. Ergo cessat effectus
confiscationis ex tali hæresi proueniens.
Neque obstat te esse obligatum ad Eccle-
siam redire, cùm ab illa te separasti, vt
dicamus bona illa esse confiscata ob
non impletam hanc obligationem; quia
confiscatio non est annexa peccato huius
ommissionis, sed hæresi externæ, ita ille;
ergo eadem est ratio de criminibus hære-
sis, & sodomiæ quoad effectum confiscan-
di bona, vel secùs. Vide plura penès cita-
tum Castrum pro re præsenti.
100 Vltimo loco illud notandum cum San-
chez. dict. cap. 14. nu. 11. ex mente Felini
in cap. scribebam, num. 3. de præsumpt. &
Surdi de alimentis tit. 7. quæst. 4. nu. 26.
quòd in dubio, an hæresis perseueret, quæ
acquisitionem dominij impedit, præsuma-
tur; Regula semel malus, de regul. iuris in
6. & affert Sousa lib. 3. aphor. cap. 9. n. 19.
Atque his Regula terminatur.

Debita, & iura hæretici actiua, vel passiua conditionali a ad Fiscum ne pertinent? Quid de donatis illi aut propria ipsius arte acquisitis?

REGVLA CCCCLXI.

101 Conditionale hæretici ius, aut debi-
tum, vt hæreditas, legatum, fidei-
comissum, ex vltima voluntate descendes,
non confiscatur, si conditio, quæcunque
sit, post codemnationem, vel postquam
102 cessauit delictum, impleatur. Secùs si
perseuerante ad huc hæresi, vel quouis tẽ-
pore, si ius, aut debitum sit passiuum.
103 Debita vero, & iura conditionalia ex
contractu descendentia, quamuis condi-
tionis adimpletio fiat post condemnatio-
104 nem, ad Fiscum pertinent. Dein ius acti-
uum contractum ex conditione potestati-
ua de futuro, posita in contractu, transit
ad Fiscum, si hic eam implere potest: ne-
quaquam tamen transit si sit ius passiuum,
105 vel si conditio sit de presenti. Tandem
donatu hæretico, cuius hæresim donans
ignorat, vel per ipsum acquisita propria
negotiatione, vel artificio, similiter con-
fiscantur; Excepto casu, nisi pro alimen-
tis necessarijs sint dicto modo data, vel
acquisita.

106 Distinguendum primò pro discussio-
ne faciliori contentorum in Re-
gula ista, de triplici conditione pro re præ-
senti; sicuti distinguit benè, & eruditè
Ant. Gomez, tom. 1. variarum, cap. 12.
num. 60. & habetur exprçsè l. vnica, §.
sin autem sub conditione. cap. de caducis
tollendis. Quædam est conditio potesta-
tiua, quæ sic vocatur, quando ita facilis
est, vt à sola eius, cui imponitur, volun-
tate pendat, vt si impleuerit quid tam le-
ue, vt ipse solus implere valeat. Quædam
verò est conditio casualis, nempè quæ ex
fortunæ euentu pendet, vt si nauis redie-
107 rit ex India. Quædam item mixta ni-
mirum quæ partim ex voluntate eius cui
imponitur, & partim aliunde pendet, vt si
contraxerit matrimonium, hæc enim ex
alterius coniugis voluntate, & ex alijs e-
uentibus pendet: hac itaque conditionum
distinctione præmissa.
108 Circa punctum principale, de quo in-
titulo Regulæ diuisi sunt auctores: quidam
enim volunt iura omnia cõditionalia, tùm
ex vltima voluntate, quàm ex contractu
delinquenti debita confiscationis subiace-
re, quamuis conditio post sententiam im-
pleatur. Ratio est, quia tempore delicti
hæresis Fiscus habuit ius quodam ad illa,
licet pendens ab euentu conditionis, sed
sub generali confiscatione, qualis est ista,
comprehenduntur omnia iura, & actiones,
vt supradiximus; ergo cuncta dicta iura
conditionalia publicantur. ita Gramma-
ticus consil. crim. 7. nu. 3.
109 E contra alij nullum ius conditionale
confiscari tuentur, sed solum quoduis ius
delinquentis absolutum: ob eam rationẽ,
quia bona acquisita post confiscationem
maximè lata iam sentẽtia non publicatur,
vt dictum à nobis Regula præcedenti, sed
huiusmodi est ius conditionale, quando
post sententiam, & confiscationem imple-
tur conditio, cùm tunc haberi incipiat, im-
pleta conditione, ergo non publicatur. ita
Angel. tract. maleficio, verb. & eius bona,
num. 12. Imola. l. quoties 14. nu. 3. ff. de
nouat. & ibi Paulus nu. 4. Bald. ibi. 5. sed
si ac plures.
110 Hæc duo tamen extrema effugientes,
sub distinctione media incedimus via, ac
primò dicimus, quæcunque debita, vel iu-
ra actiua conditionalia, vt hæreditas, le-
gata, aut fidei commissa talia non publi-
cari si descendant ex vltima voluntate,
quando conditio post condemnationem
impletur. Probatur efficaciter, quia in vl-
timis voluntatibus implementum condi-
tionis non retrotrahitur, sed attenditur
ad tempus, quo illa impletur; secundum
l. 11. §. serui. ff. ad Syllan. l. si cum hæres.
4. ff. Quando dies legati regul. Quæ lega-
ta. 18. ff. de regul. iuris. Vnde, cum tem-
pore impleta conditionis, nempe post cõ-
demnationem vere acquiruntur, bona fu-
tura censentur, quæ vt dictum Regula præ-
cedenti,

cedentis [illegible] confiscatione nullo modo comprehenduntur, ita auctores citandi.

111 [illegible] inde probatur, quia in vltimis [illegible] nulla dispositio conditionalis circa hæreditatem, legata, & Fideicommissa, transmittitur ad hæredes, ergo neque ad Fiscum. Antecedens patet ex l. vnica, §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caducis tollendis. Peculiariter de legatis ex l. si ita expressum; ff. de condition. & demonstrat. Item peculiariter de fideicommissis, ex l. in causa, §. Pomponius, & ibi Glossa, ff. de minoribus, & tradunt Farin. tom. 1. quæst. 25. num. 143. Couarru. pract. quæst. cap. 29. fine. Ant. Gomez tom. 2. variar. cap. 11. num. 36. & post alios, quos citat Sanchez lib. 2. Decal. cap. 14. nu. 15.

112 Qui num. 16. bene addit, quòd iuxtà doctrinam probabilem à nobis traditam [illegible] Regula præcedenti, nempe bona acquisita postquam cessauit delictum, etiam [illegible] sententiam subiacere confiscationi, [illegible] modo probabiliter dicta debita, vel iura actiua conditionalia non publicentur, si conditio post cessationem delicti impleatur. Quia tunc censentur bona futura, quæ ad Fiscum non transeunt.

113 Prædictam autem doctrinam aliqui, vt Romanus, singulari 170. nu. 2. tantum admittunt casu quo conditio est casualis. Verùm esse admittendam, quamuis existente conditione, siue potestatiua, siue casuali, siue mixta, rectè docet Sanchez ibidem, nu. 17. ex l. vnica, §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caducis tollendis, tanquam ibi expressè decisum, quod alij comprobant, præsertim Castrus Palaus tract. 4. disp. 5. punct. 4. n. 2.

114 Sed si delinquens substituatur alteri in legato &c. & conditio impleatur post sententiam? Certum est, tale legatum, &c. cui fuit substitutus delinquens, non publicari, ob rationem dictam, quia cum conditio post condemnationem impletur, reputatur inter iura, aut bona futura, quæ vt diximus non confiscantur, & constat ex l. [illegible], 42. ff. de acquirẽdo rer. dominio [illegible] substitutio, quæ non dum competit [illegible] nostra est, & ex l. ex facto, [illegible] vulgari, & pupillari, vbi Bald. [illegible] Gigas de crimen læsæ Ma[illegible] 25. nu. 144. Sanches, ibi[illegible] Castrus Palaus vbi supra.

115 [illegible] debita vel iura conditio[illegible]

impletio conditionis existat. Patet ex [illegible] Stotius Florez 48. § finali [illegible] & l. ex facto, §. ex facto, [illegible] deciditur, Fiscum teneri [illegible] promissum conditionale ad quod delinquens tenebatur, licet conditio post condemnationem extiterit, ita Alexand l. si marito, 32. num. 2. ff. solut. matrim. Barbosa, l. si constante, 25 §. finali n. 5. ff solut. matr. & Sanchez dict. cap. 14 nu. 19. Quidquid in contrarium asserat Iason, l. si quis arbitratu, nu. penultimo. ff. de verb. obligat. interpretans textus de fideicommisso puro. Sed Barbosa ait interpretationem eius esse falsam, & nullo modo admittendam.

117 Secundò dicimus, si iura, aut debita conditionalia proueniant hæretico ex vi alicuius contractus, vt ex venditione, aut stipulatione transeunt ad Fiscum, etiam si conditio post condemnationẽ impleatur. Ratio efficax est, quia talia iura, & debita sunt transmissibilia ad hæredes, vt patet per §. ex conditionali institut. de verborum

118 obligat. ibi. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in hæredem transmittimus, si priùs quam conditio extet, mors nobis contigerit, & ibi Glos. & Doctores communiter; ergo transire etiam potest in Fiscum, l. inter socerum, §. finali ff. de pactis dotalibus, & tradunt cum multis, quos referunt, Ant. Gomez tom 3. variar. cap 14. nu. 2. Farin. in praxi quæst. 25. nu. 146. & de hæresi, quæst. 190. nu. 13. & Sanch. dict. cap. 14. num. 2.

119 Confirmatur assignando rationem cur debita ex contractu ad hæredes transeat, & non debita ex vltimis voluntatibus nimirum quia in contractu interuenit factũ, & persona creditoris, qui in dubio præsumitur, & sibi, & suis hæredibus prospicere, ac perpetuam vtilitatem ex contractu procurare argument. ex text. in l. si pactũ,

120 ff. de probationibus. At in vltimis dispositionibus conditionalibus nõ interuenit factum vllum eius, in cuius fauorem est facta dispositio, ex quo possit colligi sibi, & suis hæredibus voluisse prospicere, sed solùm interuenit factum disponentis, & legantis, qui solùm merita, & personam legatarij attẽdere videtur. ita Castrus Palaus, dict. punct. 4 nu. 3. fere totidem verbis.

121 Prædictam tamen doctrinam limitant aliqui, quòd debeat intelligi de iuribus, & debitis ex contractu solis actiuis conditionalibus, nempe quæ ipsi delinquenti erant soluenda, & quòd hæc tantum [illegible] cant ad Fiscum etiam si impleatur conditio post condemnationem, non verò de passiuis, id est de ijs, quæ ex contractu conditionali condemnatus tenebatur soluere, neque ista ad Fiscum pertinere ostendi videtur ex l. Quæries 14. ff. [illegible] de nouat.

122 ibi. Et ideo si forte persona [illegible] pendente conditione fuerit [illegible] [illegible] condi-

conditione vllam cotingere nouationem, quoniam nunc [illegible] existit conditio non est persona, quæ [illegible]getur. Ratio est, quia licet in hæredem transeat omnia iura conditionalia actiua, & passiua defuncti. §. ex conditionali Instit. de verborum obligat. l. vnica, C. vt actiones ab hæredibus. At Fiscus non est propriè hæres, ergo nil mirum, si iura passiua conditionalia ex contractu non transeant ad Fiscum. ita Bald. in dict. l. Quoties, nu. 2. Boetius consil. 1. num. 8. Peregrin. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. num. 83. & alij.

123 Nihilominus meritò persistit in affirmatiua doctissimus Sanchez. ibidem n. 23. quòd tam passiua, quàm actiua iura, vel debita conditionalia, quæ ex contractu aliquo procedunt, ad Fiscum transire debeant, teneaturque iste talia debita passiua soluere, sicuti actiua ipsi sunt soluenda. Probatur præcipuè inde, quia bona acquiruntur Fisco cum suo onere. l. ex facto, §. ex facto. ff. ad Trebell. ergo si bona condemnati sint subiecta æri alieno, ad Fiscum cum onere ea soluendi transibunt, ac proinde iura ista passiua ex contractu conditionali debita à condemnato, transferentur ad Fiscum, vt in successorem vniuersalem.

124 Confirmatur, quia creditores sub conditione sunt veri creditores, ff. de verbor. significatione l. is, cui, 41. ff. de action. & obligat. secundum Bart. communiter receptum, l. 1. num. 32. ff. si certum petat. ergo pari modo debet fiscus eis satisfacere, sicut creditoribus absolutis. Nec obstant, quæ adducta ex dict. l. Quoties, vt latè ostēdit Sanch. num. 30. quem benè distinguentem videas. Atque hanc partem ante relatum Sanchez tenuerunt Baldus l. finali num. 15. C. de contrahent. empt. & ibi Salicetus num. 7. qu. 5. Romanus l. si marito, 32. num. 24. ff. solut. matrim. & ibi Alexand. num. 2. Barbosa l. si constante 25. §. finali, n. 5. ff. soluto matrim. & alij.

125 Rursus aliqui prædictæ doctrinæ limitationem adhibent, vt iura, vel debita ex contractu conditionali pertineant ad Fiscum, conditione impleta post sententiam, si conditio non sit potestatiua, sed vel casualis, vel mixta. Probatur indè, quia potestatiua conditio non retrotrahitur, sed in ea tempus impletæ conditionis attendi[illegible] l. Quibus [illegible] 9. & l. Potior, 11. ff. Qui priores in pignore. ergo sicut ob hanc rationem dictum à nobis supra debita conditionalia ex vltima voluntate non [illegible] in Fiscum, idem erit dicendum de debitis ex contractu sub cōditione [illegible]. ita Alexand. l. si ma[illegible] [illegible] soluto matrim. [illegible] Co[illegible] [illegible] cap. [illegible] [illegible] num. 147 [illegible] cap.

126 [illegible] in co-[illegible]

suetudinibus Burgundiæ, rubr. 2. §. 2. nu. 24. limitat & Barbosa l. si constante 25. §. finali num. 6. & Baiardus addition. ad Clarum lib. 5 recept. qu. 78. num. 105. reijciunt dictam limitationem, & volunt, iura, vel debita descendentia ex contractu sub conditione potestatiua transire in Fiscum. Ostenditur inde, quia condemnatus non est priuandus, vt ait ipse Barbosa ea potestate, quam ante sententiam habebat. l. cum pater, § Hæreditatem, el 2. ff. de legat.

127 2. Item quia ius passiuum fidei commissi sub conditione potestatiua relicti transit in fiscum, vt dictum supra, & tamen in vltimis voluntatibus conditio impleta non retrotrahitur, vt etiam antea traditum. Ergo huic translationi in fiscum non obstat conditionem potestatiuam in contractibus adiectam non retrotrahi.

128 Verùm prædictis duabus sententijs oppositis, & obscuris lucē affert Sanchez dic. cap. 14. num. 26. & 27. distinguendo, quod auctores illarum non distinguunt de iuribus, vel debitis sub conditione potestatiua delinquenti competentibus actiuis, vel passiuis. Magnum enim discrimen interest inter actiua, & passiua, accipe verba ipsius Sanchez.

129 Si ergo, inquit, sint actiua, vt quia tempore habili, vt ante delictum promiserat reo aliquid tertius sub conditione potestatiua, vt si hoc feceris, dabo tibi decem; vt conditio non est impleta per ipsum reum tempore habili. Difficultas est, an hoc ius conditionale actiuum pendens ex eius conditionis potestatiuę implemento, competens delinquenti transeat in fiscum, ita vt fiscus eam conditionem implens ac-

130 quirat rem promissam. Peculiaris autē dubitandi ratio est; quia non transeuntia in hæredes, nec in fiscum transeunt, iuxta dict. num. 5. At contractus sub hac conditione initus, & ius illius implendæ non transeunt in hæredes, sed sunt personalia, & ipso, cui conditio imponitur, non implente, euanescunt: cum enim sit conditio, debet verè, & in specifica forma impleri, non autem fictè, vt quando impletur per hæredem, vt à contrario sensu colligitur ex l. si decem eum petiero 48. ff. de

131 verbor. obligat. Et citatis Bartholo, & multis alijs tradit, Anton. Gomez. tom. 2. variar. cap. 11. num. 36. & multis Doctoribus citatis, & varijs textibus comprobans Couarruuias. pract. cap. 39. num. 1. vers. obtinuit tandem, dicit hoc omnium ferè consensu esse receptum.

132 At existimo transire, quando conditionem potest fiscus implere ad eum effectū, quem contrahentes intenderunt. Quod docent Simancas de Cathol. Instit. tit. 9. nu. [illegible] Vasquez [illegible] quæst. [illegible] art. 5. disput. 169. [illegible] Azor [illegible] instit. moral. lib. [illegible] Et quamuis ipsi non ex[illegible] de iuramento, [illegible]

de

de iure [illegible], an de passiuo loquuntur [illegible] actiuo? Nam quando ius con-
133 [illegible] est passiuum, non ipsi condem- [illegible] incumbit onus implendæ illius con- ditionis, sed alteri cum illo contrahenti. Et in hoc casu est vera posterior sententia relata num. præcedenti. Ratio autem est, quia conditionis implendæ ius, qualiscunque sit illa transmittitur ad hæredes, quoties impleri per illos valet, in forma expressa, aut æquipollenti ad eumdem effectum à contrahentibus intentum, vt latissimè cum multis citatis, & contrarijs respondens probat Couar. eo cap. 39. à num. præcedenti. Ratio autem est, quia conditionis implendæ ius, qualiscunque sit illa transmittitur ad hæredes, quoties impleri per illos valet, in forma expressa, aut æquipollenti ad eumdem effectum à contrahentibus intentum, vt latissimè cum multis citatis, & contrarijs respondens probat Couar. eo cap. 39. à num. 2. vsque in finem hactenus ille, & prosequitur de iure passiuo sic:

134 Quando autem, inquit, ius condemnati sub conditione potestatiua est passiuum, vt si condemnatus ante delictum & subinde tempore habili inierat pactum cum aliquo tertio, si hoc feceris, dabo tibi centum, & post delictum, implet ille tertius conditionalem; difficultas est an teneatur fiscus succedens in vniuersa illius delinquentis bona, hoc conditionale debitum soluere, atque sic hoc ius passiuum transeat in fiscum, sicut transeunt omnino iura passiua absoluta condemnati. Et quidem posterior sententia relata num. 25. affirmat transire: & in hoc casu videtur loqui Barbosa ibi relatus, idque sua ratio probat.

135 At potius placet prior sententia, num. 24. relata, quæ ait non transire in fiscum. Quippe id fortissimè probat ratio ibi ad-
136 ducta. Hoc tamen est limitandum, nisi ex illius conditionis implemento sit Fiscus factus pitior, vt quia inde in facultates delinquentis vtilitas redundauit, tûc enim tenebitur fiscus, quatenus ditior est effectus, sicut teneri illum ex omnibus contractibus post delictum à reo initis, in quantum ditior factus est dicemus cap. 22. num. 68. [illegible] Sanchez, & quidem perdoctè.
137 Prædictæ item doctrinæ aliam limitationem tribuit Rainerius de Forliuio citatis doctoribus allegandis, quod fiscus [illegible] teneatur ad iura passiua damnati, [illegible] conditio impleta fuit, postquam [illegible] cognouit bona [illegible] damnati, non [illegible] quando, ante ea cognita. Hanc tamen limitationem meritò reijciunt Bal. [illegible] finali num. 15. C. de contrahend. [illegible] ibi Salic. nu. 7. Alexand. l. si ma- [illegible] ff. soluto matrim. Barbosa l. [illegible] ante 23. §. finali num. 7. ff. eodem, [illegible] refert ad hoc sive fiscus agno- [illegible] cum sit illa appre-

hensurus tanquam vniuersalis successor. ita etiam Sanchez ibidem nu. 28. Qui præsentem materiam num. 29. hoc modo terminat.

139 Tandem, dicta hucusque de contractu conditionali sunt intelligenda, quando conditio est de futuro; si enim sit de præsenti, aut præterito, vt si hoc ita est, vel ita fuit, si res ita se habet, ac ponitur in conditione, transeunt ea bona in fiscû, si verò non ita se habeat, euanescit contractus, tanquam deficienti conditione.

140 Quia in priori casu acquiruntur statim bona, ac si contractus esset absolutus. l. cum ad præsens, ff. si certum petatur, & ita Fiscus, tanquam in bona iam illi condemnato acquisita succedet; in posteriori autem nil acquisitum est delinquenti, & subinde nec Fisco acquiritur. & ita tradunt Ant. Gomez tom. 2. cap. 11. num. 38. corallario 5. & tom. 3. cap. vltimo, num. 2. Farinac. in prax. tom. 1. quæst. 25. num. 147. Baiard. addit ad Iulium Clarum lib. 5. recep. quæst. 78. num. 106. Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5.
141 disput. 169. cap. 1. num 6. Atque idem iure optimo dicit Azeuedo, lib. 4. recopil. tit. 10. lib. 3. num. 144. Delegatus sub conditione de præsenti, aut præterito: ea enim confiscantur, existente ea canditione relatis auctoribus, ex quibus accepit.

142 Restat aliquid dicamus de propositis vltimo loco in Regula. Quando aliqua donantur, vel relinquuntur hæretico ab eo qui nouit eius hæresim, nullum dubiû, quod taliter donata, vel relicta in pœnam relinquentis, seu donantis, & multo magis in pœnam ipsius hæretici, confiscationi subiaciant. Tradunt vt certum Simanc. de cathol. instit. 46 num 56. Azeued. lib. 8. recop. tit. 3. lib. 1. num. 160. Azor. tom. 1. instit. moral lib. 5. cap. 8. quæst. 1. ac lib. 8. cap. 12. qu. 8. & Sanch. dict. cap. 14 num. 38

143 Dubitatur tamen de donatis, aut relictis hæretico ab eo, qui prorsus ignorabat eius hæresim; Nam ob ignorantiam sic donata, aut relicta videntur eximenda à cõfiscatione, & potius reddenda donanti, cum hæreticus à die commissi criminis cẽseatur incapax acquisitionis eorum. ita tenent Azor citatus, & alij.

144 Nihilominus approbo sententiam oppositam, quam tuentur Sanchez, dict. cap. 14. num. 26. & Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 9. num. 49. nempè, quod donatio facta hæretico ab eo, qui ignorat illum esse hæreticum, sit valida; & bona donata, vel relicta transeant in fiscum post latam sententiam, saltem declaratoriam. Ratio efficax sic ostenditur, quia nullius iniure reperiatur textus, inducens talem incapacitatem hæretico acquirendi bona donata, vel relicta (de hoc infra cap. 6. ex professo) ergo fiunt eius propria, & secuta sententia criminis declaratoria transeunt ad fiscum.

145 Item quia hæreticus, dum per sententiam non declaratur talis, capax est ad con-

contractus venditionis, & similes validè
efficiendos, vt dict. cap. 6. ostendemus, er-
go capax etiam erit ad donationes actiuas
& passiuas.

146 Pari etiam modo quæcunque hæreti-
cus suo labore, artificio, aut negotiatio-
ne acquirit, pertinent lata sententia ad
Fiscum, ob rationem dictam, quòd hu-
iusmodi acquisitionis sit capax. Atque hoc
vt omnino certum tradunt Meres. de Ma-
ioratu, par. 1. quæst. 11. nu. 99. Sanchez in
decal. lib. 2. cap. 14. num. 37. & Sousa dict.
cap. 9. nu. 30.

147 Excipitur tamen casus, nisi donatarius
sit verè pauper, & quæ ei relinquuntur, vel
donantur, habeant rationem Eleemosinæ,
aut sit legatum alimentorum: quod ipsum
lumen, seu ius naturale docet, & afferunt
Simanch. Cathol. instit. tit. 45. num. 56.
Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 8.
quæst. 17. & lib. 8. c. 12. quæst. 8. Sanchez.
ibidem nu. 38. & Sousa nu. 31. dict. cap. 9.
Qui sic nu. 32. prosequitur.

148 Alimenta, inquit, quæ debentur in
futurum pro tempore, quòd post senten-
tiam cessit, non confiscantur, quæ tamen
tempore sententiæ debita erant, confiscā-
da veniunt. Idem dicendum est, quando
legatum alimentorum est implicitum, sub
nomine vsus fructus. Farin. crim. tom. 1.
quæst. 25. num. 146. Sanchez dict. cap. 14.
nu. 42. & seqq. hæc ille, quæ omnino ap-
probo, maximè cum sint fulcita auctori-
tate tantorum virorum. Atque hic finis
Regulæ.

---

*Ad bona Ecclesiarum, & Clericorum ob cri-
men hæresis ipsorum publicentur? Qid de
iure patronatus Ecclesiastici? Quid
de pensione.*

REGVLA CCCCLXII.

149 ECclesiarum bona ob hæresis delictū
personæ Ecclesiasticæ non publicā-
tur, & excommunicationem contrahunt
quicunque in Clement. 2. de hæret. con-
tenti scienter ea Fisco tàm Sæculari, quàm
Ecclesiastico applicant: quod verum est
quoad vtrumque respectu bonorum reli-
giosi cuius vis etiam Ordinis Minorum.
150 Clerici verò bona patrimonialia, vel quasi
patrimonialia, ob crimē ipsorū confiscari
possunt; Secùs, de acquisitis à clerico ratio-
ne beneficij Ecclesiastici, attēto iure cōmu
151 ni. Dein quoduis ius patronatus Ecclesia-
stici, maxime si nulli rei ex se directè confi
scabili, sed alicui personæ sit annexū, nequit
publicari ab vllo Iudice laico; benè tamen
152 [illegible] modo à Iudice Ecclesiastico. At-
[illegible] idem affirmandum prorsus de Ec-
[illegible] pensione.

---

153 VT doctrina huius Regulæ faciliùs
percipiatur, diuisionem bonorum
Ecclesiasticorum præmitto cum Sanchez
lib. 2. in Decal. cap. 20. nu. 1. his eius ver-
bis: Quadruplicia bona, inquit, possunt
à clericis possideri. Quædam sunt ipsius
Ecclesiæ, vt Domus, prædia, & similia, ex
quibus sæpè redditus beneficij percipiunt.
Alia sunt, quæ intuitu Ecclesiæ acquirun-
tur, vt fructus beneficiorum, aut quæ in-
tuitu Ecclesiæ ipsis donantur. Alia sunt
patrimonialia, vt quæ ex proprio patrimo-
nio habent, at propria industria intuituue
personæ comparant. Tandem alia quasi
patrimonialia, nēpè quæ nō sunt beneficij
fructus, at ratione alicuius ministerij Eccle
siastici obtinentur, vt pro sacris faciendis,
concionibus, ministerio Sacramentorum,
sepeliendis defunctis, ministerio Vicariæ
ad tempus concessæ. ita ille, de quadru-
plici genere bonorum Ecclesiasticorum,
quo præmisso.

154 Dubitatur an bona Ecclesiastica primi
& secundi generis confiscari possint? Re-
solutio negatiua tradita in Reg. ex Clem.
2. de hæret. vbi sic:

155 Inquisitoribus, & tàm ipsorum Sede
Vacanti super hoc deputatis Commissarijs
quibuscunque districtius iniungentes, nè
prætextu officij Inquisitionis, quibusuis
modis illicitis ab aliquibus pecuniam ex-
156 torqueant. Nec scienter, attentent Ec-
clesiarum bona ob Clericorum delictum
prædicti occasione officij, Fisco etiam Ec-
clesiastico applicare. quod si secùs in his
vel eorum altero fecerint excommunica-
tionis sententiæ eos subiacere decernimus
ipso facto. A qua non possint absolui, præ-
terquam in mortis articulo, donec illis, à
quibus extorserint, plenè satisfecerint de
pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs,
pactis, aut remissionibus super hoc vali-
turis. ita ibi.

157 Per quem textum duæ actiones, nem-
pè extorquere pecuniam prætextu Sanctæ
Inquisitionis, & Ecclesiæ bona applicare
Fisco ob clericorum delicta non solum
prohibentur, sed etiam excommunicatio-
ni ipso facto subijciuntur, seù potiùs per-
sonæ peculiares vtramlibet dictarū actio-
num exequentes.

158 Sed quænam istæ personæ? Deducitur
clarè ex ipso textu, quod sint omnes In-
quisitorum, Episcoporum, vel Capitulo-
rum Sede Vacante, Commissarij, seù Vi-
carij ad negotia Inquisitionis delegati. Ita
Glossa, ibi, verb. ipsorum, Syluest. verb.
excommunicatio, 9. casu 42. nu. 81. S. An-
tonin. 3. par. tit. 24. cap. 8. Nauar. Sum-
ma cap. 27. Hispanicè, num. 143. & latinè
141. Tabiena verb. Excommunicatio, 5.
casu 4. quæst. 16. n. 18. Suarez tom. 5. in 3.
par. disp. 23. sect. 5. n. 24. & Sanchez lib. 2.
in Decal. cap. 20. nu. 4.

159 Qui ibidem addit cum D. Anton. Syl-
uest. Tabien. citatis hoc esse verum, [illegible]
sint

sint Vicarij, qui dictas actiones exequuntur, siue eorum substitui. Item cum Suare esse idem verum, tametsi delegatio sit ad breue tempus, vel ad vnicam causam peculiarem: cum omnes huiusmodi dicantur proprijssimè Commissarij.

160 Certum autem est dictam excommunicationem non extendi ad Episcopos, neque ad capitulum Sede Vacante: quia de solis ipsorum Vicarijs textus meminit, & consequenter ob hanc rationem, neque ad Prælatos habentes iurisdictionẽ quasi Episcopalem; nec ad istorum Vicarios, quia iam materia sit odiosa, & de istis ibi nulla mentio fiat, non est ad ipsos extensio facienda. Ita Sanchez ibidem, nu. 6. & peculiariter de Episcopis, fortè quòd ipsorum dignitati sit deferendum, cap. 2. de offic. delega. in 6. Docent Glossa in dict. Clemen. 2. verb. Comissarij, & ibi Imola. nu. 5 Bonifac. à num. 41. vsque ad 46. D. Anton. Syluest. & Suarez vbi supra reiecto Guillelmo per Bonifacium relato contra-
161 rium tenente. Nec vim habet eius argumentum, quòd Episcopi sæpiùs munus Inquisitorum exerceant, & intuitu huius muneris pecuniam extorquendo, grauius delinquant; quia tantum probatur alia pœna esse puniendos non tamen excommunicatione, quæ in solis casibus iure expræssis Episcopo infligi potest.

162 Quid de Inquisitoribus, extenditur ne ad eos dicta excommunicatio? Discutit hoc graue dubium Cardinalis in eadem clement. 2. verb. Inquisitoribus numer. 1. oppositione 1. rationem dubitandi sumens ex ipso litterę contextum, qui anceps est. Si enim clausula incipiat, *Inquisitoribus, & tam ipsorum &c.* patet Inquisitores comprahendi in ea. Si verò incipiat; *Et tam ipsorum*, patet eos non comprahendi. Sed concludit Cardinalis, incipere priori modo, ac consequenter ibi comprehensos esse Inquisitores; quod commùniter, vt verum tenent Doctores, Glossa ibi in positione casus, notabili 2. Imola, & Bonifacius ibidem. Syluest. Sanctus Antonin. Tabiena, Nauarr. & Suarez supracitati, Caietan. in summa verb. excommunicatio, cap. 4. & præcipuè Sanch. ibidem num. 5. cuius hęc sunt verba.

163 Et ita, inquit, tenendum est; nec enim facilè à tam communi sententia est recedendum, nullo Authore existente pro contraria; si enim aliquem inuenissem, illi facilè adhærerem. Nam viso litteræ contextu, potest æquè benè, imò, & melius legi illud verbum *Inquisitoribus*, cum clausula præcedenti, in qua prohibitur ętas creandis Inquisitoribus, & sic incipiat clausula ab ijs verbis. *Et tam ipsorum*,

164 Atque in editione Gregoriana nouiter correcta ita se habet. Nam clausula pręcedens finitur in verbo. *Inquisitoribus*, & ibi apponitur punctus, ac littera mainscula incipit statim, *Et tam ipsorum*. Et eodem prorsus modo in editione antiqua ponitur. Quare saltem est dubium iuris; in quo euentu non est censenda excommunicatio lata. Vt latè probaui lib. præcedenti cap. 10. numer. 56. hæc ille, quę approbo, quod dicat ipse cum limitatione, aliqua doctrinæ præcedentis.

165 Circa actionem item extorquendi pecuniam intuitu Sanctæ Inquisitionis, quamuis non sit præsentis instituti, attingo obiter aliquid, vt iam huic rei, quandoquidem occasio tulit, maneat satisfactum. Vt per talem itaque actionem dicta censura ipso facto contrahatur, concurrere debent aliquæ circumstantiæ. Prima teste Sanchez numer. 7. vt pecunia sit extorta illicitè, secus si licitè, vt in casu extremę necessitatis, atque hoc per se, & ex textu ipso constat, omnesque fatentur.

166 Secunda, vt reuera pecunia extorqueatur; Vnde si eam spontè oblatam, aut via muneris Inquisitor, vel ipsius Commissarius accipiat, etiamsi nouerit pretextu Sancti Officij offerri non contrahet hanc excommunicationem. ita Armilla verb. excommunicatio, casu 20. num. vnico, Suarez tom. 5. de censuris, disput. 23. sect. 5. num. 25. & Sanchez dict.
167 num. 7. Addens ibidem, non sufficere ad illam incurrendam, si timore vexationis à Commissario inferendæ, pecunia ei offeratur. Nam requiritur concussionis crimen, quod tunc est, vt ait Syluest. verb. concussio, quæst. 1. numer. 2. quando constitutus in officio extorquet aliquid à subditis, metum inferens, aut debitum exequi non data pecunia recusans, quod in casu isto non contingit. Sic Bonifacius in Clement. 2. de heretic. & cum alijs relatis idem Sanchez.

168 Tertia circumstantia est, vt fiat extorsio pretextu officij Inquisitionis; Vndè si alio prætextu sit facta non inducet talem censuram; cum circumstantia ista expræsse requiratur in ea Clement. 2. Tradunt communiter omnes, Glossa ibi verb. Prætextu. Imol. numer. 5. Bonifac. num. 48. Diu. Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 8. Suarez, dict. sect. 5 num. 25. & cum alijs per eum relatis Sanchez dict. cap. 20. numer. 8.

169 Qui num. 9. addit, quod tametsi in textu Clement. 2. tantum sit sermo de pecuniæ extorsione, comprahendatur nomine pecuniæ quodcunque pecunia æstimabile. Nam id omne pecunia æstimatur, & sufficit ad concussionis crimen. ita Glossa, ibi verb. Pecuniam, Imol. num. 6. Bonifacius num. 63. Cardinal. ibi verb. Inquisitoribus, Caietan. in summa, verb. excommunicatio, cap. 4. & ibidem

Armilla, casu 20.

170 Colligit hinc idem Sanchez num. 10. non contrahi dictam excommunicationẽ propter extorsionem solius mutui; cum hoc non sit pecunia æstimabile, nec pecunia absolutè loquendo sic extorqueatur, quæ postea reddenda est; Quod si non reddatur, sed omnino vsurpetur, vti reuera data; contrahetur talis censura, nam ex eo tempore iam est vera pecuniæ extorsio. Ante Sanchez citatum docuit egregiè Suarez dict. sect. 5 num. 25.

171 Dein vt incurratur excommunicatio ob aliam actionem expræssam in ea clement. 2. applicandi scilicet bona Ecclesiarum Fisco, siue sæculari, siue Ecclesiastico, requiritur primò, vt fiat actio ista scienter, quod expressè habetur in textu Clement.

172 Vnde excusabit quæuis ignorantia; dummodo non sit affectata, aut ita crassa, vt ingens temeritas censeatur. ita Tabiena verb. excommunicatio, numer. 8. Suarez ibidem num. 26. Sanchez dict. cap. 26. num. 11. Farinac. de hæresi quæst. 190. numer. 62. & Sousa dict. capit. 9. numer. 2.

173 Requiritur secundò, vt bona quæ applicantur Fisco sint Ecclesiarum, nempè primi, & secundi generis ex diuisione initio posita; de istis enim fit mentio in ea Clement. & non de bonis clericorum, vt ex ipso contextu patet. Tradunt Glossa in ea Clement. verb. Ecclesiarum, Imol. num. 7. Bonifac. num. 67. Cardin. ibi, verb. Inquisitoribus, num. 2. quæst. 3. & cum pluribus relatis Sanchez ibidem num. 12.

174 Qui num. 13. hinc benè infert contrahi dictam excommunicationem ab eo, qui applicaret Fisco bona acquisita à professo aliquo prefecto alicui Ecclesiæ, tametsi intuitu personæ illa comparasset. Ratio efficax est, quia propter professionem sibi acquirere non potest; ergo acquiret Ecclesiæ; & consequenter, qui applicat ea fisco, incurrit dictam excommunicationem, iuxta textum in cap. vnico, 18. quæst. 1. ita Glossa in ea Clement. in 2. Cardinal. & Imol. allegatio Bonifac.

175 Consequenter ipse Sanchez ibidem numer. 14. cum Simanch. de Cathol. Institut. tit. 9. num. 88. & Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 14. numer. 88. & Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 14. idem affirmat ob eamdem rationem de casu, quando quis Fisco applicaret bona, vt libros vestes &c. quiuis religiosi, excepto professo Ordinis Minorum Sancti Francisci, quæ exceptio fundatur in eo, quod ratione peculiaris voti paupertatis isti minores nec sibi, nec Religioni acquirunt.

176 Verum Anton. Sousa, lib. 3. Aphorism. cap. 9. num. 4. sub distinctione procedens, videtur oppositum tenere sequentibus verbis. Bona, inquit, acquisita per Fratres Minores etiam confiscari non possunt, & qui illa Fisco applicauerit, excommunicationem incurrit: quia, licet eorum dominium ad eas largientes, vel ad Summum Pontificem pertineat, vsus tamen ad Monasterium attinet, & in dict. Clement. 2. de hæretic non fit distinctio inter bonorum dominium, & vsum, sed lægitur absolutè de confiscatione bonorum, hæc ille, cuius sẽtẽtiã vti probabilẽ admitto, tamet si pro ea nullũ auctorẽ præter se adducat.

177 Tertiò, requiritur ad incurrendam censuram, vt talia bona Ecclesiæ applicentur Fisco prætextu, seu occasione officij, vt patet ex ipso textu.

178 Item vt applicatio reuera fiat, nec sufficit; si intendatur, aut inchoetur. Nam licet in textu non dicatur, nè applicent, sed *nè attentent applicare*: & hoc verbum, attento, quandoque importet aliquam inchoationem operis, vel adhibitionem alicuius medij ad ipsum, etiam non sequuto effectu. Textus tamen clement. vtitur termino attentationis, vt ostendat, quod cum ea publicatio, seu applicatio bonorum Ecclesiasticorum Fisco sit irrita, dicetur potius attentata, quam facta. Vnde applicans non contrahet censuram, nisi

179 quatenus ex parte sua est, applicet, quod tunc eueniet, quando vel si cum effectu faciat talia bona fisco applicari, vel si sententiam proferat ea bona *Fisco* applicantem. Ita cum Suarez dict. sect. 5. n. 26. egregiè Sanch. ibidem num. 16.

180 Superest expendendum circa textum Clement. 2. an incurratur dicta excommunicatio, si alteri præter fiscum bona Ecclesiæ applicentur? Suarez dict. num. 26. absolutè tenet ad eam incurrendam debere Fisco applicari, & non sufficere si Commissarius sibi, vel alijs applicet. Fundamentum eius est, quia in textu solius applicationis fisco fit mentio, & id fortè, quod frequentius, & maiori colore fieri poterat, nec indicat ipse Suarez cui nam fisco applicatio facienda an laico, vel etiam Ecclesiastico.

181 Verum Sanchez num. 17. cum Glossa in ea Clement. 2. verbo, Ecclesiæ, Imola num. 7. Cardin. verb. Inquisitoribus, num. 11. notabili 5. Rosella, verb. excommunicatio 1. casu, & cum alijs per illum relatis, firmiori fundamento tuetur contrahi censuram ab applicante dicta bona Ecclesiæ, si is siue vtrilibet fisco, siue sibi, siue alijs applicet. Ratio est; quia si benè perpendas textum inuenies, quod non solius fisci meminerit, sed vsus etiam fuerit hisce verbis Fisco etiam ecclesiæ applicare. Atqui particula implicatiua, etiam

etiam, implicat multo magis eam prohibitionem esse applicandi fisco seculari, aut sibi, aut alijs.

182 Dein certum est apud omnes bona clericorum patrimonialia, quæ ex proprio patrimonio, vel propria industria intuitune personæ compararunt, ob ipsorum crimen hæresis, subiacere confiscationi. Patet inde, quia nullibi extat prohibitio publicandi talia bona, possuntque hæc ad quosuis hæredes transire, conceditur que clericis facultas de eis testandi. cap. Quia nos, extra de testamen. ita Couarruu. 2. variar. cap. 9. num. 12. Simanch. de Cathol. Instit. tit. 9. numer. 92. cum pluribus citatis Pegna in director. 3. par. commen. 161. & Sanch. dict. cap. 20. num, 22.

183 Pari modo dicendum de bonis Clericorum, quasi patrimonialibus, quæ non sunt beneficij fructus, sed acquiruntur ex ministerio ecclesiastico, vt declaratum supra, quod possint etiam confiscari, ob eamdem rationem, quia de his similiter facultate liberè testandi gaudent Clerici, ergo commisso ab istis crimine hæresis, ad fiscum illa transeunt. ita cum multis citatis Couar. cap. 1. num. 11. de testam. & Sanchez ibidem, nu. 23. nec circa hoc vllus dubitat.

184 Est autem aliquale dubium circa bona clericorum ratione beneficij ecclesiastici acquisita: Nam in cap. excommunicamus, el 1, §. damnati verò, de hæretic. expresse disponitur, nè illa publicentur, ibi Bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur; si verò clerici applicentur ecclesijs, à quibus stipendia receperunt. Vbi Glossa verb. stipendia adiungit dicens, si plura Clericus habuerit stipendia, esse diuidenda pro rata inter ecclesias, à quibus accepit; idemque asserunt Doctores in cap. Requisiti, de testamen. Ex quibus manifestè patet interdictum esse quibusuis Clericis testari de his bonis, sed ea post illorum mortem applicanda Ecclesijs; ergo non possunt transire in Fiscum. ita ex communi auctorum mente, Sanchez dict. cap. 20. num. 24.

185 Sed adhuc remanet difficultas, quia aliqui, vt Pegna in dict. comment. 161. discrimen assignant inter acquisita ex beneficio simplici, vt ista omnino publicentur, vbicumque ius commune non est vsu abrogatum, cum clerici sint illorum Domini, & inter acquisita ex beneficijs curatis, aut ex Episcopatu, vt hæc non possint confiscari, nisi quoad portionem ad eorum sustentationem necessariam, quoad huius solius, & nequaquam reliquorum sint veri Domini.

186 Nihilominus alij, vt Couarr. lib. 2. variar. cap. 9. num 11. Peregrin. de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 97. fine, & Sanchez eodem numer. 24. tale discrimen inter ea bona assignatum meritò reijciunt, ex firmissimo fundamento; quia dict. cap. excommunicamus, & alia citata indistinctè loquuntur de bonis intuitu Ecclesiæ à Clerico acquisitis, & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus.

187 Item iure optimo negant illud fundamentum carere scilicet dominio clericos circa bona ex beneficijs curatis acquisita; cum communior doctrina teneat, quoscunque Clericos, & Episcopos esse suorum redditum veros dominos. Concluditur ergo bona ex beneficijs ecclesiasticis acquisita iure communi attento, nec in hæredes extraneos, nec in fiscum transire possunt.

188 Verum si alicubi legitimo vsu sit introductum (sicuti est in Regno Castellæ, & aliquibus alijs, teste Sanchez, ibidem num. 25.) vt de his bonis ex beneficio ecclesiastico acquisitis clerici liberè testari ualeant, & in ea succedant, quicunque hæredes, sicut in aliis bonis publicari etiam illa poterunt. Ita Simanch. de Cathol. Instit. tit. 9. num. 90. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæstion. 14. Sanchez dict. cap. 20. num. 25. Anton. Sousa lib. 3. Aphor. cap 13. num. 8.

189 Denique notandum cum Sanchez loc. citat. quod facultas concessa Clericis in Regnis Hispaniæ ex consuetudine legitimè introducta testandi de redditibus ecclasiasticis, sit prorsus interdicta Episcopis, & in talia bona post obitum illorum succedat Camera Apostolica, vt patet ex antiquo vsu. Prædicta autem facultas testandi concessa Clericis exprimitur lib. 5 recopil. tit. 8. l. 13. & de ea Couarr. defendens cum alijs talem consuetudinem, cap. cum in officijs, nu. 9. extra de testam.

190 Sequitur agendum de confiscatione iurispatronatus: quod nulli dubium reponi inter bona Ecclesiastica: circa ipsum præmittenda à nobis, maximè cum Castro Palao, dict. disput 5. punct. 5. aliqua prorsus certa, & postea ad discutienda controuersa, tacta in fine Regulæ, facilius deueniamus.

161 Primò certum est, quod propriè loquendo non datur talis iurispatronatus confiscatio; non enim transit in fiscum, vbi de facto dicitur confiscari, sed extinguitur in fauorem Ecclesiæ, & hæc à die commissi delicti, & latæ sententiæ ipsius declaratoriæ, manet libera ab illo iure

192 sibi oneroso. Et quamuis istud priuilegium non sit in iure expressum, est tamen vsu receptum vt notant ferè omnes auctores. Simanch de cathol. Instit tit. 9. n. 95. & 96. Lambertinus de iure patronatus, lib. 3 quæst. 8 Vasquez 1. 2. disp. 169. num. 19. Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 19. num. 16. Farin. cum pluribus relatis de hæresi, qu. 190. nu. 24. & Castrus ibid. nu. 1.

193 Temperant hoc Sanchez n. 17. & Farin ibi-

ibidem in duplici casu. Primò quando adsunt alij compatroni, nam tunc in istis residet ius præsentandi, nec iustum est, quòd absque culpa eo priuentur, ergo non maneat libera Ecclesia.
194 Secundò quando preter eos, ad quos ius patronatus hæreditario iure cum reliquis bonis erat transiturum ab eius institutore alij vocati sunt, & tunc attendenda est dispositio instituentis, vide plura circa hoc apud Castrum Palaũ num. 2.

195 Secundò certum est, quòd quando in fundatione iuris patronatus dispositũ fuit, vt non transeat ad hæredes extraneos, sed ad agnatos, vel ad homines talis conditionis, tunc non possit ipsum transire ad Fiscũ: quia hic loco extranei hæredis censetur, ex l. 2. C. ad legẽ Iuliam de vi. Confirmatur, quia agnati delinquentis habent ius succedendi in iure patronatus, non ex voluntate ipsius delinquentis, sed ex volũtate instituentis, & fundantis Ecclesiam; neque est iustitiæ consonum, vt ob vnius delictum innocentes hoc iure priuentur, & sine causa directè puniantur. ita Iulius Clarus in pract lib. 5. quæst. 78. nu. 8. Peregrin. de iure Fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 72. & 121. Farinac. tom. 1. quæst. 25. num. 151. & de hæresi, quæst. 190. num. 24. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 19. nu. 2.

196 Tertiò certum est, casu, quo confiscatio fit à Iudice Ecclesiastico, vti euenit in crimine hæresis, qualiscunque sit patronus, siue laicus, siue clericus, & confiscantur omnia eius bona, confiscatum simul manere ius patronatus, quòd ad hæredes extraneos poterat transire. Deducitur ex Clement. Pastoralis, §. rursus de sentent., &
197 re iudic. à contrario sensu. Patet etiam efficaci ratione, quia delictum dignum est illa pœna, & condemnans iurisdictionem habet, neque tunc curandum est an veniat ius patronatus principaliter, vel accessoriè ad publicationem, & an exprimatur, cùm Iudex habeat iurisdictionem cognoscendi de iure patronatus etiam principaliter. ita Lambertin. de iure patronatus lib. 3. qu. 8. art. 9. nu. 10. Sanch. cum alijs relatis dict. c. 19. n. 3. & Castrus Palaus ibidem, n. 5.

198 Vltimò certum est quod vbi Iudex laicus bona delinquentis confiscata, vti euenit in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & delinquens est laicus, tunc directè, & per se non possit ius patronatus confiscari. Ratio est quia Laicus non habet iurisdictionem directam, imo neque indirectam circa spiritualia, quale est ius patronatus cap. tuam de ordine cognit. ergo &c. ita ijdem Lambertin. nu. 11. Sanch. num. 4. Farinac. tom. 1. quæst. 25. num. 152. & Castrus Palaus nu. 6.

199 His quatuor certis sic præmissis, pro decisione eius, quod est controuersum resoluit benè prius idem Castrus num. 7. ex magis recepta doctrina, quòd tunc Iudex Ecclesiasticus censeatur confiscare ius patronatus indirectè, seù accessoriè, non solum si eius nulla fiat expressio in confiscatione bonorum, quibus annectitur, quod tenent omnes præcipuè Farinac. Gigas, & Lambert. relati ab ipso Castro; sed etiam si exprimatur in dicta confiscatione, non
200 adiuncta Particula & vt si dicat, confisco omnia bona cum iure patronatus illis coniuncto. Nam hoc modo ipsius erit indirecta, seù accessoria confiscatio. Ita Castrus Palaus cum Sanch. dict. cap. 19. n. 13 & cum alijs ab isto relatis.

201 Grauis est iam controuersia inter doctores, an Iudex Laicus confiscatis bonis alicuius delinquentis possit vel censeatur simul confiscare ius patronatus, quod ad hæredes transire potest? Non pauci ex illis negantem partem absolutè tenẽt, quòd neque indirectè seù tacitè vllo modo fieri valeat per Iudicem Laicum; Ducuntur inde ad sic tenendum, quia nulla ratione cõpetit Iudici laico dispositio etiam tacita de re Spirituali, qualis est ius patronatus, cap. tuam de Ordin. cognit. & cap. at si clerici de Iudic. & ibi Gloss. sed concesso quod ius patronatus publicetur, Iudex laicus de re Spirituali saltem tacitè disponeret; ergo &c. ita Glossa cap. satis peruersum, 50. distinct. & Clemen. Pastoralis, verbo, subiecta, de re iudicat. Nilus de bannitis, 1. par. secundi temporis, nu. 32. Lambert. de iure patronatus, qu. 8. art. 8. nu. 13. & cum alijs relatis Farinac. tom. 1. quæst. 25. num. 151. & de hæres quæst. 190. num. 24.

202 E contra non desunt qui partem affirmantem tueantur nempè si iudex laicus cuncta bona delinquentis publicet simul publicare ius patronatus, cum istius publicatio in hac casu tantum fiat indirectè seù accessoriè, & hoc modo non est prohibita fieri à iudice laico talis publicatio, sicut nec venditio, siue nullo modo exprimatur ius patronatus, quando iudex laicus confiscat omnia bona delinquentis, & dicetur confiscatio illius ta-
203 cita. Siue adsit aliqua ipsius, expressio non per particulam coniunctam, & sed per particulã *cum* vt dictum n. 200. & vocatur publicatio eius indirecta seù accessoria. Ita Abbas cap. Quærelam nu. 6. de Simon. & cap. cum laici, nu. 3 & cap. Nobis, nu. 3. de iure patronatus. Molin. de primogen cap. 24. nu. 26. Iulius Clar. lib. 5. practic. quæst. 78. num. 8. & cum multis relatis Sanch. dict. c. 19. n. 10. & 13.

204 Qui circa medium huius num. benè notat quo ad diuersitatem dictam istarum particularum & vel *cum*, sequentibus verbis. Id tamen, inquit, monuerim hanc distinctionem deseruire pro foro externo, in quo ex verbis præsumitur intentio. Quare si de intentione constaret, vt vtrouis modo se habeant verba, est standum illi in foro conscientiæ; atque adeo si animus esset vendendi ius patronatus, non va-

valeret vtrouis modo se habeant verba: quod si non esset animus transferendi principaliter, sed accessoriè valeret. Quod optimè docet Syluest. verb. simonia, quæst. 12. dist. 5. Atque idest est de confiscatione
205 dicendum. Sed vbi dubium est de intétione, standum est quoque in foro consciétiæ, ea fori externi præsumptione deducta, ex verbis iuxta ea, quæ dixi lib. præcedenti cap. 10. num. 13. hęc ille.

206 Sed pro decisione dictæ controuersiæ placet modus dicendi Castri Palai dict. punct. 5. num. 9. decidentis sub distinctione sic. Si ius patronatus est annexum alicui villæ, castro, aut alteri rei ex se directè cófiscabili; & tunc confiscatis bonis omnibus delinquentis à iudice laico, confiscatur simul accessoriè ius patronatus, siue huius nulla fiat expræssio in confiscatione siue fiat aliqua per particulam *cum*, & saltem tenent auctores secundæ sententiæ, & facit pro ea cap. ex litteris, de iure patro-
207 natus, si verò non est annexū ius patronatus alicui rei confiscabili; sed tantum personæ, aut personis, quæ habent ius pręsentandi, tunc non manet vllo modo confiscatum; atque de hoc secundo sunt intelligendi Doctores primæ sententię.

208 Aliqui limitant, quod sit intelligenda prædicta doctrina negans de perpetua confiscatione non verò de temporali, durante condemnati vita, quæ non videtur prohibita iudici laico, quia hoc esset confiscare exercitium iuris patronatus, non autem ipsum ius. ita licet dubitanter Gigas, tract. de crimine læsę maiestatis, lib. 2. quæst. 4. num. 4. vers. considerando tamen; & Rochus de Custo. in tract. de iure patronatus, quęst. 29. col. 3. vers. vel dicamus.

209 Sed meritò hanc limitationem reijcit ipse Castrus Palaus ibidem, num. 10. quia ratio æqualiter procedit, tam de temporali confiscatione, quam de perpetua, cū vtrumque & ius patronatus, & illius exercitium sit quid spirituale, ac proinde extra iudicis laici iurisdictionem. Quid quod exercitium iuris patronatus haberi nequit nisi habito prius ipso iure patronatus. At hoc siue ad tempus, siue in perpetuum confiscari non potest ob eius spiritualitatem, ergo neque exercitium ipsius. Ante Castrum Palaum tradidit hoc, & egregiè probauit Farin. tom. 1. praxis qu. 25. num. 154.

210 Est autem dubium, an confiscatis bonis per iudicem laicum, quibus annexum est ius patronatus, possit iudex Ecclesiasticus idem ius patronatus confiscare declarando delictum? Neganter respondent Nilus in 1. par. secundi temp. quæst. 32. & Farinac. dict. quęst. 25. num. 153. Ducuntur inde quia Episcopus non habet potestatē cognoscendi crimen in laicum; item quia posito quod semel de delicto cognitum fuerit ab vno iudice, iterum ab alio cognosci non potest l. licet. §. penult. ff. nautę caupones, & stabular.

211 Affirmanter verò respondent Lambert; & alij per eum relati, de iure patronatus, quęst. 8. art. 8. num. 15. casu 5. quibus adhęrere videtur Sanch. lib. 2. cap. 19. num. 7. fundantur primò, quia illa declaratio delicti non est extra iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, cum dirigatur ad tollendum ius patronatus, quod condemnatus iustè possidere non potest. Item quia inseruit ad compræhendendam sententiam Iudicis laici, quæ ad ius patronatus non se potuit extendere.

212 Procedit benè via media inter dictas sententias extremas Castrus Palaus vbi supra num. 11. & iudicat rectè cum Nilo, Farinac. & alijs, quod non possit Iudex Ecclesiasticus delinquentis crimen à Iudice laico iam punitum, iterum in iudicium vocare, & pœnam impositam augere, quia absolutè esset bis idem delictum iudicare: quod non est iuri conforme, cap. At si clerici, de iudic. ibi, At si clerici coram sęculari iudice conuicti fuerint, vel confessi de crimine, non sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi. Con-
213 cedit tamen, & merito ipse Castrus, quod quamuis condemnetur à Iudice sæculari, possit, ab Ecclesiastico formari processus de condemnatione facta, & de infamia per eam acquisita, ob quę censetur indignus retinendi ius patronatus. Vnde vti ab indigno poterit ab illo auferre. Atque hoc non erit delictum bis iudicare, aut declarare, sed supposito eius declaratione ad defensionem Ecclesiæ, ac bonorum illius procedere.

214 Vltimo loco attigimus in Regula quod spectat ad pensionem Ecclesiasticam: eius completam resolutionem adducunt Suarez, & Castrus Palaus citans illum ibidem num 12 ipsam tibi proprijs istius verbis libenter trado.

215 Tandem, inquit, dubitari potest de pensionibus Ecclesiasticis, an sub confiscatione bonorum compræhendantur? Et dicendum est non posse sub confiscatione à Iudice laico compræhendi, quia est quid spirituale, imò neque talis pensionarius videtur posse à Iudice laico iudicari, quia est de Ecclesiæ iurisdictione ratione pensionis. Quare si à Iudice laico confiscatio fiat, distinguendum est cum Suarez disp. 22. de fide, sect. 5. num. 6. de fructibus decursis ante sententiam; vel post sententiā; si de fructibus ante sententiam sermo sit, confiscantur; quia sunt bona delinquen-
216 tis. Si autem de fructibus post sententiam decurrendis loquamur, non confiscantur, quia confiscatio non extenditur ad futura; neque etiam ius ad eos colli-
217 gendos propriè confiscatur; Sed si crimen est dignum priuatione pensionis, in fauorem Ecclesiæ extinguitur, vt beneficium, ex quo pensio soluebatur, liberum maneat ab illo onere, itaut delinquens

nullam iam pensionem habeat. sic Suarez supra hæc ille, quibus iam Regula finita manet.

Sub confiscatione bonorum ob crimen hæresis &c. qualiter comprehendi possunt Emphyteusis, census, & feudum? Qualiter secus?

REGVLA CCCCLXIII.

218 Confiscatis hæretici bonis, confiscatur etiam fundus, ex quo ille censum soluebat Ecclesiæ, aut alteri particulari; quem similiter huic fiscus soluere
219 tenetur. Sub dicta confiscatione non venit emphyteusis, quæ ad hæredes extraneos transire nequit; sed non idem dicendum probabiliter de fructibus, quos ex ea emphyteuta vita eius durante percipere debebat; oppositum tamen etiam pro-
220 babile. E contra emphyteusis siue Ecclesiastica, siue laicalis, si ad hæredes extraneos est transitoria, ob crimen hæresis limitate transit ad fiscum: cum ab hoc intra biennium eam Ecclesia recuperare valeat, quin, & biennio transacto probabiliter possit vti priuilegio restitutionis ad ipsam recuperandam: atque intelligitur recuperatio quandoque cum melioramentis. Hęc autem sic decisa de Emphyteusi, & si quæ alia decidenda, eodem ferè modo intelliguntur de feudo; cum coincidant in natura; si quid discriminis in aliquibus interea, explicabitur.

221 Expedit primo loco ne in æquiuoco laboremus, terminos istos, Emphyteusis, census, & feudum, seu naturam vniuscuiusque, ac diuersitatem explicare; quod ex iure, & ex communi auctorum doctrina egregiè pręstat Castrus Palaus dict. disp. 5. punct. 8. num. 1. & 2. ac punct. 9. num. 1. audi quęso ipsum.
223 Emphyteusis, inquit, est contractus, in quo dominus rei immobilis, puta domus, agri, villæ, eam alicui tradit, reseruato sibi dominio directo, & vtili in emphyteutam translato sub annua pensione in recognitionem directi dominij sibi reseruati, vel in compensationem fructuum.
224 Habetur l. 1. C. de iure emphyt. Differt à censu, quia in censu non solum dominium vtile, sed directum in censuarium transfertur cum obligationem tamen soluendi pensionem, cap. constitutus, de relig. domibus, & ibi Glossa, Innocent. Panormit. & alij. Item census, seu pensio alteri soluenda aliquando in propria re constituitur ob pretium receptum, aut ob liberam donationem, si ex pluribus doctoribus comprobat Matien. lib. 5. tit. 5. l. 1. Glossa 11. num. 1. & 2. ita ille.
225 Qui num. 2. premittit, quod Emphyteusis sit duplex alia, quę acceptatur ab Ecclesia, alia, quæ à persona priuata. Item alia, quę transmitti potest ad hæredes extraneos, alia, quæ ad eos transmissibilis non est. Quando à persona priuata emphyteusis conceditur absque vlla restrictione ad hæredes extraneos transmitti valet. Ita Iulius Clarus in pract. §. emphyteusis quæst. 29. num. vnico.
226 Quando vero ab Ecclesia conceditur nequit ad dictos hæredes transmitti; nisi sit ab ipsa Ecclesia in perpetuum concessa: & in hac concessione fuerint seruatę conditiones illæ, de quibus in extrauag. ambitiosę, de rebus Eccl. non alien. circa eas vide Barbosam 3. par. de potest. Episc. alleg. 95. à num. 22.
227 Et ibi num. 29. rectè notat, conditiones istas esse seruandas in prima alienatione; cum res aliqua semel perpetuò alienata, & in emphyteusim concessa, reddatur perpetuò alienabilis sine vlla solemnitate, excepto casu, quando rediret ad Ecclesiam, & hæc ex noua causa vellet Emphyteusim concedere, ita idem Barbosa num. 33. & 34.
228 Circa feudum item, ait idem Castrus Palaus dict. punct. 9. num. 1. quod naturam Emphyteusis immitetur, & huic sit valdè simile. sed ad tollendam ęquiuocationem benè distinguit de duplici feudo; aliud est, in quo feudatarius obligatur soluere domino directo certam aliquam pensionē pecuniæ aut frumenti. Atque hoc non est propriè feudum, sed emphyteusis, & sic de illo eodem prorsus modo, ac de em-
229 phyteusi loquendum est. Aliud verò est feudum, pro quo feudatarius astringitur seruitium personale præstare; quòd si cum isto seruitio personali aliqua simul pensio soluenda sit, feudum, & emphyteusis dicetur ita ex Cyno, Alexand. & alijs rectè ostendit Matienzo lib. 5. copilat. tit. 10. l. 6. Glossa 2. num. 13. & seqq.
230 Dein ipse Matienzo num. 22. 23. & 24. rectè ostendit naturam, & proprietates feudorum. Nam primo feudum fundandum est super re immobili, aut ęquipollenti, adiuncta obligatione recognoscendi dominium, & fidelitatem illi præstandi. Vndè vsu receptum, quod feudatarij iuramentum de seruanda hac fidelitate emittant, iuxta cap. 1. de noua forma fidelit. & cap. 1. qualiter Vassalli iura debe-
231 Itē feudum ad hæredes masculos transit in infinitum cap. 1. §. hoc autem notandum & ibi doctores, qui feudum dar. poss. sed feminę non succedunt, cum ad bella
232 & seruitia Militaria habiles non sint. Tertiò sine Domini, & agnatorum consensu alienari non potest. Si autem aliquando feudum ex conuentione, & pacto sine aliqua prædictarum conditionum fundetur, non feudum rectum, sed improprium vocabitur; ita ille; quibus sic præmissis iam contenta in Regula nostra per partes expendamus.

Con-

233 Contentum in prima parte quod scilicet sub confiscatione omnium bonorum comprehendantur prædia, vel alia, ex quibus censuarius soluit censum Ecclesiæ, vel alteri particulari, saluo iure dicti census præstandi, exemplificat Castrus Palaus d. punct. 9. num. 2 non solum in hæretico, sed in sodomitico etiam, & proditori, docentque Simanch. de Cathol. Instit. tit. 9. nu. 20. Farinac. de hæresi quæst. 190. num. 18. Didac. Cantera quæst. crimin. rubr. de hæresi cap. 1. num. 47. & cum alijs relatis Sanchez lib. 2. in decal. cap. 19. num 18. conuincitur inde, quia in iuribus delinquentis succedit fiscus, & consequenter in dominio vtili, ac directo illorum prædiorum cum obligatione tamen soluendi censum ei, cui debetur.

234 Quoad secundam verò partem, constat apud omnes non confiscari illam emphyteusim, quæ ad hæredes extraneos ex vi suæ institutionis transire non potest; Ratio est, qua sæpius pro alijs decisis à nobis adducta, quia illa, quę ad hęredes extraneos non transeunt, nequeunt transire ad fiscum, qui loco hæredis extranei in bonis delinquentis succedit, l. 2. C. ad leg. Iul. de vi, l. iura libertorum, ff. de iure patron. l. eorum, ff ad leg. Iul. maiest. Docent vt prorsus certum Farinac. tom. 1. prax. quæst. 25. num. 51. cum seqq. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 19. num. 20. & plures ab eis relati.

235 Notant benè Farinac. de hęresi quæst. 190. num. 63. fine, & Castrus Palaus dict. punct. 8. num. 4. quod quamuis in confiscationem non veniat dicta Emphyteusis, delinquens tamen ea priuatus manet, & ad successorem vocatum, si aliquis vocatus est, statim transit; sin minus ad dominum directum redit, cum emphyteuta post declarationem criminis læsę maiestatis diuinæ, aut humanæ, & contra naturam non solum omni emphyteusi priuatur ipso facto, sed etiam inhabilis constituitur ad alias habendas secundum constitutionem Leonis X. incip. Exurge Domine, relatam à Pegna in fine direct.

236 Est autem aliqualis controuersia inter Doctores circa fructus, & commoditates, quæ vita durante condemnati Emphyteutæ, ex ipsa emphyteusi percipiuntur, pertineant ne ad fiscum, vel ad dominum directum, aut ad alium vocatum? Sentētia negās respectu fisci est omnino certa, casu quo vltra prohibitionem iuris, quā secum affert Emphyteusis, addita sit alia expræssa alienationis prohibitio iniuncta à domino emphyteusim instituente, tunc nullo modo dicti fructus, & commoditates ad fiscum spectant, sed simul cum em-
237 phyteusi transmittuntur, vt dicatur similiter infra, quando erit sermo de fidei commissis, & maioratibus, quibus est expressa alienationis prohibitio. ita Sanch. lib. 2. cap. 19. num. 23. Castrus Palaus dict. punct. 8. num. 5. docent.

238 Difficultas itaque solum extat, quando talis expræssa alienationis prohibitio ab Institutore non fuit apposita, sed relicta emphyteusis suæ naturæ; an tunc commoditates eius ad fiscum, vel ad successorem vocatum, aut ad Dominum directum pertineant, durante emphyteutæ vitæ? Diffident inter se circa hoc Vasquez, & Sanchez; quorum ille t. 2. disp. 169. cap. 3. nu. 26. de quacunque emphyteusi affirmat, dictas commoditates ad Dominum pertinere; ex eo fundamento, quia dominium vtile cum directo consolidatur.

239 Sanchez verò dict. cap. 19. num. 21. & 22. respondet sub distinctione; si emphyteusis sit instituta ab aliquo particulari defendit ille, quod dicti fructus, & commoditates ad fiscum spectent. Si tamen emphyteusis sit fundata; seu accepta ab Ecclesia, vult idem Sanches, nequaquam ad fiscum, sed ad ipsam Ecclesiam pertinere. Ducitur ex cap. fęlicis, vers. si qua verò feuda, de pœnis in 6. vbi cum sit sermo de reo læsæ maiestatis in Pontificem, ita dicitur. Si qua verò feuda, locationes ab Ecclesijs obtinet, sit eis ipso iure priuatus, & liberè ad Ecclesiam reuertantur, hic autem sub nomine locationis vti species sub genere continetur emphyteusis; Ergo ista liberè ad Ecclesiam reuerti debet, & quidem non sic liberè reuerteretur, si fructus, & commoditates, emphyteutę vita durante, ad fiscum pertinerent. ita etiam docent Hieron. Gabr. cons. 73. num. 3. & Farinac. dict. quæst. 25. num. 58.

240 Nihilominus alij, vt Gigas de crim. lęsæ maiest lib. 2. tit. de pœnis committ. id crimen, quęst. 6. num. vltim. Molina Theologus tom. 2. disp. 481 vers. primum, & tom. 3. disp. 656. num. 3. ac Castrus Palaus dict. punct. 8. num. 6. talem distinctionem non admittunt, sed affirmandum volunt de fructibus vtriusque emphyteusis sæcularis, & Ecclesiasticę, quæ ad hæredem extraneum transire non potest, quod ad fiscum pertineant durāte vita emphyteutę. Ostēditur inde, quia Emphyteusis, siue sæcularis, siue Ecclesiastica habet rationem cuiusdam fideicommissi cuius fructus Emphyteuta erat percepturus dum viueret, ergo cum fiscus succedat in Omnibus delinquentis iuribus, succedet etiam in hoc percipiendi dictos fructus; maxime cum nullo iure canonico, aut ciuili eos percipere prohibeatur.

241 Textus autem in dict. cap. fælicis de pęnis in 6. non videtur contrarius; ipsum cum additamento Castrus Palaus citatus sic reassumit. Si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficium spirituale, vel temporale ab aliquibus Ecclesijs obtinet, sit eis ipso iure priuatus; quæ sic liberè ad Ecclesiam reuertantur, quod Ecclesiarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant. Ex quibus vltimis verbis

sic

242 sic ille argumentatur. Quia si emphyteusis signatos habeat heredes, non poterunt de ea rectores Ecclesiarum pro sua voluntate disponere, neque ipsa ad hunc effectum poterat Ecclesiæ restitui; ergo signum est non esse sermonem in isto textu de tali Emphyteusi: vide plura pro solutione penes ipsum Castrum. Vnde cum pro nulla dictarum sententiarum adsint rationes, quæ conuincant, & pro vnaquaque sint auctores magni nominis, meritò hic, vt in Regula cum probabilitate omnes admittimus.

243 De emphyteusi item quauis siue Ecclesiastica, siue sęculari, quę ad hęredes extraneos ex vi suæ institutionis transitoria est, sic sentiunt aliqui, quod nequeat cōfiscari, sed debeat ad Dominum directum reuerti, & dominium vtile cum proprietate consolidari. ita Didacus Cantera in quæst. crimin. rubr. de hæreticis cap. 1. numer. 46.

244 Alij verò vt Iulius Clarus pract. lib. 4. §. emphyteusis, quæst. 29 num. vnico. Bernardus Diaz cap. 132, num. 4. & Mol. Theologus tom. 2 disp. 481. conclus. 1. & 2. Distinguunt, & specialiter de emphyteusi Ecclesiastica negant transire ad fiscum; & de sæculari admittunt. Ducuntur ea ratione, quia cum vniuersaliter certum sit, quod quoties bona delinquentis ad hæredes extraneos transire possunt, valeant e-
245 tiam transire ad fiscum. Ab ista vniuersalitate excipitur emphyteusis Ecclesiastica, eo quod iuxta Nouell. Iustin. de alienat. & emphyteusi §. 1. talis emphyteusis translata in fiscum intra biennium ab Ecclesia recuperari potest.

246 Hoc tamen non obstante dicendum est, emphyteusim etiam ecclesiasticam ad extraneos hæredes transmisibilem posse transire ad fiscum, dummodo facta sit cōfiscatio à Iudice Ecclesiastico, cum sęcularis ad talem faciendam sit incompetens. ita Simanch Cathol. instit tit. 9. num 97. & 103. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 12. qu 11. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 19 num. 25. Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 12. num. 35. & cum pluribus relatis Farin. dict. qu. 25. num. 54. & Castrus Palaus dict. punct. 8 num. 8. ait hoc
247 esse probabilius. Quod dict. constit. Iustin. non obstet, patet ex ipso textu, quia ibi conceditur optio Ecclesiæ, vt infra biennium deliberet an malit reuocare, quam fiscum habere emphyteutam; ergo si non reuocet, Fiscus manebit verus emphyteuta, retinens emphyteusim; imò licet reuocet, pro eo tempore verè dicetur, quod emphyteusis ad Fiscum transierit.

248 Adhuc tamen est grauis difficultas, circa hoc priuilegium concessum Ecclesiæ recuperandi emphyteusim intra biennium an ita se habeat, & ratio dubitandi est, quia in textu Nouellæ Iustin. si attentè legatur, apparet clarè, solummodò esse concessum ecclesię Constantinopolitanę & ei coniunctis, ergo non videtur extendendum ad alias Ecclesias; cum hoc istis nec ex vi alterius iuris competat. ita absolutè tenent Bossius in sua pract. tit. de bonorum publicat. num. 60. Farin. tom. 1. q. 25. num. 56. cum alijs relatis, Fachin. lib. 9. controuers. cap. 53. & præcipuè Castrus Palaus ibidem, num. 9. multis id expendens.

249 Nihilominus plures melioris notæ auctores, vt Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 104. & 105. Iulius Clarus in Pract. lib. 4. § emphyteusis, quæst. 29. num. vnic. Molin. Theolog. de iust. tom. 2. disput. 481. conclus. 2. Vasquez. 1. 2. disput. 169. cap. 3. num. 23. Azor. tom. 1 lib. 8. cap. 12. quæst. 11. & plures allegans Sanchez lib. 2. in decal. cap. 19. num. 31. meritò vt certum affirmant posse quamcumque Ecclesiam reuocare intra biennium Emphyteusim translatam in Fiscum. Fundamentum sic affirmandi indè sumitur, quia licet negari nequeat, quod in Nouella citata Iustin. dicta facultas reuocandi emphyteusim à fisco fuerit tantum concessa Ecclesiæ Constantinopolitanę, &c. debet tamen extendi
250 ad alias Ecclesias iuxtà Magistralem doctrinam Baldi in Authen. nisi rogati, nu. 13. vers. sed quæro, quando potest esse, C. ad Trabellian. asserentis, quidquid in alicuius Ecclesiæ fauorem statuitur, intelligitur esse ius generale, nisi contrarium inueniatur expressum. Authent. de non alienandis, §. hæc ergo, & tradunt Alexand. l. finita. 15. § si de vectigalibus, num. 36. ff. de damno infecto, & Bursatus cons. 199. lib. 2. num. 6.

251 Quin etiam, quod elapso biennio ecclesia si adhuc non reuocauit emphyteusim. possit aduersus illius lapsum restitui, & sic reuocationem petere, quidquid alij dicant, docent Simanch. dict. tit. 9. numer. 109. Sanchez vbi supra. Vasquez illo cap. 3. num. 23. ac reliqui per eos adducti. Mouentur ex doctrina Baldi, l. pupillorum, 5. fine, C. de repudianda hæredit. & ibi Alexand in fine, Roman. l. si insulam, num. 45 ff. de verborum obligat. & singul. 94. vide Sousam dict. cap. 12. num. 36.

252 Sed quid de melioramentis emphyteusi confiscatæ, seu rei emphyteuticæ additis? Omnes distinguunt, vel sunt addita ante commissum delictum ab emphyteuta vel post, & secundum hanc distinctionem, cum magna probabilitate decidunt, sed præceteris Castrus Palaus ibidem num. 14. benè distinguit, & decidit, vnde accipe eius verba.

253 Hæc omnia, inquit, probabilissima sunt. At credo oppositum in vtroque casu esse dicendum: si enim melioramenta sunt post delictum commissum facta, cum confiscatio non extendatur ad bona futura, vt iam supradiximus, nequit extendi ad melioramenta post delictum, quia extenderetur ad bona futura. Adde confiscationem ipso iure impositam, cum sit

pæna

pœna certa, inspicere tempus commissi criminis, & statum, qui erat in Delinquente tempore patrati sceleris, vt benè comprobat Matienzo lib. 5. compil. tit. 4. l. 3. glossa 7. nu. 6. Ergo commoditates, & melioramenta, quæ tunc habeat Emphyteuta propria (si aliqua habet) ea debent publicari, non ea, quæ delictum subsequuntur.

254 Si autē melioramēta ante delictū sint, facta, ad Dominū directū pertinēt, sicuti pertinent res emphyteusis, quia cum re emphyteutica consolidantur. Ergo sicut ex re emphyteutica non potest emphyteuta deducere pretium, & æstimationem, sed solùm vsum fructuum; ita etiam ex melioramentis factis. Item proprietatem melioramentorum docent omnes ad dominum prædij pertinere; Ergo valor, & æstimatio melioramentorum ad ipsum pertinet secundum proprietatem. Ergo nequit valor, & æstimatio melioramentorum pu-

255 blicari. Adde omnis emphyteusis nisi aliud caueatur expressè, videtur data sub hac conditione, vt melioramenta facta in re emphyteutica ad dominium pertineant; quia ea de causa res maxima fructifera pro minima pensione donatur; & licèt in aliquibus emphyteusis institutionibus hoc exepręsè apponatur, non apponitur, quia necessarium sit, sed vt omnis dubitatio tollatur, & impediatur vsus oppositæ sententiæ probabilis; & ita tenent Simanc. Azor, Vasquez numero præcedenti relati. Atque hactenus Castrus Palaus.

256 Qui nu. 15. subiungit illud prorsus certum, quòd quotiescunque emphyteuta amittit emphyteusim, eo quòd non soluit pensionem, aut aliam conditionem in emphyteusi appositam non adimpleuit, melioramenta ad Dominum emphyteusi spectent. Ita ille cum Molina Theol. disp. 481. concl. 2. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 3. n.

257 25. & Sanchez dict. cap. 19. n. 36. Atque hinc conuincitur ex mēte ipsius Castri Palai, quòd vbi ob culpam emphyteutæ emphyteusis deperditur, melioramenta eius ad Dominum spectent.

258 Tandem est etiam certum, quòd vbi Dominus emphyteusis committit crimen hæresis, aut aliud, ob quòd bona eius confiscantur, tunc etiam confiscari emphyteusim quoad Dominium directum, cùm bonum illius sit, & emphyteutam obligatum esse fisco pensionem soluere; ita Sanchez num. 38. & Castrus Palaus nu. 16.

259 Superest aliquid dicere de feudo quoad confiscationem, & quidem indicauimus eius naturam, & quantam similitudinem habeat cum emphyteusi, seu potius aliquando identitatem. Vnde de feudo, & de emphyteusi eodem modo loquuntur Doctores, præcipuè Cardinal. in Clemen. Nolentes de hæreticis, vers. Inquisitoribus, Bernard. Diaz, pract. cap. 131. num. 4. & Alexand. in l. finita §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto, col. 11. & 12. Itaque omnia ferè, quæ circa emphyteusim à nobis decisa sunt, de feudo parimodo intelligenda, maximè primum, quòd quando feudum directum non est transitorium ad hæredes extraneos, neque ad Fiscum transire possit. Ita Simanch. dict. tit. 9. n. 120. Pegna 3. par. direct. quæst. 112. Comment. 161 vers. quòd si clericus, & cum alijs, quos refert Farinac. dict. quæst. 25. nu. 71.

260 Est tamen dubium, cuinam tunc sit applicandum feudum, cum alia omnia feudatarij bona confiscantur? Cū distinctione benè resoluunt Rolandus, cons. 15. nu. 1. & seqq. volum. 4. Bossius in tit. de bonorum publicat. nu. 53. & 54. in fine, Farin. referens alios quæst. 25. nu. 78. & Castrus Palaus dict. disp. 5. punc. 9. nu. 3. nempè si delictum, ob quod confiscantur bona sit nommissum à feudatario aduersus feudi dominum, ad hunc illud deuolui, quouis modo feudum fuerit concessum. Nam sub hac conditione videtur à principio concessio eius facta, vt in casu ingratitudinis cōtra dominū, ad ipsum dominū reuertatur.

261 Sed merito limitant hoc ijdem Rolan. Farin. & Castrus Palaus, citans pro hac limitatione Clarum, §. feudum quæst. 66. nisi scilicet ex tenore institutionis feudi constaret concedentem illud noluisse, vt vnius delictum alteri noceat: vt si in ipsa inuestitura exprimatur: Concedo de vno in alterum, vel concedo omnibus principaliter, siue insolidum; vel concedo attētis meritis singulorum; vel concedo generi tuo. Nam tunc cùm omnes per se, & æque principaliter attendantur, & tanquā successores instituentis, & non vti successores primi inuestiti, ideo vnius delictum nequaquam alteri nocet.

262 At si publicatio bonorum feudatarij fiat non ob delictum contra dominum, sed ob alia delicta, resoluit optimè Castrus Palaus dict. punc. 9. nu. 4. his verbis. Tunc inquit distinguendum censeo si tibi sit cōcessum castrum in feudum hæreditarium, vt ex te, tanquam ex radice ad hæredes deueniat, domino deuoluitur; secùs verò si tibi, & tuis cognatis æque concessum sit, quia tunc non domino, sed cognatis deuenit, eoquod omnes cognati non ex iure à te accepto, sed ex iure accepto à primò instituente, & concedente feudum, succedant: sic pluribus relatis docet Farinac. quæst. 25. nu. 87. 88. hæc ille.

263 Occurrit expendendum aliud dubium, an saltem vsus fructus, commoditates dicti feudi ad Fiscum spectent, durante vita delinquentis feudatarij? Diuisi sunt circa hoc inter se doctores: partem affirmantem tenent Gigas cum pluribus, quos refert, de crim. lęsę Maiestatis, lib. 2. tit. de pęnis committent. crim. læsæ maiest. q. 5. nu. 3. & seqq. Menoch. de recuper. possess. rem. 9. num. 260. Albert. in tract. statutor. 3. par. quæst. 16. & Matth. de Afflictis, in tit. quæ sint regalia, §. & bona committ. col. 1. n. 5.

264 Ra-

264 Ratio est quia Vassallus potest durante vita commoditates, & vsusfructus feudi alienare secundum omnes in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. Docentq; Roland. cons. 80 n. 13. lib. 1. Clarus, §. feudum, q. 31. vers. successiuè, & alij; sed ea, quæ possunt contractu alienari possunt, & delicto ergo &c.

265 Partem verò negantem, quòd non competant Fisco, sed ei ad quem feudum spectat, tuentur alij vt Bossius, in tit. de bonorum pnblicat. num. 53. Alexand. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto. Farin dict. quæst. 25. nu. 68. asserens ibi hanc esse communem, & in praxi seruandam, ac Pegna 3. par. direct. qu. 112. comment. 161. vers. mihi quandoque in fin. ducuntur ea ratione, quia feudi fructus feudum comittantur; ergo si feudum ad alium pertinet confiscatis bonis delinquentis feudatarij ad illum & fructus pertinere debent.

266 Has inter extremas sententias sub distinctione mediam viam benè tenet Castrus Palaus ibidem nu. 5. asserens iuxta tradita de emphyteusi, si feudum vltra tacitam prohibitionem alienandi à iure iniunctam, denuò prohibeatur exprèssè ab institutore, vt si exprimat in institutione, se velle, vt ea bona nullo modo exirent ex sua familia, vel semper in ea permanerent, quòd in hoc casu, absque dubio non ad Fiscum, sed ad successorē feudi fructus
267 deueniant. Quòd si solum tacita alenandi feudum prohibitio adsit, probabile iudicat ipse Castrus, quòd ad Fiscum pertineant durante vitam delinquentis. Nam prohibitio alienandi solum tacita non videtur impedire translationem feudi durante vita feudatarij, sed tantum impedit translationem post vitam, aut in perpe-
268 tuum. Tribuit autem ipse Castrus huic doctrinæ non certitudinem, quam tribuerat in simili casu Emphyteusis, sed tantum probabilitatem, ostendens differentiam inter Emphyteutam, & feudatarium, quia hic ex natura feudi iurare debet fidelitatē domino præstare, & ad seruitium personale, potiusquam reale obligatur; quæ onera non videntur in Fiscum transferri posse, ac proinde nec feudum.

269 Quid tandem de feudo, quoad hæredes extraneos ex vi institutionis transire potest? Breuissimè resoluo cum Roland. cons. 29. num. 17. volum. 3. Menoch. de recuper. possess rem. 9. nu. 251. Bossio in tit. de publicat. bonorum num. 20. & 53. Farin. tom. 1. quæst. 25. nu. 71. vers. Vnde Castro Palao d. pun. 9. n. 6. & cum alijs, quos ipsi citant, quod in hoc casu confiscatis ob crimen hæresis, &c. bonis feudatarij, transeat feudum ad Fiscum. Ratio sępius iam adducta, quia quæ transeunt ad hæredes extraneos (eueniet sic in feudo, si fundans ipsum in fundatione dicat feudatario; sit tibi datum, & quibus tu dare velis) ad Fiscum transire valent. Quamquam limitans idem Castrus ita concludit.

270 Hoc tamen, inquit, intelligendum est, quando Vassallus potest de feudo liberè disponere non posset absque domini licentia; quia ratione huius prohibitionis nequit delinquendo, sicut neque contrahendo feudum alienare, sed facta publicatione, feudum ad dominum reuertitur, & dominium vtile cum directo solidatur: sic clarus, §. feudum, quæst. 84. versic. secundùm autem. Bossius, tit. de publicatione bonorum, nu. 54. Farin. nu. 72. hæc illi, quibus Regula terminantur.

Num fideicommissum, & maioratus ob crimen hæresis, &c à possessore, aut institutore eius patratum confiscari possint? & quatenus?

REGVLA CCCCLXIV.

271 Bona fidei cōmisso subiecta, vel alienari prohibita confiscari nequeunt, vbi testator prohibuit alienationem in fauorem alterius à delinquente, & vbi prohibitio alienationis est perpetua, nisi ille prohiberet eam pro vita tantum delinquentis: qui fidei commissum retinere potest, quousque per sententiam declaretur, quæ magis innotescēt propositis obie-
272 ctorum solutionibus: Dein non publicatur maioratus siue ex proprijs bonis, siue ex datis à Rege institutus, licēt sub titulo maioratus dētur iuxta placitum pro-
273 babilius. Si item in concessione regia, qua maioratus instituitur, fiat expressio vt transeant ad Fiscum possessore eius crimen læsæ Maiestatis committente, tunc confiscatur, secùs si in illa non sit expres-
274 sum. Maioratum verò si quis instituat ex bonis habitis, quando patrauit delictum confiscatione dignum, institutio est nulla,
275 & talia bona publicantur. Casu deniq; quo maioratus ob crimen institutoris, aut possessioris non confiscatur in perpetuum, confiscantur fructus eius, vitæ il-
276 lorum durante. Dicta, & dicenda infra de maioratu, pari modo de Regno, aut de simili intelliguntur.

---

277 Prima pars doctrinæ huius Regulæ, quòd bona fidei commisso subiecta, aut alienari prohibita sub confiscationem non cadant, constat ex textu expræsso in l. Imperator, ff. de fidei commiss. libertat. & ibi Bart. nu. 1. Clarus pract. quæst. 78. vers. Saltem quæro. Molin. Theol. tom. 3. disp. 556. n. 2. & cum multis relatis Farin. tom. 1. quæst. 25. nu. 22. Ostenditur efficaciter, quia relinquens bona fidei commisso subiecta, cum liberam habeat disponendi de suis bonis facultatem, l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petitione hæredit. non relinquit ea absolutè, sed sub conditio-

ne

ne, ne ea alienari possint, ergo non cadunt sub confiscationem.

278 Quin etiam ea relinquit sub conditione vt non possint diuidi, quia quisquis ea diuidit, necessariò alienat, & diuisio in se est quædam alienatio, l. si pupillorum ff de rebus eorũ, ita Rolan. cons. 84. n. 30, vol. 1. Farin. alios referens ibidem, n. 31. Sanchez lib. 2. in decal cap. 15. n. 17. & Castrus Pal. dict. disp. 5. punc. 6. nu. 1. Confirmatur sic, quia si alienare quis non potest Contrahendo in præiudicium alterius, nequibit etiam alienare delinquendo in ipsius prę iudicium l. si filius, C. de bonis proscriptorum ergo ob crimen hęresis, etiam non possunt alienari, nec diuidi, neque in fiscum transire bona fidei cõmisso subiecta.

279 Verùm intelligitur cum limitatione, vt habent locum, quando à testatore prohibetur fieri alienatio in fauorem cuiusuis excepto delinquente: et hoc semper sic euenit in fidei commisso, casu quo aliqui sunt vocati. Si enim nullus detur substitutus, nec aliqui vocentur à testatore apparet manifestè, quod in fauorem delinquentis possessoris fidei commissi sit facta ab illo prohibitio alienandi, ac proinde tunc fidei commissum ad fiscum transit, cum propter delictum fauor ille deperdatur. ita Farin. dict. quęst. 25. num. 46. et 47. Sanch. dict. cap. 18. n. 5 ac plures quos ipsi adducunt.

280 Quid quod dicta limitatio vera existit quamuis testator expresè disponat, vt nullo modo ea bona fideicommisso affecta ad fiscum transeant. Nam talis dispositio cum faueat delinquenti, et in fraudem fisci sit facta, nequit impedire translationem illorum in fiscum. Docent ijdem Farin. nu. 47. et Sanch. n. 7. facitque pro hoc textus in l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1.

281 Hinc cum ipso Farin. ibidem n. 49 Castrus Palaus benè deducit, si delinquant omnes, quorum intuitu facta fuit prohibitio à testatore alienandi bona fidei commisso subiecta, tunc ea transire ad fiscum, nam cessat inconueniens, quod poterat insurgere damnificandi scilicet innocentia ex tali transitu.

282 Debet autem intelligi supradicta doctrina de Alienatione in perpetuum. Si enim fiat ad tempus, nempe durante delinquentis condemnati vita, absque dubio potest ea non obstante, transire ad fiscum eatenus vt hic percipiat commoditatem & vsumfructum, quem damnatus percepisset, cum in hoc nulla fiat innocenti iniuria. Pro quo ad sunt expresè textus decidentes in l. statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci, in l. cum pater §. hæreditatem, ff. de legat. 2. & in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trellian. & ibi Alexand. Bart. & alij, traduntque cum multis relatis Farinac. dict. qu. 25. num. 34. & Sanchez ibidem nu. 8. qui dicit esse communem omnium.

283 Moderationẽ tamen subiungit Castrus Palaus loc. cit. n. 3. quod debeat intelligi, quando fidei commisso non additur à testatore expressa alienationis prohibitio extra familiam si enim talis prohibitio fiat, vti probabilius ipse benè defendit non posse tunc vsumfructum in fiscum transire ob eã rationem, quòd nequeat iste vsus fructus ad fiscum pertinere, quin bona sint in ipsum fiscum alienata: at eo ipso quòd alienata sunt, secundum expressam testatoris dispositionem transeunt in substitutum; ergo ad hunc spectat tunc vsusfructus. Plura affert doctrinaliter in confirmationem idem Castrus, vide apud ipsum.

284 Est autem hoc etiam certum, vti Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 4. Sanchez dict. cap. 18. nu. 30. & Castrus Palaus ibidem. nu. 5. benè notarunt, quod fidei commissum transeat ad substitutum post delicti declarationem, & sententiam latam contra delinquentem, & quod hic vsque ad illud tempus possit ipsum retinere; cum testator solum voluerit, ne extra familiam trãseat, & non transit, dum delinquens possidet. Lata vero sententia declaratoria retrotrahitur dominium à die commissi criminis, & transfertur cum bonorum fructibus &c.

285 Denique pro confirmatione prædictorum circa fideicommissum, respondendum, aliquibus obiectionibus, quę fieri solent. Primo obijcitur, quod nequeat testator impedire, quin sit locus dispositioni legum, l. nemo potest ff. de legat. 1. sed si patrato delicto impediat, ne bona confiscationi subiaciant, impedit legis dispositionem, quæ bona delinquentis fisco ap-

286 plicat, ergo, etiam. Respondetur, non posse impedire testatorem quin sit locus dispositioni legum: Negatur tamen impedire, eo quod ante commissum delictum in suo testamento ordinet, vt si de facto delictum perpetretur, bona illa delinquẽtis ad alterum veniant. Nam lex tantum statuit, vt bona delinquentis, quę eius sunt, quando committit delictum, ad Fiscum transeant: Sed illa bona iam desinũt esse delinquentis ex ordinatione testatoris, cum ipse delictum perpetrat, ergo Merito ex vi eiusdem ordinationis successori & non fisco applicantur. Docent. Anton. Gomez l. 40. Taur. nu. 9. Molin. Iesuita. to. 3. disp. 656. n. vlt. Farinac. dict. q. 25. nu. 23. Sanch. dict. cap. 18. à n. 25. & alij.

287 Secundo obijcitur, quod huiusmodi dispositio testatoris videatur esse in præiudicium fisci, & propterea nulla, argum. textus in l. filiusfamilias a 17. §. diui el. 2. ff. de leg. vbi Ripa n. 52. Respondetur negando esse illa dispositionem in fisci præiudicium, cum hoc esse nequeat, vbi non tollitur inquisitum, nec dicendum esse in præiudicium fisci eam testatoris dispositionem, qua cessante, ille erat acquisiturus ius ex delicto; alias in quouis fidei cõmisso

misso tale præiudicium reperiretur, quod non est dicendum cum vnicuique liberum sit de suis bonis disponere, & vtens iure suo, nulli in hac dispositione iniuriam facit. Ita Castrus Palaus dict. punc. 6. nu. 6. & 7. vbi plura vide.

288 Tertiò obijcitur, quod taciti, & expræssi idem iuris sit, l. de quibus, in fine, ff. de legib. & l. cùm quid, ff. si certum petatur, & copiosè Aeueræ; loco ab expresso ad tacitum nu. 1. ergo cum prohibitio alienationis tacita, quæ in quouis fidei commisso reperitur, non impediat Fiscum percipere vsumfructum fideicommissi, neque etiam expræssa illius prohibitio impedire poterit. Ita ob hanc rationem defendunt multi relati à Sanch. dict. cap. 18. nu. 14. præcipuè Ant. Gomez l. 40. Tauri. nu. 91. Peregrin. de iure Fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 101. & Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 9.

289 Verùm concesso, quod taciti, & expræssi idem iuris sit, vbi tacitum loco expræssi, & loco taciti expræssum succedit; aliter tamen se habet, quando expræssum tacito superadditur, vt fit in casu præsenti; nam duplex prohibitio, nempè legis, & hominis plus operatur, quam sola simplex, cap. cum ad verum, & ibi Glossa de conditionibus appositis. Atque hoc vt certum prorsus tradunt Farinac. cum pluribus, quos citat, dicta quæst. 25. num. 36. & 37. ac Castrus Palaus, dict. punc. 6. n. 7. apud quem circa hoc plura legas.

290 Sequitur agendum de maioratibus, qui sunt peculiaris species fideicommissi, an, & qualiter confiscari possint? Non desunt, qui absolutè, & vniuersaliter teneant, si publicentur bona alicuius ob crimen publicatione dignum, præcipuè hæresis, in ea compræhẽdi maioratum quemcunque. Ducuntur indè, quia sub ista tacita conditione censentur institui, & à Principe ipsius institutio approbari, secùs repelli. Ita Simanch. de Cathol. Institut. tit. 9. à nu. 253. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 7. & 13. atque alij.

291 Pro legitima tamen, & completa decisione, distinguendum de multiplici maioratu, vt distinguunt auctores citandi; primo de maioratu instituto ex proprijs bonis alicuius, vel ex bonis donatis à Rege; Secundò de instituto cum licentia ipsius Regis, aut sine ea: Tertiò de maioratu confiscando, vel secùs ob crimen commissum à præsenti eius possessore, aut ob commissum à primo ipsius institutore.

292 Maioratus itaque si ex bonis particularibus alicuius sit institutus secundum dispositionem tantum iuris communis, concedentis cuilibet non habenti hæredes necessarios disponere de proprijs bonis, prout sibi placuerit, & licet quiuis alius à primo instituente possidens ipsum, committat crimen hæresis, vel aliud dignum omnium bonorum confiscatione, sub ista confiscatione, sub ista nequaquam compræhenditur. Ita Ant. Gomez l. 40. Tauri nu. 91. Molina de primogen. cap. 2. nu. 10. noster Molina tom. 3. disp. 657. à num. 3. & disp. 582. nu. 1. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 4. à num. 30. Sanch. dict. cap. 18. n. 36. & Castrus Palaus dict. punc. 6. nu 8. vers.

293 cæterum hæc. Probatur efficaciter, quia Fiscus tantum sumit bona delinquentis, quatenus delinquentis sunt. Sed hic maioratus non est delinquentis absolutè & in perpetuum cùm solum dum viuit, illum habeat, & post obitum addictus sit alijs cognatis ex dispositione primi instituentis, ergo tantum pro tempore vitæ delinquentis confiscari potest, nimirum quoad fructus, & commoditates.

294 Confirmatur, quia ex vi iuris communis, quæcunque fideicommissa, etiam ob crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, nec alienari in perpetuum, nec confiscari possunt, sed nullus est textus, qui maioratum ob tale crimen huic confiscationi subijciat, imò plures sunt textus qui ab ea maioratum eximant, ergo, &c. Patet ex l. iura libertorum, ff. de iure patronatus, l. eorum, ff. ad l. Iuliam Maiest. & cap. Fęlicis, §. si qua verò feuda, de pœnis in 6. & ex alijs adductis à Castro Palao citato, qui benè respondet ijs, quæ videntur opponi, vide ipsum.

295 Sed quid si maioratus sit institutus ex bonis à Rege, seù Principe donatis? Circa hoc duo sunt certa, & vnum valde controuersum: Primò certum est, si bona aliqua donet Rex tibi, non sub titulo maioratus, sed vt ex eis ipsum instituas, & postea possidens illum committat crimen hæresis, vel aliud omnium bonorum confiscatione dignum, haud quaquam confiscatur maioratus in perpetuum, sed transit ad vocatum sequentem, quia ille possessor delinquens non accepit illum à Rege, sed à te primo institutore. Ita Molina iuris consultus de primogen. lib. 4. cap. vltimo nu. 48. Sanchez dict. cap. 18. num. 37. & Castrus Palaus ibidem nu. 9.

296 Secundò certum est, si bona sint à Rege donata sub titulo maioratus in perpetuum, & commisso delicto per possessorem digno confiscatione, & hæc debeat fieri non à Rege, sed à Summo Pontifice, vti de facto fit in crimine hæresis applicans bona confiscata Ecclesiæ Fisco, nullo modo potest Papa maioratum in perpetuum publicare, sed tantum pro vita delinquentis, quoad fructus, & commoditates. Ostenditur inde, quia nequit Pontifex priuare innocentes iure suo succedendi in maioratũ, cum ab ipso Pontifice nec datus, nec institutus fuerit sub ea cõditione. Ita Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 4. nu. 28. & 29. Sanchez dict. cap. 18. nu. 40. & Castrus Palaus dict. num. 9.

297 Est autem valde controuersum, quid si bona sint donata à Rege iam sub iure, seu titulo

titulo maioratus instituti ab ipso, & aliquis ex possessoribus crimen læsæ Maiestatis humanæ perpetrat? Grauissimi Doctores tuentur ea bona ad Regis Coronā deuoluenda esse, & in perpetuum publicanda. ita Molina lib. 4. de primogen cap. vltim. num. 40. & 46. cum seqq. noster Molin. tom. 3. disput. 660. num. 1. Vasquez 1. 2. disput. 168. cap. 4. num. 28. & Sanch. dict. cap. 18. num. 37. Ducuntur, quia hæc tacita conditio donatis à Rege videtur inesse, vt si aliquis illorum possessor Regem offenderit, statim ad Coronam deuoluantur.

298 Confirmatur à simili ex feudo, cuius Dominum si feudatarius offenderit, exclusis agnatis ad ipsum Dominum reuertitur, quia sub hac conditione fundatur, cap. 1. §. si Vassallus, si de feudo fuerit controuer. domin. & agnat. & cap. 1. §. denique, quæ fuit prima causa beneficij amitt. & quidem sic expedit vti rationi consonum ob ingratitudinem donatarii aduersus donantem. cap. si propter extra de donationibus l. fin. C. de reuocand. donat. & ibi Glossa. Comprobat multa adducens ex legibus Castellę, & Lusitaniæ, Castrus Palaus dict. punct. 6. num. 10 videas apud ipsum.

299 Nihilominus ipse Castrus, cui adhæreo, probabilius indicat, quod bona maioratus à Rege donata ob crimen quoduis confiscatione dignnm nequeant in perpetuum publicari, ita absolutè tenet Cregor. Lopez leg. 2. verb. mandas, quæst. 2. titul. 2. part. 7. inclinat in idem Anton. Gomez l. 41. Tauri, circa finem, versic. neque obstant, & admittunt, vt probabile in vtramlibet partem Molin. iurisconsultus loc. cit. num. 43. & Sanchez ibidem num. 37. Ostenditur inde, quia in iure nullus est textus expressus hanc confiscationem maioratus, seu bonorum ipsius à Rege donatorum perpetuam in-

300 iungens. Nec valet argumentum à simili desumptum ex feudo, quia in hoc tunc solum est locus confiscationi, cum committitur felonia, idest rebellio, & offensio in dominum feudi, qui ob talem offensionem vindicat sibi feudum, quamuis in sequentium vocatorum præiudicium, vt hoc modo vindicet iniuriam sibi illatam ex concessione iuris. capit. 1. §. denique, quæ fuit prima causa benefic. amitt. &c. Sed hoc non sic euenit in maioratu, cum huius possessor habeat dominium directum, & vtile, nullo iure in instituente relicto. lege plura si lubet pœnes citatos Sanchez, & Castrum Palaum.

301 Prædicta item intelliguntur de Maioratibus ex donatione Regia, aut aliundè institutis, sine expressa Regis facultate. Si hanc tamen Rex concesserit ad illum instituendum, sub ea conditione, vt si aliquis ex possessoribus sic instituti Maioratus crimen confiscatione dignum patrauerit, eo ipso in sequentes non transeat successores, sed in Fiscum, nullum dubium, quod tunc bona talis maioratus à puncto commissi criminis fisco applicata existant; quia instituens maioratum sic disposuit; quæ dispositio legitima est, & sustinenda, cum bonis motibus faueat, & maioratus possessores à committendo delicto retrahat. ita Gregor. Lopez leg. 6. que la no pudiesse, qu. 2. tit. 11. par. 6. Molin. de primogen, lib. 2. cap. 2. Noster Molina disputat. 657. numer. 2. Sanchez dict. cap. 18. num. 41. Castrus Palaus nu. 12. & alij.

302 Hinc benè deducunt noster Molina ibidem, Sanchez num. 45. & Castrus Palaus dict. num. 12. quod vtens facultate Regia continente supradictam clausulam, nequeat instituere maioratum sub hac opposita conditione, vt si aliquis ex successoribus tractet de crimine contra Maiestatem diuinam, aut humanam, vel contra naturam hora antecedenti transeat ad primò vocatum; quia hoc esset eludere Fiscum, & regiam facultatem.

303 E contra verò si in facultate regia omittatur clausula illa de applicando maioratum Fisco propter crimina supradicta certum prorsus est, quod non debeat Fisco applicari, sed ad successores transfire. ita Anton. Gomez l. 40. Tauri numer. 91. Vterque Molina iurisconsultus de primogen. lib. 4. cap. vltimo. numer. 65. & Theologus disput. 657. num. 2. versicul. quando, Sanchez dict. cap. 18. num. 43. & Castrus Palaus dict. punct. 6. numer. 13. Probatur, quia huiusmodi facultates aliquando cum illa clausula, aliquando sine

304 illa conceduntur. Et licet frequentius cum illa, vno, vel altero modo fiat concessio, non debet suppleri id, quod frequentius accidit, sed potius, vt omissum reputandum est, & ad ius commune redactum, l. commodissimè, ff. de liberis, & posthumis. itaque si facultas datur à Rege instituendi Maioratum, & in ea non apponitur clausula, vt ob crimen confiscatione dignum Fisco applicetur, relinquitur dispositioni iuris communis, quo attento nulla est talis applicatio.

305 Sed quid si non constet. num maioratus ex Regia facultate, an sine ea institutus sit? Simanch. de cath. Instit. titul. 9. num. 275. vult. ex regia facultate institutionem eius existere, & illam fuisse concessam sub dicto onere, vt ad Fiscum transeat, si à possessore eius delictum confiscatione dignum committatur.

306 Melius tamen defendunt Molin. lib. 4. de primogen. cap. vltim. num. 70. & copiosius lib. 2. cap. 2. à num. 18. Noster Molina tom. 3. disput. 657 num. 2. in fin. Vasquez 1. 2. disput. 169. num. 42. Sanchez dict. cap 18. num. 53. & Castrus Palaus dict. punct. 6. num. 14. quod fuerit in-

institutus sine facultate regia, ac propterea non subiaciat publicationi. Nam institutio quæuis ex communi iure censenda est fieri, vbi de priuilegio non constat. Confirmatur, quia priuilegium consistit in facto, quod non præsumitur, nisi probetur. l. in bello, §. factæ, ff. de captiuis; tum quia maioratus ex iure communi institutus vtilior est possidenti, vti securior ab omni alienatione, & translatione in Fiscum.

307 Hinc rectè deducit idem Castrus, num. 15. sequentibus verbis; Ex quo, inquit, fit, si aliquis instituat maioratum ex facultate regia, quem poterat ex dispositione iuris communis, & legibus regijs instituere absque vlla facultate, vt quia in bonis liberis instituit, si habuit descendentes in tertia; & quinta parte suorum bonorum iuxta leg. 27. Tauri, & si habuit ascendentes in tertia, censendum esse instituisse ex dispositione iuris communis, & non ex regia facultate, ac proinde non esse confiscationi subiectum: sic docent Ant. Gom. l. 40. Tauri num. 91. circa finem. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 2. num. 10. Noster Molin. tom. 3. disp. 582. num. 2. & disputat. 657. num. 6. Sanchez lib. 2. capit. 18. numer. 47. Vasquez 1. 2. disput. 169. numer. 39. fine.

308 Ratio est, quia quando actus ex iure communi, atque speciali fieri potest, semper præsumendus est ex iure comuni fieri, & non ex iure speciali, l. quamquam, C. de testament. milit. plura circa hoc apud ipsum legas.

309 Non exiguá item extat controuersia circa illud, habens ne descendentes, & ex facultate regia instituens Maioratum ex omnibus suis bonis, cum non possit sublata facultate maioratum instituere, nisi in tertia, & quinta parte suorum bonorum, censeatur talis maioratus institutus ex facultate Regis, ac proinde confiscationi subiectus, etiam quoad illam partem in qua poterat absque facultate instituere? Partem negantè tenent Noster Molina, tom. 3. disp. 582. n. 3. vers. illud est. Gregor. Lopez l. 6. verbo, que la non pudiesse, qu. 6. tit. 11. par. 6. & Sanchez dict. cap. 18. num. 50. Ducuntur, quia non præsumitur aliquis vti priuilegio, nisi quatenus sibi necessarium est, aut conueniens. sed ad confirmandum maioratum in ea parte, in qua secluso priuilegio, poterat Maioratum instituere, non est necessariũ, neque conueniens tale priuilegium, imò conuenientius est ex iuris dispositione esse institutum; ergo sic iudicari debet esse institutum. Vnde hoc probabile est.

310 Verum Anton. Gomez l. 40. Tauri, nu. 91. ad finem oppositum defendit, affirmans totum maioratum censendum esse institutum ex facultate regia, quia hæc sola omnem illam dispositionem instituendi talem maioratum comprehendere potest, & cum huiusmodi dispositio in se appareat indiuisibilis, non videtur posse concedi, vt pars aliqua facultati regiæ correspondeat, & pars alia iuris priuilegio. ob vim huius rationis iudicat benè Castrus Palaus dict. punct. 6. num. 17. hoc esse probabilius, imò aliquando omnino certum, vide quando, & qualiter apud ipsum.

311 Superest aliquid dicere de confiscatione maioratus ob crimen commissum ab institutore eius, circa quod sub distinctione breuiter sic resoluimus: si maioratus instituatur post delictum, cui est confiscatio ipso iure annexa, atque de bonis tempore delicti habitis; nequaquam extat firma eius institutio, quouis modo hæc fiat, siue testamento, siue contractu, nec per ipsam impeditur confiscatio, cum sit facta de bonis fisco obligatis. Vnde post declarationem delicti perit institutio, & maioratus in perpetuum publicatur. Tradunt vt prorsus certum Vasquez 1. 2. disput. 169. num. 39. Matien. leg 3. tit. 4. lib 5. recopil. Gloss. 7. num. 2. & 3. Sanchez dict. cap. 18. num. 60. & Castrus Palaus punct. 7. num. 4.

312 Bona item quando non publicantur ipso iure, sed per sententiam sunt publicanda, si institutio maioratus fiat in testamento, vel codicillo ex bonis habitis tempore delicti, est omnino certum, quod maioratus confiscari possit. Si verò ex bonis post delictum acquisitis, attento iure communi, institutio eius nullius est valoris. Patet ex l. eius qui §. si cui, ff. de testamen. vbi committens delictum, cui pœna mortis, deportationis, aquæ, & ignis interdictionis, bonorum amissionis imponitur, priuatur facultate testandi, ibi Neque illud testamentum valet, quod antea fecit, neque id quod postea, facit etiam pro hac l. 15. tit 1. par. 6. & tradit ex communi omnium sententia Castrus Palaus dict. punct. 7. num. 5. qui sic subiungit.

313 At spectato, inquit, iure nostro regio valet institutio, neque confiscationi subijcitur, vt constat ex l. 4. Tauri, quæ est l. 3. tit 4. lib. 5. compil. & tradit optimè ex Tello, & alijs Molin. de primogen. lib. 4.

314 cap. vltim. num. 20. & 21. Quod si contractu irreuocabili instituatur, antequam de delicto condemnetur institutor, tenet institutio, neque confiscationi subijcitur, quia illa bona cum non sint Fisco obligata, tanquam de omnino liberis disponere potest, & fauet l. post contractum, ff. de donationib. Sanchez lib. 2. cap. 18. num. 61. Noster Molin. tit. 3. disp. 659. num. 1. hæc ille; apud quem vide limitationem, quam addit, nempè nisi fiat contractus in fraudem Fisci, & alia hoc aliqualiter spectantia; quæ omitto, nè nimis diffundar.

315 Ex primo tandem illud aliquantisper, quod propè finem Regulæ attigi, nimirum

rum quotiescunque propter crimen insti-
tuentis (idem dictum iam supra de possi-
dente) non confiscatur maioratus in per-
petuum, veniunt publicandi fructus, &
commoditates eius, vita instituentis du-
rante. Tradunt Sanchez dict. cap. 18. nu.
68. & Sousa lib. 3. Aphor. cap. 12. num. 22.
Qui prius num. 13. de indicato à nobis in
fine Regulę sic asseuerat.
318 Pro vltimo huius Regulę termino in-
seruiet id scitu dignum, quod adducit ip-
se Sousa cum alijs dict. cap. 12. num. 15. his
verbis. Quando, inquit, bona maioratus
publicantur in perpetuum, licitum est so-
lo æquari principalem domum maioratui
subiectam; secus autem si in perpetuum
non publicentur, nisi fiat maioratui com-
pensatio valoris domus Molin. Soc. dict.
disput. 657. num. 5. & Sanchez dict. cap. 18.
num. 56. ita ille.

Peculia quæuis, & legitima filij familias ob eius hæresim, vel aliud delictum, an & qualiter confiscationi subiaciant?

REGVLA CCCCLXV.

319 Tametsi legitima, & peculium tam
aduentitium, quam profectitium
filijsfamilias ob quoduis delictum ab eo
commissum iuxta probabilius placitum,
nunquam confiscanda veniant, quidquid
alij diuersimodè limitando dicant; si ta-
men crimen læsæ maiestatis humanæ, &
diuinæ, vel etiam alicubi crimen contra
naturam ipse perpetret, prædicta bona
publicantur, saltem quoad proprietatem;
secus quoad vsumfructum, qui ad patrē
320 spectat. Peculia verò castrensia, vel
quasi castrensia probabile est publicari ob
crimen quodcunque publicatione dignū:
probabilius censetur oppositum, quod
non fisco, sed patri talia bona deferri de-
321 beant. Quæ doctrina extenditur ad ca-
sum (Excipe in crimine læsæ maiestatis
&c.) quo filius familias est vxoratus, &
habet filios, dommodo adhuc sub patria
sit potestate.

---

322 Hoc etiam loco expedit prius ex-
plicare terminos, & primò na-
turam vniuscuiusque peculij pro rei præ-
sentis indigentia ostendere, & secundo
qualiter pater, ac filius in his peculijs ali-
quid iuris habeant, sed à labore nos libe-
rat Castrus Palaus dict. disput. 5. punct. 10.
num. 1. & 2. hæc ex iure, & ex communi
auctorum doctrina perspicuè, & com-
pendiosè ostendens audi eius verba.
323 Præmittendum, inquit, est, quæ sint
& quod iuris pater, & filius in eis habeant
Peculium profectitium est, quod filiofa-
milias prouenit à parente viuo, vel cau-
sa parentis principaliter donatur; colligi-
tur ex §. igitur, versic. sancitum est. Insti-
tut per quas personas nobis acquirat. l.
cum oportet, in princip. iuncta glossa,
verbo ex illius substantia. C. de bonis, quæ
324 liberis. Aduentitium est, quod filio do-
natur, non quidem à patre, sed ab alijs;
neque in gratiam patris, sed in gratiam
ipsius filij donatur. Item quod filius la-
borę suo, & industria, extra militiam ac-
quirit, est aduentitium. Item hæreditas
matris patre superstite, quia hoc ius so-
lum patriæ potestati defertur: Colligitur
ex supradicta l. cum oportet, & ex supra-
dicto §. igitur. ita ille de peculijs profe-
ctitio, & aduentitio, & prosequitur
sic.
325 Castrense peculium est, quod filio ac-
quiritur occasione Militiæ, vel obsequij
Principis in Palatio l. Castrense. ff. de Ca-
strensi peculio, lib. 12. Item quicquid his
acquisitis lucratur, Castrense debet dici.
l. 1. C. de castren. pecul. lib. 12. Ad idem
326 est, quod ex beneficio Ecclesiastico ac-
quiritur; quod vocatur quasi castrense. &
quod acquiritur post clericatum, etiam si
alias esset aduentitium, authen. Præsby-
teros, C. de Episcop. & Clericis, quia
clerici sunt milites spirituales. Item quod
327 acquiritur officio publico alicuius artis
liberalis, Iudicis, Aduocati, Cathedra-
tici, Tabellionis, Procuratoris &c. l. Ad-
uocati C. de aduocat. diuersor. Iudic. Item
libri donati, occasione studendi has facul-
tates à quocunque donati sint. Adde
328 quę solum liberalitate Principis fuerint
donata: & generaliter quoties aliquid fi-
lio donatum est, ea conditione, ne Pater
habeat vsumfructum, quasi castrense di-
citur, quia castrensium bonorum priuile-
gia habet. Et idem est, si donatum sit Pa-
tre contradicente, quia non videtur æ-
quum, vt ex illo pater commodum re-
portet. l. vltim. § sin verò pater, C. de bo-
nis, quæ liberis. ita ille, & subdit.
329 Eadem mensura iudicandum est de
vsufructu alicuius rei filio relicto; quia
tunc ad patrem non pertinet, eo quod
vsusfructus non detur alius vsusfructus,
sicut nec seruitus seruitutis, l. 1. ff. de
vsufructu legato. Denique si pater in hæ-
resim incidat, filius efficitur sui iuris, cap.
2. § fin. de hæreticis in 6. & acquirit vsum-
fructum in bonis aduentitijs, quia
vsusfructus tunc consolidatur cum do-
minio directo, vt dicemus. Legitima au-
330 tem est pars hæreditatis debita filio

mortuo parente: in his omnes doctores conueniunt, Vide, Syluest. verb. peculium, Nauarr. cap. 17. num 142. Molin. Iesuit. disput. 9. & 250. & sequentibus, vbi hæc optime explicat, Lessium lib. 2. cap. 4. dub. 3. hactenus Castrus Palaus de primo; quoad secundum sequitur.

331 Filius ergo, inquit, nullum dominiũ directum, neque vtile habet in peculio profectitio, sed totum penès patrem residet; quare neque illud alienare potest, neque in proprios vsus conuertere, nisi

332 iuxta patris præscriptum. In peculio autem aduentitio habet filius proprietatem, sed non vsumfructum, neque administrationem: administratio enim, & vsusfructus patri deferuntur, Quapropter patre non consentiente, nequit filius hæc alienare, aut de his disponere, benè tamen potest donare causâ mortis patre cõsentiente ex l. tam is, 25. ff. de mortis causa donat. Testari tamen non potest, nisi ad pias causas, cap. licet pater, de sepulturis

333 in 6. In peculio autem castrensi, aut quasi castrensi habet filius proprietatem, vsumfructum, & administrationem, sicut paterfamilias; ac proinde alienare ea potest donatione, & contractu, imò & testamento, si pubes sit, quia ante pubertatem testari nullus potest ex l qua ætate 5. ff. qui testamenta facere possunt: Vide Lessium, Molin. Nauar. & Syluest. supra. ita ille.

334 Dubitatur itaque habeatne locum, & qualiter confiscatio in prędictis bonis, seu peculijs filijsfamilias ob crimen aliquod ab eo commissum. procedit autem dubium de filiofamilias solum, nempè de filio adhuc sub patris potestatę constituto; non de emancipato, & extra patriam potestatem existente; qui iam sui iuris est, & omnia eius bona, secundum communem omnium sententiam confiscari possunt, ac si patrem superstitem non haberet. Vnde pro faciliori decisione dubij; Videndum prius quibus modis filius à patris potestate eximatur; Nouem assignatur, quos breuissimè percurro.

335 Primò eximitur, si filius à patre emancipetur, idest si coram ordinario iudice de communi consensu vtriusque patris scilicet, & filij extra patriam potestatem filius constituatur. Instit. quibus modis ius patriæ potest. soluit. §. pręterea. l. vlt. C. de emancip. liberorum.

336 Secundò, si pater naturaliter decedat è vita, & non supersit alius ex ascendentibus per lineam masculinam, cuius potestati filius subesse possit; dict. instit. quibus modis ius patriæ potest. soluit. §. hi verò, qui in potestate. Quamquam attentis legibus Castellę, & Lusitanię, filius sub solius patris potestate viuit; Vnde mortuo patre, statim filius sui iuris existit.

337 Tertiò, fit exemptus filius à patria potestat. Si pater, vel ipse filius morte ciuili moriatur, idest condemnatus in insulam deportetur, cum amissione omniũ bonorum. dict. Instit. quibus modis ius patriæ potestat. soluit. §. cum autem, & sequent. & habetur l. 2. & 3. tit. 18. par. 4.

338 Quartò, si pater scienter nuptias incestas contrahat, nam tunc filij prioris matrimonij à patria potestate eximuntur. Authent. incestam, C. de incestis nuptijs, §. 1. & l. 6. tit. 18. par. 4. Exemptio tamen ista habet locum, si talis incestæ nuptiæ fuerint copula carnali consumatæ. ita cum Couarruuia in Epitom. decret. 1. par. cap. 6 §. 8. num. 20. Castrus Palaus dict. punct. 10. num 4.

339 Quintò fit extra patriam potestatem filius, eo ipso, quod pater incidat in crimen hęresis. cap. 2. §. vlt. de heret. in 6. Atque idem erit, si filius ipse hoc delictum perpetrauerit, argument. textus in §. cum autem is, vers. pari ratione. Instit. quibus modis ius patriæ potest. soluat.

340 Sextò, vbi filius in Episcopum eligitur, statim eximitur à patria potestate. Authent Sed Episcopalis dignitas, C. de Episcop. & cleric. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & non requiritur, vt præcedat consecratio, sufficit si à Papa sit electus, quod patet ex iuribus citatis; idem erit, vbi in Cardinalem eligitur, vt docent Couarruuias cap. quia nos, num. 5. de testament. & eum sequens Castrus Palaus dict. num. 4.

341 Septimò, si pater, aut filius in Religione professionem emittat, à patria potestate filius egreditur, secundum glossam ab omnibus approbatam in l. si ex causa, §. Papinian. ff. de minoribus, & tradit Couarruuias alios referens cap. 2. de testamen. num. 8. 2. edit. cui adhæret Castrus Palaus ibidem.

342 Octauò, si filius in patritium, idest in Regis consiliarium eligatur, à patria potestate per electionem eximitur, authent. constituit, quæ de dignitate, in princip. authentic. sed Episcopalis dignitas, C. de Episcop. & cleric. Per alias autem dignitates, Prætoris scilicet, præfecti, & similium, quæ connumerantur l. vltim. C. de decurionibus. lib. 10. & l. 7. & seq. tit. 18. par. 4. à patria potestate filius non egreditur, quousque illarum administrationem subeat. His eisdem verbis benè adducit ibidem Castrus Palaus.

343 Nonò, in regnis Castellæ, & Lusitanię filius emancipatus extitit, & manet sui iuris, eo ipso quod matrimonium cõtrahit, quamuis inuitis, aut inscijs parentibus, id faciat. Habetur expressè l. 47 & 48. Tauri, quæ est lex 8. & 9. tit. 1. lib. 5. recopilat. & Lusitan. ordinat. lib. 1. tit. 67. §. 4. & lib. 4. tit. 78. §. 2.

344 Denique ratione ętatis, quamuis sit senex non egreditur filius à patria potestate, cum nullibi in iure id cautum reperiatur, iuxta Glossam communiter recep-

ceptam l. fin. §. pupillus verbo pupillus. ff. de verbor. obligat. & docent Anton. Gomez. l. 47. Tauri, num. 1. Matienz. lib. 5. recopil. tit. 1, l. 8. gloss. 1. num. 2. & alij. Si-
345 militer ratione clericatus, etiam sacerdotalis non eximitur filius à patria potestate, vt est textus, & ibi Abbas, in cap. constitutus, dein integrum restitut. & in cap. si annum de iudic. in 6. & in authen. præsbyteros. C. de episcop. & cleric. & asserunt Bernard. Diaz. pract. cap. 132. num. 6. propè finem. Sanchez lib. 2. in decal. ca. 15. num. 1. & Molin. Iesuita tract. 2. disput. 229. vers. sextus. His sic præmissis.

346 Resoluendum iam dubium, sumpta initio à clarioribus, & magis certis. Primò perspicuum valdè, & omnino certum est, quod nullo modo legitima confiscari possit ob quoduis delictum à filio familias commissum. Est communis omnium sententia, quam probat efficax ratio; quia confiscatio solum comprehendit bona propria delinquentis, quousquè è vita pater decedat l. suis, de liberis, & postumis.

347 Sed objiciet aliquis, tametsi filiusfamilias, viuo patre non habeat legitimam, quæ actu confiscationi subijciatur, habere tamen ius, vt ei post mortem patris legitima consignetur. ergo hoc ius confiscari poterit, & ratione illius mortuo patre fiscus publicabit legitimam. Sed
348 facilè obiectio soluitur, quia hoc ius personale est. & nullo modo ad heredes extraneos transmissibile. l. 1. §. in nouissimo. C. de caducis tollendis. Bart. in l. & postquam, in vltim. opposit. ff. de acquirenda hæreditate. Confirmatur, quia confiscatio non extenditur ad futura, & conditionalia, l. si mandauero tibi. §. is cuius bona. ff. mandati. Docent Gigas tract. de crimine lęsę maiestatis lib. 2. tit. de pœnis committent. id crimen, quæst. 9. & 18. num. 1. Farinac. tom. 1. quæst. 24. num. 19. Vasquez. 1. 2. disput. 169. cap. 2. num. 16. Sanch. dict. cap. 15. num. 19. & alij.

349 Parimodo idem benè affirmant Sanc. ibidem num. 22. Bonacina disput. 3. de cōtractib. quæst. 8. punct. vltim. §. 1. num. 18. fine de alimentis filio debitis, quod ista ob nullum crimen ab ipso commissum confiscari possint, quia sunt bona futura filij, & non præsentia, & quia ius alimentorū est personale, ergo cōfiscari nequit.

350 Casu autem quo pater assignasset legitimam filio, & tradidisset, venit ne publicanda ob crimen à filio perpetratum? Negat Baiardus additionibus ad Clarū, lib. 5. quæst 78. num. 48. nulla adducta ratione. Affirmant verò Sanchez, & Bonacina vbi supra, eo quod per illam assignationem, & traditionem filius manet iam
351 dominus legitimæ. Approbat, & meritò, vt veram hanc partem affirmantem Castrus Palaus dict. punct. 10. num. 5. si filius simul cum traditione legitimæ à pa-
352 tria potestate egrediatur. Secus si adhuc sub patria potestate remaneat, cum tunc legitima illa reputari debeat, quasi Castrense peculium, vel aduentitium; de quo decidendum, vt infra.

353 Quid de peculio profectitio? parimodo asserendum non posse confiscari ob crimen à filio familias patratum: Constat ex l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis, l. filius, 3. C. de bonis proscrip. l. certum, C. familiæ ercifcendæ. Tradunt vt omnino certum Clarus pract. quæst. 78. versic. præterea quęro. Ruin. consil. 24. num. 5. Ant. Gomez tom. 2. variar. resolut. tit. de seruitut. cap. 15. num. 16. Farinac. tom 1. quæst. 25. num. 3. Sanchez dict. cap. 15. num. 17. & alij communiter. Manifesta ratione ostenditur, quia istud peculium non est filij, sed patris, tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum, l. si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill. ergo nequit confiscari ob delictum à filio commissum: nam quamuis aliquando propter delictū patris publicentur bona filij, vt videbimus cap. sequenti; sed non è contra.

354 Prædicta autem doctrina est etiam vera, tametsi pater tradiderit filio bonorū peculij profectitij administrationem, quia vt cum Farinac. citato benè notat Castrus Palaus dict. num. 6. non propterea censetur data ei potestas alienandi, siue contractu, siue delicto, secundum textum in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, & in l. si conuenire, ff. de pactis dotalibus.

355 Dein dubium grauius extat circa peculium aduentitium, an in confiscatione bonorum facta filiofamilias comprahendatur, vsufructu patri reseruato? Comprahendi volunt nonnulli, Paulus Paris. consil. 157. lib. 4. Caldas l. si curatorem, verbo læsis num. 112. versic. sed in oppositum. C. de in integrum restitut. Bonacina disput. 3. de contractibus. quæst. 8. punct. vltim. §. 1. num. 18. & alij relati a Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 75. Du-
356 cuntur inde, quia huius peculij aduentitij proprietas filij, est non parentis, ergo cōfiscatis bonis filii, ista proprietas publicabitur iuxta textum in l. si postulauerit, §. iubet lex ff. ad legem Iuliam de adulteriis. ibi. Iubet lex eos homines, de quibus quæstio, ita habita est, publicos esse, proinde in communi partem publicamus, in proprio. cuius vsus fructus alienus est; nudam proprietatem, vide plura in confirmationem penes citatos auctores.

357 Sententia tamen opposita est magis certa, & communior, quod propter delictum filij familias bona peculij aduentitii non publicentur vllo modo, quoad proprietatem. Docent Roland. consil. 56. num. 10. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 15. num. 14. Menoch. loc. cit. num. 65. & 66. Farin. tom. 1. quæst. 24. nu. 5. Sanchez dict. cap. 15. num. 9. Iulius Clarus lib. 5. recept. quæst. 78. num. 12. Bernard. Diaz pract. ca. 132. num. 6. & alij ab ipsis relati. Probatur

tur efficaciter, quia tametsi filius sit verus Dominus proprietatis bonorum aduentitiorum; nequit tamen eam alienare, nisi consentiente patre ob reuerentiam huic debitam. & ne ipse pater ratione talis alienationis inquietitudinem, vel detrimentum aliquod ab extraneo proprietario subeat in vsufructu sibi debito; sed vbi alienatio prohibita est alicui ob alterius fauorem, prohibitus non potest alienare per delictum iuxta text. in l. Imperator. ff. de fideicommissis, libert. & ergo &c.

358 Prædictam autem doctrinam limitant aliqui, vt tantum habeat locum in peculio aduentitio, quod à patre administratur: secùs in illo, cuius liberam administrationem pater filio cōcessit de hoc enim affirmant, quod proprietas publicetur, vsufructu patri reseruato. Deduci videtur ex l. cum, & filij, C. qui bonis cedere possunt. vbi filiusfamilias potest cedere bonis aduentitijs, quæ ex voluntate patris possidet, ac de illis liberè disponere ergo potest per delictum alienare: maximè cum nullum ius patri auferatur, quandoquidem eo volente fit talis alienatio ita Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 13. ff. de damno infecto, Paris consil. 157. num. 15. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 77. & alij.

159 Hęc tamen limitatio meritò reijcitur ob rationem desumptam ex l. 3. C. de bonis damnat. quia statim, atque filius crimen confiscatione dignum patrauit, amittit in bonis priuilegia sibi concessa, & pater tāquam sua occupat, ergo ex facultate alienandi non deducitur publicatio per delictum filij in peculio bonorum aduentitiorum. ita Abbas consil. 66. num. 5. vol. 2. Baiard. ad Clarum, quæst. 78. num. 55. lib. 5. Bernard Diaz, & Ant. Gomez, vbi supra. Sanchez dict. cap. 15. num. 11. & Castrus Palaus dict. punct. 10. num. 13. Atque vt magis probabilis hæc à nobis sic decisa.

360 Verum ex omnium ferè doctorum mente certum decidimus, quod bona aduentitia filij familias publicentur ob crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, ac in aliquibus locis ob crimen contra naturam ab eo commissum. ita Simanchas loquens de hæresi, cathol. instit. tit. 9. num. 16. Ludouic. Gomez §. actiones autem, nu. 13 Instit. de actionibus. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 1. num. 9. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8. Farinac. tom. 1. prax. qu. 24. num. 9. & de hæresi quæst. 190. § 1. nu. 14. & Castrus Palaus dict. punct. 10. num. 16. Quidquid in contrarium dicat Gigas de crimin. læsæ maiest. lib. 2. quæst. 11. (videtur ei adherere Sanchez loquens de peculio Castrensi, de quo infra) ostenditur firmissima ratione, quia illis criminibus patria potestas tollitur. §. cum autem is. Instit. quibus modis ius patr. potest. soluit ibi pari ratione, si quis in potestate parentis sit, in Insulam deportatus fuerit, esse in potestate parentis, &c.

361 Confirmatur ex l. quisquis C. ad legem Iuliam, vbi cuiuis tale delictum perpetranti infligitur pœna confiscationis bonorum suorum. At sub particula illa, quisquis, quia valdè generalis est, intelliguntur omnes, siue sint sui iuris, siue alieni argumen. l. si plures. vers. sicuti hæc verba quisquis, ff. de legat. 3. & sub particula *suorum*, comprænhenduntur bona, quæ delinquens habet, eo modo quo habet: ergo cum filiusfamilias habeat bona peculij aduentitij, quoad proprietatem; sola hæc publicabitur patrato per eum crimine hæresis &c.

362 Hanc autem publicationem aliqui graues auctores ex citatis, præcipuè Simanc. Vasq. & Azor. loquentes de hæresi extendunt ad vsumfructum patri debitum. ducuntur ea ratione, quia filius propter hæresis crimen (videtur idem esse de alijs delictis, quæ maximum, vel dimidiam capitis diminutionem habent) à patria potestate egreditur. Instit. Quibus modis ius patriæ potest. soluit §. cum autem is, & §. pœna seuus; sed vsusfructus in bonis aduentitijs est proprius patris solius ob patriam potestatem, ergo hac dempta nō pertinebit ad illum, ex l. si ex causa. §. Papinian. ff. de minoribus: proinde consolidabitur cum proprietate, & ista confiscata, confiscabitur vsusfructus.

263 Castrus verò Palaus dict. punct. 10. nu. 18. cum alijs auctoribus meritò hoc non admittit sequentibus verbis: Cæterum, inquit, hæc extensio mihi non probatur. Fateor namque filium non solum facta declaratione criminis, sed à puncto delicti commissi egredi à patris potestate argum. textus in §. cum autem is, versic. pari ratione, Instit. Quibus modis ius patriæ potest. soluit. sicut enim à puncto, quo pater hæc crimina committit, filius à patria potestate egreditur, ita debet egredi à puncto quo ipse ea committit, vt bene dicit Molin. Iesuita, de iustit. disput. 9. versic.

264 ab hac Regula: Sed hoc non præstat, vt pater vsumfructum sibi debitum in bonis acquisitis à filio ante delictum, & toto eo tempore, quo sub eius potestate erat amittat. Factum enim filij præiudicare non potest iuri patris acquisito. Neque ius percipiendi vsumfructum annexum est patriæ potestati, quoad conseruari; isto quoad primam acquisitionem à patria potestate pendeat, vt rectè pluribus relatis docet Molina supra, & disput. 140. versic. hoc tamen fundamento: consentit ijs Azeuedo lib. 8. recopil. tit. 3. l. 1. num. 112. Octauia. decis. Pedemon. 94. num. 9. Sanchez lib. 2. cap. 15. num. 11. hæc ille, quæ omnino approbo.

365 Superest videndum de bonis peculij castrensis, vel quasi castrensis, an ob delictum filij subiaciant confiscationi, aut patri sint deferenda? Multi tenent, & qui-

quidem probabiliter subiacere cõfiscationi. ita Ant. Gomez variar. resol. tit. de serui. cap. 15 num. 15. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7 quæst. 8. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 1. nu. 9. Gigas tract. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. tit. de pœnis, quæst. 12. Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 13. Bonac. disp. 3. de contract. qu. 8. punct. vlt. num. 18. & alij. Ratio est,
366 quia in huiusmodi bonis filius habet plenum, & perfectum dominium circa proprietatem, ac etiam circa vsumfructum, liberamque illorum administrationem, & dispositionem, ac si esset paterfamilias, patet ex l. 2. C. ad Macedon. l. cum oportet versic. exceptis, C. de bonis, quæ liberis, l. miles 1. ff de Castrensi peculio, ergo si delinquat, poterit illa amittere, cum delictum committens publicatione dignum tacitè alienare censeatur.

367 Nec facit contra dicta l. 3. C. de bonis proscript. licet enim in ea disponatur vt bona castrensia à patre non debeant auferri, atque ideo sic dispositum, quia tempore illius legis talia bona patris erant, solaque dispositio de illis filio fauore militiæ concedebatur, quod si non disponeret, patri erant deferenda tanquam propria ipsius, Attento tamen iure hodierno, bona peculij castrensis sunt patris, sed filij, & pater non iure proprio, sed iure hæreditario in illis succedit. Authent. de hæredibus ab intest. venientibus, collat. 9. §. sic igitur defunctus, & Authent. defuncto C. ad Tertullian. & l. 3. C. de bonis, quæ liberis, & alijs. Vnde cessare debet dispositio illius legis quandoquidem finis illius cessat.

368 Opposita tamen sententia est probabilior, nempè talia bona castrensia non fisco sed patri competere. ita Clarus lib. 5. q. 78. verfic. Quæro etiam. Couarruu. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 7. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 69. & 70. Farinac. tom. 1. quæst. 24. num. 11. Sanchez dict. cap. 15 n. 4 & plures ab eis relati.

369 Probatio efficax sumitur ex dicta l. 3. C. de bonis proscript. in qua patri, cuius filius est deportatus, conceduntur omnia bona castrensia, vel quasi castrensia, ibi, si filius, inquit, tuus, cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit: peculium eius nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donatū, auferri tibi
370 debet. Sed lex ista per nullam aliam fuit abrogata; cum eius abrogatio tantùm se extendat ad hoc, quod filiusfamilias non habeat administrationem, & dispositionē bonorum castrensium, neque hæredem in illis, si ab intestato decedat. Ex quorum abrogatione nequaquam sequitur, dictam l. 3. fuisse abrogatam; nam stare optimè potest filiū habere hæredē, & successorē posseq; administrare bona castrensia, & nihilominus si delinquat, ea patri deferri in prærogatiuam patriæ potestatis, & in illius solatium. Vide plura penes Castrum Palaum dict. punct. 10. num. 20. & 21. pro confirmatione, & solutione rationum in contrariū.

371 Qui n. 22. sic benè addit. Ampliatur, inquit hæc doctrina, vt procedat in casu quo filius condemnatus filios habeat, quia hoc non obstat, quo minus patri peculium sibi debitum deferatur; Sic relato Saliceto, Alexand. & Peregrino tradit Sanchez
372 lib. 2. cap. 15. num. 5. At hoc intelligendum est in casu, quo filius condemnatus sub patria esset potestate: siquidem in illius prerogatiuam, & solatium bona filij condemnati patri deferuntur, vt tradit Couar. lib. 2 variar. cap. 8 num. 7. Iul. Clarus lib. 5: quæst. 78. vers. Quæro etiam ad finem. Farinac. q. 24 n. 13 circa finem. Quod
373 tamen in Regno Castellæ, & Lusitaniæ fieri non potest, cum eo ipso, quo filius vxorem ducat, patriam potestatem egreditur, vt habetur lib. 1. Lusitanarum ordinationum tit. 67. §. 4. & lib. 4. tit. 78. §. 2. & leg. 47. & 48 Tauri, quę sunt 8. & 9. tit. 1. lib. 5. recopil. & tanquam à patria potestate egressus, & sui iuris omnia bona fisco, & non filijs; neque parentibus debentur hæc illis.

374 Dubitatur tandem an ob crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanę, ac sodomiticum à filio familias perpetratum bona Castrensia publicentur? Partem negantem tenet Sanchez dict. cap. 15. num. ducitur indè quia nihil speciale videtur esse de his criminibus dispositum, ergo &c.

375 Pars tamen affirmans est communis, & certa, quam tuentur Repert. Inquisit. verb. cõfiscatio vers. item propter hæresim Vmbert locat. post Iudiciale inquisit. qu. 18. vers. sed vt nihil remaneat. Gigas de crim. læsæ Maiestatis, lib. 2. tit. de pœnis q. 12. in fine Farinac. cum pluribus relatis tomo 1. q. 24. num. 14. et de heresi, quęst. 190. §. 1. num. 17. ac Castrus Palaus dict. punct. 10. nu. 25. Ostenditur efficaciter ex l. quisquis, §. filij verò C. ad leg. Iuliam Maiest. in qua filio familias infligitur pœna ista amissionis suorum bonorum sed si ob crimen hæresis vel læsæ Maiestatis humanæ, ac sodomiæ bona castrensia non publicantur dicto filio, nulla sunt bona, quę ei publicari possint, cum nulla alia habeat magis propria, proindè dicta lex respectu filij familias va-
376 na esset, et vnutilis Confirmatur, quia lex condemnat filium in amissione suorum bonorum, et non distinguit, an sint sua ex iure communi, an ex iure speciali, ergo Omnia comprehendit. de confiscatione peculiorum filij ob crimen à patre commissum dicetur cap. sequenti. Atque his Regula terminatur.

Propter crimen hæresis, aut aliud ab vxore commissum, an bona eius publicanda veniant? & quænam?

REGVLA CCCCLXVI.

377 SI post mortem viri bona vxoris viduę ob crimen hęresis, vel aliud ab ea perpetratum publicentur, sub hac publicatione comprehenduntur dos, paraphernalia, et alia, quæ illo viuente tem-
378 pore matrimonij acquisiuit. Constante autem matrimonio si vxor delinquat, non confiscatur eius dos, attento iure communi (Excipe quinque casus indicandos) at spectato iure Castellę bona, dotis confiscari possunt: nunquam tamen extenditur confiscatio vltra id, quod vxoris est pro-
379 prium. Casu item quo publicatur dos, probabile est non publicari eius vsumfructum, probabilius oppositum censetur. Si
380 pręcedat tandem pactum inter virum, et vxorem, vt committente aliquo illorum delictum confiscatione dignum, transeant bona illius ad alium, probabiliter defenditur esse locum confiscationi; maiori tamen cum probabilitate id negatur.

381 DOctrina huius Regulę breuissimè explicabitur, cum multa circa eam sint omnino certa, pauca verò controuersa. Primò certum est, si viro mortuo, in hæresim vxor vidua incidat, aut aliud delictum confiscatione dignum committat, ac proindè eius bona publicentur extendi hanc publicationem ad dotem, ad paraphernalia, videlicet bona extra dotē, vt arras, sponsalitiam largitatem, quando ea est vxoris, & ad alia omnia, quæ constante matrimonio acquisiuit. Nam fiscus publicationem exequens, nihil omittit eo-
382 rum, quæ sunt delinquentis. Tacit pro hoc text. in l. si constante §. final. ff. soluto matrimonio, & ibi notant Bart. Bald. Paul. Imola, quos citat Ant. Gomez l. 78. Tauri, num. 5. Traduntque Iul. Clar. quæst. 78. versic. Quæro si bona. Sanch. lib. 2. cap. 17. nu. 25. Bonac. disp. 3. de contract. q. 8. punc. vlt. §. 1. num. 17. & Farinac. referens plures tomo 1. prax. crimin. quæst. 25. n. 112.
383 Est item certum secundum ius commune, si vxor constante matrimonio crimen hæresis, vel aliud confiscatione dignū perpetret, quamuis publicentur vniuersa eius bona, sicuti meritò publicanda sunt, non posse tamen confiscari dotem ipsius. Ita Auctores num. pręcedenti relati quibus additur Castrus Palaus punt. 18. num. 2. Patet ex l. quinque legibus, ff. de bonis dānati vbi expresse disponitur, nè fiat cōstante matrimonio confiscatio dotis, maximè cùm huius eo tempore Dominus vir dicatur l. dote ancillam C. de iure dotium &c.

384 Excipit tamen Imperator in ea. l. quinque casus seu quinque crimina grauissima, in quibus locum habet semper publicatio dotis, nempe in criminibus lęsæ Maiestatis, vis publicæ, patricidij, veneficij, & Sicarij, quia sic statuitur in dicta l. Quam-
385 uis autem in ipsa non fiat expresse mentio de crimine hæresis, concordant tamen omnes doctores quod ad eam extendatur dispositio huius legis quinque legibus, cū sub crimen læsæ Maiestatis sit comprehensa. Quare in speciè propter hæresim vxoris publicari eius dotem, sicut & reliqua bona, defendunt benè Ant. Gomez. l. 78. Tauri n. 1. Farinac. de hęresi, quęst. 190. nu. 54. Ioann Rojas tract. de hæresi, par. 2. assert. 40. num. 323. & 325. & Sanchez pluribus relatis ibidem num. 26.
386 Præterea certum habetur, spectato iure regio Castellæ, si constante matrimonio vxor delinquat, etiam extra illa quinque delicta enormissima, partem dotis, vel totam dotem confiscationi subiacere. Patet ex l. 78. Tauri, quæ est lex 11. tit. 9. lib. 5. recopil. ibi la Mujer durante el matrimonio por el delicto puede perder en parte, ò en todo sus bienes dotales, ò de ganancia, ò de otra qualquiera calidad
387 que sean. Et non requiritur, vt delictum sit confiscatione dignum, ad hoc vt possit vxor partem dotis, aut totam dotem amittere. Quod docent Matienzo suprad. l. 11. gloss. 1. nu. 2. Azeuedo ibid. n. 5. & Sanchez lib. 2. cap. 17. num. 29. Ostenditur indè, quia in textu dictæ legis nulla fit mentio confiscationis, & quia ibi dicitur, posse partem dotis amitti, quod non quadrat confiscationi, quæ totum comprehendit, & quia loquutio est generalis de delicto. Quare ex quocunque crimine vxor condemnetur, in bonis dotalibus poterit fieri exequutio condemnationis.
388 Tandem certum est, quoties dos, vel pars dotis publicari potest, publicationem non extendi vltra id, quod proprium est vxoris: Ex quo fit infert Castrus Palaus dict. punct. 13. n. 4. Quare, inquit, si dotem habet obligatam marito, vel alteri reddi soluto matrimonio; fiscus non poterit vsurpare dotem in perpetuum, sed ad summum pro tempore, quo vxor frui dotem debebat, & illo transacto debet redire ad substitutum, habetur expresse l. si dotem, C. de iure dotium quem textum reputat vnicum & singularem Baldus ibi 2. lectura & plures doctores, quos refert & sequitur Ant. Gomez l. 78. Tauri in fine, Matienzo glossa 2. num. 2. Azeuedo num. 6. Sanchez nu. 33. hæc ille cum attestatione grauium doctorum.
389 Dein occurrunt duo, discutienda, aliquantulum controuersa: Primum, an quādo ob delictum vxoris dos ei confiscatur, debeat extendi confiscatio non solum ad proprietatem, sed etiam ad vsumfructum? Intelligitur pręsens dubium casu, quo ob deli-

delictum non infligitur vxori pœna mortis sed alia extraordinaria, quia tunc vxoris dos, dum viuit, videtur quoad vsumfructum ad virū pertinere, pro oneribus matrimonij sustinendis, l. dotis fructus, ff. de iure dotium, & l. pro oneribus, C. eod. tit. sed ad fiscum non spectant bona, quę alienato sunt à delinquente ergo non potest ad eum spectare vsumfructus dotis.

390 Confirmatur, quia propter crimen vxoris: non debet vir innocens puniri, quòd eueniret si vsufructu dotis priuaretur; quin etiam ex alia parte astrictus esset obligationes alendi vxorem, ergo nequaquam extenditur publicatio ad vsumfructum dotis constante matrimonio. Ita licet dubitanter Palaz. rubr. in repetit. rubr. de donat. inter virum, & vxorem fol. 46. §. 66. col. 4. Ioan. Lupus eadem rubr. §. 66. num. 23. & Bonacina dicit esse probabile disp. 3. de contract. qu. 8. punct. vlt. §. 1. n. 17. quam probabilitatem admitto.

391 Cæterum cum pluribus melioris notæ auctoribus iudico verius, & probabilius oppositum, nempè confiscari dotem etiam quoad vsumfructum. Ostenditur primò ratione fundata in iure, quia lex, vel dispositio referens se ad aliqua bona, intelligenda est de proprietate, & simul de vsufructu eorum, iuxta text. in l. restituere, ff. de verbor. signific. in l. in condemnatione, ff. de regul. iur. & in l. videamus, §. in Fabiana ff. de vsuris, sed lex Regni Castellæ disponit, vt ob quoduis delictum vxoris dos, vel pars eius confiscari possit, & iuxta dispositionē iuris ob quinque illa delicta venit in totū confiscanda; ergo intelligi debet simul de proprietate, & vsufructu.

392 Ostenditur item, quia ista est alienatio non ex contractu, sed ex delicto, quæ vocatur alienatio necessaria, & per legem inducta; ergo poterit maritus in ea prçiudicari, argument. textus in l. alienationis, ff. familię ercifcundæ. Ita Ant. Gomez. l. 78. Tauri, num. 6. Matienzo, l. 11. tit. 9. lib. 5. recopil. gloss. 1. num. 4. Azeuedo ibi, num. 5. Ioan. Rojas singul. 127. Zanch. tract. de hæret. cap. 25. num. 4. fine Lælius Zechius in summa. 1. par. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 16. versic. quinto ampliatur. Farinac. q. 190. num. 54. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 17. num. 31. Castrus Palaus, num. 6.

393 Pro solutione autem rationis in cōtrarium licet verum sit dari dotem ad onera matrimonij subeunda, si tamen mulier delicto suo dotem perdidat, cessat obligatio qua tenebatur maritus alendi eam; sicut cum dos promissa est, & non soluitur, haud obligatur maritus vxorem alere, ita neque obligatur, quando ob culpam mulieris dos aufertur. Docent Sanch. lib. 2. de matrim. disp. 5. num. 10. & cum alijs relatis Farin. de hæresi, q. 190. n. 54.

394 Sed petes à quonam in tali casu vxor sit alenda? Benè respondet, & probat Molina lib. 2. de primogen. cap. 16. nu. 24. obligationem alendi illam refundi in parentes. Quod si isti non possint alere; tunc ratione solius vinculi matrimonialis, ex mutui amoris tenebitur vir ad alimenta ei præbenda.

395 Quid quod tametsi defendamus, quod teneatur maritus alere vxorem, quæ sic delicto dotem alienauit, vti defendunt Ant. Gomez l. 78. Tauri num. 6. Simanc de Cathol. instit. tit. 16. num. 19. & Surdus de aliment. tit. 7. q. 21. num. 6. & 7. non proindè sequitur confiscari non posse dotem; cum hæc non sit mariti quoad dominium, & proprietatem, sed tantum quoad administrationem pro sustentanda familia, quæ administratio finitur confiscata dote, aut casu perdita.

396 Dote verò casu pereunte, nequaquam excusatur maritus ab obligatione alendi vxorem vti deducitur ex l. si cum dotem, 23. §. Si maritus ff. soluto matrimonio, ergo neque excusabitur ab ea propter publicationem dotis: cum talis obligatio præstandi alimenta vxori, ex vinculo coniugali tunc oriatur, quo non dissoluto, ipsa non dissoluitur. ita Castrus Palaus dict. punct. 13. num. 7.

397 Alterum denique controuersum restat discutiendum, num dos, vel alia bona confiscari possint, si præcessit pactum inter virum, & vxorem, vt committente aliquo illorum delictum confiscatione dignum, dos, aut alia bona ad alterum transeant? Tenent aliqui affirmanter cum probabilitate confiscari posse & non impediri confiscationem per tale pactum. ita Barbosa l. constante, 25. ff. soluto matrim. §. fin. nu. 1. Ducitur indè, quia pactum illud derogat legi communi, per quam statuitur publicatio dotis, & aliorum bonorum Delinquentis; ergo nullum, seu inualidum censetur, secundum l. ius publicum ff. de pactis.

398 Nihilominus, vt multo probabilius tenendum non posse tunc confiscationem fieri, & dotem, aut alia bona ad coniugem innocentem spectare. Ratio est, quia ex dicto pacto insurgit prohibitio expressa alienandi dotem, & reliqua bona non in fauorem coniugis delinquentis, cum huic non applicantur, neque in fraudem fisci, cum non sit factum post delictum commissum, sed casu, quo committatur. Ergo tale pactum validum existit, & ratione illius coniux innocens habet ius quæsitū ad dotem, & ad bona reliqua, præferendusque est fisco. Tuentur expressè Baiardus addit ad clarum lib. 6. q. 78. num. 63. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 83. & 118. Farinac. plures referens, tom. 1. qu. 25. num. 115. & Castrus Palaus dict. pūct. 13. n. 9. De confiscatione dotis, et bonorum vxoris ob delictum mariti dicemus cap. sequenti, Atque his Regulæ finis.

An,

An, & qualiter confiscatio bonorum hæretici contumacis etiam existentium in alieno territorio facienda?

REGVLA CCCCLXVII.

399 PVblicantur bona hæretici contumacis absentis elapso anno post iuridicam citationem: quòd si postea compareat pro recuperandis bonis, non auditur, nisi de innocentia eius, vel de iusto impedimento legitime innotescat, aut nisi sit minor, cui competit restitutio in integrũ
400 aduersus dicti anni lapsum. Fit autem publicatio à tempore, quo prohibitiones ostendunt delictum commissum: Et ostenditur ad bona etiam extra territorium Iudicis publicantis existentia, siue de iure communi, siue de speciali ad eam faciendam procedatur, si in vtroque territorio idem ius seruetur, & ab eodem superiore
401 sit latum: aliàs secùs. Item quamuis Iudex territorij, in quo reus condemnatur, ferat sententiã confiscationis bonorũ, quæ sunt in alieno territorio, executio cõfiscationis faciẽda est à iudice talis territorii, requisitio verò à Iudice, qui sententiã tulit.

402 NVllum dubiũ penès doctores, quod hæretico contumaci absenti, seù fugitiuo, postquam sufficienter, ac iuridicè citatus fuit, & post declaratoriam hæresis, elapso anno confiscari possint omnia bona; vt quandoquidem corpore, vel persona ob fugam, seu absentiam mulctari nequit, saltem in bonis temporalibus multetur. Ita Simanch. Pegna, Sanch. & alij citandi.

403 Dubitatur verò, num elapso anno sententia confiscationis bonorũ hæretici cõtumacis, ita transeat in rem iudicatam, vt comparens postea non sit audiendus ad ea recuperandæ? Non desunt, qui volunt hunc esse audiendum ad dictum effectum recuperandi illa, non aliter, quam si intra annum comparuisset (sicuti est audiendus circa pœnam corporalem etiamsi statuæ eius fuisset combusta,) si auditus non conuincatur de hæresi. Ita Scaccia de iudicijs lib. 1. cap. 98. nu. 34. & alij.

404 Mouentur indè, quia textus in l. finali, ff. de requirendis reis, disponens, ne bona restituantur contumacia non comparenti intra annum, intelligitur de bonis ei ablatis in pœnam contumaciæ; quæ incurritur non comparendo intra annum, & nisi ea purgetur transacto anno legitimum impedimentum non comparendi ostendendo, pœna habet suum effectum nec restituuntur bona confiscata, licèt postea ostendat
405 suam innocentiam. Verùm in casu hæresis non confiscantur bona propter contumaciam, sed propter ipsam hæresim; ergo quoad hanc bonorum confiscationem non transibit sententia in rem iudicatam; sed quouis tempore contumax compareat, erit audiendus, & si ab hæresi se innocentem ostendat, bona confiscata erunt ipsi restituenda.

406 Decisio tamen vera, & communis ferè omnium est, quòd bona confiscata non debeat ille contumax recuperare, nisi postea comparens innocentiam suam, aut iustum impedimentum non comparendi intra annum demonstret. Ostenditur ex l. finali, ff. de requirendis reis, ibi, mandatis cauetur intra annum requirendorum bona obsignari, vt si redierint, & se purgauerint, rem suam integram habeant: si neq; redierint, neque qui se defendant, habuerint, tunc post annum bona in Fiscum co-
407 gantur. Manifestè probet idem lex regia, 3. tit. 10. lib. 4. recopil. ibi, y passado el dicho año, no se auiendo dentro del presentado, ni prendido el tal acusado, se execute luego la sentencia en las penas de dineros ò de bienes, assi en las que aplicaren ala nuestra camara y Fisco, como en las, que se applicarem ala parte y no pueda en quanto à ellas ser odio, aunque passado el dicho año se presente. Ita Simanch. de Cathol. institut. tit. 2. fine. Pegna in direct. 3. par. comment. 49. versic. Adueniente. Flamin Cartar. de exequutione senten. contum. cap. 1. num. 178. & Sanchez lib. 2. cap. 20. num. 28.

408 Qui nu. 29. benè defendit, cum Boerio decis. 63. Olauio in concordia iuris, littera A. nu. 12. Ioann. Garcia de nobilitate Gloss. 6. §. 1. à num. 24. Azeuedo, lib. 4. recop. tit. 10. à num. 6. Gutierez quæst. pract. lib. 3. qu. 34. à nu. 7. & cum alijs, quidquid neganter dicat. Auendaño responso, 15. nu. 7. quòd minor aduersus dicti anni lapsum gaudeat beneficio restitutionis in integrum, vt etiam quoad pœnas pecuniarias audiatur, & bona confiscata ei restituantur.

409 Est item dubitatio, quandonam, seù à quo tempore facienda bonorum confiscatio hæretici contumacis? Ante decisionẽ notat benè Castrus Palaus, dict. disput. 5 punc. 22. initio, esse circa hoc grauissimam controuersiam inter doctores, cum ex ea pendeat, contumaxne possit bona sua alienare priusquam in contumaciam cõdemnetur, sitque valida alienatio eorum, neque reuocanda, nisi in fraudem Fisci factã esse probatur. Nam si confiscatio trahitur non ad diem, in quo probationes ostendunt delictum hæresis esse patratum, sed ad tempus, in quo sententia super delicto in contumaciam fertur, poterit contumax, dum condemnatus non est, bona alienare, & sic vitata bonorum confiscatione, iudices fidei eludere, quod non exiguum inconueniens apparet.

410 Duplex circa hanc dubitationem sententia extat, altera tuentium, & quidem proba-

probabiliter bona hæretici contumacis non confiscari à die quo testes de eius hæresi deponunt, sed à die, qua condemnatur vt contumax, vel ex crimine non se purget. Ita Simanc. de Cathol. instit. tit. 9. nu. 26. Menoch. lib. 2. consil. 159. n. 19. Couar. in cap. Alma Mater 1. par. §. 7. sub nu. 11. vers. sed in causa hæresis, & Sanchez lib. 2. cap. 22. nu. 35. Pro hac sententia plures sunt rationes, quas videas apud Castrum Palaum dict. punc. 22. nu. 1. & earũ solutiones num. 3. Vnam solum attingo.

411 Nimirum, quia cotumax non reputatur pro confesso, & conuicto, nec vt talis damnandus, nisi à die, quo completa est contumacia, iuxta cap. cum contumacia, de hæreticis in 6. & cap. Excommunicamus, §. qui autem, eodem tit. & lib. ergo ab illo tantum die bona illius confiscari debent.

412 Cæterùm opposita sentẽtia multo probabilior censetur, affirmans confiscationem bonorum faciendam esse à die, quo depositiones testium fuerunt receptæ, quòd talis contumax in hæresim inciderit. Probat efficaciter Farinac. quem citat, & sequitur Castrus Palaus, quia quando quis condemnatur vt hæreticus in contumaciam, hæc condemnatio non fit propter ipsam contumaciam, seu ob transgressum mandatũ superioris, vel Iudicis iuridicè citantis non comparendo, sed propter crimen hæresis, quod præsumitur commisisse, & pro quo citatus fuit, vt responderet, & se purgaret. At si contumax non censetur crimen hæresis incurrisse in die quo profertur sentẽtia condemnatoria, sed in die, quo testes de eo incurso deponunt, ergo ab isto die est confiscatio bonorum facienda.

413 Confirmatur ex dict. cap. cùm contumacia vbi deciditur, quòd insordescens per annum in excommunicatione circa causam Fidei, vt hæreticus sit condemnandus; sed vt hæreticus damnari non poterat, nisi iuris fictione esset hæreticus: & docent ibi Glossa, Couarr. §. 7. num. 11. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 416. n. 6. Rojas singul. 2. nu. 4. Albert. de agnoscen. assert. cathol. quæst. 30. num. 73. Nauar. consil. 21. sub tit de hæret. nu. 2. Pegna

414 3. par. comment. 49. Patet indè manifestè, quia hæresis multo grauius delictum est, quam contumacia, vnde nequit vtrique æqualis pæna assignari: & contra iustitiam faceret Iudex. aut quiuis superior, si æqualiter delicta ista puniret; sed suspectum de hæresi, & in contumacia persistentem eisdem pænis esse puniendum, ac hæreticum præsentem, patet ex text. & auctoribus prædictis; Nam contumacia seù violatio præcepti superioris citantis est quædam delicti suspecti, & denuntiati manifesta probatio &c.

415 Extenditur autem confiscatio facta hæretico contumaci elapso anno ad bona eius existentia in proprio, ac etiam in alieno, seù alterius iurisdictionis territorio, si procedatur de iure communi ad eam faciendam. Ita omnes Doctores, Barth. in l. cunctos populos, num. 51. C. de Summa Trinitate item allegatis Angelo, Conrado, Cæpolla, Gigante, Ploto, Romano, Farin tom. 1. qu. 25. nu. 100. & Sanchez plures referens lib. 2. cap. 20 nu. 30.

416 Qui nu. 31. declarans sic subdit. Dicitur autem, inquit iure communi fieri publicatio, non quòd in vtroque territorio vigeat eadem lex à diuersis Principibus lata, sed quando lata est à superiore vtriusque territorij, vt in crimine hæresis, & ideo Fiscus capiet illa bona, vbique sita sint. Quippe ea sententia ius facit apud omnes. Sic relatis Ioann. Andrea, & alijs tenet Peregrinus eodem num. 27. hæc ille, & benè quidem.

417 Sed quid vbi confiscatio fit de iure speciali, seù municipali? Circa hoc est aliqualis difficultas, & varios casus distinguũt Doctores, & pro decisione in communi nimis ieiunè ad istos consulendos remittit lectorem Sanchez ibidem nu. 32. Verùm exprimenda distinctio illorum aliquantulum, nempè si tale ius in vtroque territorio vigeat, & vtroque idem sit Dominus, ac idem Fiscus, seu bursa Fiscalis eodem; trahitur confiscatio ad diuersum territorium. Ita cum alijs relatis Farin. tom. 1. qu. 25. n. 98. & Ant. Sousa lib. 3. Aphoris. cap 14. nu. 5.

418 E contra verò si territoria sint diuersa & diuersi etiam Domini vtriusque territorij, ac bursæ Fiscales separatæ, & distinctę, non extenditur confiscatio ad bona extra territorium confiscantis existentia, quando fit de iure speciali seù municipali, licèt hoc in vtroque territorio seruetur. Sic ibidem Farin. nu. 99. post Bart Ioann. Andream, Albert. & præcipuè Nell. qui prædictos cit in tr. de banni. p. 1. si verò publicatio fit, & infra in versic. si verò, & iurisdictiones. Atque cum eodem Nell. subiungit Farin. his verbis.

419 Quod si, inquit, publicatio fit virtute iuris, municipalis tribuentis iurisdictionẽ, vel pœnam statuentis, vel vtrumque facientis; die quod tunc publicatio non extenditur vltra illa bona, quæ sunt extra iurisdictionem, & potestatem illius legis municipalis, cuius vigore fit confiscatio, per l. tertiam, ff. de officio præsid & l. fin. ff. de officio præfecti verb. & l. neque C. qui dar. tutor. poss. & l. ius singulare, & l. quod verò cõtra, ff. de legibus. hæc ille.

420 Denique tametsi Iudex territorij, in quo hæreticus, vel alius reus iudicatur, proferat sententiam confiscationis bonorum, quæ in alieno territorio sita sunt, appræhensio, seù executio confiscationis facienda venit à Iudice talis territorij, requisitio tamen à Iudice, qui sententiam tulit. Primùm ostenditur à Doctoribus per textum in l. A diuo Pio. §. 1. ff. dare iudicata, & argumento textus, l. cum vnus, §. fin-

fin. ff. de bonis athen. Iudic. possidendis. Vtrumque tradunt vt certum Farin. ibidē nu. 95 Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 20. n. 33. & Sousa dict. cap. 14. n. 7.

421 Qui nu. 8. sic addit: Vbi bursa, inquit, Fisci communis non est, bona immobilia confiscata pertinent ad Fiscum, vbi sunt sita. Dummodo Dominus secundi territorij habeat etiam ius confiscandi. Clar. d. qu. 78 nu. 27. Farin. dict. qu. 25. nu. 101. San-

422 chez dict. cap. 20. num 34. hæc ille. Et concludit loquens de mobilibus sic. Bona, inquit mobilia in prædicto casu, cùm scilicet diuersi sunt Fisci, pertinent ad Fiscum loci, in quo fit confiscatio, eo quod concernunt personam damnati. Peregr. dict. tit. 1. nu. 141. Farin. dict. quæst. 25. num. 108. Sanchez dict. num. 34. hæc Sousa: quibus Regulæ finis.

An valeat alienatio facta à Delinquente cuius bona non ipso iure, sed per sententiam publicantur, itaut à Fisco reuocari non possint? aut secùs.

REGVLA CCCCLXVIII.

423 QVæcunque alienationes factæ quouis tempore in fraudem Fisci, ab isto, lata iam confiscationis sententia, reuocari possunt, & quoad rei substantiam, & quoad fructus pendentes: fitque hæc reuocatio via ordinaria, non executiua, si bona iam in tertium possessorem transierunt.

424 At quælibet alienatio, siue titulo oneroso, siue lucratiuo, ante delictum facta à delinquente, cui per sententiam solùm bona publicantur, valida est irreuocabilis: quin etiam post delictum commissum, priusquā sententia feratur; etiam si accusatio, & litis contestatio alienationem præcedat: quidquid aliqui limitando in contrarium dicāt.

425 Post latam vero confiscationis sententiā non appellatam, & quæ transijt in rem iudicatam, non valent alienationis à dicto delinquente factæ.

426 COncordant omnes circa doctrinam in prima parte Regulæ traditam, quod possit Fiscus quasuis alienationes in fraudem ipsius factas, post latam confiscationis sententiam, reuocare, in tentando contra possessores actiones reuocatorias. Tradunt vti omnino certum Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 2. nu. 153. Tuscus tom. 4. concl. 482. nu. 2. & seqq. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 21. nu. 35. Patet ex l. in fraudem, ff. de iure Fisci, ibi in fraudem Fisci non solum per donationem, sed quocunq; modo res alienatæ reuocantur, & ex l. si aliquis, 7. ff. de donat. causa mortis.

427 Fraus verò cum sit delictum, non præsumitur; l. meritò, ff. pro socio; quare iudicandum potiùs esse factā bonorum alienationem animo bono, & syncerò, & non gratia Fisci fraudandi: nisi hæc fraus, quæ in solo animo consistit, ex coniecturis eliciatur, sicuti ex eis solis elicienda est, vt be-

428 nè ait Sanchez dict. cap. 21. nu. 5. A quo vsque ad 24. proponit, & expendit sex cōiecturas assignari solitas, ex quibus in præsenti materia fraus deducitur, nos iam alibi aliquid de eis diximus, & ne actum agamus, vide apud citatum Sanchez.

429 Parimodo concordant omnes consequenter loquendo (licet id non attigimus in Regula) quòd alienatio facta à delinquente ante, vel post commissum crimen, si bona eius non ipso iure, sed per sententiam solum publicentur, quamuis in fraudem Fisci fuerit facta, valida sit, interim, dum non reuocatur; cùm ratione talis delicti, & fraudis bona delinquentis non sint specialiter Fisco obligata. Probatur ex textu in l. res vxori, C. de donat. inter virum, & vxorem, l. 1. C. de pœnis Fiscalib. l. in fraudem, ff. de iure Fisci. Tradunt Farin. de falsitat. quæst. 164. nu 63. & 66. Anton. Gomez. tom. 3. cap. 14. & pluribus relatis Sanch. dict. cap. 21. n. 26.

430 Sequitur in Regula, esse reuocandam alienationem factam in fraudem Fisci, non solum quoad rem ipsam, sed etiam quoad fructus in ea pendentes, ratio est, quia isti fructus pars illius rei confiscatæ censentur. Ita Peregr. de iure Fisci, lib 5. tit. 1. n. 174. Farinaq. dict. quæst. 164. nu. 55. Bonacin. disp. 3 de contract. qu. 8. punc. vltim. §. 2.

431 fine, & Sanchez dict. cap. 21. n. 31. Quāmquam ijdem auctores limitant, quod non reuocetur quoad fructus perceptos medio illo tempore ante sententiam, siue consumpti sint, siue non. Nam cùm dominium illius rei fructus producētis sit translatum in possessorem, huic sine vlla Fisco obliga-

432 tione illi acquirūtur. Imò addit Castrus Palaus dict. disp. 5. punc. 22. ex mente aliorum, idem esse dicendum de fructibus perceptis etiam post litem contestatam; Ratio est quia contestatio litis non tollit dominium esse translatum in possessorē quidquid in contrarium dicat Farin. ibidem n. 157. sed de hoc magis clarè infra.

433 Dein tametsi Fiscus habeat actionem contra alienationes factas in sui fraudem, nequit tamen res alienatas, quæ iam in tertium possessorem transierunt ab eo reuocare via executiua, sed ordinaria. Probatur sic quia alienatio illarum fuit validè facta. Item quia non proceditur de iure communi via executiua, quamuis reus sit obligatus auctori per scripturam, l. minor 25. annis, ff. de minoribus, & tradunt vt certum Vmbert. locat post iudic. Inquisit. quæst. 16. & Farinac. de hæresi quæst. 190. num. 88.

434 Est autem difficultas, an alienationes factæ à delinquente, cuius bona confiscantur non ipso iure, sed per sententiam, & administratio bonorum non fuit ei specialiter

liter interdicta, sint firmiter, & irreuocabiliter validæ? Si fiant ante commissum delictum, & non in fraudem fisci, certum est esse prorsus validas, & irreuocabiles. Adest manifesta huius doctrinæ decisio in l. si quis posthac 9. §. si quid etiam C. de bonis damnat. ibi, si quid etiam in emancipatos liberos, ante tempus criminis, ac reatus patrem contulisse claruerit, integrum eisdem citra inquietudinem reseruetur. & fauet l. regia 2. tit. 4. par. 5. fine. Ostenditur indè efficaciter, quia ante delictum seclusa fraude, nequaquam competit ius fisco, neque aduersus delinquentem, neque aduersus eius bona, ergo non potest alienatio facta à fisco reuocari.

435 At post delictum commissum videtur circa hoc esse maior difficultas. Nihilominus si patrato iam crimine ante latam sententiam fiat alienatio bona à delinquente alienentur, valida est alienatio, & nequit reuocari, siue titulo oneroso, siue gratuito sit facta, nisi in fraudem fisci factam fuisse, ex coniecturis innotescat. Ita defendunt Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 14. num. 4. vbi plures antiquiores refert, Farinac. de falsitate quæst. 164. num. 2. Bonacina disp. 3. de contractib. quæst. 8. punct. vltim. §. 2. num. 1. & Sanchez dict. cap. 21. num. 32. Ratione sic ostenditur, quia ob tale delictum non fuit sublata delinquenti bonorum administratio, vt patet ex l. aufertur ff. de iure fisci, nec eius bona sunt fisco obligata, l. res vxoris C. de donat. inter virum & vxorem, ergo &c.

436 Moderando, autem affirmant aliqui hoc tunc solum habere locum, quando sententia condemnatoria non sequitur: Nam ea secuta volunt alienationem factam post delictum inualidam esse, & reuocari posse. ita Ancharan. consil. 251. ex his quæ superius num. 2. Gadin. tit. de bonis malefact. num. 5. versic. & ideo dominus, Odofred. in l. post contractum 15. ff. de donationib. num. 2. & alij. Ducuntur quia in ista l. post contractum sic habetur. Post contractum, inquit, capi-
437 tale crimen donationes factæ valent constitutione diuorum Seueri, & Antonini, nisi condemnatio sequuta sit. Ergo secuta condemnatione non valent factæ post delictum, quouis tempore fiant. Atque hunc modum explicandi textum valdè approbat Farinac. dict. q. 164. num. 8.

438 Verum hanc moderationem, teste ipso Odofredo communiter reijciunt Doctores, præcipuè Barth. in dict. l. post contractum, in princip. Cuman. ibi num. 1. Clarus in pract. §. final. quæst. 78. num. 15. Anton. Gomez & Bonacin. vbi supra, Sanchez dict. cap. 21. num. 33. & Castrus Palaus dict. punct. 21. num. 5. versic. Cæterum hæc quibus adhæreo. Probatur, quia dict. lex, post contractum absolutam continet decisionem, quòd donationes factæ post crimen capitale sint validæ firmiter, & irreuocabiliter vndè subiungendo, nisi condemnatio secuta sit non intendit ex condemnatione postea secuta donationes ante eam factas infirmari; sed intentio ipsius est, quod donationes factæ post crimen patratum, & taliter vt condemnatio iam secuta sit, nequaquam valeant. Atque hic est communis intellectus dicta lege.

439 Confirmat sic Castrus Palaus, Donatio, inquit post commissum delictum, & ante sententiam, vel est valida irreuocabiliter, vel non? Si valida est irreuocabiliter ex superueniente sententia reuocari nullatenus potest. Si autem non est irreuocabiliter valida, reuocari poterit etiam si condemnatio non sequatur, quod est contra supradictam legem, & omnes. Ergo affirmandum est eius valorem non pendere ex condemnatione contingente hæc ille, quibus omnino conuincitur.

440 Limitando item asserunt alij, quod valere alienationem post delictũ debeat intelligi, si lis contestata non sit, aut accusatio non sit firmata. Post litem enim contestatam, aut accusationem firmatam, quod alienatio irreuocabilis sit nõ admittunt. ita Glossa in l. ex iudiciorum. 20. verbo alienare ff. de accusationibus, Cynus in l. si quis posthac, num. 2. C. de bonis proscrip. Baldus ibi, nu. ad finem. Angel. n. 3. ac plures citati à Farin. dict. q. 164. num. 14. Videtur posse ostendi ex l. fin. C. de litis, vbi expressè decisum habetur, quod res litigiosa nequeat alienari; sed accusato iam delinquente maximè post contestatam litem bona eius sub litigio sunt, an confiscanda nec nè? ergo nullo modo tunc alienari possunt ab vllo.

441 Nihilominus meritò expellitur à doctoribus melioris notæ ista limitatio, qui absolutè affirmant, quod valida sit irreuocabilitet alienatio quouis tempore fiat ante sententiam, nisi in fraudem Fisci probetur facta. Ostenditur ex supradicta l. post contractum, quia ibi solum excipitur tempus condemnationis. Ita cum alijs relatis Ant. Gomez tom. 3. variarum, cap. 14. n. 4. versic. si verò, & versic quod extendo. Clarus in pract. §. fin. q. 78. num. 17. & 18. Bonac. disp. 3 de contractib. q. 8. punct. vltim. §. 2. nu. 1. Sanch. dict. cap. 25. num. 32. & Farin. dict. q. 164. de falsitate, num. 11. & seqq.

442 Nec vim habet quod adductum ex l. fin C. de litig. quia vt rectè docent Bart. ibi nu. 14. Imola, num. 1. versic. quarta fuit opinio, Farinac. dict. q 164. num. 13. & Sanch. ibidem num. 32. vbi principaliter agitur de vindicando delicto, & sic criminaliter non de bonis per contestationem litis, bona delinquentis non existunt litigiosa, cum non sit de ipsis litigium, sed de puniendo delicto, propterea non sunt comprehensa in decisione dictæ legis fin. C. de litig.

443 Aliam limitationem adiungunt nonnulli

nulli vt Iacobus de Arena in dict.l. post co-
tractum num. 2. versic. neque obstat. Paulus
de Castro num. 2. versic. tertius casus, &
Sanch. dict. cap. 21. num. 25. quod sit intelli-
gendum, nisi lis pendeat in contumacia,
cùm alienatio delinquenti contumaci pro-
hibeatur, ne hoc prætextu via ad fugam
ei disponatur, secundum l. finalem ff. de re-
quirendis reis.

444 Hęc tamen limitatio non admittitur
ab alijs, præcipuè à Menochio, de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 124. num. 38. & seqq.
ac Castro Palao, dict. punct. 21. nu. 7. qui-
bus adhæreo. Ratione sic ostenditur, quia
delinquenti fugitiuo non est prohibita a-
lienatio, sed delinquenti contumaci, sic
445 per sententiam declarato. Quin etiam
benè addit idem Castrus Palaus, ibi quod
sit probabile, posse alienare condemnatum
in contumaciam, pro sola contumacia.
446 Secus si in contumaciam ex sufficienti-
bus, ac iuridicis indicijs pro delicto con-
demnatus fuerit: quod etiam docent Pe-
regrin. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 182. Fa-
rinac. dict. quæst. 164. num. 27.

447 Tandem concordant omnes doctores
hactenus in hac Regula citati, quod possit
reuocari alienatio facta post sententiam
condemnatoriam, maximè si ab ista ap-
pellatum non sit. Patet ex supradict. l. post
contractum, ibi, nisi condemnatio secuta
sit: Affert ibidem citatus Castrus Palaus
nu. 8. nec maiori hac indiget probatione.

448 Verùm si à sententia iuridicè sit appel-
latum, & propter appellationem iuridicam
illius executio fuit suspensa; valida erit a-
lienatio post ipsam facta, ac si sententiam
condemnatoria non esset lata, non enim
dicitur propriè lata sententia, quæ non
habet effectum. Tradunt vt prorsus cer-
tum Anton. Gomez tom. 3. variarum. c. 14.
num. 4. Bonacin. disp. 3. de contract. lib. q. 8.
punct. vltim. §. 2. num 3. fine Farin. dict. qu.
164. num. 24. & Thomas Sanch. lib. 2. in de-
cal. cap. 21. num. 86. Vide plura apud Ca-
strum Palaum citatum; vt iam huic Re-
gulæ finis.

---

*Num valida, & licita alienatio bonorum,
quæ ipso iure confiscantur? & an fiscus
sic alienata recuperare possit?*

REGVLA. CCCCLXIX.

449 MVlto probabilius est, quod tam
validè, quam licitè ante condem-
nationem delinquentis possint alienari bo-
na, quæ ob hæresim, vel aliud delictum
ipso iure publicantur. Verum tales aliena-
tiones fiscus prout libuerit potestatem ha-
bet reuocandi, nisi obstet, quod possesso-
450 res iam legitimè præscripserint. Ad le-
gitimam autem præscriptionem contra di-
ctæ reuocationis actum inducendam in
crimine hæresis, concurrentibus alijs con-
ditionibus requisitis, spatium quadragin-
ta annorum communiter assignatur, quid-
quid aliqui dicant sufficere quinquennium,
quando bona Fisco Regis sunt applicata.
451 In alijs vero criminibus ad hæresi per so-
los viginti annos præscribitur; & non da-
tur fisco restitutio aduersus præscribentes
452 bona, quæ illi competebant. Alienatio-
nes tandem necessariæ nequeunt à fisco re-
uocari: quænam istæ sint Explicabitur, &
alia notabilia perpondentur.

---

453 ANtequam discutiamus doctrinam
de alienatione bonorum, quæ ob
hæresi, vel aliud crimen ipso iure confi-
santur, & de reuocatione illius, quæ cum
discrepantia minoris, aut maioris proba-
bilitatis à Doctoribus traditur; præmitta-
mus breuissimè nonnulla vti certa, huc
spectantia maximè cum Sanchez citando.
454 Primò certum est, quod Dominus bo-
norum, quæ ob hæresim, vel aliud crimen
ipso iure confiscantur, licet à die commis-
si delicti maneant fisco addicta, & quasi in
hypothecam tradita, non teneatur tamen
ante sententiam condemnatoriam ex tri-
buere fisco, imò nec post sententiam ea
ipsi offerre, nec statim tribuere (nisi iu-
dex id in sententia exprimat, quod solet fa-
cere, quando condemnat ad mulctam pe-
cuniariam) sed est obligatio non occul-
tandi, nec resistendi si fiscus ipse à dicto
dominò auferat. Ita Simanch. cathol. instit.
tit. 9. num. 184. & 209. Molin. Iesuita disp.
95. tom. 1. de instit. & Sanchez in decal. lib.
2. cap. 22. num. 78. & 91.
455 Secundò certum est, quod hæreticus,
vel alius quiuis cuius bona ipso iure publi-
cantur, si specialiter, aut generaliter per
edicta interrogetur de talibus bonis, de-
beat illo fisco tradere: Secus si non inter-
rogetur, & purè negatiuè se habeat etiam
post senten tentiam. Ita cum Ban. & Ara-
gon. per eum relatis idem Sanchez dict. c.
456 22. num. 10. & seq. Atque vtrumque pari
modo affirmandum est de successore in
bonis hæretici, vel alterius ipso iure con-
fiscatis. Sic noster Molina tom. 1. disp. 66.
ante quartam conclusionem, & dict. disp.
95. Azor tom. 1 instit. moral. lib. 5. cap. 8.
q. 4. & ibidem Sanch. num. 12.
457 Tertio certum est, casu quo Fiscus ab
hæredibus hæretici, vel à successore in bo-
nis ipso iure confiscatis, ista petit, tenen-
tur illi restituere, si ea adhuc in propria
specie perseuerant. Si verò iam sunt
consumpta, & ipsi bona fide receperant
solum illa tenentur restituere, in qui-
bus facti sunt ditiores, sic totidem ferò
verbis Sousa lib. 3. Aphor. cap. 16. cum San-
chez dict. cap. 21. num. 12.
458 His sic premissis, iam discutiendum
illud graue dubium, an hæreticus aut alius
delinquens, cuius bona ipso iure publican-
tur, possit ante condemnationem Ea vali-
dè

dè alienare? Pars negans, quę re vera probabilis est indè ostenditur, quia sunt aliquę leges quæ videntur impedire, & tales alienationes irritas, & inualidas reddere, vt l. Manicheos §. pręterea. C. de hæreticis & l. vltim. C. ad legem Iuliam Maiestatem, vbi aufertur à delinquente facultas alienandi & additur tales alienationes valerè non deberi idem in l. 4. tit. 2. par. 7. Regni Castellæ.

459 Confirmatur ex sententia illa, valde probabiliter, quod delinquens ob crimen commissum maneat, priuatus dominio suorum bonorum, quæ ipso iure confiscatur. ergo non poterit validè illa alienare ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 25. Peregrin. de Iure Fisci. lib. 5. tit. 1. numer. 166. Bossius in pract. tit. de bon. publican. num. 76. & alij, quos referunt Farin. & Sanch. statim citandi.

460 Nihilominus multò probabilius censetur oppositum, quod alienationes à delinquente factæ sint validæ, quouis titulo fiant; veniant tamen per sententiam annullandæ. Probatur efficaciter hac ratione, quia hæretico, vel delinquenti ante sententiam condemnatoriam non est interdicta bonorum suorum administratio, ex qua sequitur potestas alienandi; Ergo delinquens, dum illa legitimè administrat poterit ipsa validè in partem, aut in totum alienare.

461 Confirmatur, quia de facto contractus omnes, quos catholici cum hæreticis Angliæ, & Germaniæ iniunt ab omnibus iudicantur legitimi, & validi, & certè non essent, si crimen hæresis priuaret hæreticum potestate validè contrahendi, cum illi verè hæretici sint, & in omnes pœnas hereticis iniunctas prolabantur. ita cum alijs per ipsos relatis Farinac. de hæresi, quæst. 190. num. 72. Suarez de fide, disput. 22. sect. 4. num. 3. Vasquez 1. 2. disput. 171. cap. 2. num. 9. Azor. tom 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 7. fin. Sanchez d. cap. 22. num 50. & Castrus Palaus dict. disp. 5. punct. 19. num. 2.

462 Qui num. 3. sic benè subiungit. Neque leges, inquit, pro contraria sententia adductæ vrgent: sæpè enim donationes, & alienationes, quæ firmę, & ratæ non sunt inualidæ vocantur, vt colligitur ex l. 1. & l. post contractum, ff. de donationibus, ac proindè nihil mirum, si donationes, & venditiones factæ post contractum dicantur inualidæ, hoc est infirmæ, & retractabiles. ita ille: Concluditur, itaque, vt multò probabilius esse validas huiusmodi alienationes.

463 Notandum autem cum Vasquez vbi supra, & Sanchez dict. cap. 22. num. 51 discrimen, quod extat inter prędictas duas sententias. Nam secundum primam asserentem, tales alienationes esse ipso iure inualidas, consequenter asserendum est, fructus ex rebus alienatis perceptos debere restitui; cum nullum ius in illis bonis per alienationem comparetur. Attenta verò altera sententia, secundum, quam alienationes validæ sunt, affirmandum è contra, quod recipiens bona alienata fructus ex eis dimanantes faciat suos nec teneatur ad restitutionem, quousque delinquens condemnetur.

464 Quamuis item alienationes dictæ ipso iure validę sint; ex mente tamen omnium doctorum prorsus certum est, nullam alienationem factam post delictum commissum ab hæretico, vel à delinquente, cuius bona ipso iure publicantur, esse ita validum, quin Fiscus eam reuocare possit. Tradunt pręcipuè Suarez, de fide disput. 22. sect. 4. num. 5. Sanchez dict. cap. 22. num. 33 & Farinac. de hæresi, quæst. 190. num. 70. conuincitur sic, quia à die commissi delicti ea bona sunt Fisco addicta, & quasi in hyppothecam tradita, & propterea cum hoc onere in quemcunque possessorem transeunt; ergo delinquens nequit, bona sua omnino firmiter, & irreuocabiliter alienare.

465 Confirmatur ex legibus per quas delinquenti alienatio prohibita est, hoc enim ad minus probant, vt l. ex iudiciorum, versic. adeo. ff. de accusationibus, ibi, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse, & L. Manichæos, §. præterea, C. de hæreticis, ibi non relinquimus contrahendi facultatem l. vltim. C. ad leg. Iul. Maiest. ibi, neque alienare posse. l. donationes in concubinam, §. fin. ff. de donationibus, & aliæ.

466 Doctrina autem tradita de reuocatione alienationum debet intelligi cum hac limitatione, nisi possessores rerum alienatarum, iure Fisco erant addictę. legitima præscriptione se tueantur, ex cap si qui de præscriptionibus in 6. tem l. 2. C. de apostatis, l. in omnibus, ff. de iure Fisci, & circa hoc concordant Doctores nullo contradicente.

467 Contrauertunt tamen ipsi circa tempus ad talem præscriptionem requisitum, Aliqui enim volunt requiri spatium 40. annorum; alii 30. alii 20. alii 10. alii 5. tantum, De qua varietate Bart. l. 2. C. de Vectigal. Anton. Gomez tit. de confiscat. nu. 5. Farinac. tom. 1. quæst. 10 num. 82. & qu. 25. num. 158 ac de hæresi quæst. 190. nu. 119. Peregrin. de iure Fisci, lib. 6. tit. 8 nu. 36. & alii copiosè agunt.

468 Sit tamen firma, & certa resolutio, quod in crimine hæresis sit necessarium 40. annorum spatium ad pręscriptionem legitimam contra Fiscum, circa bona delinquentis cui possessori: Est expressus textus in dict. cap. si qui, de præscriptionibus in 6. ibi, nisi spatio 40. annorum fuerint bona fide possessa; Tradunt vt certum Farin. vbi supra. cum pluribus relatis Sanchez dict. cap. 22. num. 40. & Noster Molin.

de iustit, tomo. 1. disput. 73. versic. hinc infert,

469 Moderationem adhibent prædictæ doctrinæ aliqui, vt Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 9. §. 8. num. 16. Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. vltim. num. 5. & Quemada in quæst fiscalib. quæst. 16. conclus. 2. ex Mente Abbatis in cap. cum à Nobis, num 8. & Fœlin. num. 11. de præscript. quod debeat intelligi casu, quo bona hæretici applicantur Fisco Ecclesiastico: nam si applicanda sint sæculari Fisco volunt quinquennium sufficere ad legitimè præscribendum. Ducuntur fortè ex l. 2. C. de apostatis, vbi præscribitur quinquennio ne contra apostatam defunctum procedatur.

470 Sed meritò reijcitur hæc moderatio ab alijs, vt à Simanch. de Cathol. institut. tit. 9. num. 133. & tit. 18. num. 14. Pegna 3. par. direct. comment. 92. Molin. loc. cit. & Sanchez dict. cap. 22. num. 4. qui indistinctè affirmant, requiri 40. annos ad præscribendum, siue Fisco Ecclesiastico, siue sæculari bona hæretici sint applicanda. Ostenditur indè manifestè, quia cum crimen hæresis sit Ecclesiasticum, vt patet ex cap. vt inquisitionis, § prohibemus, de hæreticis in 6. in eo puniendo standum est potius dispositioni iuris canonici, quam ciuilis. Item quia in dict. cap. Si qui, Papa indistinctè loquitur, ergo vbi ipse non distinguit, nec nos distinguere debemus.

471 Est autem graue dubium, an dicta præscriptio procedat post mortem hæretici, & non dum viuit? affirmanter respondent Molin. Iesuita disput. 73. conclus. 3. & 6. Farinac. de hæresi quæst. 190. num. 122. & relatis Ioann. Andrea Anchar. ac Dominico, Sanchez dict. cap. 22. nu. 37. Ratio est, quia dum viuit hæreticus contra ipsum semper Sanctum Officium procedere potest, quamuis 40. anni à die commissi delicti præcesserint, sed quamdiu hæreticus prosequutus, & condemnatus esse potest, non videtur, quod possessores bonorum ipsius valeant præscribere ergo, &c. Confirmatur ex textu in dict. cap. si qui, vbi conceditur præscriptio in bonis hæretici post mortem eius, & cum de vita nulla fiat mentio, videtur in illa non posse dari.

472 Præsens dubium benè resoluit Castrus Palaus dict. punct. 19. num. 8. circa medium sequentibus verbis. Cæterum inquit & si hæc limitatio in consulendo, & iudicando, retinenda sit propter authoritatem doctorum at in puncto iuris censerem repellendam esse. Tum quia, estò nullo tempore præscribatur [actio procedendi contra hæreticum, inde non infertur, nullo vnquam tempore aduersus] fiscum in eius bonis præscribi. Nam Couarr. supra n. 16. Sanchez nu. 42. Simanch. tit 18 num 42. affirmant nullo vnquam tempore prescribi actionem procedendi contra hæreticum defunctum ad eius memoriam damnandā, & tamen affirmant pro certo præscribi spatio quadragenario aduersus eius bona. Ne-

473 que etiam ex eo quod textus in cap. fin. de pręscriptionibus, nihil de pręscriptione viuente hæretico loquatur, infertur sensisse non posse præscribi illo tempore, ita ille vide plura apud ipsum.

474 Ad dictā item præscriptionem aduersus fiscum in crimine hæresis, pręter quadragenarium, requiruntur alię conditiones de quibus præcipuè Sanchez dict. c. 22. num. 41. quo cum eas breuissimè attingo. Prima, vt possidentes bona hæreticorum sint Catholici, si enim reperiantur hæresi infecti, nequeunt vllo tempore præscribere; sicut nec ipse hæreticus vnquam contra fiscum pręscribit. Secunda, vt hæreticus, cuius bona possident, iudicetur catholicus obijsse: cui iudicio opponitur, si diffama-

475 tus de hæresi discessit. Tertia, vt in ijs conditionibus toto quadragenario perseueret, si enim intra illud constet defunctum hæreticum fuisse, aut ipse possessor in hæresim incidit, pręscriptio interrumpitur, cū cesset bona fides requisita ad eam in dict. cap. Si qui, sic glossa ibi, & docet Pegna 3. par. direct. commen. 92. versic. filij verò.

476 Dein ad pręscriptionem aduersus fiscū inducendam in alij delictis ab hæresi, probabilius censetur sufficere spatium 20. annorum, ex l. in omnibus, ff. de diuers. temp. præscript ibi in omnibus fisci quęstionibus exceptis causis in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est, 20. annorum præscriptio custoditur. Vnde si minora tempora assignata non fuerint, 20. annorum spatium requiritur. Tradunt Barth. circa dict. l. in omnibus, Bossius de publ. bonorum num. 78. & pręcipuè Castrus Palaus dict. punct. 19. num. 10. vbi pluribus id ostendit, & soluit, quæ opponi possunt.

477 Duo hic obiter notanda sunt, primum quod attingitur in Regula nostra, fisco scilicet non concedi restitutionem aduersus pręscribentem bona, quæ confiscanda erāt Ratio est, quia in odiosis, & correctiuis, (qualis est publicatio bonorum) sicut, & in executionibus, & exactionibus pænarum de iure, nec fisco, nec alteri datur restitutio. ita Farinac. tom. 1, quæst. 25. n. 165. cum Aymon. consil. 271. num. 2. lib. 2. Odd. Perus. tract. de restit. in integrum, par. 1. q. 3. num. 85. & seq. ac cum alijs.

478 Notandū secundo quod fiscus nequeat petere à tertio possessore bona in ipsius fraudem alienata, nisi infra annum vtilem cuius loco conceditur hodie quadriennii cum actiones reuocatoriæ eo tempore tollantur, & præscribantur. l. 1. §. 1. ff. quæ in fraudem credit §. item si quis in fraudem. instit. de actionib. Tradunt. Ant. Gomez to. 3. cap. 14. de bon. public. num. 5. fin. & Farin. dict. q. 25 num. 164.

479 Sequitur agendum de alienationibus necessarijs, quæ à fisco reuocari nequeunt etiam

etiam facta ab hæretico, seu ab eo, cui bona sunt publicata, & cui bonorum suorum administratio est interdicta, ob eam in communi rationem, quia istę alienationes quasi nomine fisci, & ex pręsumpta ipsius voluntate censentur factæ Fauet l. alienatione 13. C. famil. excisc. ibi alienationes post iudicium acceptum, interdicta sunt dumtaxat voluntariæ. Ergo ex causa necessaria iudicantur concessę. ita Couarr. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 9. peregr. de iure fisci. lib. 1. tit. 1. num. 166. Farin. de hæresi quæst. 190. num. 87. & qu. 164. nu. 96. Sanchez dict. cap. 22. nu. 55. & alij ab ipsis relati.

480 Sex assignantur casus, in quibus conueniunt doctores, quod alienationes sint necessariæ percurro breuiter. Primò, si hæreticus expendat bona sua, vt creditoribus faciat satis, nam tunc fit ab eo, quod à fisco fieri debebat. l. sed neque illud ff. de solut ita Bart. in l. post contractum, nu. 17. ff. de donat. & ibi Imola num. 9. Paul. de Montepic. num. 76 Farin. de hæresi, qu. 190. nu. 87. & de falsit. quæst. 164. n. 97. Sanchez dict. cap. 22. num. 56. & alij.

481 Secundò, si ab hæretico, seu ab alio delinquente alienentur bona ad effectum se suamque familiam alendi, erit necessaria alienatio, non reuocanda, quia quousque sententia criminis declaratoria existit, ipsemet fiscus tenetur alere delinquentem ex bonis eius. ita Bart. ibidem n. 12. Montepic. num. 44. 71. & seq. Farin. de falsit. nu. 111. & de hæresi num. 87. & Sanchez ibidem num. 56.

482 Tertiò si facta fuit alienatio pro recuperanda valetudine sui, suorumque cum ista tanquam alimenta censeantur. Atque idem est, si alienetur aliquid pro funere; cum hoc inter alimenta computetur, Docent ijdem Farin. Sanchez, & Paul. de Montepic. locis allegatis.

483 Quarto, casu, quo fit alienatio à delinquente, vt se, Suosue à Carceribus liberet, vel à captiuitate redimat, cum hæc iudicatur grauis necessitas, cui ex bonis, quæ actu possidet, potest delinquens succurrere, ita ibidem Montepicolus, nu. 79. Bossius tract. de public bonorum. num. 47. fine Farinac de falsit. dict. q. 164. num. 113. & alij.

484 Quintò, quando facta fuit ad defendẽdam causam, ad satisfaciendum Aduocatis, ad extrahendas scripturas, vel ad similia Ratio est, quia defensio propria iure naturæ conceditur; ita post alios relatos Farinac de hæresi q. 190. num. 87. & Sanch.
485 dict. cap. 22. num 56. Qui non video, cur cum limitatione intelligat de alienatione facta tantum pro expensis litis circa illud crimen, ob quod bona confiscantur; cum reliqui doctores, vt ait Castrus Palaus dict. punct. 19. num 13. versic. Quę autem, hanc limitationem non admittant, Nam si ex alio delicto persona delinquentis, vel eius bona periclitantur: iure naturæ ei defensio conceditur, ac proinde alienatio est necessaria, & non voluntaria.

486 Sextò, nequit reuocari alienatio, si facta sit pro defendendis, reparandis, & conseruandis bonis, Nam in hac defensione, reparatione, & conseruatione delinquens negotium fisci agit. Tradunt Farin. Sanchez; & alij auctores citati.

487 Circa duos verò casus est aliqualis cõtrouersia inter ipsos: primò, si pro filiabus dotandis fiat alienatio, an ista sit reponenda inter necessarias alienationes, & consequenter nec reuocanda? Probabiliter id negant aliqui, præcipuè Sanchez dict. c. 22. num. 56. & Montepic. l. post contractum num. 74 ff. de donat. Bossius, nu. 77 & Bonacin. disp. 3. de contractibus, qu. 8. punct. vltim. §. 3. num. 4. proposit. 2. ob eam rationem, quia fiscus non obligatur dotare filias; ergo nec delinquens poterit cum fisci vices gerat, bona ad hunc effectum alienare.

488 Verum pars affimans probabilior sine dubio iudicatur, quod sit alienatio necessaria, & irreuocabilis. Ratio est, quia dos competens, & moderata loco alimentorum habetur, atque inter dotem, & alimẽta fit æquiparatio, vt copiose Abbas in cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimon. num. 5. Tiraquel. de primogen. lib.
489 2. cap. 25. num. 8. Nec habet vim ratio in oppositum adducta, quod fiscus post publicationem bonorum condemnato delinquente, non maneat obligatus filias eius dotare; cum etiam non videatur obligatus alimenta illis præbere, & tamen ante sententiam alienatio facta pro alimentis filiorum, est necessaria, vt diximus ergo idẽ dici potest de alienatione pro dote ita docent Farinac. de hæresi, quæst. 190. nu. 87. & alibi sæpæ Peregrin. de iure fisci lib 5. tit. 1. num. 177. Castrus Palaus dict. punct. 19. num. 14. & alij.

490 Secundò est controuersia circa alienationem factam ob benemerita donatorij, nam ista non videtur necessaria, cum sit gratuita, ac propterea reuocabilis. Atque probabiliter in hanc partem implicitè inclinat Sanchez dict. cap. 22. num. 56. fine; cũ affirmet extra causas ibi expressas nullam aliam esse necessariam in quibus causis hanc non memorat.

491 Oppositum tamen, cum probabilitate asseritur, quod alienatio remuneratoria sit necessaria ac proinde non reuocanda. ita expresse Farin. de falsit. q. 164. num. 118. & Castrus Palaus dict. num. 14. fine. Probatur indè, quia tametsi remunerari merita non sit obligatio iustitiæ, est tamen gratitudinis obligatio, quæ omninò decet virum probum, & honestum, sed cuilibet necessarium est debito honestatis satisfacere, ex quo, non satisfacto læditur eius honor, & bona apud omnes existimatio;
492 ergo &c. Merita tamen aliundè, quam

ex confessione donantis constare debent, alioquin est præsumptio fraudis, vt docent Farinac. ibidem & Mantica de tacita, & ambigua conuent. lib. 13. tit. 39. num. 17.

493 Concluditur, itaque alienationes necessarias non posse à fisco reuocari; benè tamen alias, vt diximus, licet sint validæ iuxtà probabiliorem sententiam; sed numquid sunt etiam licitæ? De hoc superest aliquid dicere: quòd sint illicitæ ostenditur ex varijs capitibus, primò quia diuersæ extant leges, quibus huiusmodi alienationes prohibentur delinquenti, cuius bona ipso iure publicata sunt, vt traditum

494 supra Item quia infligitur damnum possessoribus, à quibus bona per fiscum auferri possunt. Præiudicatur etiam ipsi fisco; cùm illa contra eius voluntatem in tertiũ possessorem transeunt, & quidem probabiliter Angles florib. 2. par. quæst. de restrict. legis pænalis concl. 2. (limitans pro casu quo nullum fisco detrimentum prouenit) Ioan. Medin. de restit. q. 1. §. post rerum dominium, versic. ad propositum igitur, & Sayrus in claui regia lib. 3. cap. 9. num. 30.

495 Verum probabilius censetur, quod vsus talium alienationum sit licitus, & nulla in eis reperiatur culpa, siue sint gratuitæ, siue onerosæ, quando possessori nullum inde damnum prouenire potest, aut ipse prouenturo cessit. Docent Suarez de fide disput. 22. Sect. 4 num. 4 Farin. de hæresi. q. 190. §. 5. num. 82. Bonacina disp. 3. de contractib. q. 8. punct. vltim. §. 3. num. 4. Sanch. dict. cap. 22. num. 59. & plures ab eis relati. Probatur soluendo simul rationes in oppositum, quia leges disponentes de confiscatione bonorũ, & prohibentes illorum alienationem, auferunt à delinquente facultatem liberam ea alienandi firmiter, & irreuocabiliter; alienationem tamen reuocabilem nequaquam prohibent; cum delinquenti possessionem bonorum relinquant, quin etiam dominium vtile, iuxta magis probabilem sentẽtiam; ergo ex parte legum licita erit alienatio.

496 Sed quid ex parte possessoris? si alienatio sit gratuita, certum est, quòd regulariter loquendo, donatarius indè pati non possit nocumentum; si enim spolietur donatis, nihil ex proprijs amittit.

497 Quando verò alienatio est onerosa, & delictum adeò occultum, vt nullum adsit periculum deueniendi ad forum externum, nulla committitur iniustitia à delinquente alienante, cum tunc censeatur alienare rem, ac si nullo esset vitio affecta; quia talis moraliter iudicatur. Dato tamen, quod adsit periculum, & alienans illud occultet, certum est committi tunc iniustitiam, cum alienet rem vitiosam tacito vitio. Nam alienat rem vindicationi expositam tacendo, sic expositam esse.

498 Prosequitur ostendendo à simili Castrus Pal. dict. punc. 19. nu. 22. post medium sicut, inquit, si rem alteri hypothecatam, tacita hypotheca, alienaret, contractu oneroso, peccaret sane, ita ille; & addit li-

499 mitando sic. Excipe tamen, inquit, nisi apud se retineret alia bona non confiscanda, quibus possessori integre satisfacere posset, casu quo alienata vindicarentur; vel vitium & periculum alienans manifestaret, vt sic cognoscens cedere censeatur, quia his casibus cessat, vt de se constat, tota ratio iniuriæ, & iniustitiæ. hęc ille.

500 Tandem ex parte fisci nulla committi potest culpa, aut iniustitia a delinquente in tali alienatione, nisi hęc in fraudem ipsius fisci fuerit facta, vt dictum supra. Nam ob alienationem non minuitur fisco ius quęsitum, & res alienatæ semper ipsi obligatæ manent, ac penes quemcunque possessorem reperiantur, eas idem fiscus repeteret potest docet Castrus Palaus ibidẽ

501 Sed quid si contingat ex alienatione rem perire, & ea fiscum priuari? Respondet benè idem Castrus, hoc esse per accidens, & quod delinquens non teneatur curare, vt res alienata conseruetur, cum non sit fisci procurator constitutus; sed tãtum tenetur non facere alienationem in fisci fraudem: & hoc tunc fit quando alienat nulla interueniente causa honesta alienandi, ne ad fiscum res alienata possit peruenire.

502 Vltimo loco accipe à Castro Palao nu. 23. duas illationes scitu dignas, proprijs eius verbis: Ex his, inquit, fit, si causa dotis, vel titulo nuptiarum rem obligatam fisco alienes, & adsit periculum, vt à fisco repetatur, nec conscium facias periculi recipientem, peccas grauiter sic Bonacina

503 supra. Secundo fit, si vendas rem supradicto periculo expositam, tacito vitio, te grauiter peccare, neque à peccato excusari etiamsi vendas ad alimenta, resque necessarias, & etiamsi pretium retineas, quia hæc non excusant emptorem à graui molestia, & sumptibus faciendis in probando pretium à se datum, apud te retineri, & in res necessarias consumptum esse: Sic alijs relatis docuit Sanchez num. 64. & 65. hæc ille, quibus Regula præsens terminatur.

Qualiter se gerere debeat fiscus in dictis alienationibus rescindendis, ac bonis iam alienatis recuperandis?

REGVLA CCCCLXX.

504 QVando alienatio rescinditur, pretium rei alienatæ formaliter, aut æquiualenter penès hæreticum, vel delinquentem existens emptori debet à Fisco reddi. Dicitur autem pretium æquiualenter existere penès illum si consumpsit in ea ad sustentationem vitæ requisita, casu quo erat, sine dubio eam empturus, si nullo modo

505 modo fuisset empturus. Onus verò probandi pretium in vtilitatem delinquentis versum esse, non Fisco, sed prætendenti sibi restitui incumbit: quòd si non probetur, probabilius est, posse Fiscum rescindere alienationem, nullatenus pretio restituto, etiam si possessor bona fide contra-
506 xerit. Tandem Fiscus vindicat rem alienatam ab hæretico, vel à delinquente, cuius bona iure publicantur, cum augmento eiconiuncto solutis expensis, nequaquam cum separato. De fructibus rei alienatæ diuersimodè resoluendum, vti expandetur.

---

507 Circa doctrinam huius Regulæ discutienda aliqua dubia, & controuersa, præmissis nonnullis, quæ sunt communia, & certa apud ferè omnes. Primò certum, & commune est, & quòd nihil debeat dare, vel relinquere possessori Fiscus, quando ab eo rem alienatam vendicat si per donationem gratuitam, nullis sumptibus factis ab hæretico, seu à delinqente acceperat. Ratio est, quia tunc possessor nihil ex proprijs perdit, nec ei alienationis reuocatio nocet, cum ista solùm sortiatur effectum reducendi res ad priorem statum ac si nunquam res alienata esset; ergo, &c. ita auctores statim citandi.

508 Secundò certum est, si per contractum onerosum, nempè per venditionem res ad possessorem translata fuerit, & pretium datũ formaliter, aut æquiualenter penès delinquentem maneat, emptori reddi debet, quando re empta priuatur. Ostenditur efficaci ratione; quia Fiscus solùm habet ius dissoluendi contractum, & reuocata alienatione recuperandi, quæ ipsi obligata sunt; ergo nequit occupare pretium ab innocente datum, cùm non sit delinquentis, nisi dum contractus factus firmus permanet, & res alienata non vindicatur. Vnde post dissolutionem contractus, & vindicationem rei venditæ, insurgit obligatio reddendi pretium innocenti, & seruandi indemnem.

509 Vnum excipit casum Scaccia de iudic. lib. 1 cap 98. nu. 16. nempe si emens rem à delinquente conscius eius delicti fuisset. Sed meritò reijciunt eius exceptionem alij, præcipuè Vasquez de legibus, disp. 172. cap. 2. nu. 8. Sanch. dict. cap. 22. nu. 69. & Castrus Palaus punc. 20. n. 1. circa mediũ. Ostenditur, tum quia id nullo iure cauetur, tum quia cùm emens conscius criminis delinquentis non committat delictum in tali emptione, nequit indè Fiscus sumere occasionem eum pretio priuandi: nisi fortè probetur, quòd voluerit rem delinquentis ita occultare, vt ad Fiscum non perueniret, sed raro id probari potest.

510 Certum est tertio ad obligationem restituendi pretium, sufficere, si penès delinquentem æquiualenter existat: Nam moraliter loquendo, idem est apud delinquentem existere pretium, vel existere eius æstimationem: existet autem eius æstimatio, si delinquens illo satisfecit creditoribus, aut si vitæ necessaria sibi, ac suis procurauerit, si aliam æquè pretiosam emit, vel res proprias meliorauit. Nam sic ex illo pretio delinquens ditior factus manet, ergo danti restitui debet. Ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. à nu. 31. Suarez de Fide, disp. 22. sect. 4. nu. 9. Vasquez. de legibus disp. 172. cap. 2. Farin. de hæresi, qu. 190. nu. 78. Sanch. dict. cap 22. n. 70. & Castrus Palaus dict. punc. 20. num. 1. quibus sic præmissis.

511 Dubitatur iam, nùm existat pretium penès delinquentem, si ex illo res necessariæ ad sustentationem vitæ fuerunt emptæ, quæ tamen casu perierunt? Duplex est sententia, alia affirmans, altera negans: Affirmant Simanch. dict. tit. 9. nu. 38. Farinac. vbi supra num. 28. Sanchez ibidem nu. 71. & alij ex eo fundamento, quia æquiualenter dicitur extare pretium apud delinquẽtem, quoties ipse proprijs bonis ratione illius parcit; sed ob pretium receptum delinquens pepercit proprijs bonis, quæ necessario consumpsisset, si pretium non re-
512 cepisset; ergo &c. Negant verò alij maximè Vasquez loc. cit. nu. 9. Probatur indè, quia nequit verificari tunc, quòd pretium illud penes delinquentem extet, quando contractus venditionis rescinditur, quandoquidem nec in eius vtilitatem, neque in vtilitatẽ Fisci versum apparet, ergo, &c.

513 Placet modus respondendi Castri Palai ibidem nu. 2. concordantis prædictos auctores sic: Vtraque, inquit, sententia veritatem dicit, & facile conciliari possunt; si enim ex pretio accepto emisti rẽ, quam sine dubio emeres etiamsi pretium non accepisses, credo pretium publicandum non esse, sed reddendum danti, quia ex illius redditione non infertur, Fiscũ minori patrimonio frui, quàm frueretur, si contractus ille, qui rescinditur, factus non esset; taleque pretium moraliter cẽsetur existere tẽpore, quo cõtractus rescinditur quatenus in tui vtilitatem versum est; siquidem ratione illius proprijs bonis, quæ debebas
514 consumere pepercisti. At si ex pretio accepto emisti rem, quam non emeres, si cõtractum priorem non celebrasses, neque pretium accepisses; credo tunc non esse restituendum pretium danti, quia absolutè non est verum, in tui, vel fisci vtilitatem esse consumptum. hactenus ille per acutè quidem.

515 Si petas, ad quem spectat onus probãdi pretium in vtilitatem delinquentis fuisse conuersum? Respondetur esse certum ex mente omnium spectare non ad Fiscum, sed ad prætendentem, vt sibi restituatur; quia Fiscus certum ius possidet aduersus omnia bona, quæ in possessione hæretici, seu delinquentis reperiuntur. Vndè si dictus prætendens vult hoc ius certum Fisci minue-

minuere, probaturus est ex tali pretio delinquentem factum fuisse ditiorem; aliàs nihil efficiet. Ita Molin. noster tom. 1. disp. 95. versic. licet autem Bonacin. disp. 3. de contract. q. 8. punct. vltim n. 2. & Sanch. alios referens dict. cap. 22. nu. 60.

516 Notandum hic obiter cum Suarez dis. 22. de fide, sect. 4. nu. 9. quòd liberum sit Fisco in casu de quo agimus, non rescindere contractum, cùm hic, vt vidimus supra validus sit, & facultas rescindendi illum fuerit Fisco concessa, vt priuilegium, quo possit, & non vt obligatio, qua vti debeat.

517 Dein dubitatur, an possit Fiscus non vindicare ab eo, cui delinquens vendidit, nullo restituto pretio, quando hoc non probatur versum esse in vtilitatem delinquentis? Partem negantem defendunt aliqui, & quidē non improbabiliter, præcipuè Alciat. in l. post contractum, nu. 21. ff. de donation. & ibi Roman. nu. 3 Imola n. 1. & Cynus in l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. Inde ostenditur, quia contractus ille emptionis, & venditionis, quo delinquens rem venditam validè alienauit, vt dictum supra, validus fuit, & consequenter contulit dominium rei venditæ emptori. Ergo iste nō debet illa priuari, nisi pretio restituto; cùm talis res, quamuis maneat obligata Fisco, non sit Fisci, sed possidentis, ergo ius possidentis vtpotè in re præualeat iuri Fisci ad rem.

518 Confirmatur, quia indè, quòd res, quam delinquēs alienauit, sit obligata Fisco, tātū deducitur posse fiscū rescindere contractū, ita ac si non esset factus; At ex ista rescissione prouenit, pretium in omni euentu esse restituendum emptori, alioquin non rescinderetur contractus venditionis, & emptionis, si vtrique parti non reddatur alienatum ab ipsa, sed esset rescissio contractus donati, in qua occupatur donatum nulla donatario tributa.

519 Probabilior tamen censetur pars affirmans, quod in supradicto casu non teneatur fiscus reddere pretium possidenti rem venditam, sed absque pretij restitutione possit eam sibi integrè vindicare. Ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. n. 27. Farin. de hæresi, quæst. 190. nu. 76. Suarez de fide, disp. 22. sect. 4. nu. 9. Anton. Gomez. tom 3. variar. c. 2. nu. 2. Scaccia de iudic. cap. 98. nu. 15. & pluribus relatis Sanchez dict. cap. 22. nu. 68. Probatur, quia cum bona hæretici, aut alterius delinquentis, quæ ipso iure confiscantur, à die patrati criminis sint Fisco obligata, & hypothecata, nō sine ac obligatione alienantur. Ergo poterit Fiscus ea vindicare, vbicunque inuenerit, etiam non soluto pretio pro illa vindicatione, quando pretium inter bona delinquentis nequaquam extat vllo modo etiam etiam æquiualenter.

520 Confirmatur, quia possessor rei Fisco obligatæ possidet illam eò modo, quo possidebat delinquens, cùm ius, quod iste habebat idemmet, & non aliud in possessorem transtulerit; sed delinquens ita possidebat eam, vt nullo pretio accepto pro ipsa poterat à Fisco vindicari, ergo pari modo poterit fieri in possessore, si pretium ab ipso datum delinquenti nec formaliter,

521 nec æquiualenter existat. Atque hoc verum est, quamuis possessor bona fide processerit in celebratione cōtractus, & ignarus omnino fuerit criminis à delinquente cōmissi; quia bona fides nō tollit rē alienatā esse obligatā Fisco, nam bona fides non pretium fuisse consumptum absque vtilitate Fisci; & hæc est causa cur illi non additur, cùm res empta vindicatur. Docent peculiariter Suarez. Farin. Scaccia citati, & Castrus Palaus dict. punct. 20. n. 6. & 7. apud quem plura in confirmationem, & solutionem argumentorum in contrarium videas.

522 Quoad argumentum rei alienatæ dubitatur etiam an cum ipso simul possit eā à tertio possessore vindicare? Sub distinctione augmenti intrinseci, & extrinseci facilè, & breuiter hoc dubium resoluitur. Nam si augumentum non sit intrinsecum, sed à re separatum, aut solùm affixum, vt lapis pretiosus anulo, ianua, vel fenestra domui & similia non vindicatur à Fisco cū impedit, rem esse obligatā Fisco, nec tollit re ipsi obligata, sed possidenti cedit. Vndè si nequit vindicari res sine tali augmento, huius valor per Fiscum reddi debet possidenti; cum istius sit & non domino rei cedat. ita auctores citandi.

523 Verùm quando augmentum rei Fisco obligatæ est intrinsecum, & ab ea inseparabile, vt salus, & vires robustæ in seruo, quem delinquens debilem vel infirmum alienauerat, seù vendiderat, vindicari poterit, solutis expensis, si quæ in augmentanda, seù melioranda re sunt factæ, ostenditur, quia res illa obligata est Fisco, ac proinde meliorationes eius ad Fiscum spectant, sed cum istæ expensis, & industria possidentis acquisitæ sint, tenetur Fiscus eas soluere; Nam non est iustitiæ consonū, innocentis labore fiscum locupletari. ita Suarez nu. 10. Sanchez lib. 2. cap. 23. nu. 204. & alij.

524 Tandem dubitatur circa fructus ex re confiscata, à die patrati criminis, vsque ad tempus sententiæ prouenientes, num isti à Fisco vindicentur? Breuis etiam, & facilius huius dubij resolutio sub distinctione. Nam si sermo sit de fructibus apud tertium possessorem formaliter existentibus, certum est, eos vindicari posse. Ratio est, quia huiusmodi fructus cedunt domino rei, & cum res pertineat ad fiscum, quoad dominium directum, & ratione istius eam possit vindicare, poterit etiam

525 fructus. Item, quia tertio possessori nō competit aliud ius in illis fructibus; quam competeret delinquenti, cum huius loco cedat. Sed delinquens nequiret impedire

re vindicationem talium fructuum; ergo nequibit tertius ille possessor. ita Suarez vbi supra num. 11. & Sanch. multis relatis dict. cap. 23. num. 194.

526 Si tamen fructus solum æquiualenter extent, cum illis tertius possessor deuenerit ditior, & isti fructus fuerit naturales, certum etiam est; quod subiaciant confiscationi ex mente omnium Doctorum Ratio est, quia oriuntur ex re confiscata, & propterea sub ea ratione fisco debita, & consequenter sunt debiti fructus moraliter ex illa dimanantes, & taliter existentes.

527 Si autem fructus fuerunt industriales, probabile censetur, non subesse vindicationi, si possessor bona fide illos consumpsit. Probatur à fortiori, quia si fructus rei alienæ industriales iam consumptos, non tenetur possessor bonæ fidei restituere; & si illorum consumptione factus sit ditior, vti docent, vt magis probabile Sanchez post multos relatos, dict. cap. 23. num. 76. & Castrus Palaus dict. punct. 20. numnr. 9 quanto probabilius erit, quod non debeat restituere fructus industriales consumptos ex re fisco obligata, cum absolutè non sint fructus rei alienæ, sed propriæ possidentis Atque potiori ratione idem erit de fructibus ex melioratione rei per possessorem facta.

528 At quid si fructus tam naturales, quam industriales à possidente. ita consumpti sunt, vt nec æquiualenter existant? Respondent communiter Doctores, quando fuerunt consumpti mala fide, poterunt à fisco vindicari, quia contra eum iniustitia commissa est dissipando rem ipsi obligatam. Verum si bona fide sint consumpti, ob rationem oppositam nequeunt à fisco publicari. ita Castrus Palaus dict. num. 9. fin.

529 Petes, quando nam dicatur possessor mala fide consumere fructus, vt hinc possint à Fisco vindicari? Simanch. de Cathol. Instit. tit. 9. num. 58 & Sanchez dict. cap. 23 num. 199. affirmant id tunc euenire, quando possessor cognouit delictum alienantis; cum eo ipso cognouerit rem sibi traditam Fisco obligatam esse; Vnde huic obligationi satisfaciendi se subiecit, quando rem illam accepit.

530 Verùm merito oppositum tenent Suarez de fide, disput. 22. sect. 4 num. 13 & Castrus Palaus dict. punct. 20. num. 10. quod in præsenti casu non proueniat mala fides possessori ex dicta criminis scientia; cum illa non tollat ipsi iustam possessionem illorum fructuum; sicuti nec delinquenti notitia sui criminis aufert. quominus illa bona iustè possideat; ergo à fortiori possidebit tertius possessor innocens, & consequenter fructus ex tali scientiam consumpti à possessore malæ fidei, sed bonæ, ac propterea nequaquam publicationi subijciuntur.

531 Dicentur itaque tunc delinquens, & tertius possessor mala fide consumere fructus, cùm nulla occasione honesta interueniente consumuntur, ne ad fiscum peruenire possint. Nam tunc tanquam in fraudem fisci consumptos, poterit ipse repetete, & sic repetitos, & non antea tenentur delinquens. & possessor restituere: ita ijdem Suarez, & Castrus Palaus; apud quem corollaria videas, quæ omitto, vt iam huic Regulæ finis imponatur.

Quid de confiscatione, aut de dotali destructione Domus, in qua hæretici conueniunt, vel absconduntur, ne capiantur?

REGVLA CCCCLXXI.

532 DOmus, in qua hæretici conuenticula faciunt, prædicant, &c. omnino destrui, & nullo vnquam tempore reedificari debet: si quæ post destructionem supersunt, vt lapides, & rudimenta

533 Fisco applicanda sunt. Vtrumque affirmandum parimodo, de Domo, in quam Dominus eius impediuit ingressum Curiæ ad ibi perquirendum, & capiendum hæreticum; atque idem dicendum de domibus contiguis, ac de apendicibus principalio-

534 ris. Reperta autem in ea domo, vbi impeditus ingressus ad perquisitionem, & capturam hæretici, confiscantur; nisi

535 aliarum personarum esse innotescat. Liberatur denique à talibus pœnis domibus, si ignoret inculpabiliter, quæ in domo sua ab hæreticis fiût, vel si ea statim D.D. Inquisitoribus reuelet, aut si non ipse, sed eius procurator, vel conductor commoditatem loci illis tribuisse depræhendatur.

---

536 QVod Domus, in quibus hæretici simul concurrunt, prædicant, conuenticula, & congregationes faciunt. subiaceant confiscationi deduci videtur. ex l. 3. C de hæreticis, vbi sic habetur, *Cuncti hæretici proculdubio nouerint omnia sibi loca adimenda esse*, & infra, *siue in priuatis ædibus, vel locis huiusmodi casibus copiam præbere videantur, his ædibus, vel locis priuatis Ecclesiæ Catholicæ vindicandis*. & ibi Glos. & alij. Item ex l. Arriani, §. conctis, vers. siue priuatis ædificijs. Et ex l. Quicunque. §. Vniuersi C. eodem. ita Hostien. in Summ. de hæretic. §. qua pœna, num. 8. Decian. crim. lib. 5. c. 44. num. 15. & alij docent.

537 Non desunt, qui sub distinctione resoluunt de domo propria hæretici, & de domo aliena, quod illa iuxta dispositionẽ dictarum legum sit confiscanda cum alijs bonis delinquentis: hęc vero prorsus destruen-

struenda. ita Repert. Inquisit. in verb. domus, versic. Item eo casu. in fine Simanc. de Cathol. instit. tit. 46. rubr. de pœnis, nu. 91. & alij.

538 Verum communiter doctores sine distinctione absolutè tenent, quod quçuis domus, siue aliena, siue propria hæretici delinquentis, in qua dicta conuenticula, congregationes, & prædicationes ab hæreticis fiunt, ita sit prorsus destrueuda, vt nullo vnquam tempore reædificari possit. de hoc benè præceteris doctissimus Pegna par. 3. Direct. quæst. 43. comment. 92. vbi proposita ex Eymerico formula sententiæ diruendi domum, in qua hæretici conueniunt, &c. sic subiungit.

539 Hęc pœna, inquit, diruendarum domuum in detestationem huius criminis multis Ecclesiæ sanctionibus continetur; nam in Concilio Tholosano, anno Domini 1229. contra hæreticos celebrato, cap. 5. ita scriptum est: Illam autem Domum, in qua fuerit inuentus hæreticus, diruendam decernimus, & locus ipse, siue fun-

540 dus confiscentur. Et paucis post annis in concilio Biterrensi, cap. 35. idem est plenius cautum his verbis. Domos etiam in quibus inuenti sunt, vel fuerint hæretici viui; vel mortui, vestiti, seu damnati scientibus, & consentientibus Dominis domorum existentibus legitimæ ætatis, dirui faciatis. & bona omnium ibidem tunc habitantium confiscari: nisi suam innocentiam, & iustam ignorantiam probare potuerint manifestè. hactenus ibi. Et

541 non multò post tẽpore INNOCENTIVS IIII. hoc ipsum sanciuit rescripto quodam incipiente, Ad extirpanda (cuius archetypus extat in Inquisitione Bononiensi) §. Domus autem, in hæc verba. *Domus autem, in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, vel hæretica sine vlla spe reædificandi, funditus destruatur, nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri. Etsi Dominus illius Domus alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur.* hæc ibi vt refert Pegna, ex quibus, & ex reliquis dictis innotescit illud de domo destruenda, & cõprobantur simul diuersa ex contentis in Regula nostra, quæ statim magis explicabuntur.

542 *N*otat autem ibidem ipse Pegna duo scitu digna, & in detestationem hæreticæ priuatis exequenda: primum, quod soleat aliquando arca destructæ domus sale, conspergi indicando sterilitatem, cum dirorum prolatione, ac imprecatione verborum; ita ille cum Bernardin. de Miedes lib. 2. comment. de sale num. 43. Atque addit, tametsi nullo iure id cautum reperiatur, posse ab Inquisitoribus laudabiliter, quandoque fieri expresso in sententia hoç pœnæ argumento.

543 *S*ecundum est, in arca dirutæ domus, vt perpetuum maneat infamiæ, ac iustę punitionis monumentum, erigendam esse marmoream columnellam, incisis in ea maiusculis characteribus rem gestam indicantibus, cum circumstantijs temporis, personarum, &c. Exemplificat ipse Pegna, in casu famosissimi Dogmatistæ Augustini Cazzalla, qui anno Domini 1559. ab Inquisitoribus Valladolitanis curiæ sęculari traditus fuit, Domus eius diruta, & ibi Columnella dicto modo erecta ad indicandam rem gestam in perpetuum illius vituperium.

544 Doctrinam autem traditam de domo quęcunque sit, penitus diruenda, & non confiscanda, præter Pegnam citatum tradunt pręcipuè Zanchinus in tract. de hæreticis, cap 39. num. 4. & cap. 41. num. 5. & ibi exprimit formam sententiæ super destructione domus, ac vtrobique Campegg. in addit. & Farinac. de hæres. quæst. 190. §. secundo num. 30. & 37. Neque vim habet, quod adductum ab eo num. 31. ex l. Cuncti hęretici. C. de hæreticis; quia hęresis est crimen spirituale, seu Ecclesiasticum, ergo secundum leges Ecclesiasticas iam citatas potius, quam secundum sęculares ei semper pœna infligenda.

545 Verum si post destructionem dictæ domus, vbi ab hæreticis conuenticula fiunt, &c. aliqua supersint, vt lapides, ligna, trabes, rudimenta, & similia, omnia applicanda sunt Fisco, ad quem spectat bonorum hæretici confiscatio. ita Repert. Inquisitor. in verb. confiscatio. versicul. an quando domus, & in verb. domus versic. secundo, Vmbert. locat. in Iudic. Inquisit. in verb. domus hæretici, num. 1. & 2. Zanchin. ibidem cap. 39. num. 5. Farinac. dict. §. 2. num. 38. & Sousa lib. 3. Aphor. ca. 18. num. 1.

446 Præterea destruenda, & solo ęquanda quæuis alia Domus, in quam Dominus eius prohibuit ingressum ministris iustitiæ ad perquirendum ibi, & capiendum hęreticum, etiam quod hæreticus ibi non esset, sed multo magis, si in ea repertus est. Et similiter destruendę aliæ domus coniunctæ, & appendices principalioris. si fuerint eiusdem domini. Patent hæc manifestè ex citata constitutione Innocentij IV. Incip. Fœlicis recordationis; Afferũt Farinac. dict. §. 2. num. 32. & 33. & Sousa

547 dict. cap. 18. num. 2. Qui ex mente aliorũ bene addit rudimenta post destructionem talium ædium remanentia esse fisco applicanda.

548 Ante destructionem verò Domorum, quæcunque in eis reperta confiscantur, (Excipe, nisi constet esse aliarum personarum,) vel fiunt officialium iustitiæ capientium. ita Farin. dict. §. 2. nu. 34. Ostenditque, id verum ex citatis constit. Innoc. IV. & Alexand. IV.

549 Dominus item dictarum ædium, in quibus hæreticus est repertus, vel in quas Ministris iustitiæ ingressum prohibuit, fit per-

perpetuò infamis, & 50. librarum imperialium pœna afficitur, quam si non soluerit, in perpetuum carcerem est detrudendus. Constat ex eadem constitutione Innocentij IV. & ex alijs, quas cum Pegna citat Farin. dicto §. 2. num. 35.

550 Quæ autem dicta sunt de destructione Domus sine spe vnquam reædificandi adeò strictè sumenda sunt, vt nulla temporis duratione præscribatur. Tradunt, vt certum Zanchin. vbi supra cap. 40. nu. 5. Repert. Inquisit. verb. præscriptio, vers. sed pone, Farin. dicto §. 2. nu. 36. & Sousa loc. cit. num. 3.

551 Denique dicta ædium destructio, & repertorum in eis confiscatio, & alia pœna ex triplici capite impediri potest. Primò ob ignorantiam, si dominus sine culpa ignoret, quę ab hæreticis in domo eius fiunt; & datò quod nihilominus domus destruatur; pretium illius domino ignoranti restitui debet. ita Simanch. Cathol. instit. tit. 46. num. 90. & Farin. dict. §. 2. nu.

552 37. & 40. Qui num. 41. cum Calderin. de hæret. in tractat. de forma procedendi, rubr. de pœnis num. 6 benè notat talem ignorantiam cum præsumatur, à Domino domus esse manifestè per idoneos testes probandam.

553 Secundò, non destruitur domus Domini, &c. cuius procurator, aut dictę domus conductor scienter domum ipsam hęreticis accommodauit. Ipse tamen procurator, aut conductor pœna pecuniaria, exilij, aut verborum iuxta personæ qualitatem punitur, sic in l. Arriani, §. cunctis, versic. siue de priuatis, & tradunt Dedian. lib. 5. crim. cap. 51. num. 50 Farinac. dict. § 2. num. 39. & Sousa ibidem num. 7.

554 Tertiò, quando Dominus domus reuelat omnia Iudici, aut Inquisitori, quę in ea ab hæreticis fiunt, &c. tunc nec domus destruitur, nec ipse Dominus pœnã vllam incurrit. Patet ex constitutionibus Innocent. IV. & Alexand. IV. citatis, affertque Farinac. dict. §. 2. num. 42. & Sousa dict. cap. 18. num. 8. Atque his iam & Regulæ præsenti, & cap. quarto finis imponatur.

CAPVT V.

De pœna confiscationis bonorum, quando ob hæresim, vel crimen vnius Publicantur bona alterius, ac de alijs huc spectantibus, vt de personis, quibus bona confiscata applicanda, & de restitutione, quæ per Fiscum creditoribus facienda.

PROOEMIOLVM

1 IMmoramur adhuc in declaranda magis eadem pœna confiscationis bonorum, hæreticis, vel apostatis, &c. infligenda, circa hanc præcipuè partem, vbi propter crimen vnius confiscantur bona alterius, vt propter hæresim parentum hæreditatis confiscatione filij puniuntur. Nam tametsi Scriptura Sacra apud Ezechielem cap. 18. testetur. Anima, quæ peccauerit. ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem filij (quod iuxtà communem expositionem Sacrorum interpretum intelligitur, quoad culpam delicti) quoad pœnam tamen ipsamet Scriptura Sacra de DEO OPT. MAX. sic affirmat. num. 14. Qui visitas peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Et Exod. 34. Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem. Hinc
2 Principis, & Ministri iustitiæ, tàm Ecclesiastici, quàm Sæculares, veri in eius administratione ipsius Dei imitatores suis legibus Canonicis, & Ciuilibus, ita disposuerunt, vt ob grauia parentum crimina, simul cum ipsis filij eorum mulctentur, maximè pœna confiscationis bonorum, amissione nobilitatis, &c. Sicuti hoc quinto capite aliquibus Regulis indicabimus: & sub finem eius duo in proposito titulo tacta duplici Regula ostendemus.

Quan-

Quando ob crimen hæresis parentum filij paterna hæreditate, & priuentur? & quatenus, ac quinam ex eis huic pœnæ subsint?

REGVLA CCCCLXXII.

3 Priuantur hæreditate paterna, & legitimas sibi debitas petere non possunt filij Catholici ob hæresim parentum externam, quando isti curiæ sæculari tradũtur. Atque hoc extenditur ad filios illegitimos, vbi eorum parens est certus: Extenditur item ad filios fautorum, credentium, receptatorum, ac schismaticorum, si cum hæresi schisma coniungatur: ad filios etiam fugitiui ob hæresim in contumaciam condemnati.
4 Dein patris hæretici filia ex bonis illius non consequitur dotem; imò dos iam data post commissam hęresim filiæ nuptui traditæ, aut sanctimoniali à fisco repeti potest. Distinguendum tamen de hæretici filij, & filiabus, cum ante commissam hæresim natis alimẽta, quin, & probabiliter hæreditas, non
5 denegentur. Tandem si filius patrem hæreticum inquisitori spontè reuelet, nec hęreditate priuatur, nec alias pœnas contra filios hęreticorum latas incurrit.

6 Ante declarationem singularium partium huius Regulæ, præmittendum id, quod ex iure certum, nempe tametsi in cap. 2. §. heretici, & in cap. vt commissi §. vltim. de hæretic. in 6. fuerit prius sic statutum, vt filij hæreticorum, credentium, &c. vsque ad secundam generationem ob hæresim parentum pœnis infra exprimendis subiacerent. Postea tamen in cap. statutum el 2. de hæret. in 6. id limitatũ est, vt debeat intelligi per lineã paternã, vsq; ad secundã generationem, idest vsque ad filios, & nepotes; per maternam verò vsque ad primum solùm gradum, nempè vs-
7 que ad filios. Vnde si sola mater sit hæretica, & soli filij ob hæresim eius punientur Si autem pater, filij, & nepotes ex filio, non tamen nepotes ex filia, cum descendant ab hæretico per lineam maternam, quæ attento iure citato, in pœnis contra filios ad solum primum gradum extenditur. Tradit benè cum alijs auctoribus Thomas Sanchez lib. 2. in decal. cap. 27. num. 2.

8 Nec habet vim, quod opponitur ex Bulla Pauli IV. cõfirmata à Gregorio XIII. prohibente descendentes ex Mauris, Iudæis, aut hæreticis, vsque ad quartam generationem admitti. Nam omissis nunc solutionibus aliorum placet illa eiusdem Sanchez nu 3. quam desumit ex Manuel Rodriques quæst. regul. tom. 1. q. 14. art. 1. & 2. vbi eam ad verbum refert, quod in ipsa tantum sit sermo de admissione ad Reli-
9 gionem Sancti Francisci. Et addit in dict. art. 1. talem Bullam fuisse postea, restrictam à Sixto V. vsque ad secundam generationem paternam, & primam maternam, vt disponitur in dict. cap. statutum, quibus sic præmissis.

10 Declaratio iam primæ partis Regulæ, quòd filij ob hæresim parentum priuentur paterna hæreditate, patet ex textu manifesto in cap. vrgentis, versic. cum enim, & versic. Nec huiusmodi, extra de hęret, vbi facit Papa argumentum de Minori ad maius, quod si in crimine lęsę Maiestatis humanæ filij priuantur hæreditate paterna, multo magis priuari debent in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, cùm hoc delictum grauius sit, nec ob hanc seueritatem vllus
11 miretur, subditur ibi. Cum iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur vltio non solum in auctorem scelerum, sed etiã in progeniem damnatorum. Et tradit cum Glossa, ibi, Abbate Hostien., Ioan. Andr. Zanch. Menoch. & alijs penè innumerabilibus, quos refert Farinac. de hęresi q. 191. §. 1. num. 1.

12 Circa id, quod sequitur in Regula, non posse scilicet filios etiam orthodoxos ob hæresim parentum legitimas sibi debitas petere, conueniunt omnes ferè auctores, & afferunt peculiariter Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. num. 3. Roland. consil. 8. num. 35. Gabriel Quæmada q. 24. num. 2. vbi ait, quod iura ciuilia non priuantia filios Catholicos sua legitima propter paterna heresim, sunt hodie correcta de iure canonico, cui standum est, cum sit delictum mere Ecclesiasticum. Pegna 2. par. direct. comment. 9. ad cap. Vrgentis, extra de heret. littera D. versic. cęterum hodie, Iacob. de Graffijs, lib. 2. decision. cap. 11. nu 9. Probatur ex vi text. citati dict. cap. Vrgentis.

13 Vndè non audiendus Ioan. Rojas singul. 47. & singul. 95. vbi asserit, ex bonis confiscatis parentis ob eius hæresim, filijs orthodoxis legitimam deberi, quia loquitur, vt benè ait Farinac. ibidem num. 4. iuxta dispositionem iuris ciuilis ab eo citati, l. Cognouimus C. de hæret. At standum est dispositioni iuris canonici dict. c. Vergentis, vt dictum.

14 Sed quid de alimentis? circa ista videtur esse maior difficultas, & quidem quòd filij maximè paruuli ob hæresim parentum non sint priuandi alimentis, quamuis priuentur hæreditate, ac legitima defendunt præter Ioan. Rojas dict. singul. 47. non pauci, præcipuè Simanch. de cathol. instit. tit. 29. num. 2. vbi ait in Hispania seruari, quod filij hæreticorum impuberes educentur, & alantur cura inquisitorum iuxta instructionem Hispalensem cap. 22. quam refert Pegna vbi supra docens ibi, qualiter inquisitores pueris hæreticorum prouidere debeant, ne fame pereant ita etiam Surdus,

dus, consil. 386. nu. 13. & valdè consonum iuri naturali apparet.

15 E contra alij stando in rigore iuris Canonici in dict. cap. Vrgentis, absolutè tenent filios hæreticorum ob parentum hæresim, etiam alimentis esse priuandos, & cogendos ad mendicandum in pœnam tanti criminis, ita Decia. loc cit. Paul. Ghirlan. in tract. de hæret. q. 4. num. 1. & 2. Canter. in qq. crimin. rubr. de hæret. cap. 1. num. 54. vbi ait, quod hæc opinio procedat de rigore, & ab ea pluribus per ipsum relatis concordantibus non recedit Sanch. lib. 2.
16 in decal. cap. 16. num. 25. Quare attenta auctoritate doctorum, quos pro prima, & secunda opinione citaui, vtramque vt
17 probabilem admitto. Distinctionem verò, quam adducit Farin. dict. § 1. n 7. quod prima intelligatur de filijs natis ante commissam hæresim, & secunda de natis post patratum hoc crimen paulo post expendemus.

18 Additur in Regula nostra (quando isti curiæ sæculari traduntur) nempè parentes hæretici, tunc eorum filij, & nepotes modo dicto sunt puniendi. Circa quod insurgit graue dubium hic discutiendum.

19 Notandum tamen prius pro eius discussione, & resolutione cum Sanchez dict. c. 27. num. 21. Quod tametsi in cap. 2. §. hæretici, de hæreticis in 6. dispositum sic prius fuerat generaliter, vt filij, & nepotes quorumcumque hæreticorum essent pœnis afficiendi; postea tamen talis dispositio restricta fuit per Cap. statutum eodem tit. & lib. vt intelligatur de solis filijs & nepotibus hæreticorum, qui non sunt emendati, & reincorporati Ecclesiæ, Exequentes pœnitentiam ipsis impositam, aut parati illam exequi; hoc sic notato.

20 Procedit iam dubium, an filij, & nepotes hæreticorum, qui catholici obeunt, tametsi brachio sæculari tradantur comburendi, eximi à pœnis debeant? Partem affirmantem tuentur non pauci, vt Simanch. de cath. Instit. tit. 29. num. 17. Didacus Cantera in quæst. criminal. tit. de qu tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. num. 13. & Enriquez lib. 14. de irregulari-
21 tate cap. 5. num. 4. Probatur indè, quia tales hæretici, curiæ sæculari traditi obeunt catholici, & necessario absoluuntur à censura, per quam absolutionem reincorporantur Ecclesiæ, sicque reincorporati è vita discedunt; Ergo cum textus in dict. cap. statutum requirat tantum hanc reincorporationem, & vt pœnitentiam sibi iniunctam exequantur, vel sint parati exequi sicuti isti sunt, meritò eorum filij, nepotes à pœnis eximantur. Ac proindè concludit benè Sanch. dict. cap. 27 num. 22 quod hæc pars affirmans sit probabilis.

22 Nihilominus oppositam negantem ipse Sanchez, cui adhæreo, iudicat multò probabiliorem, & magis vsu receptam, quòd non eximantur à dictis pœnis filij, & nepotes parentum hæreticorum, quando isti licèt Catholici obeunt, traduntur brachio sæculari, siue quod sint relapsi, siue hæresiarchæ, aut dogmatistæ, siuè negatiui. Ita etiam absolutè tenent Glos. in dict. c. statutum, & ibi Ioan. Andr. Francus, ac alij Pegna 3. par. director. comment. 164. Auila de censuris par. 7. disp. 4. dub. 3. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. post q. 8. Suarez tom. 1 in 3. par. disp. 43. sec. 3. num. 4. Molin. tom. 3. de iust. disp. 658. num. 19. ac plures à Sanchez relati.

23 Ostenditur hac ratione, quia textus in eo cap. statutum requirit, vt parentes hæretici reincorporentur Ecclesiæ, & vt sint parati pœnitentiam iniunctam implere. At secundum communem modum loquendi solet intelligi de reincorporatione per absolutionem solemnem, ad iuridicam, quia ad pœnitentiam implendam iuridicè
24 admittuntur, ergo, &c. Item quia traditus curiæ sæculari, licet conuertatur, est tamen præsumptio, quod in hæresi decedat, & fuerit inductus fictè ad exterius cōfitendum ex timore ne viuus comburatur: ac proindè denegatur ipsi absolutio iuridica, & solemnis. Vide plura apud Thomam Sanchez dict. cap. 27. num. 23 & 24.

25 Qui num. 25. cum Molina citato benè ostendit, qualiter concordent inter se dict. cap. statutum, & l. regia 3. tit. 3. lib. 8. noua recopil. cuius verba ipse proponit.

26 Sequuntur in Regula nostra diuersæ extensiones doctrinæ ibi prædictæ. Prima quod extendatur ad filios illegitimos, seu naturales, seù superios, aduitandum illud absurdum, & plus honoris luxuriæ, quàm castitati tribuatur, contra §. vltim auth. de restit. & ea quæ per. Conuincitur indè, quia filijs hæreticorum pœnę inferuntur, eo quod ab eorum sanguine processerint, & ipsorum pars corporea censeātur, quod æqui in spurijs ac in legitimis reperitur. Docent communiter omnes Doctores, vt ait Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 33. num. 11. ex quibus plures refert. Sanchez dict. cap. 27. num. 1.

27 Limitat tamen ipse, & verissimè cum Couar lib. 2. variar. cap. 8. num. 3. cum Cyno, & Alberico per hunc citatis, cum Villadiego, tract. de heret. q. 23. & cum alijs, quod liberetur filius spurius à pœnis, si pater eius sit incertus, quia non est iustitiæ consonum, vt in dubio ipse patiatur.

28 Extenditur item, quod priuentur paterna hæreditate, &c. ac alijs pœnis afficiantur filij, & nepotes fautorum, credentium, receptatorum, ac defensorum, ita Decian. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 5. Farin. dict. §. 1. num. 12. Sousa lib. 3 Aphor. cap. 22. num. 5. & alij communiter; Et quidem quod tales filij, & nepotes non debeant admitti ad officia publica, cautam est in citata Bulla Innocen. IV incip. Ad extirpanda, quam adducit Pegna in fine direct.

29 Sed optimè aduertit Farinac. ibidem num. 13. quod dicta doctrina tantum habeat locum, quando ipsi heretici, eorum fautores, receptatores, & defensores simul sunt credentes, idest credunt saltem in communi erroribus illorum hereticorum quibus fauent, aut quos receptant, vel defendunt, & consequenter sunt veri hæretici, tunc illorum filij, & nepotes pœnis afficiuntur: Secus verò si ex fautoria, receptatione, ac defensione solum insurgat præsumptio erroris, seù hæresis; cum nulli condemnato, vt suspecto tantum de hæresi bona publicentur, vt traditum iam supra à nobis quanto minus eius filij, & nepotes paterna hereditate priuabuntur?

30 Quid quod iuxtà restrictionem cap. statutum, de hæresi in 6. vt paulò ante dictũ pœnis efficiuntur soli filij, & nepotes illius, qui relaxatur brachio sæculari; ad quam relaxationem error, seu hæresis formalis in relaxato supponitur, ergo &c. præter Farinac. tradit Sousa num. 4.

31 *Fit* item extensio ad filios, & nepotes Schismaticorum, quod comprahendantur sub pœnis contra filios hæreticorum, modo dicto statutis dummodo schisma cũ hæresi sit coniunctum, ita Farin. de heresi, quæst. 191 §. 1. num. 17. & quæst. 174. §. 2. nu. 58. ac Sousa dict. cap. 22. num. 6. neque hoc maiori indiget probatione cum sit prorsus certum.

32 Quid iam de extensione ad filios, & nepotes eius, qui ob heresim condemnatus fuit in contumaciam, & ipsius statua combusta, incurrunt, nè pœnas contra filios hæreticorum relaxatorum curiæ sæculari latas? pro parte negante adducit multa doctrinaliter Sanchez dict. cap. 27. num. 18. præcipue, quia licet contumax reputetur vti confessus, huiusmodi tamen confessio à iure ficta non se extendit vltra personam contumacis, neque hæredibus nocet, vt patet ex l. eius qui delatorem, 29. ff. de iure Fisci, vnde, & ex alijs iuribus, vt commune, & certum axioma deducunt Barthol. Bald. & alij citati à Sanchez, quod contumax habeatur pro confesso in sui solius præiudi-

33 cium, sine damno hæredum. Item quia sententia lata in contumacia, nequaquam irrogat infamiam vti cum pluribus relatis tenet Surdus consil. 173. num. 100. volum. 2. ergo, &c.

34 Verum partem affirmantem, quod filii incurrant pœnas sic damnato patre ob contumaciam, absolutè defendunt præter Sanchez dict. cap. 27. num. 19 Glos. finalis cap. cum contumacia, de hæret. in 6. & ibi Ioan. Andreas Francus, num. 2. Dominicus num. 11. Molin. tom. 3. de iustit. disput. 658. num. 19. Decian. crimin. lib. 7. cap. 41. num. 33. & alij. quos sequor. Probatur primò. quia contumax iudicio Ecclesiæ habetur, tanquam conuictus, & ve-

35 rè pertinax hæreticus, ergo &c. Item, quia, tametsi facta confessio ex contumacia proueniens regulariter non sufficiat vt pœna ad hæredes transeat, fallit tamen hoc in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, vt docent Barth. l. 2. §. si is, in vnico. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam. Mascard. de probationib. conclus. 348. num. 35. Rojas singul. 69. numer. vnico, & alij. Atque sic responsum manet ad argumenta in contrarium.

36 Dein, quod patre ob hæresim condemnato, & curiæ sæculari tradito, filia ex bonis eius non consequatur dotem: quin etiam quod dos iam data filiæ nuptui tradite, aut sanctimoniali, possit à Fisco repeti, tenent communiter omnes attenta generali iuris supra à nobis citati dispositione, nempè filios hæreticorum priuari hereditate, & bonis eorum, Tradunt præcipuè Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 23. Vmbert. locat. iudic. Inquisit. quæstion. Azor. instit. Moral. tom. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 6. & cum alijs relatis Farinac. dict. §. 1. num. 8.

37 Aliqualiter limitare hoc intendit Rojas singul. 47. dicens, quod de æquitate canonica filia heretic. cuius bona publicantur, ex eius Fisco sit dotanda. Ex parte

38 illum sequitur Pegna 2. part. directorij, comment. 9. vbi ait id maximè seruandum esse in filia alicuius magni Principis hæretici, cui limitationi non contradicit Farinac. dum eam refert, dict. num. 8. neque ego contradicam cum precedat de æquitate, & non de rigore iuris.

39 Maior autem limitatio adiungitur per verba, quæ sequuntur in Regula nostra (sed distinguendum de filijs, & filiabus) nempè natis ante commissum heresis crimen: vel post: ex qua distinctione insurgit: quæstio, quam esse celeberrimam, & valdè controuersam affirmat Sanchez d. cap. 27. num. 6. Videlicet, an dicta pœna priuandi filios hæreditate paterna, legitima debita, &c. ob hæresim parentum relaxatorum extendatur ad natos ante hæresim commissam, vel ad solos natos post lapsum in eam? Discutit hac copiosissimè cum multiplici eruditione citatus Sãchez, duas proponit sententias oppositas, & pro vnaquaque præmittit nimis abundè diuersa fundamenta, quibus omissis, & te penès ipsum videndis, rem totam paucis perstringere curabo.

40 Prima sententia tuetur, quod filij committentium crimen lesę maiestatis diuinę & humanę, subsint pęnis iure canonico, aut ciuili in eorum filios statutis, siue ante delictum, siue post geniti sint, & quod nullum inter vtrosque discrimen reperiatur, ita Couarruu. lib. 2. variar. cap. 8. numer. 5. Ioan. Rojas, de hæret. part. 1. num. 356. & singul. 68. num. 3. Pegna 3. par. direct. comment. 163. versic. Omissis tamen. Menoch. de

de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 33. à nu. 17. Suarez tom. 5. in 3. part. disputat. 43. sect. 3. num. 1. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. post quęst. 8 & tom. 2. lib. 6. cap. 14. quæstion. 3. & cum pluribus relatis Sanchez dict. cap. 27. num. 9.

41 Ostenditur primò, quia iura præsertim canonica dictas pęnas iniungentia, vt cap. statutum il secondo. cap. Quicunque §. hæretici cap. Vergentis, de hæreticis in 6, & similia indistinctè de filiis loquuntur. Ostendendo compręhendi vtrosque natos, tàm ante, quàm post commissum delictum. At vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus.

42 Item quia, ratio iniungendi dictas pęnas nimirum timor in filijs imitandi parentum mores, æquè procedit in filijs natis ante, & post delictum natis; maximè cum dictus timor similitudinis vitæ parentum magis proueniat, ex educatione, & habitatione cum ipsis parentibus, quàm ex ortu, seu generatione. Itaque ob istas rationes, & alias, quas adducit, concludit in fine dicti num. 9. Sanchez, & ego pariter concludo cum ipso hanc primam sententiam esse probabilissimam.

43 Nihilominus multò probabilior, & magis pia est secunda sententia, quæ asserit filios hæreticorum relaxatorum, seù committentium crimen lęsæ maiestatis, ante patratum delictum genitos, nequaquam dictis pœnis subiacere. ita Archidiac. in cap. Non imputantur. 1. quæst. 4. vbi expræsè in textu habetur, filijs non imputari peccata post eorum natiuitatem à parentibus commissa; & ipse Archidiac. ait sic. Hæc verba determinant cæteras decretales, quæ pænas parentum filijs irrogandas dicunt. Item Iul. Clar. in practic. §. hæresis, num. 17. final. Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 2. num. 16. fin. Villadiego iunior in prologo, lib. 11 num. 20. & sequentib. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 11. numer. 55. Noster Molina tom. 3. de iustit. part. 1. disputat. 658. numer. 21. & cum pluribus relatis Sanchez dict. cap. 27 num. 14.

44 Qui ibidem diuersas affert huius sententiæ efficaces rationes (præter quatuor fundamenta præmissa;) vnica tantum contentus ero, cum aliquali confirmatione; accipe illam proprijs ipsius verbis; Probatur, inquit, primò, quia timor imitationis parentum ex infecto sanguine consurgens, qui est potissima harum pænarum ratio, (vt numero præcedenti probaui) non habet locum in filijs conceptis ante delictum patratum; quippe sunt ante eam sanguinis infectionem concepti: & ideo illa procliuitas naturalis indè deriuata ad eadem vitia non reperitur in his. Quod si aliqua sit ratione prauæ educationis, est accidentaria; & post bonos mores catholicos parentum, tunc catholicorum imbutos. & sic est multò facilior victu.

45 Et confirmatur, quia in natis post delictum reperitur duplex peruersionis, & imitationis causa, altera est procliuitas naturalis ex sanguine infecto consurgens, altera verò educatio ab ineunte ætate cum parentibus peruersis. At in natis ante delictum sola educatio reperitur, & sæpè non ab ineunte ætate; sed postquam parentes bonis moribus imbuti fuerant. ita ille: & prosequitur probando ex Diuo Augustino in Psalmum 84 vide apud ipsum, & solutiones rationum in contrarium.

46 Tandem illud certum, & commune est apud omnes, non priuari filium paterna hæreditate, neque alias pænas contra hęreticorum filios latas contrahere. Si spontè reuelet Inquisitoribus patrem hæreticum, etiam si hic brachio sæculari relaxetur, & comburatur. ita benè Pegna 2. part. direct. comment. 15. ad Capit. literas de præsumption. allegans ibi quandam Federici Imperatoris Constitutionem incipit. Commissi, quam dicit fuisse confirmatam à variis Pontificibus, Sanchez dict. cap. 27. num. 30. Farinac. de hæresi quæst. 191. §. 1. num. . Detian. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 5. & Sousa lib. 3. Aphor. cap. 22. num. 9.

47 Qui ibidem num. 10. sic addit. Filii, inquit, hæreticorum fideles possunt succedere in bonis (paternis exceptis) ex testamento, vel ab intestato ab extraneis, aut etiam ab auis. Surdus. consil. 386. Simanch. dict. tit. 29. num. 19. alios refert: Farinac. dict. §. 1. numer. 26. & 42. Sanchez dict. lib. 2. cap. 14. num. 35. & cap. 29. numer. 13. hæc ille, quibus cap. 22. terminat, & nos Regulam 472. terminamus.

Priuatio beneficiorum Ecclesiasticorum de iure communi an, & ad quos hæreticorum filios, & quantum se extendit? Quid de iure municipali dicendum?

REGVLA. CCCCLXXIII.

48 Secundum ius commune, quiuis filius hęretici, fautoris, &c. tam in linea paterna, quam materna, & nepos ex sola paterna, est inhabilis ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, & priuatur ipso iure beneficiis post commissam tantum à patre hæresim obtentis; maximè si ad petitionem patris hæretici scienter obtinuit. Idem prorsus asserendum de pensionibus Ecclesiasticis.

49 Hæretici item filius sic inhabilis ad beneficia nequit permutare cum alio be-

neficium prius legitimè habitum, & si
50 permutet, vtrumque amittit. Prædi-
ctas autem pœnas incurrunt filii siue legi-
timi sint, siue illegitimi nati post deli-
ctum parentum, quando isti propter hæ-
51 resim curiæ sæculari traduntur. De iure
denique speciali diuersimodè in diuersis
Regnis dispositum, præcipuè in Regno
Lusitano, vbi ex vi Bullarum Papalium
descendentes ex stirpe Hæbreorum vsque
ad septimum gradum sunt inhabiles,
&c.

---

52 Adest expræssus textus in cap. Vt commissi, §. priuandi de hæreticis in 6 disponens generaliter, quod Clerici hæreticorum filij, quamuis non delinquerint, ob parentum heresim, priuentur beneficijs Ecclesiasticis, si quæ possident. Adsunt etiam Constitutiones Pontificiæ eamdem dispositionem continentes Alexandri IV. incip. Quod super Honorij IV. incip. Exhibita, & aliæ, quas allegat Farinac. de hæresi, quęst. 191. §. 2. num. 44. & adducit Pegna in fine direct. Atque hoc vt certum tradunt omnes, præcipuè Archidiac. in cap. dixit Apostolus, numer 1. 24. quæst. 3. ibi etiam Bellamer. post num. 2. Repertor. Inquisit. verb. filii. Simanch. catholic. institut. titul. 9. Sanchez lib. 2. in Decal. cap 28. numer. 26. & alii præter Farinac. citatum ab ipso relati.

53 Qui meritò extendunt ad filios fautorum, credentium, defensorum, ac receptatorum; quòd ob istorum formalem hæresim, quando eam habent, illi parimodo beneficiis prius obtentis priuentur. ita cum dictis auctoribus Ant. Sousa lib. 3. Aphor. cap. 23. num. 1.

54 Additur in Regula filios dictos tàm in linea paterna, quam materna, & nepotes ex sola paterna esse priuandos beneficiis, &c. hoc constat ex iure, capit. Quicunque, §. hæretici, & cap. statutum il secondo de hæreticis in 6. vbi cum moderatione disponitur, vt via paterna, vsque ad secundum gradum, materna verò ad primum solum se extendat. Verba textus sunt ista. Primum, & secundum gradum per paternam lineam compræhendere declaramus, per maternam verò ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Affert Sanchez dict. capit. 28. num. 26.

55 Quod autem filij hæreticorum, fautorum, defensorum, &c. non solum priuentur beneficijs obtentis: sed ob hæresim etiam istorum fiant inhabiles ad obtinenda alia beneficia Ecclesiastica, patet ex textu in dict. capit. Quicunque §. hæretici, vbi sic dicitur, Quod hæreticorum eorumque credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum filij, vsque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium admittantur.

56 Idem præcipitur ferè eisdem verbis in dict. cap. statutum, & vtrobique adnotarunt Gloss. & alij. Extat etiam Constitutio, idem confirmans Nicolai Tertij incip. Nouerit Vniuersitas, reposita in fine direct. per Pegnam, qui de hoc benè 3 par. comment. 163. versic. in hac breui, Simanc. cathol. instit. tit. 28. num. 13. & cum pluribus relatis, dict. §. 2. num. 48. Farinac.

57 Dubium iam insurgit nonnihil controuersum, an dicti filij hæreticorum, fautorum, &c. sint priuati ipso iure, vel priuandi saltem per sententiam beneficiis, ante paternam hæresim obtentis? hinc inde discutit aliquantulum copiosè Sanchez dict. cap. 28. à numer. 28. propositis duabus sententiis appositis, affirmante, & negante. Affirmant multi, maximè Ioann. Monachus, cap. vt commissi, ante num. 1. de hæretic. in 6 & ibi Ioannes Andreas, num. 4. Romanus singul. 693. Gutierrez quæst. canon. lib. 2. cap. vltim. num. 38. Peregrin. de Iure Fisci lib. 3. tit. 10. num. 2. Decian. practic. lib. 5. cap. 20 nu. 5. ac reliqui, quos copiosè refert idem Sanchez.

58 Probatio huius efficax ferè sumitur ex iure, primo ex cap. vnico, de Schismaticis in 6. ibi Omnibus beneficiis, & officiis, honoribus, dignitatibus perpetuò priuatos, eosdem reddentes inhabiles ad habendum. Secundò ex cap. fælicis, versic. Quod si quis, de pœnis in 6. vbi statuitur, vt filii, & nepotes percutientis Cardinalem, sint ipso iure beneficiis antea acquisitis priuati. Ergo idem à fortiori est dicendum de filiis, & nepotibus hæreticorum, cum hæresis crimen censeatur longè deterius.

59 Tertiò, ex capit. vt commissi. versic. Priuandi, de hæretic. in 6. vbi statutum est, parentes hæreticos, eorumque filios priuandos esse, aut priuatos beneficijs denuntiandos. Ergo sicuti parentes hæretici priuantur ipso iure obtentis; ita & filij. Cum sub eodem tenore verborum exprimantur. Quartò, ex diuersis Bullis Pontificiis Innocentii Quarti, Alexandri Quarti, Nicolai Tertij, & Pauli Tertii, ex quibus verba huc spectantia refert Sanchez, quæ pro vitanda prolixitate omitto, & alias probationes, quas apud ipsum videas.

60 Prædictæ tamen sententiæ affirmanti videtur Sanchez tribuere, & meritò aliquam probabilitatem, quandoquidem de contraria negante asserit, quòd sit multò probabilior, ac proptera ei ipse adhæret, atque ego eidem similiter adhæreo, negando dictos hæreticorum filios, & ne-

& nepotes priuari beneficijs obtentis ante parentum delictum, sed solis postea obtentis esse ipso iure priuatos concedendo. Defendunt sic Abbas in cap Vergentis, de hæreticis num. 4. ibi Felin. num. 3. Carrerius, de hæret. tit. de pœnis, num. 28. Simanch. de Cathol. instit. tit. 29. num. 2. Menoch. consi. 705. num. 33. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. Suarez, tom. 5. in 3. part. disput. 43. sect. 3. num. 2. fin. & plures quos refert Sanchez dict. cap. 28. num. 28.

61 Probatur ex cap. 2. §. hæretici de hæreticis in 6. quia ibi solum redduntur inhabiles ad beneficia, vel officia publica obtinenda: quæ inhabilitas obtentis non priuat secundum Glossam in Clemen. 1. verb. obtinenda de pœnis, & ibi Paulum, & Zenzalinum, quos relatos sequitur Cardinalalis, ibi, verb. ipsius, num. 3. qu. 2.

62 Probatur item ex eodem §. Hæretici, quia ibi opponitur particula, Non admittantur; quæ cum denotet tempus futurum, excludit à solis beneficijs in posterum obtinendis. Atque hæc sint satis pro decisione præsentis dubij: solutiones probationum, quæ adductæ pro prima sententia affirmante, vide apud Eundem Sanchez num. 37.

63 Qui ibidem num. 29. meritò limitat dictam doctrinam secundæ sententiæ negantis, quod non habeat locum casu quo scienter ad preces patris hæretici filius, vel nepos obtinuerunt beneficia; de hoc enim casu peculiariter loquitur constitutio citata num. 59. Innocentij IV. Quin etiam id definitur cap. 2. §. penultimo, de hæreticis in 6. circa quoscunque habentes beneficia ad preces hæreticorum. Tradunt Petrus Gregorius in Syntagmate iuris p. 3. lib. 33. num. 3. & Sousa dict. cap. 23. numer. 2.

64 Dubitantur item, num filij, vel nepotes hæreticorum, fautorum, &c. sicut sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, & priuantur obtentis post parentum delictũ, eodem modo se habeant respectu pensionum Ecclesiasticarum? Prima fronte non videtur, quod par sit ratio, quia in materia stricta, pœnali, & odiosa, qualis est priuatio, & maximè ob alienum delictum, appellatione Beneficij non venit pensio; cum longè differant, & ea pœna strictissimè sit interpratanda: sic fundatam ostendit hanc partem Sanchez dict. cap. 28. num. 35.

65 Nihilominus contrariam veram iudicat ipse num. 36. cum Gygante de pensionibus quæst. 94. num. 7. & consil. 142. num. 7. vers. Quo casu, quos sequitur, & meritò Sousa dict. cap. 23. num. 3. videlicet idem esse dicendum de pensionibus, quod anteà dictũ de beneficijs. Pro hac doctrina, teste eodem Sanchez diuersæ adsunt Rotæ decisiones: & ostenditur sic, quia pensio est fructus, & pars beneficij, aut saltem ei accessoria; ergo iudicari debet instar principalis.

66 Item quia in cap 2. §. Hæretici, de hæreticis in 6. dicitur filios hæreticorum ad nullum beneficium admittendos esse, at Glossa verbo beneficium. & Dominicus ibi num. 2. affirmant beneficium ibi sumi latè, & quidem sub significatione lata beneficij sine dubio comprehenditur pensio, vt copiosè probat Gygas de pensionibus tota quæst. 28. vide plura circa hoc apud Sanchez, qui sic concludit soluendo rationem in oppositum. Nec obstat, inquit, ratio contra adducta numer. præcedenti; quia id fallit, quando verba sunt lata, & vniuersalia. ita ille.

67 Adhuc autem circa priuationem beneficiorum, & pensionum aliqua decidenda vtrisque communia, quæ in Regula non attigimus: Primum, quod filij hæreticorum minimè sint priuandi per sententiam beneficijs, vel pensionibus ante parentum hæresim obtentis. Eo quod nullo id iure caueatur: sed pro obtinendis alijs fiunt inhabiles. Tradunt, vt certum Couarruu. lib. 2. variar. cap. 8. num. 4. fin. Iul. Clarus lib. 5. practic. crimin. verb. hæresis num. 16. Simanch. de Cathol. instit. tit. 29. num. 2. Suarez 5. tom. in 3. par. disput. 43. sect. 3. num. 2. & cum relatis Sanch. d. cap. 28. num. 30.

68 Secundum, quod filij hæreticorum, fautorum, &c. non sint priuati ipso iure, neque per sententiam priuandi beneficijs, vel pensionibus, post parentum commissam hæresim obtentis, ante tamen eorum condemnationem; sed solis, postquam fuerunt condemnati acquisitis.

69 Atque hoc intelligitur de filijs, vel nepotibus, in linea paterna post delictum parentum genitis iuxta probabiliorem doctrinam Regula præcedenti traditam. ita Simanch. & Suarez citati, Pegna 3. par. direct. commen. 163. vers. Ego vero, & cum alijs Sanch. d. cap. 28. num 31.

70 Tertium, & quidem scitu dignum, quod affert idem Sanchez num. 32. Accipe proprijs eius verbis: Nullatenus tamen admitto, inquit, quod ait Simanchas de Catholic. institut. titul. 29. num. 20. vbi docet non esse hos filios ipso iure priuatos beneficijs obtentis post parentum condemnationem. Quod idem significat Pegna dict. commentar. 163. in vltimis verbis, dum ait, eos esse his beneficijs per sententiam priuandos.

71 At hoc non est admittendum. Quia vel intelligunt post parentum condemnationem, quando hi sunt Ecclesiæ reincorporati, & tunc nec per sententiam priuandi sunt filij. Qui infamiam, inhabilitatem, & quascunque alias pœnas euadunt, vt probaui cap. præcedenti, numer. 21.

72 Si autem intelligant, quando parentes non sunt ad hanc re incorporationem admissi, id nequit esse verum:

quia cum sint irregulares (vt probaui numero septimo) sunt omnino eorum beneficiorum incapaces, & ita nulla sententia desideratur, vt teneantur in vtroque foro
73 ea dimittere. Quod etiam constat ex cap. 2. § Hæretici de hæreticis in 6. vbi ita inhabiles ad quæcunque officia, & beneficia hi redduntur, vt quidquid contra gestum fuerit, reddatur irritum, & inane. hæc ille, quæ omnino approbo.

74 Occurrit nunc opportunè resoluere, quando nam filij, aut nepotes hæreticorum, fautorum, &c. contrahant hanc pœnam priuationis beneficiorum, vel pensionum, & inhabilitatis pro eis in posterũ acquirendis? fundamentum dubitandi præbet, id quod num. 71. à Sanchez audiuimus nempè neque per sententiam eos esse priuandos, aut inhabiles declarandos, postquam ipsorum parentes hæretici
75 fuerunt Ecclesiæ rei corporati. Sit tamen breuis, & certa resolutio iuxta traditam iam à Nobis Regula præcedenti, quod incurrant prædictas pœnas priuationis, & inhabilitatis hæreticorum, fautorum, &c. filij, vel nepotes ex linea paterna, siue legitimi, siue illegitimi sint, ac nati post delictum parentum, casu tantum, quo isti propter hæresim brachio sæculari relaxantur. Ex probationibus ibi per me adductis constant singulæ particulę huius resolutionis, præcipuè vltima ex cap. statutũ il 2. de hæreticis in 6. & tradit ex mente aliorum Sousa dict. cap. 23. num. 6. nec maiori hæc indigent probatione.

76 Superest aliquid dicere de permutatione beneficij; audi circa hoc eumdem Sousam num. 5. Hæretici, inquit, filius inhabilis ad beneficia obtinenda, non potest beneficium iam habitum permutare: & si permutet, ipse inhabilis amittet beneficium, quod reuera acquiret ille, qui est habilis; inhabilis tamen nõ acquiret aliud beneficium, quod cum suo permutauit. ita ille, ex Sanch. dict. cap. 18. num. 33. & 34. idem dicito de pensionibus.

77 Atque hactenus de priuatione, & inhabilitate filiorum ob crimen læsæ Maiestatis diuinæ, seu ob hæresis delictum à parentibus commissum egimus secundum Ius commune Ecclesiasticum. Quid autem fiat, attento iure communi ciuili, ob crimen læsæ Maiestatis humanæ, tractat benè Sanchez dict. cap. 28. à 18. præmittendo, quæ sunt certa, & decidendo, quæ controuersa, vide apud ipsum, cum non sint præcisè nostri instituti, & pro vitanda prolixitate meritò omittamus.

78 De iure tandem speciali Pontificio pro particularibus Prouincijs Christianitatis, nihil certi hic decidi potest circa dictam priuationem beneficiorum; ac pensionum & inhabilitatem pro eis acquirendis in filijs, & nepotibus hæreticorum, &c. propter hæresim parentum: cum de singularibus non detur scientia, & nullum habeam ad manum, qui hac de re scribat.

79 Solus Antonius Sousa dict. cap. 23. à nu. 7. vsque ad 13. & vltimum porrigit nobis completam huiusce rei notitiam pro Regnis Lusitaniæ, & ait ibi seruari ex vi duplicis constitutionis editæ à Clemente VIII. die 18. Octobris anni 1600. & à Paulo V. die 18. Ianuarij an. 1612. vt quicunque siue Ecclesiastici seculares, siue cuiuscunque Ordinis, aut Militiæ regulares descendentes ex genere, seu stirpe Hebræorum, tam in linea materna, quam paterna sint inhabiles, vsque ad septimum gradum inclusiuè, à tempore conuersionis illorum computando ad Canonicatus, præbendas, dignitates in Cathedralibus, & dignitates principales in Collegiatis Ecclesijs ad Ecclesias parochiales, & earum Vicarias, etiam amouibiles ad nutum, ad cæteraque beneficia Ecclesiastica curam animarum habentia.

80 Quatuor notat Sousa ibidem circa dispositionem dictarum constitutionum. Primum collationem huiusmodi beneficiorum in talibus ex stirpe Hebræorum descendentibus factam à quocunque quauis authoritate scienter, vel ignoranter esse irritam, & inanem.

81 Secundum, quod dictæ Bullæ Pontificiæ dirigantur à Clemente VIII. & à Paulo V. ad publicam in illis Regnis, & Ecclesiij Lusitaniæ quietem, & salutem; ac consequenter fauorabiles censentur, & latè interpretari debent. cum pro bono animæ fuerint editę. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. cap. Renouantes, 12 distinct. cap. odia. 15. de Regul. iuris in 6.

82 Tertium, quod inhabilitas iniuncta per has Constitutiones Pontificias non sit pœna alicuius actualis delicti contra fidem; nullum enim in eis apparet expræssum: sed ex sola vniuersali præsumptione, quę contra dictos, vsque ad septimum gradum exsurgit inducti sunt Summi Pontifices ad iniungendam talem inhabilitatem: & ista est præsumptio iuris, & de iure, seu violenta teste ipso Sousa.

83 Quartum particula illa constitutionum, à tempore conuersionis illorum computando, intelligenda est absolutè tam de generali conuersiona in Regno Lusitaniæ facta sub Rege Emmanuele, quam de conuersione illorum, qui post baptismum susceptum in iudaismum prolapsi, ad fidem reconciliantur. Nam vtrumque in significations propria, & vsitata sic sumitur verbum, Conuersio, & cum lex, ac dispositio ista generaliter loquatur, generaliter intelligi debet. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. Non distinguemus. ff. de recept. arbitr. Tuschus tom. 2. lit. D. conclus. 508.

84 Et quia interpretando de sola gene-
rali conuersione, promouerentur ad bene-
ficia magis suspecti; cum magis suspectus
sit ille, qui est in septimo gradu, cuius a-
scendentes apostatarunt à fide, quam qui
est in quarto, vel quinto, cuius ascenden-
tes vsque ad primum conuersum fuerunt
Catholici, atque adeo frustraretur expressa
intentio legis, quod admittendum non
est Mantica de tacitis, & ambiguis con-
uention. lib. 2. tit. 12. num. 20, ita Sousa fe-
rè totidem verbis: Atque his iam præsen-
tem Regulam terminamus.

Num filij, vel nepotes hæreticorum fautorum &c. ob hæresim parentum infamiam contrahant? aut irregularitatem incurrant?

REGVLA CCCCLXXIV.

85 PRobabilitate, & veritate minimè ca-
ret filios hæreticorum, fautorum, &c.
propter delictum hæresis à parentibus cō-
missum fieri infames: probabilius tamen,
& verius censetur; quod nequaquam infa-
86 miam iuris contrahant. E contra vero
sententiam negans eos fieri irregulares ob
dictum crimen probabilis est: Et opposita
affirmans ipsos irregularitate affici, maiori
87 probabilitate nititur. Sed intelligi debet
de solis filijs, aut nepotibus hæreticorum,
fautorum &c. Et non extenditur ad descen-
dentes ex Mauris, vel Iudæis, si ante ratio-
88 nis vsum baptizzati fuerunt. Imò licet
iam adulti baptismum susceperint, post a-
liquod tempus, suppositis omnibus requi-
sitis, possunt ab Episcopo, sine facultate
Pontificis ad ordines sacros, & ad officia,
& beneficia Ecclesiastica promoueri &c.

---

89 COnducit ad clariorem notitiam do-
ctrinæ in præcedenti Regula con-
tentę, hæc quæ in præsenti traditur, vt ex
se patet, cum irregulares, & infames ad
Ordines, & beneficia ascendere nequeant;
ergo idem erit in filijs hęreticorum &c. si
ob crimen hęresis parentum, infamia, aut
irregularitate afficiantur: ita Doctores sta-
tim citandi.
90 Grauis est ista difficultas, an filij, vel ex
via virili nepotes hæretici, fautoris, de-
fensoris, aut receptatoris eius, ob hære-
sim parentis sint infames? Quòd sint, mul-
ti magni nominis auctores absolutè, aut
saltem probabiliter, ac veraciter affirmant
pręcipuè Couar. lib. 2. variat. cap. 8. num. 1.
Simanch. de Cath. instit. tit. 9. num 268. &
tit. 29. num. 14. Anton. Gomez l. 40. Tauri,
numer 91. versicul. tertio, & principaliter
Cantera quæst. crimin. titul. de quęst. tan-
gen. punitionem delicti cap. 1. num. 11. &
cap. 3. num. 11. Pegna 1. par. direct. com-
men. 4. vers. Hæc autem Noster Molina,
tom. 3. de iustitia, disp 658. num 25. Enri-
quez lib. 14. de irregularit. cap. 5. num. 4. ac
plures alij relati à Sanch cap. 28. num. 4.
91 Qui nu 5. cum Menoch. cons. 808. n. 44. &
45. volum. 9. Suarez 5. tom. in 3. par. disp.
48. sect. 3. num. 2. & cum alijs bene defen-
dit vti verius, & probabilius illos indè non
esse infames, conuincit id ex eo quia nul-
lo iure hæc infamia statuta est, quod pate-
bit proponendo simul, & soluendo funda-
menta contrariæ partis, vt citius Expe-
diamus.
92 Primum fuit sumptum ex cap. 2. §. Hæ-
retici de hęreticis in 6. vbi dicti filij hære-
ticorum &c. redduntur inhabiles ad offi-
cia, & beneficia Ecclesiastica, quod est in-
93 famia, ergo, &c. Respondetur, talem in-
habilitatem non esse propriè infamiam, sed
quoddam, quasi genus irregularitatis, cum
infamia iuris non hunc solum, sed multos
alios effectus producat: nam infames ad
ferendum testimonium inhabiles reddit, &
ad multa alia, de quibus agitur in cap. Nō
potest, & sequentibus 2. quæst. 7. & cap. te-
stimonium, cap. licet, de testibus, & cap.
licet de probat. Qui tamen effectus non
possunt tribui hæreticorum filijs, eo quod
nullo iure probentur, Ita Sanchez dict.
num. 5.
94 Alterum fundamentum fuit sumptum à
paritate, seu potius à maioritate rationis,
quia ob crimen læsæ Maiestatis humanę fi-
lij committentium ipsum fiunt infames; vt
patet ex l. Quisquis, 5. §. *Filij* verò C. ad leg.
Iuliam maiestatis, ibi, infamia eos pater-
na semper comitetur (an extendatur ad
nepotes, & quatenus ex vi iuris commu-
nis, & Regij Castellæ? tractat benè Sanch.
ibidem num. 2. & 3 vide apud ipsum) er-
go à fortiori ob crimen læsę Maiestatis di-
uinæ filij hæreticorum committentium il-
95 lud infamiam contrahent. Maximè cum
Innocentius III. in cap, Vergentes, versic.
cum enim, de hæreticis, hoc argumento
sit vsus ad probandum bona hæreticorum
publicari, quia id fit ob crimen læsæ Maie-
statis humanæ, quod est multo leuius cri-
mine læsæ Maiestatis diuinæ.
96 Respondetur, ex Doctrina Bartholo-
mæi Socini, consil. 275. num. 11. volum. 2,
qui expendens ibi pænas statutas in dict. l.
Quisquis affirmat in pęnalibus non fieri ex-
tensionem maximè contra non delinquē-
tes, præsertim cum ibi aliquæ pænæ ipso
iure iniungantur, & in pęnis ipso iure in-
iunctis non fiat extensio ex ratione simili-
tudinis, citatque pro hac doctrina Ioann.
97 Andream, & Baldum. Confirmatur quia
pænæ præsertim illæ quę filijs innocentibus
ob parentum delicta inferuntur, sunt o-
diosę, & à regulis iuris communis multum
exorbitant, ac propterea non debent ex-
tēdi vltra casus expressos vide plura apud
ipsum Sanchez.
98 Vtraque pars itaque probabilis est, sed
pro-

probabilior, & verior negans contrahi infamiam iuris à filijs hæreticorum ob parẽtum hęresim: nisi fortè auctores partis affirmantis loquantur de infamia facti, quæ non est ita grauis, & consistit in hoc, quòd omnes ea affecti in minori æstimatione habeantur, & minus apti ad officia, & dignitates reputentur, vt benè cum Gigante, & Molina nostro per ipsum relatis, declarat ibidem Sanchez num. 3.

99 Sequitur agendum de altera parte Regulæ circa irregularitatem: Sunt aliqui, qui nolunt filios hæreticorum, fautorum, defensorum &c. propter hęresim parentum fieri irregulares. Ratio est, quia nullo iuris textu ista irregularitas iniuncta apparet, cum sit commune axioma inter Doctores iactantes de materia irregularitatis, quod hęc non contrahatur, nisi sit
100 expresse in iure statuta. Nec valet obiectio, quod illi sint infames, cum iam contrarium verius sit ostensum; sed dato, & non concesso, infamia ex solo alieno crimine deriuata non infert irregularitatem. ita Toletus lib. 1. sum. cap. 25. num. 8 Sayro de censuris lib. 6. cap. 10 nu. 40. & alij probabiliter id iudicantes.

101 Nihilominus probabilius cẽsetur à pluribus, quod dicti filij, & nepotes ex sola virili linea hereticorum, fautorum, &c. sint irregulares ob hæresim parentum. Probatur ex cap. 2. §. Heretici, de hereticis in 6. vbi tales filij redduntur inhabiles ad beneficia, & officia publica; at nomine officiorum publicorum comprehenduntur etiam Ecclesiastica, inter quæ officia ordinum numerantur, cum sint publica. ita Simanc. de cathol. instit. tit. 9. nu. 14. Maiol. lib. 5. de irregularit. cap. 46. num. 5. Valentia 4. tom disp. 7. qu. 19. punct. 3. Suarez 5. tom. in 3. par. disp. 43. sect. 3. num. 1. Auila de cẽsuris par. 7. disp. 4. dub. 3. & cum multis relatis quibus adhæreo Thomas Sanch. dict. cap. 28. num. 7.

102 Qui benè concludit ibi obiter, & c. 27. n. 18. ex professo tractat, ac resoluit quod ad contrahendam hanc irregularitatem non requiratur sententia iudicis parentes condemnantis, sed sufficiat, si constet, parentes esse, vel fuisse hereticos, fautores, defensores aut receptatores hereticorum per propriam ipsorum parentum confessionem in iudicio, vel per facti euidentiam Ostenditur ex textu in cap. statutum, de hereticis in 6. vbi qualitas criminis in parentibus ad id requisita, his verbis exprimitur? Qui tales esse vel tales etiam de-
103 cessisse probantur. Vbi verbum probatur iuris est, quasi tex tus affirmet filios eorum, quos in hæresi decessisse notoriè constiterit, siue sententia iudicis, siue euidentia facti, siue propria in iudicio confessione. Quare si hæreticus non fuit aliquo horum modorum notorius, filij, & nepotes eius nec sunt irregulares, nec beneficij incapaces. ita etiam Suarez, Sayro, & Azor. relati à Sanchez penes quem plura vide.

104 Notat autem benè idem Sanchez dict. cap. 28. num. 10. cum Glossa cap. satis peruersum, dist. 56. quod filij ante parentis delictum ad ordines promoti non priuentur vsu eorum, ob eam rationem, quia iam habent ius acquisitum, quo nullus sine sua culpa priuari potest item quia in cap. 2. §. Hæretici, de hereticis in 6. vnde ista irregularitas deducitur, non fuit dispositum, vt hi filij ab officijs adeptis remoueantur, sed ne admittantur ad illa in posterum. ita etiam Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 47. num. 6 & Suarez tom 5. in 3. par. disp. 43. sect. 3. num. 8. dict. esse probabile.

105 Verum dicta doctrina de irregularitate contracta à filijs, & nepotibus hereticorum, fautorum, &c. ob heresim parentum non se extendit ad descendentes ex Mauris, vel Iudeis, nouos Christianos vulgo appellatos, si isti ante vsum rationis susceperunt baptismum; sed ad sacros ordines, & ad officia, & beneficia habiles censentur. Ratio est, quia in iure soli hereticorum filij dicta pęna irregularitatis afficiuntur, & quamuis neophyti sint irregulares, hoc verum est in neophytis nuper ad fidem conuersis, quales non sunt baptizzati à natiuitate. ita Couarr. Clem. si furiosus 1. par. §. 2. num. 8. concl. 6. Suarez tom. 5. in 3. par. disp. 43. sect. 3. num. 8. Spino in speculo testamentorum, Glossa 3. principali, num. 48. & cum alijs relatis Sanch. dict. cap. 28. num. 11.

106 Qui bene addunt hoc ita se habere etiã si parentes eorum adhuc Mauri, aut Iudęi perseuerent, quia est dispar ratio de illis, ac de filijs hæreticorum cum isti ob parentum delictum irregularitatem contrahant: at parentum infidelium crimen nec in ipsismet, nec in filijs eorum Ecclesia punit.

107 Imo verò licet dicti descendentes ex Mauris, vel Iudęis baptizzentur post acquisitum rationis vsum, possunt ad sacros ordines, & ad beneficia promoueri, quando sunt iam iudicio Episcopi moribus, & disciplinę christianorum satis instructi, & fundati, ita vt veteres Christiani iudicari valeant. Facit pro hoc textus in c. 1. dist. 57. & tradunt vt certum Couar. cum multis relatis in Clem. Si furiosus 1. par. §. 2. n. 8. concl. 3. Auila de censuris par. 7. disput. 4.
108 & Sanchez dict. capit. 28. numer. 12. Qui merito non approbat ex parte quod ait Nauarrus in sum. cap. 27. num. 205. nempe quod conuersi ad fidem ab hinc decem annis non sint amplius neophyti, nec irregulares, cum prius ab hoc statu egredi possint quam primum iudicio Episcopi in disciplina Euangelica, & in Christianis moribus complete fundati reperiuntur. Vide plura per illationes apud Sanch. ibidem n. 14. & seq. vt iam Regula nostrę sit finis.

An-

An, & qualiter filij, ac nepotes committentium crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ amittant nobilitatem? vel secus?

REGVLA CCCCLXXV.

109 DVplex est nobilitas, altera sangui-
nis altera priuilegij illa nunquam
amittitur, etiam ab ipso delinquente ob
parentum hæresim, vel aliud delictum;
hæc verò si fuit concessa soli parenti delin-
quenti, priuantur ea ipse, ac filij eius etiam
nati ante crimen commissum, & posteri
110 omnes. Quòd similiter verum est, casu
quo nobilitas priuilegij conceditur filio
post commissum à parentibus crimen læ-
sæ Maiestatis diuinæ, vel humanę hoc siue
scienter, siue ignoranter occultato. E
111 contra ob parentum hæresim, vel aliud
delictum nequaquam amittunt filij, aut
posteri priuilegij nobilitatem, quando hęc
fuerat concessa auis, seu ascendentibus
catholicis, vel patri simul, & filio, vel so-
li filio, etiam probabiliter ob merita pa-
rentis hęretici.

112 PRopositam diuisionem nobilitatis,
nempe sanguinis, & priuilegij affe-
runt communiter omnes, præcipue Tira-
quellus, & Sanch. citandi, qui non expri-
munt, quid vnaquæque ex eis sit, cum ex
se pateat, nec indigeant Expressione.
113 Non desunt, qui absolutè, & vniuersa-
liter affirment, quod perdant omnem
nobilitatem, tam sanguinis naturalem,
quàm priuilegij acquisitam non solum cō-
mittentes crimen læsę Maiestatis diuinæ,
vel humanę, sed etiam eorum filij, ac ne-
potes: ostendunt inde, quia isti omnes
sunt infames, & à quouis gradu honoris
repelluntur, de filijs innotescit ex lege
114 Regia 2. tit. 2. c. 7. ibi, E de mas desto sus
fijos, que sean varones, deuen quedar por
infamados por siempre, que no puedan
auer honra de caualleria, ni de dignidad
& ex l. Quisquis §. Flij verò C. de leg. Iu-
liam Maiestatem, sic tenent Cantera qu.
criminal. tit. de quæstionibus tangent. pu-
nitionem delicti, cap. 2. num. 11. Otalora
de nobilitate par. 3. principali in par. 2. c. 7.
num. 17. & in idem inclinat. Faber. citat. à
Tiraquello de nobilitatem cap. 24. num. 2.
cum alijs.
115 Nihilominus quoad nobilitatem san-
guinis certùm est, hanc nunquam amitti
ob vlla parentum delicta. Patet ex l. 3. ff.
de interdictis, & relegatis, ibi Eum, qui
ciuitatem amisit nihil aliud iuris adimere
liberis, nisi quod ab ipso peruentum esset
ad eos si intestatus moreretur, hoc est hæ-
reditatem eius, &c. Quę verò non à Pa-
tre, sed à genere, à ciuitate, à rerum na-
tura imbuerentur, ea incolumia remane-
116 re. Conuincitur etiam ratione, quia
hæc nobilitas est naturalis, at naturalia, &
iura sanguinis sunt immutabilia, §. sed na-
turalia, instit. de iure naturali, & regula
iura sanguinis, ff. de regulis iuris, & l. re-
gia 34. tit. final. par. 7 Item quia filij eam
non acceperunt à patre talium criminum
reo, sed ab antiquis progenitoribus. ita
Tiraquell. de nobilit. cap. 35. nu. 4. Simanc.
de cathol. instit. tit. 29. num. 18. Azeuedo
lib. 3. num. 29. tit. 3. recopilat. & cum alijs
Sanch. lib. 2. in decal. cap. 29. num. 2.
117 Qui num. 3 sic addit, Hinc deducitur,
inquit, nec ipsum parentem horum crimi-
num reum priuari hac nobilitate. Quòd
probant rationes adductæ numero pręce-
denti hęc ille: cui adhęret Sousa lib. 3. A-
phor. cap. 24. num. 1. & ego vtrique adhę-
reo nihil aliud addens circa nobilitatem
sanguinis.
118 Sequitur dicendum de nobilitate ex
priuilegio, quando hæc fuit concessa soli
parenti, qui post concessionem committit
hæresim, aut crimen læsę Maiestatis hu-
manæ, primo loco perdit eam ipse. ita do-
cent Simanch dict. tit. 29. num. 18. Meno-
chius consil. 805. num. 8. volum. 9. & consil.
808. num. 14. eodem volum. 9. & præcipuè
Sanch. dict. cap. 29. num. 5. Ratio est, quia
cum hęc nobilitas non sit naturalis, & con-
sequenter nec immutabilis, sed ex priui-
legio accidentario, sine dubio deperdi po-
test, ergo eam merito perdit parens hære-
sis, vel criminis læsæ Maiestatis humanæ
reus cum omnibus etiam dignitatibus sit
priuandus.
119 Perdunt item tunc eam filij, ac nepo-
tes etiam si sint concepti ante parentis de-
lictum, quin etiam tota posteritas. Docēt
Tiraquellus ibidem cap. 15. num. 4. Otalo-
ra loco cit. cap. 7. num. 17. & Sanchez dict.
cap. 29. num. 5. Probatur hac ratione, quia
prędicti filij, ac nepotes, & tota posteritas
gaudent eo priuilegio nobilitatis ratione
parentis, cui concessum fuerat, ac proin-
de dependenter ab isto; ergo committen-
te ipso hæresim, aut crimen læsę Maiesta-
tis humanæ meritò illi tali nobilitate pri-
120 uantur. Item quia hæc priuatio non in-
iungitur eis in pœnam pro delicto parentis
cum ostenderimus iam supra, quod iuxta
probabiliorem sententiam filij ante crimē
parentis nati, non incurrant pænas, post
delictum verò absolutè resolutum à nobis
quod soli filij via fæminina, & via mascu-
lina soli filij, & nepotes illis afficiantur,
sed quia dependenter à parente, qui com-
misit delictum, eam nobilitatem habeant.
121 Dein si priuilegium nobilitatis obten-
tum fuit à filio ob propria etiam beneme-
rita, & seruitia postquam parens patrauit
delictum hęresis, vel lęsę Maiestatis huma-
nę notorium, hoc tacito, aut occultato,
siue scienter, siue ignoranter, neque, ei
neque descendentibus ipsius prodest. Ra-
tio est quia in obtentione priuilegij tacita
fuit

fuit infamia, & priuatio honorum ob parentis crimen: & quamuis ignorantia excuset à culpa nō tamen à vitio subreptionis. ac nullitatis, vt benè probat Sanch. lib.8 de matrim.disp.21.num 56. Qui præsentem resolutionem tradit dict.cap. 29.n. 7.ex Otarola eodem cap.9. num.10.

122 Ampliant rectè citati Otarola, & Sanch. id esse verum, etiam si clausula ex certa scientia, & ex plenitudine potestatis in concessione priuilegij adijciatur. Quia talis clausula vt benè cum Baldo, & alijs à Otarola relatis docet Sanch. lib. 8.de matrim.disp.4.num 6.nihil operatur, nisi in ijs, quorum princeps præsumitur habere certam scientiam, qualia sunt, quę in iure consistunt.

123 Limitat tamen idem Sanch. id tantum ita se habere, quando, inquit, post. parentum condemnationem, vel delicti notorietatem, id priuilegium est comparatum, ac concepti sunt post parentum delictum. Quia ante eam condemnationem, vel notorietatem non sunt infames, nec incapaces honorum (vt probauimus c.27 nu.28.) Nec similiter quando antea sunt concepti (vt probauimus eodem cap.27.num. 14.) sicut idem protsus diximus cap. præcedenti, num.28.de beneficijs,quæ hi tunc comparant.ita ille: sed de hoc vltimo nos infra.

124 Verum è contra casu,quo priuilegium nobilitatis concessum fuit non ipsi parenti, qui commisit crimen hæresis, aut læsæ Maiestatis humanæ, sed alijs eius ascendētibus, immunibus talis criminis, non amittunt eam ipsius filij, neque nepotes. Ratio est, quia non habent eam à patre, seu ab auo delinquente, sed ab antiquis progenitoribus. Tradunt vt certum ijdē Tiraquellus dict.cap. 35.num. 4. Simanc. de cathol.instit.tit.29.num. 18 & Sanchez

125 ibidem num.4. Qui immediatè subiungit quod tunc eam amittat pater huiusmodi criminis patrator, ob rationem datam; quia cum sit non naturalis, sed ex priuilegio accidentario, deperdi potest, & de facto tunc perditur in dicto parente reo.

126 Tandem quando concessa fuit à Principe nobilitas patri simul, & filijs, aut filijs solis ex benemeritis, & seruitijs ipsorum, licet pater ea priuetur ob sequens delictum hęresis, vel læsæ Maiestatis humanæ ab eo commissum, filij tamen non propterea eam amittunt. Probatur, quia tunc filij independenter à patre hanc nobilitatem acquisiuerūt; ergo crimen istius non debet in hoc illis nocere.ita Tiraquellus dict cap. 35. num. 5. & Sanchez ibidem

127 num. 6. Qui addit se credere quod sit idem dicendum, quamuis ob merita parentis hæretici, aut delinquentis contra Principem fuerit prius nobilitas filio concessa: quod etiam docet Sousa dict.cap.24. num.6. Atque probabiliter ego admitto,& hic finis Regulæ.

Ob hæresim, vel aliud crimen parentum excludūtur filij à successione maioratus, qui non confiscatur in perpetuum.

REGVLA CCCCLXXVI.

128 NEquaquam propter vllum parentis crimen Sodomię, hæresis, aut læsæ Maiestatis humanæ, excluduntur filij, & nepotes via masculina, & soli filii via fœminina, siue ante, siue post delictū nati à successione maioratus iurisdictione rentis, cuius ille bon institutor, sed tan-

129 tum possessor extitit. Affirmandum etiā quod prędicti succedant in maioratu tametsi hic habeat iurisdictionem, & dignitatem annexam cum titulo ducatus, vel Marchionatus, aut Comitatus. Ob cri-

130 men tamen hæresis, aut læsæ Maiestatis humanæ commissam ab instituente quemuis maioratum, ad huius successionem nō admittuntur illius filij etiam nati ante delictum patratum, si institutio eius fuit facta iam crimine commisso per testamentum, vel per contractum quantumuis irreuocabilem; Secus verò si instituatur per contractum quemlibet inter viuos, priusquam crimen ab illo committeretur.

---

131 TAntum est nobis sermo de maioratibus, qui non publicantur in perpetuum, vt exprimitur in titulo Regulæ, cum pateat manifestè de alijs in perpetuum confiscatis, excludi ab eis omnes successores, nè dum filii, & nepotes, eo quod sine vllo fine temporis à Fisco possideantur, vt bene notauit Sanchez lib.2. in decal.cap.30.num.1.quo cum iam ostendimus, qui nam sint isti maioratus, qui in perpetuum confiscantur; vide illū toto cap.18.

132 De materia præsenti tractat copiosè ipse Sanchez dict.cap 30. distinguens statim initio de quadruplici casu, in quo potest procedere dubium. Primò, quando est hæresis crimen commissum à maioratus iurisdictione carentis possessore,qui eum non instituit. Secundò, quando maioratus est affectus iurisdictione cum titulo alicuius dignitatis, aut sine illo. Tertiò, quando agitur de delicto læsæ maiestatis humanæ. Quartò, quando dicta duo crimina institutor maioratus perpetrauit.

133 Videtur potuisse Sanchez adiungere quintum; nempè quando committitur ab alterutro crimen sodomiticum, sed casus iste ab eo, & à nobis cum ipso breuissimè resoluitur, quod propter delictum istud, eo quod nullo iure sit ita cautum filios non affici infamia, nec aliqua succedendi incapacitate. Vnde filij committē-

tis

tis tale delictum succedere possunt in maioratum, qui non in perpetuum confiscatur. ita docet etiam Molina lib. 4. de primoge. cap. vltim. num. 51.

134 Quoad primum duę sunt sententiæ oppositæ, altera tenet, quod propter hæresim possessoris, qui non est institutor maioratus carentis iurisdictione, excludantur ab eius successione filij illius, & nepotes ex linea masculina, & filij soli ex linea fœminina, & eis exclusis transeat ad sequẽtes vocatos. Ita Menoch. cons. 172. nu. 5. volum. 2. Molina cum multis relatis lib. 3. de primog. cap. 7. num. 1. & 2. qui ibi asserunt tunc solum posse filium in parentis maioratum succedere, quando eius parens posset, si viueret; atqui non posset ob

135 crimen hæresis, ergo neque filius. Peculiariter hanc sententiam defendit Meres de maioratu, par. 2. quæst. 4. illat. 2. num. 3. cum limitatione tamen pro solis filijs, qui nati sunt post commissum à parente hæresis crimen. Longam huius sententię probationem affert Sanchez, quam omitto, ne nimis diffundar; vide apud illum.

136 Tenenda tamen contraria sententia defendens dictos filios siue natos ante siue post hæresim parentis, non reijci ob eam à successione Maioratus iurisdictione carentis, cuius possessor est ipse parens, & non institutor. Probatur indè, quia vbicunque successio filij non ducit originem à parente, nec ab ipso pendet, sed ab antiquo institutore nullum parentis delictũ potest eam successionem impedire. Constat manifestè ex textu in l. 3. ff. de interdictis, & relegatis vbi expresse habetur, publicatis alicuius bonis, filium sola prouenientia, cuius bona confiscantur, amittere, & statim additur: Quæ verò non à patre, sed à genere, à ciuitate à rerum natura tribuuntur, ea manere filijs incolumia.

137 Confirmatur, quia per institutionem maioratus reputantur tot donationes factæ, si sit in contractu institutus, & tot legata, si in testamento, quot sunt in perpetuum vocati, ac si quælibet peculiariter, & nominatim facta essent, & proindè quilibet vocatus acquirit dominium eodem instanti, quo dies vocationis succedit, & hoc quidem ex propria persona sublato de medio præcedenti successore, siue pater sit siue alius, cum filius non succedat ex persona patris, sed ex sua propria. ita Barth. l. 1. §. si nepotes ff. de collatione dotis Iason. l. is potest, num. 42. ff. de acquir. hæredit. & l. si auus, num. vnico, C. de liberis præteritis. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 45. Zephalus cons. 4. num. 44. volum. 1. noster Molina tom. 3. de iustit. par. 1 disp. 577. num. 3. Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 169. num. 31. & cum alijs relatis Sanchez dict. cap. 30. num. 4. apud quem longiores probationes, & solutiones rationum in contrarium videas.

138 Circa secundum duę sunt etiam opiniones contrariæ: altera negat, posse parentis hæretici filios, & nepotes, via masculina, aut filios solos via fœminina succedere in maioratu iurisdictionem habente, cum titulo etiam ducatus, &c. si ipse parens hæreticus non sit eius institutor, sed tantum possessor. Ostenditur sic, quia huiusmod maioratus, seu primogenia habentia iurisdictionem cum titulo, iudicãtur dignitates ac de eis tanquam de dignitatibus censendum est, vt cum alijs relatis defendit Molina lib. 1. de primog. cap. 13. num. 6. & noster Molina, tom. 3. de instit. par. 1. disp. 20. num. 3. At infames (tales supponit esse hæc sentẽtia filios hęreticorum) nequeunt ad dignitates ascendere secundum l. 2. & ibi. Barth. num. 1. C. de dignitatibus lib. 11. & l. 1. C. de infamibus.

139 Item confirmatur ex l. regia 3. tit. 3. lib. 8. nouæ recopilat; vbi de dictis filijs, ac nepotibus ita habetur: No puedan ser, ni sean de nuestro consejo, ni tener publico, ni real. At comites, marchiones, & duces sunt de consilio regio. vti manifestè habetur, l. regia 4. tit. 4 lib. 2. nouæ recopil. & docet Gregor. Lopez lib. 6. verb. A consejar, tit. 9. par. 1. Ergo tales sunt incapaces maioratus, cui prædicti tituli annectuntur, Exquibus, & ex alijs, quæ copiose adducit Sanchez dict. cap. 30 num. 6. resoluitur, quod sententia ista non careat aliquali probabilitate, & veritate.

140 Verùm altera opposita est probabilior, & verior, vt ait ibidem Sanchez num. 7. quæ asserit filios hęretiorum, natos ante, vel post hæresim paternam reputari capaces succedendi in maioratum tametsi iurisdictionem, & titulo ducatus Marchionatus, aut comitatus fuerit præditus. Probatur negando fundamentum contrariæ sententię, quod tales filij hęreticorum sint infames, vti cum probabilior doctrina supra tenuerimus, ergo non est cur ab isto maioratu iurisdictionem, & titulum ha-

141 bente reijciantur. Dato autem, sed non concesso, essent infames, ac consequenter iurisdictionis incapaces, id vtique locum haberet casu, quo talis iurisdictio per se sola tribueretur: secus vbi simul cum bonis, quorum illi sunt capaces. Nam in indiuiduis vtile trahit ad se inutile, hocque valere facit. Constat ex l. si sponsus 5. versic. Generaliter tenendum, ff. de donationibus inter virum, & vxorem. Confirmatur ex Regula accessorium 42. de regulis iuris in 6. Secundum quam, vbicunque aliquis est capax principalis, est etiam in consequentiam capax accessorij. Exemplificat Sanchez dict num. 7 in iure patronatus, & in alijs, quæ apud ipsum videri poteris.

142 Peculiariter exemplum ponitur in maioratu habente iurisdictionem, & dignitatem ducatus, & cuius diximus capaces esse filios hæreticorum. Nam talis dignitas, vt ait Molina lib. 1. de primog. cap. 11.

cap. 11. num. 19. dupliciter tribui potest, primo modo in solam administrationem sine territorio, & tunc morte donatarij finitur, nec transit ad successores, cum non accessorie, sed principaliter tribuatur. Secundo modo dari potest vt annexa territorio, & vt cum illo ad hæredes transeat, & tunc datur accessoriè, ergo in hoc casu iuxta regulam 42. Accessorium, de regul. iuris in 6. filij hæreticorum à successione talis maioratus cum dignitate Marchionatus, &c. non excludentur. Ex multis, quæ adducit Sanchez ista pro re præsenti sint satis.

143 Quid iam de tertio casu? cum non spectet propriè ad nostrum institutum Tribunalium sanctæ Inquisitionis, cum magis recepta doctrina, quidquid alii dicant, breuissimè resoluimus cum Sanchez post Antonium Gomez Molina, lib. 1. de primog. cap. 13. num. 13. & plures, quos ille dict. cap. 30. num. 4. citat, filios, ac Nepotes committentium crimen læsæ Maiestatis humanæ non excludi à quouis maioratu, etiam iurisdictionem cum titulo ducatus &c. habente per contractum, aut per testamentum instituto, siue filii sint nati ante, siue post dict. crimen.

144 Breuem etiam probationem huiusce resolutionis accipe, quia Spes immutabilis succedendi in talem maioratum acquisita est dictis filijs, & nepotibus à tempore institutionis eius, & non ex persona patris, aut ex istius vocatione, sed ex propria persona, ac vocatione, vt iam tactum supra, ergo omnes illi sunt capaces succedendi in huiusmodi Maioratum ab antiquo institutum: quamuis censeantur incapaces alterius, cuius spes post parentis delictum acquisita, &c.

145 Tandem de quarto casu ante Thomã Sanch nullus tractauit, præter solum Villadieg. iuniorem in foro juzgo, in prologo l. vndecimæ num. 76. vbi de filijs reorum lesæ Maiestatis humanæ asserit, quod isti, si post parentum crimen geniti fuerint, nõ succedant in maioratum, cui iurisdictio cum titulo dignitatis coniuncta est, siue talis maioratus in contractu, siue in vltima voluntate fuerit institutus, Atque huius suę sententiæ nullum fundamentum adducit.

146 Verum pro resoluendo hoc casu optimè distinguit Sanchez dict. cap. 30. num. 13. Si Maioratus quiuis, siue simplex, siue iurisdictionem coniunctam habens fuerit testamento institutus ante, vel post delictum parentis, nullo modo in eum succedunt filii, etiam si concepti sint antequam crimen à parente illius institutore committeretur. Patet manifesta ratione, quia in hoc casu maioratus in perpetuum propter hæresim, aut crimen parentis applicatur Fisco, reiecta tota posteritate, vt diximus supra cum ipso Sanchez cap. 18. nu. 64. Atque ex vi eiusdem rationis parimodo dicendum, quod non succedant filij, quando institutus est maioratus quocunque contractu, quantumuis irreuocabili, post talia parentis delicta.

147 Si verò maioratus sit institutus ante crimen parentis institutoris per contractum inter viuos, siue irreuocabilem, siue reuocabilem, quando hic non fuit reuocatus ante parentis condemnationem non excluduntur filii ab eius successione, etsi isti sint concepti post crimen parentis ac etiam si Maioratus habeat iurisdictionem, & dignitatem ducatus, &c. annexam Probatur, quia tunc non confiscatur talis maioratus ratione iuris acquisiti filijs ante delictum parentis, &c.

148 Dixi, quando institutus fuit maioratus per contractum reuocabilem, nec reuocatus est ante parentis condemnationem. Nam si ante illam reuocatus esset, statim cessasset maioratus, neque in ea bona succederent filij, sed cum reliquis delinquentis bonis confiscarentur, ita Sanchez dict. num. 13. cui adhæreo: Atque hic Regulæ finis.

Quænam filiorum peculia ob hæresim, vel crimen parentum confiscatione dignum publicanda veniant? & qualiter?

REGVLA CCCCXXLVII.

149 CErtum est propter parentum crimen hęresis, aut aliud nunquam publicari peculia filiorum castrensia, vel quasi: idem prorsus dicendum de peculiis aduentitiis, quoad proprietatem eorum probabilius tamen oppositum, quoad vsumfructum; secus in delictum sit tale (puta hæresis) vt ratione ipsius filius eximatur à potestate patris, & in hoc pereat vsusfructus, ac idem pater maximam, aut mediam capitis diminutionem patia-

150 tur. Dein probabile est non confiscari peculium filij profectitium ob crimen parentis, maximè si inde paterna soluatur potestas maioris tamen probabilitatis cẽsetur, quod publicatis parentis omnibus bonis, pariter in eo habeat locum confi-

151 scatio. legitima item, & alimenta filiis debita non subsunt ob parentum delictũ confiscationi: Excipe in bonis maternis, si crimen à Matre committatur; Excipe etiam in casu hæresis, & in aliis casibus exprimendis; post quorum expressionem aliqua scitu digna addentur.

---

152 VT facilius, & clarius de doctrina præsentis Regulæ innotescat, cũ Castro Palao, & cum alijs citandis præmit-

mittimus duo, quæ ex parte iam alibi resolvimus. Primum, quod parens in peculio aduentitio filij habeat solum vsumfructum; in profectitio tamen simul vsumfructum, & proprietatem. ita ipse Castrus ex communi omnium mente tract.4. disp. 5.punct.10.num.2.

153 Secundum, quod vsusfructus, attento iure communi finiatur quotiescunque vsufructuarius patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem; cum tunc efficiatur seruus pœnæ, & pro mortuo pericit ei vsusfructus, ac cum proprietate consolitur. Atque talem à iure pro mortuo haberi, patet ex l. corruptionem, C.de vsufruct. & §. finali instit. de vsufruct. vbi communiter Doctores.

154 Quamuis autem prędicta fuisse correcta per Authen. Sed hodie, C. de donation. inter vir. & vxor. non desint, qui absolutè affirment, præcipuè Couarr. in rubr. de testamen.par.3.num.27.

155 Nihilominus tenendum, vt omnino verum in dict. Authen. Sed hodie, & in Authent. de Nuptijs, §. quod autem, quę ex illa desumpta est. C. de donat. inter virum, & vxor. fieri correctionem circa alia damnatorum ad maximam, vel mediam capitis diminutionem, seu ad mortem naturalem, aut ciuilem: Sed nihil fuisse ibi correctum circa testamentum, vel dispositionem de bonis eorum, ac proinde ipsos, vt seruos pœnæ, esse intestabiles, & inter mortuos reputari, & consequenter in eisdem vsumfructum, si quis erat finiri, atque hunc ad proprietatem deuolui. sic perdoctè tuentur Noster Molina tom.1. disput. 9. col. 2. & 3. Panormit. in rubr. de testam. & cum alijs Castrus Palaus ibidem punct.11. numer.3.

156 Apud quem videas num.4. quid dicendum circa hoc attento Iure regio Castellæ, quod omitto, vt iam ad expendendas singulas Regulæ nostræ partes prædictis, ita præmissis accedamus.

157 De certitudine prioris partis nullus est, qui dubitet, quod propter hæresim, aut aliud delictum parentum bona filiorum castrensia, vel quasi nullo modo subiaciant publicationi. Ratio efficax est, quia talia bona, & quoad proprietatem, & quoad vsumfructum, atque administrationem sunt istorum; ergo non possunt ob crimen parentum confiscari. ita Nilus tractat. de bannitis 1. part. secundi temporis num. 26. Bonacin. disput. 3. de contract. quęst.8. punct.vltim §.1.n.14. Sanchez cum pluribus relatis lib. 2. in Decal. cap.16.nu.1. & Farin. de hæresi q.190.n.17.

158 Pari item certitudine affirmandum, peculium aduentitium filij non confiscari vllo modo, quoad proprietatem propter hæresim, aut aliud delictum parentis. Probatur eadem ratione, quia proprietas talis peculij est tota solius filij; ergo &c. Ita Nilus, & Bonacin. vbi supra Sanchez num. 9. ac Castrus Palaus dict. punct. 10. num.9.

159 Sed quid quoad vsumfructum dicti peculij aduentitij? circa hoc diuersimodè sentiunt auctores teste Sanchez dict. cap. 16. à num. 11. sed omissa sententiarum diuersitate, quod probabilius est, teneo cum ipso Sanchez num.15. Antonio Gomez tom.2. variar.resolut.cap. 13. num 18. Farinac. tom.1. quæst. 24. num. 33. & cum alijs, nempè posse publicari pro toto eo tempore, quo vsufructuarius erat percepturus ab huiusmodi peculio vsumfructum. Ratio est, quia Fiscus succedit non solum in iuribus, quæ alienari possunt l. si postulauerit, §. iubet. ff. de Adulter. sed etiam in alijs &c.

160 Confirmatur hoc inde à Castro Palao Sic. Quia licet, inquit, ius percipiendi fructum proprio nomine alienare possis: quia est personale: at alienare, cedereque alteri potes facultatem percipiendi fructum durante tua vita non equidem, vt ipse nomine proprio percipiat, quia hoc solũ tibi vsufructuario cõpetere potest, sed vt nomine tuo percipiat, & fruatur. Qua alienatione, & cessione facta tu remanes vsufructuarius impeditus tàm vti vsufructu propter cessionem, & alienationem alteri factam; alius tamen percipere illam vtilitatem potest. Sed ea, quæ alienari, & transferri in alium possunt Fisco subijci. Ergo potest Fisco subiici hæc facultas percipiendi alieno nomine commoditatem, & vtilitatem vsusfructus. Hæc ille num.7. vbi pro hac doctrina, quod ob delictum parentis possit confiscari peculium aduentitium filij, quoad vsumfructum modo dicto citat plures præcipuè Simanc. de Cathol.instit.tit 9.num. 19. Noster Molina disputat.9. vers. ex dictis facilius, & Vasquez 1.2.disp.169 cap.1.num.10.

162 Meritò tamen limitatur, quod dicta doctrina tantum habeat locum, quando delictum tale est, vt per ipsum non extinguatur in parente delinquente vsusfructus. Nam si tale sit, tunc cum proprietate consolidatur vsusfructus, & nequaquam ad Fiscum spectat. ita Farinac. cum pluribus relatis dict. numer. 33. Menoch. de recuperat. possess. remed. 9. num. 244. & Castrus Palaus dict. num.9.

163 Est autem dubium, valdè controuersum inter Doctores, num committente patre crimen, ratione cuius filius à patria potestate eximitur, extinguatur in patre vsusfructus bonorum aduentitiorum filij, & quidem si sermo sit de bonis acquisitis post commissum delictum, certissimum est apud omnes, vt ait benè Castrus Palaus ibidem, numer. 10. non posse ea, neque eorum vsumfructum ad patrem pertinere, eo quod hic iam

tunc minimè habet in filium patriam potestatem.

164 Procedit itaque dubium de bonis aduentitijs acquisitis ante commissum delictum. Duo grauissimi auctores de nostra Societate Iesu, Molina tom 1. de iustit. disput. 9. versic. ab hac regula, & disput 229. paulo post princip. ac Sanchez dict. cap. 16. num. 18. & 19. in solo crimine hęresis volunt extingui vsumfructum, & cum proprietate consolidari: In reliquis verò delictis manere parentem vsufructuarium, & per fiscum eius bonis confiscatis, simul confiscari vsumfructum pro toto tempore, quo parens illo potiturus

165 erat. Ducuntur, quia non ex eo, quod à patria potestate filius eximitur, amittit pater vsumfructum in bonis ante exemptionem acquisitis, cum talis vsusfructus non sit debitus patri ob patriam potestatem actu existentem, dum percipitur vsusfructus, sed ratione patrię potestatis, quam in filium exercuit, tempore quo filius bona acquisiuit. Atque

166 est dispar ratio de crimine hæresis ob cuius atrocitatem ita filius videtur à patria potestate egredi, vt quoad omnia propria bona censeatur exemptus.

167 Verum benè Castrus Palaus dic punc. 11. num. 11. adhærens Farinac. tom. 1. quæstion. 24 num. 33. & de hæresi quæst. 190. num. 27. sub distinctione resoluit, nempè si delictum à parente commissum sit tale, vt propter illud ipse patiatur maximam, aut mediam capitis diminutionem, tunc vsusfructus cum proprietate consolidatur, attento iure communi, cum ob illud ipse extinctus maneat, exemplificat idem Castrus in triplici crimine nempè hæresis, læsę maiestatis, &

168 sodomiæ. At si delictum non sit tale, spectabit ad Fiscum, quia licet filius eximatur à patria potestate, cum vsusfructus non maneat extinctus, ad fiscum pertinere debet. quid verò sit tenendum attento iure regio Castellæ, & Lusitanię, vide apud eundem Castrus Palaus num 12.

169 Rursus dubium maius insurgit circa peculium profectitium filij, nam ob delictum parentis, publicatis istius bonis ad fiscum spectet? Dubitandi ratio prouenit ex l 3. §. sed vtrum, ad finem. ff. de minoribus, vbi peculium istud in publicatione bonorum patris ad filium pertinere decidi videtur. En textum, licet aliquo, inquit, casu, peculium ad filium spectet, vt puta si patris eius bona à Fisco propter debitum pecuniarum occupata sunt: nam peculium eius ex constitutione D. Claudi separatur, ibi Glossa, verbo separatur, ait, vt saluum habeat filium; ergo ad hanc cum effectu peculium spectare dicendum est.

170 Conuincitur etiam hac ratione, quia Fiscus nequit occupare bona delinquentis secundum eam partem, quę est aliena ab ipso; at peculium profectitium non est patris delinquentis, quoad administrationem, & spem in illo succedendi, sed filii; ergo secundum hanc partem

171 à Fisco occupari non potest. Quid quod priuari ea administratione pœna iudicatur, iuxta l. testamanto centurio, ff de manum. testam. Sed nulla pœna infligi potest sine culpa illius, cui ea infligitur; ergo sine culpa filii priuari hic non potest administratione talis peculij, & consequenter hoc nequibit confiscari, ita defendunt Couarruu. lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. Menoch. de recuperat. possess. remed. 9 num. 73. Clarus lib. 5. recept. quæstion. 68. numer. 14. Farinac. dict. quæstion. 24. numer. 26. & Sanchez dict. cap. 16. num. 21. cum aliis per ipsos relatis.

172 Limitant tamen aliqui, vt tunc habeat locum dicta pars negans, vbi delictum est sufficiens ad eximendum filium à patria potestate, quia eo casu dicunt pertinere ad Fiscum, eo quod desinat esse peculium, l. final. C. de in officios. testam. secus si delictum non sufficiat ad talem effectum, quia tunc remanet patria potestas. Tenent Alexand, Bald, Imola, Roma. & alii citati à Farinac. dict. num.

173 26. Atque hinc deducunt aliqui in crimine hæresis per parentem commisso, semper publicari peculium profectitium filii, quia tunc patria potestas soluitur. Ita Gigas de crimin. læsæ maiest. lib. 2. tit. de pœnis, quæst. 13. num. 4. & cum aliis inclinat. Farinac. de hæresi, quæstion. 190. num. 15.

174 Verum dicta limitatio meritò reijcitur à citatis Menoch. & Sanchez, ab Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 15. num. 16. & à Castro Palao dict. punct. 11. numer 14. Probatur, quia ad confiscationem nihil refert definere esse peculium, cessante patria potestate, sed sufficit, si profectitium peculium fuerit tempore quo delictum committebatur, & confiscatio facienda erat.

175 Concludit itaque benè Castrus Palaus, cui libenter adhæreo, dictam partem negantem esse quidem probabilem, sed probabiliorem affirmantem, quod peculium filii perfectitium publicationi subsit, publicatis bonis parentis criminosi, Facit pro hac parte textus in l. 1. §. sed & si alio. ff. quando actio de peculio est annalis, ibi; sed etsi morte patris, vel deportatione, sui iuris fuerit effectus filius de peculio intra annum heres pa-

176 tris, vel Fiscus tenebitur. Vndè deducitur, si fiscus tenetur de eo peculio creditoribus satisfacere, ipsum esse publicatum, & potuisse à fisco publicari, ob vim propositi textus tenet; sic Bald. post Cynū ibi.

ibi. tenent etiam Simanch, de Cathol. institit. 9. num. 17. Bonacin disput. 3. de cōtract. quæst. 8. punct. vltim. §. 1. num. 14. Vasquez 1. 2. disput. 169 cap. 1. num. 10. Azor. tom. 1 lib. 5. cap. 7. quæst. 8. & alij relati à Castro Pal. dict. punct. 11. num. 15.

177 Fundamentū præcipuū huius partis affirmantis est, quia Fiscus vsurpat bona, quę sunt delinquentis, sed constat peculium esse patris, quoad proprietatem, & quoad vsumfructum, l. certum. C. familiæ erciscundæ. ergo si parens committat delictū confiscatione dignum, meritò Fiscus pe-
178 culium illud occupabit. Neque hoc impediri potest inde, quod filius habeat administrationem talis peculii, & spem succedendi, quia ista duo sunt quid accessorium parentis possessioni, qua ob delictum ab eo patratum sublata, cessat dict. administratio, & spes succedendi. Longiorem probationem, & confirmationem huiusce doctrinæ adducit Castrus Palaus dict. num. 15. apud quem videas, sicut & responsionem ad opposita.

179 Sequitur videndum de legitima, & alimentis filio debitis ex bonis parentis, an si huius bona publicentur, illius legitima, & alimenta simul cum eis publicationi subsint? Communis est omnium, & generalis doctrina, quod non publicentur. Patet ex l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum, vbi dicitur, publicatis bonis parentis non esse faciendum præiudicium in legitima, ita cum Menoch. Roland. Farinac. Sanchez, & alijs relatis tradit Castrus Palaus dict. punct. 11. num. 17. ob eam rationem, quia legitima debetur de iure naturali, & non positiuo.

180 Aduertendum autem, filio deberi legitimam à die, quo bona parentis confiscata fuerunt, cum ab eo die censeatur parens tanquam mortuus. ita Farinac. dicta quæst. 24. nu. 35. & 36. cum Roland. cons. 97. num. 34. & seqq. volum. 2. Bossio in tit. de bonorum publicatione num. 6. & cum alijs citatis. Fundamentum sic tenendi sumitur ex l. 1. ff. de bonis damnatorum vbi habetur, quod vbi bona patris confiscantur ob crimen, ratione cuius pater vita, vel ciuitate, & libertate priuatur; filij portionem ex bonis patrū damnatorum accipiunt, perpendunt enim verbum, accipiunt, quod est præ-
181 sentis temporis, & non futuri. Quanta item sit dicta portio, seù legitima filio debita, docet benè cum alij Castrus Palaus ibidem; vide penès ipsum.

182 Excipiuntur tamen aliqui casus ex generalitate illius doctrinæ: Primò in bonis maternis; nam si ista propter crimen matris Fiscus occupet, nō reseruatur indè filijs legitima, secundum l. de bonis matris C. de bonis proscript. Asserunt Clarus, aliis relatis lib. 5. quæst. 78 versic. videndum in fine, & Farinac. dict. quæst. 24. numer. 41. affirmans esse id à Doctoribus communi-
183 ter receptum. Quamquam ipse Farinac. tom. 3. quæstion. 11. § 3. num. 99. pluribus ostendit filiis fœminis reseruari legitimam, ac si pater non deliquisset, vt refert ipse Castrus Palaus numer. 18. non reprobans, nec ego reprobo.

184 Secundò excipitur, vt non habeat locum in filijs conceptis post condemnationem patris. nam istis non est debita legitima, cum tempore conceptionis nihil habeat iam pater, quod illis relinquere possit. Tradunt Bald. in l. final. C. de bonis damnat. col. 1. Roland. consil. 97. numer. 38. versicul. hoc velle videtur, &
185 Farinac. loc. citat. numer. 42. Qui cum Bossio per ipsum relato notat benè, quod hoc procedat in casu deportationis, non autem in casu banni, cum per bannum minimè amittantur iura communia, sicuti amittuntur per deportationem, vndè si post bannum patris fuerit conceptus filius, debetur ei legitima; secus verò si fuerit conceptus post illius deportationem.

186 Tertiò excipitur maximè in crimine hęresis. nam ob paternam hæresim, ac in punitionem patris, priuati manent filii, etiam Catholici legitima eis debita prorsus in totum. Textus expræssus in cap. Vergentis, extra de hæreticis, vbi filij fiunt incapaces omnis successionis paternæ, vt hinc patres timore pœnæ adeò grauis remoueantur à tanto crimine committendo. Habetur etiam decisum in Authen. Gazaros, C. de hæreticis, & affert Glossa in cap. cum secundum de hæreticis in 6. Farinac. dict. quæst. 115 num. 44. Pegna 2. par. direct. commen. 9. Simanc. de cathol. Instit. tit. 29. num. 12. & Sanchez aliis relatis dict. cap. 16. num. 26.

187 Quartò excipitur in crimine læsę maiestatis humanæ patrato à parente contra Principem, vel rempublicam; nam ratione solius huius criminis filii successione paterna priuati manēt. ex l. quisquis C. ad l. Iuliā Maiestat. vbi copiosè ostendit, non extendi ad alia crimina læsæ maiestat. Quę exprimuntur in l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Iuliam Maiest. Cui glossæ adhærent Clarus in practic. §. lęsæ maiestat. num. 15. versicul. Vnum tamen. Menochius de arbitr. lib. 2. casu 316. numer. 29. Farinac. cum alijs relatis tom. 2. praxis, quæst. 115. §. 3. num. 123. & Castrus Palaus dict. punct. 11. num. 21.

188 Dubitatur adhuc de filiabus, an ob crimen læsæ maiestatis commissum à parentibus, ratione cuius istorum bona confiscantur, reseruanda sit illis legitima? Resoluitur ex certa, & vera doctrina, quod sit reseruanda de bonis maternis, non verò de paternis bonis. Est textus expræssus in l. Quisquis. §. ad

filias, C. ad leg. Iuliam Maiestat. & assignatur ibi ratio talis fauoris, quia propter sexus debilitatem minus ausuræ creduntur fœminæ, ac difficilius paternos deprauatos mores imitaturę. ita Glossa ibi, verb. filiabus, & verb. minus ausuras Gigas de crimine læsę maiestatis lib. 3. rubric. de pœnis, quas filij incurrunt, quęst. 14. num. 1. Anton. Gomez de delict. capit. 2. rubric. de crimine læsæ maiest. num. 13. versic. filiæ verò, & Farinac. pluribus relatis dict. quæstion. 115. §. 3. num. 94.

189 Cęterum tametsi istis filiabus debita non sit legitima ex bonis parentis committentis crimen læsæ maiestatis, debetur tamen illis dos, quando aliundè non habent. Nam iure naturæ obligatur pater filias dotare, l. final. C. dotis promis-

190 sis. Quod si pater huic obligationi non satisfacit ad hæredes ipsius transit, vt optimè docet Barth. in l. si maritus, §. si voluntate, & in l. post dotem, ff. soluto matrimonio, Dynus in l. insulam, eodem titulo. Alexand. in l. quęsitum, §. si sponsam, ff. de priuilegiis creditor. Ergo cum Fiscus loco hęredis succedat, parentis bonis publicatis, consequenter assignatis obligatione dotandi filias, ita Barth. in l. final. C. de dotis promissione. Dynus in l. Insulam, ff. soluto matrimonio. Roland. cons. 73. num. 23. volum. 23 Clar. in prax. de crimine læsę maiestatis. versic. hæ autem pœnæ, & Farin. tom. 1. quæst. 24 num. 46.

191 Limitans tamen addit Castrus Palaus dict. punct. 11. numer. 23. Quod in crimine hęresis propter eius atrocitatem videatur, quauis legitima, dote, ac successione paterna, & materna, si ab vtroque parente fuerit commissum, debere filias priuari, & si ab vno solo, omnia, quæ ab isto debebant illis prouenire. Quamquam Doctores citati numero præcedenti videntur eodem modo loqui de hoc crimine, ac de crimine læsæ maiestatis, & quidem textus in cap. Vrgentis de hæreticis, illa comparat, ita Castrus, quem sequor.

192 Tandem dubitatur, an saltem alimenta sint reseruanda filijs committentium crimen hæresis, & læsæ maiestatis humanæ? Partem negantem communiter tenent Doctores, quod non sint reseruanda, sed sola vita ex misericordia. Nam vt habetur in l. quisquis, C. ad leg. Iuliam maiest. & in cap. Vergentis, de hæreticis, huiusmodi filij debent esse in hoc mundo, vt eis vita sit supplicium, & mors solatium. ita Surdus de alimentis, tit. 1. quæst. 31. & alij relati à Sanchez dict. cap. 16. num. 26. Ex quibus nonnulli loquuntur de legitima, & non de alimentis iure naturali debitis.

193 Probabile tamen censetur in crimine lęsæ maiestatis humanæ filios, tametsi priuentur hæreditate, ac legitima patris committentis illud, non priuati alimentis, sed de eius bonis alendos esse. ita Socin. consil. 30. num. 3. lib. 1. Ripa in l. ex facto. §. ex facto, num. 9 ff. ad Trebellianum. Franc. Bec. consil. 8 num. 7. Lupus in repetit. cap. per vestras, in 3. notabili. num. 15. de donation. inter virum, & vxorem, & alij, quos citat, & sequitur Farinac. in praxi, quæstion. 115. §. 2. numer. 128.

194 Sed quid in foro conscientiæ, possunt nè licitè filij talium reorum abscondere ad sui sustentationem, aliquid de parentum bonis, quæ iam confiscata sunt ob crimen hæresis, aut læsæ maiestatis, si illis non reseruentur alimenta? Non desunt, qui absolutè affirment esse licitum, præcipuè Guillelmus Benedict. cap. Raynuntius, de testament verbo, & vxorem,

195 decision. 5. num. 286. Sanchez verò lib. 2. in decal. cap. 16. num. 27. nimis limitans sentit id habere locum in casu solius extremæ necessitatis, in quo omnia sunt communia. Vnde nullum dubium tunc id fieri posse.

196 Sed moderatius, & benignius, vti expedit, resoluit Castrus Palaus, dict. punct. 11. numer. 25. extendens id ad casum grauis necessitatis, quod in eo possit licitè abscondere, & retinere, quæ sufficiunt ad eam repellendam, & tale detrimentum excusandum. Probatur indè, quia in hoc casu grauis necessitatis, probabilissimum est obligari Fiscum ad eleemosynam elargiendam, ergo &c. Confirmatur, quia in eo casu excusatur debitor ab obligatione reddendi debitum creditori, vt benè ait Bonacin. disputat. 3. de contract. quæst. 8. punct. vltim. §. 1. num.

197 15. final. Qui ad confirmandum magis casum præsentem disput. 1. de restitution. quęst. vltim. punct. 1. num. 37. cum Nauarr. Rebellio, & Claui regia per ipsum citatis, optimè docet, quod obligatus cedere bonis suis, abscondere, & retinere possit, quantum iudicatur necessarium ad tenuem sui, & illorum, quos alere tenetur, sustentationem, attento ipsius statu, ob eam rationem, quia nullus cum tanto suo incommodo restituere tenetur. Atque his Regulæ finis.

An publicatis bonis mariti haretici bona aliqua uxoris publicentur? & contra, an publicatis bonis uxoris haretica, viri bona publicationi subiaciant?

REGVLA CCCCLXXVIII.

198 VNiuersaliter loquendo prorsus certum est, ob mariti delictum vxoris bona, & ob delictum vxoris bona mariti nequaquam confiscari, etiam quoad
199 vsumfructum eorum. Vnde in particulari ex viri crimine quouis etsi læsæ maiestatis diuinæ, aut humanæ non publicantur vxoris dos, (si fuit verè tradita) nec bona paraphernalia, neque quæuis ei ali-
200 quo titulo acquisita. Potest autem vxor innocens omnia sua bona publicatis mariti bonis, propria auctoritate capere, dũmodo per testes, vel alio modo probet, sibi realiter fuisse tradita, sicque impediet nè fiscus occupet; quod si de facto occupauit, tenetur eam alere donec restituat.
201 Dein mulier nubens scienter hæretico amittit dotem, quin etiam reliqua bona
202 iuxta probabilius placitum. Quid si è contra vir ducat scienter vxorem hæreticam? vtraque pars affirmans, & negãs, quod bona perdat, probabilitate non caret: prædictis annexa nonnulla addentur.

---

203 DE omnimoda certitudine prioris partis vniuersalis nostræ Regulæ constat sic manifestè apud omnes, quia est valdè dissonum rationi, & iustitiæ repugnans, quòd innocens propter delictũ alterius puniatur, nisi à iure expresso sit hoc statutum; sicuti statuitur à iure, esse puniendos filios ob parentum delictum lęsæ maiestatis diuinæ, vel humanę, vt vidimus Regulis præcedentibus: ergo cum in casu præsenti non sit hoc à iure dispositum, imò contrarium, vt statim in bonis vxoris dicemus, neutrius coniugis bona publicari possunt ob crimen alterius, sed sola coniugis delinquentis, reserua-
204 tis innocenti suis bonis. Confirmatur ex textu in l. sancimus, C. de pœnis, vbi generaliter pro quibuscunque casibus deciditur, vt pœnæ solos delinquentes ligent. Tradunt Thomas Sanchez lib 2. in decal. cap. 17. num. 1. & Castrus Palaus disput. 5. punct. 12. num. 1.
205 Ad singula verò particularia descendendo, ob crimen mariti, quodcunque non publicatur dos vxoris. Patet ex l. quisquis, §. vxores sanè. C. ad leg. Iuliam maiest. & l. si quis posthac, C. de bonis proscript. Atque in crimine hæresis adest textus expressus, cap. decreuit, de hęreticis in 6. vbi sic habetur, Decreuit, inquit, fęlicis recordationis Innocentius Papa IV. quod propter hæresim maritorum vxorum, Catholicorum dotes non debeãt confiscari. Afferunt Alberic. in l. Manichæos, num. 1. C de hęretic. Eymeric. 3. par. direct. quæst. 111. & ibi Pegna comment. 160. versic. sed in viam. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 43 num. 10. Farinac pluribus relatis, de hæresi, quæst. 190. §. 3. num 1. & Sanch dict. cap. 17. num 3.
206 Similiter ob hæresim, vel aliud crimen viri minimè confiscantur bona vxoris paraphernalia, videlicet, quæ sunt extra dotem, vt arrhę largitas sponsalitia, medietas lucrorum, quæ constante matrimonio acquisita sunt, & quęuis bona donatione, vel alio titulo vxori parta. Pro prædictis non est in particulari expressus iuris textus, conuincitur tamen efficaci ratione, iam supra adducta, quia est valdè dissonum rationi, & iustitiæ repugnet, vt innocens ob delictum alterius puniatur. Tradunt communiter omnes, præcipuè citatus Pegna, Sousa lib 3. Aphorism. cap. 11. num. 1. Farinac. cum multis relatis dict. quæst. 190. §. 3. à num. 44 vsque ad 48. per distinctas ampliationes, & Castrus Palaus dicto punct 11. num. 3.
207 Qui ibi excitat dubium circa donationes vxori factas à marito, Constante matrimonio, an liberentur à publicatione res sic donatæ? & quamuis referat, vt probabilem sententiam negantem cum Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. numer. 10. Vasquez 1. 2. disput. 169. cap. 1. num. 4. & cum nostro Azot. tom. 1. lib. 5. cap. 7 quęst. 8. sed ipse rectè probabilius iudicat liberari eas à confiscatione; ob eam rationem quia per mortem ciuilem mariti tales donationes censentur confirmatæ, quoad effectum, nè ad Fiscum transeant. Hinc
208 deducit idem Castrus, quod sit idem dicendum de vestibus, siue pretiosis, siue vilibus vxori à marito datis, videlicet eas non confiscari.
209 Notat autem benè Sanchez dict. cap. 17. num. 4. circa Arrhas, ad tollendam æquiuocationem, quod dupliciter nomen arrhæ soleat excipi; primo, pro donatione, quam facit sponsus sponsæ, seu vir vxori in pretium dotis acceptæ, vel nobilitatis, aut pudicitiæ sponsæ, & fit propria vxoris per consumationem matrimonij, vt explicat ipse Sanchez lib. 6 de matrimon. disput. 22. num. 18. atque in hac acceptione ob mariti delictum non confiscantur arrhæ vxoris, vt dixi. Secun-
210 dò accipitur pro pignore, quod inter sponsos traditur in signum complendi matrimonij, quod vulgo dar Segnal, ò Caparra italicè dicimus, sicut in aliis cõtractibus in signum perficiendi ipsos tradi solet; & in hac acceptione, cum tales arrhę redeant ad dantem, ac sint prorsus eius secundum l. final. C. de sponsal. ob hu-

ius delictum confiscatis reliquis ipsius bonis, confiscantur etiam illę. ita ante citatum Sanchez, Cantera in suis quæst. crimin. in quæstion. tangentibus punitionem delictorum cap. 1. num. 29.

211 Dein vt dotis, (ita aliorum etiam bonorum) vxoris confiscatio impediatur, debet esse verè tradita, & non sufficit cõfessio viri in aliquo instrumento, nisi simul per testes, aut per fidem tabellionis, vel aliter constet de reali traditione, & numeratione. alias fiet sine præiudicio Fisci l. si quis posthac. C. de bonis proscript. versic. dos etiam, & l. 1. C. de dote cauta

212 non enumerata. Vndè poterit Fiscus, vti quiuis alius hæres contra vxorem excipere de non numerata dote; quamuis in instrumento fuerit renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis. ita Vmberlocat. post Iudic. Inquisit. quæst. 13. Farin. de hæresi quæst. 190. num. 48. & Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 5.

213 Sed quando opponenda à Fisco hac exceptio non numeratæ dotis? intra annum à die mortis, vel condemnationis mariti volunt Simanc. de Cathol. institut. tit. 9. num. 69. Vasquez 1. 2. disput. 169. cap. 2. num. 11. & Sanchez dict. cap. 17. num. 6. ob eam rationem, quia Fiscus in hac re non fruitur peculiari priuilegio, sed succedit loco hæredis, qui transacto anno nequit opponere exceptionem non numeratæ dotis: ergo neque Fiscus poterit.

214 Verum audi multò diuersam resolutionem Castri Palai dict. num. 5. sic. At salua, inquit, pace tantorum virorum, nescio quo fundamento tempus ad opponẽdam hanc exceptionem limitetur ad annum, cum videatur expressè decennium esse concessum in authen. quod locum. C. de dote cauta non enumerata, & tradit Farinac. quæst. 25. num. 122. fine. ita ille, & benè.

215 Certissimum item est, quod coniux innocens dotem arrhas paraphernalia, & quidquid proprium eius est, publicatis bonis mariti delinquentis, possit propria auctoritate capere secundum l. si quis posthac, C. de bonis proscriptorum. Quamuis enim in iure statutum sit, vt nullus in re propria habeat manuum iniectionem. l. si quis in tantam, C. vnde vi, & l. extat ff. quod metus causa, quasi in prærogatiuam tamen matrimonij, id vxori conceditur, vt res proprias detentas à viro, cuius bona confiscantur, propria auctoritate occupet. ita Ioan. Lupus rubr. de donationibus inter virum, & vxorem §. 66. num 18 Conrad. in pract. tit. de bonor. publicat. num. 9. vers. subiungo tamen Farin. tom. 1. quæst. 25. num. 119. & Sanch. dict. ca. 17. num. 3. fine.

216 Potest autem contingere, vt dos, & alia, quæ naturam dotis induunt non maneant in propria specie, sed vt vxor habeat bona mariti obligata, & hypotheca-ta dotis, etsi irregulariter non tribuit hypotheca priuilegium retentionis; fauore tamen dotis, & dotalium contrarium cõcessum meritò censetur, si cum hypotheca habeat vxor illorum retentionem, & possessionem. Nam tunc ratione vtriusque simul hypothecæ, ac possessionis poterit impedire ipsorum confiscationem, & occupationem fieri à fisco. ita cum Bald. Roland. & aliis relatis docet Farinac. tom. 1. quæst. 25. num. 118. & affert Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 4.

217 Quid si nihilominus Fiscus de facto, etiam vi dubitans fortè de iustitia vxoris dictam dotem, & cuncta dotalia, vel bona illius occupet? Optimè respondet Sanchez dict. cap. 17. num. 8. quod teneatur Fiscus præstare alimenta vxoris, dum dotem non soluit, aut dotalia, seu bona eius occupata non restituit. Ratio est, quia Fiscus succedit loco hæredis, qui ad id obligatur, eo quod alimenta doti, aut bonis dotalibus sunt annexa. ita etiam Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 6.

218 Occurrit hic curiosum, & practicum dubium; quid si maritus hæreticus cum consensu vxoris, etiam sub iuramento vẽdat fundum dotalem, quem posteà Fiscus ob hæresim viri cum reliquis istius bonis occupat, potestnè vxor illum repetere? Rectè, & breuiter resoluitur, quod possit ex eo firmo fundamento, quia non debet Fiscus cum tanto detrimento vxoris locuples fieri. ita ijdem Sanchez num. 9. &

219 Castrus Palaus dict. num. 6. Neque vim habet obiectio, quod vxor ratione consensus præstiti cum iuramento, nequeat repetere fundum ab emptore. Nam non rarò fit, vt quis ex alterius persona acquirat, quod ex se acquirere non potest, Acquirit autem ex eo quod Fiscus habet ius reuocandi alienationes factas per delinquentem à tempore commissi delicti: atque hac reuocatione facta, succedit vxor in fundo dotali. ita etiam Simanch. de Catholic. Institut. titul. 9. num. 75. & Farinac. de hæresi, quæst. 190. num. 84.

220 Circa vsumfructum dotis, ad dotaliũ est difficultas, an publicatis mariti hæretici bonis publicetur simul ille, saltem pro eo tempore, quo maritus ipse potiturus erat? Ratio dubitandi indè insurgit, quia vsusfructus dotis, & dotalium est mariti, dum viuit, ergo cum fiscus succedat in omnibus iuribus delinquentis, succedet etiam in hoc vsufructu, qui ei debe-

221 tur. Certum tamen est, & prorsus tenendum, dotem, & reliqua bona dotalia etiam quoad vsumfructum ad vxorem, & non ad Fiscum spectare, ostenditur efficaciter, quia ob hæresim, facta confiscatione bonorum mariti, hic redditur inops, & impotens ad vxorem alendam; sed dos & dotalia dantur pro alimento vxoris: ergo huic reddi debent, vt sibi prouidere possit, alioquin non esset licitum vxori

(vt

(vt supradictum) bona dotalia vsurpare, nec illi reddi deberent, sed retinenda essent à fisco. Nec valet, quod vsusfru-
222 ctus dotis pertineat ad maritum constante matrimonio, cum hoc ita sit ad effectũ alendi vxorem; Quare huic reddita dote redditur etiam ipsi vsusfructus, vt cum proprietate consolidetur. Docet expresse Anton. Gomez l. 78. Tauri num. 4. cum Baldus Nouell. in tract. dotis 7. par. principali 17. speciali, argument. textus in l. vbi adhuc, C. de iure dotium, & cum eis Castrus Palaus, num. 7.

223 Est item dubium circa dotem debitam vxori inopi, iuxta authent. præterea, C. vnde vir & vxor. vbi statuitur. Si vxor pauper sine dote, aut cum modica dote viro diuiti nubat, quartam partem bonorum vir esse illi adiudicandam, hoc posito dubitatur, an publicatis viri bonis, publicetur etiam hæc quarta pars? Fundamentum dubitandi hanc sumitur, quia talis quarta pars, quæ vxori loco dotis assignatur, ei non debetur viuente viro, sed se habet sicut legitima, quæ tantum est debitum filijs post Mortem patris; at huius bonis confiscatis, maximè ob crimen læsæ Maiestatis, confiscatur simul legitima filiorum: ergo publicatis bonis mariti, publicabitur, & ista quarta pars.

224 Vera tamen, omninò, & communis est sententia negans hanc publicari, quamuis propter crimen læsæ Maiestatis viri bona publicata sint. Docent Socinus, cons. 121. num. 7. 16. & 17. vol. 4. Plotus consil. diuers. 130. num. 41. & seqq. Farin. dict. qu. 25. num. 123. Sanch. dict. cap. 17. num. 11. Probatur sic, quia ratione matrimonij contracti, iuxta dispositionem dict. Authent. obligatur maritus quartam partem suorum bonorum vxori pauperi largiri, sed debitis ex contractu tenetur fiscus, vt dicemus Regula sequenti sicut alius hæres extraneus, satisfacere; ergo, &c.

225 Fundamentum dubitandi non est firmum, quia magnum reperitur discrimen inter ista duo debita quartæ partis vxoris, & legitimæ filiorum, nam primum est strictius, cum procedat titulo oneroso. & ratione contractus matrimonij; secundum verò minus strictum solo titulo successionis. Vndè meritò confiscatur legitima, non verò dicta quarta pars ita Castrus Pal. dict. punct. 12. num. 8.

220 Qui statim num. 9. cum Sanchez. dict. cap. 17. num. 11. benè aduertit, quod doctrina tradita illius quartæ partis, &c. non habeat locum casu, quo mulier bis nupsisset, & noluisset à priori viro eam partem exigere, quia tunc non potest extrahere ipsam ex bonis secundi mariti publicatis, cum supponatur, quod tunc non sit pauper, quia non curauit exigere partem
227 quartam ex bonis primi mariti. Sed quid si reuera paupertate præmatur? Respondet benè idem Castrus Palaus adhuc habere ius exigendi quartam ex vi citatæ authent. præterea C. vnde vir, & vxor, quia forte prior maritus non habuit bona, ex quibus illi quarta pars sustentationi competens adiudicari possot; ergo supposita paupertate à secundo marito exigenda.

228 Præterea, si mulier contrahat matrimonium cum viro, quem prius cognouit esse hæreticum, huius bonis ob hæresim confiscatis, dos simul vxoris confiscatur. Habetur expresse in citato cap. decreuit de hæreticis in 6. ibi, Nisi mulieres ipsæ cum viris matrimonia contrahant, quos hæreticos tunc esse sciebant. Tradunt Glossa ibidem, Pegna 3. par. direct. comment. 160. versic. in hac tractat. Bonac. disput. 3. de contract. quæst. 8. punct. vlt. §. 1. num. 16. Farin. cum multis relatis de hæresi qu. 190. §. 3. num. 12. & Sanchez dict. cap. 17. nu. 17.

229 Cum citatis item Farinac. & Sanch. ac cum alijs, duo benè notat Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 10. Primum, quod in dubio præsumatur ignorantia, & onus probandi competat fisco, notam fuisse vxori hæresim mariti, vt dos illius confiscari possit. Secundum, hanc pœnam confiscandi dotem vxoris contrahentis matrimonium scienter cum hæretico non incurri ipso facto, sed per sententiam iudicis, quia in dict. cap. decreuit nullum est verbum indicans pœnam ipso iure.

230 Addit etiam idem Castrus Palaus dict. num. 10. ex Bonacin. vbi supra, & Sanchez dict. cap. 17. num. 19. liberari prorsus dotem à pœna confiscationis, si marito tradita sit cum hoc onere, vt soluto matrimonio, alteri tradatur. Ratio est, quia tunc non potest, sicut quodlibet aliud fidei commissum, in perpetuum publicari, sed tantum pro eo tempore, quo mulier eius vtilitatem erat perceptura.

231 Occurrit hic non leue dubium, an quãdo mulier scienter nupsit hæretico, præter amissionem dotis sit etiam condemnanda in priuatione aliorum bonorum, quæ vxoris sunt propria? partem negantem absolute tenent Sanchez dict. cap. 17. num. 22. & Bonac. loc. cit. versic. aliqui videntur asserere. Probatur primò, quia in allegato cap. decreuit tantum est sermo de dote, ergo non est facienda extensio in pœnali-
232 bus. Item quia nimis durum, & dissonum rationi apparet eadem pœna generali confiscationis puniri mulierem scienter hæretico nubentem, qua punitur ipse hæreticus, cum in acquisitione lucri nulla videatur esse turpitudo, ob quam dignum sit confiscatione: quæ probationes licet non conuincant, hanc tamen partem probabilem efficiunt.

233 Cęterum partem affirmantem meritò probabiliorem iudicat Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 12. nempe mulierem scienter hæretico nubentem posse condemnari ad amissionem omnium bonorum, quæ tunc tempore contracti matrimonij habue-

buerit. Sic ostenditur, quia per textum dicti cap. decreuit nihil statuitur de confiscatione dotis expresse, sed per quandam consequentiam sic confiscanda infertur, & gratia exempli ibi dos nominatur; vndè sub nomine dotis alia dotalia, & quæuis vxoris bona comprehenduntur. Defendunt hanc partem Simanc. de cathol. instit. tit. 9. num 74. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 1. num. 13. Didac. Canter. q. crimin. de quæst. tangent. punit. delict. cap. 1. num. 23. fine, & num. 24. ac Farinac. de hæresi quæst. 190. §. 3. num. 94.

234 Extenditur autem à prædictis Doctoribus non solum ad bona, quę possidebat mulier tempore matrimonij contracti, sed etiam ad medietatem lucri constante matrimonij acquisiti. Quod verum habet, quia talis mulier condemnatur ad hanc priuationem bonorum non præcisè propter crimen ab ea commissum contrahendo matrimonium scienter cum hęretico, sed quia sic contrahens, & in tali matrimonio perseuerans fit suspecta de hæresi, & fautrix hęreticorum, atque ob hanc suspitionem, & fautoriam dicta confiscatione bonorum puniri potest. ita Glossa in dict. c. decreuit, versic. imò ipsa est, & versic. ideo contra ipsam, ac ibi Ioan. Andr. verb. sciebant. Geminian. num. 2. versic. nota Farinac. de hæresi, quęst. 190. nu. 50. & Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 12. vers Hi autē.

235 Verùm si mulier à principio in contrahendo matrimonio cum hęretico ignorāter processit, quamuis posteà eius hæresim cognouerit, ipsumque comitetur, & non denunciet, propterea nequaquam condemnari debet ad confiscationem bonorum, cum non censeatur peccato illius consentire ita Iul. Clar. lib. 5. recept. qu. 78. nu. 15. Peregrin. de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 83. Farinac. referens Bossium to. 1. quęst. 25. nu. 111. Sanchez dict. cap. 17. num. 24. & Castrus Palaus dict. punct. 12. num. 13.

236 Est tandem aliud graue dubium, circa quod prędicti duo grauissimi Auctores Thom. Sanch & Castrus Palaus inter se contrauertunt, nimirum an si è contra Catholicus vir ducat vxorem hæreticam incurrat pœnam confiscationis bonorum? Sanchez dict. cap. 17. num. 23. partem negantem absolutè tenet, cui videtur consentire Bonacina disp. 3. de contractibus q. 8. punct. vltim §. 1. num. 16. Ducitur inde, quia textus in dict. cap. Decreuit, loquitur de dote, hanc autem non habet maritus; ergo &c. Item quia mulier, attenta huius fragilitate, & marito subiectione, maiori periculo peruersionis se exponit sic nubendo, quàm vir, ergo est dispar ratio de viro, ac muliere, & consequenter non debet esse eadem pæna vtriusque.

237 Nihilominus Castrus Palaus dic. punc. 12. num. 16. oppositam partem affirmantem tuetur. Primò soluendo rationes in contrarium, quia sub nomine dotis, vt iam dictum omnia vxoris bona continentur; Et quia licet ob fragilitatem, & subiectionem marito grauius periculum peruersionis inueniatur in fęmina, quam in viro; Ex alia tamen parte ob vehementem amoris passionem quandoque in viro maius periculum adest; Vnde prohibitum strictissimè Iudęis, ne alienigenas ducerent; Nam certissimè, inquit sanctus textus, auertent

238 corda vestra. Dein conatur ostendere, quod in dict. cap. Decreuit, si benè perpendatur non sit imposita pœna confiscationis dotis mulieri scienter cum hæretico matrimonium contrahenti, sed quod dispositioni iuris communis relinquatur,

239 &c. Saluo tamen meliori iudicio, vtraque pars mihi probabilis videtur: atque hic Regulæ finis.

Qualiter fiscus debeat satisfacere creditoribus delinquentis, cuius bona publicantur, vt hic liber maneat ab obligatione illis restituendi.

REGVLA. CCCCLXXIX.

240 Fiscus alicuius Delinquentis bona publicans tenetur satisfacere omnia eius debita, ante crimen contracta; secus de contractis post, nisi in vtilitatem ipsius criminosi cesserint. In dubio spectat ad fiscum onus probandi post delictum fuisse

241 contracta. Si partem bonorum fiscus publicet, pro parte debet satisfacere creditoribus; quos constat tales esse summaria informatione facta, & sufficit si fiscus conuincatur via executiua, vbi delinquens ea-

242 dem conueniri poterat. Dicta verò obligatio satisfaciendi intelligitur pro viribus bonorum confiscatorum, & non vltra;

243 etsi non sit factum inuentarium. Item intelligitur ex bonis confiscatis, & incorporatis, non ex debitis posteà confiscandis: ex bonis item sitis in eo territorio, vbi adsunt creditores: quibus satisfacere debet fiscus, priusquàm sibi pro expensis factis; prius etiam obligatur, ipse ad hanc satisfactionem creditorum, quàm fideius-

244 sor delinquentis. Hic tandem facta iam confiscatione, liberatur ab obligatione restituendi, etiamsi ad pinguiorem fortunam deueniat; nisi forte ex gratia principis bona confiscata ei reddantur.

245 Ex contentis in hac Regula apud omnes multa ex iure, & ex communi doctrina sunt prorsus certe, pauca vero dubia, & controuersia, quę expendentur. Certum est primo quod fiscus publicans bona alicuius criminosi teneatur satisfacere omnia istius debita ante crimen patratum contracta. Ratio est, quia fiscus quàuis non sit hęres, cum viuenti condemnato

to succedat, habetur tamen loco heredis. Vnde quemadmodum heres ad debita soluenda defuncti, ita fiscus ad debita soluenda condemnati. Item quia fiscus nequit capere nisi bona delinquentis, & talia cēsentur solum ea, quæ deducto ære alieno supersunt. Ita expresse in l. non possunt 11. ff. de iure fisci, & affert Castrus Palaus disput. 5. punct. 25. num. 1.

246 Tenetur autem fiscus ad omnia debita ad quæ delinquens obligatus erat, siue ex commodato, mutuo, deposito, legato, fideicommisso, aut aliunde, siue ad illa ciuiliter, siue naturaliter solum obligetur, cum sit vniuersalis successor succedens in omni actione actiua, & passiua delinquentis. Deducitur clarè ex textu in l. ex facto ff. ad Trebellian. & in l. Papinian. § meminisse ff. de inofficioso testamento, & alibi. vt refert Farinac tom. 1. quæst. 25. à n. 169. & de hæresi quæst. 190. num. 28. ac Castrus Palaus ibidem.

247 Certum item est, quod teneatur fiscus satisfacere debita ante delictum contracta non verò ad satisfactionem eorum, quæ post crimen commissum contracta sunt (nisi constet in vtilitatem delinquentis, & cōsequenter fisci cessisse) Ratio est, quia ex bonis iam prius fisco obligatis solui posteriora debita, repugnat iustitiæ, & æquitati, ergo, &c. Ita Sanchez dict. cap. 22. nu 76. & Bonacina disp. 3. de constract. qu. 8. punc. vltim. §. 4 num. 1. quibus addo Castrum Palaum dict. punct. 26. num. 3.

248 Est autem aliquantulum controuersū, quando dubitatur, an post delictum sint contracta debita, ad quem spectet hoc probare? Non desunt qui affirmant, præcipuè Didac. Cantera quæst. crimin. rubr. de hęreti. cap. 1. num. 21. spectare ad oppo-

249 nentem quicunque sit. Verius tamen, & magis commune inter auctores, onus probandi id incumbere fisco. Ostenditur inde, quia constet de debito, & de obligatione; ergo vt fiscus se ab ea liberet, debet probare post delictum promanasse. Item quia nullus præsumitur delinquere, nisi probetur; ergo neque contrahere in præiudicium fisci. Ita Sanchez & Bonac. loc. cit. Farinac. dict. quæst. 190. num. 18, & Castrus Palaus dict. punct 26. num. 4.

250 Qui ibidem benè sic addit. Quod si, inquit, delicta annexa non sit pœna confiscationis ipso iure, sed veniat imponenda, tenetur eodem modo debita soluere, ac si ante delictum contracta essent,; quia tunc delinquēs obligare sua bona creditoribus potest, cū non sint fisco propriè obligata, & quasi hypothecata, alias posset omnia bona in tertias alienata auocare hypothecaria actione, quod est falsum, vt bene dixit Bossius tit. de bonorum publicatione, num. 181. Farinac. 1. par. praxis, q. 25. n. 190. ita ille, & benè.

251 Præterea certum est, si fiscus solum publicet partem bonorum delinquentis, quod pro parte tantum teneatur creditoribus satisfacere. Habetur decisum l. fin. C. de bitoribus ciuit. lib. 11. ibi pro rata rerum, quas possident conuenientur, & ita Simanchas de Cathol. instit. tit. 9. n. 122. Bonac. disp. 3. de contract. quæst. 8 punct vlt. §. 4. num. 1. Farinac. dict. quæst 35. nu 178. & Sanch. dict. cap. 22. num. 74. & 90.

252 Si confiscatio, item non fuit omnium bonorum, sed partis tantum, aut si omnia bona fuerunt confiscata, pars tamen delinquenti reddita est, eo casu fiscus solummodo pro rata illius tenetur satisfacere creditoribus, ac similiter condemnatus pro parte residua obligatur; Decisum habetur l. 1. C. de fideiussoribus, ibi, Si Lysias adempta parte bonorum exulare iussus est non nisi pro parte, quam retinuit, credi-

253 toribus obligatus est. Sic manifeste ostenditur, quia obligatio ista satisfaciendi annexa est bonis confiscatis; Vnde si re ipsa applicantur fisco omnia bona, sed tantum pars, & partem retinet condemnatus pro parte solum fiscus, & condemnatus tenebuntur, & inter vtrumque obligatio diuiditur.

254 Obijciet tamen quis, quod ex facto debitoris non possit ius creditorum deterius fieri, at si posito delicto, & confiscatione facta, creditores non possunt à debitore integrum debitum petere, sed partem tantum, & aliam partem à fisco, eorum ius deterius reddetur cum in plures partes distinguatur, ergo in isto casu, non debet admitti debitorum diuisio, sed affirmandum, quod vterque teneatur debita soluere, prout creditoribus exigere placuerit.

255 En certam omnino, & in iure fundatum responsionem, verum esse, quod ex persona hæredum non immutetur conditio obligationis, sed quod possint creditores à quouis hærede bona sui debitoris obligata habente integrū debitum exigere l. 2. §. 1. ff. de verbor. obligatione, In casu tamen præsenti aliter est à iure statutum, vt patet ex l. 2. vbi Bald & Salicet. C. ad legē Iuliam de vi publi. & l. si marito, vbi Glossa ff. soluto matrimon. & dict. l. 1. C. de fideiussoribus, quia repugnante voluntate ipsius debitoris fiscus occupat bona, ex quibus tenebatur creditoribus satisfacere. Vnde consonum est rationi, vt pro rata obligetur alioquin relicta debitori tota obligatione satisfaciendi, confiscatio partialis sæpè confiscationi absolutæ æquiualeret, quod iustitiæ repugnat ita Simanch. de cathol. instit. tit 9 num. 122. Farin. dict. qu. 25 num. 78. & Sanch. alijs relatis dict. cap. 22. num. 88

256 Dein fiscus in satisfaciendo creditoribus hanc normam seruare tenetur, vt primo satisfaciat illis, quos tales esse innotuerit summario tantum examine veritate inspecta, neque expectaturus est diffinitiuam sententiam deducitur manifestè ex l. si quis

post-

posthac, in principio, C. de bonis proscript. & ibi Salicet. in fine Farinacc. dict. quæst. 25. num. 176. Clarus pract. quæst. 78. vers. Sed quæro, & Sanch. dict. cap. 22 num. 81. cum alijs relatis. Probatur efficaciter, quia delinquens isto tantum examine summario, & veritate inspecta tenetur debita soluere ergo ad idem obligabitur fiscus, qui loci illius subrogatur.

257 Rursus fiscus obligatur satisfacere pro viribus bonorum confiscatorum, & nequaquam vltra quamuis non confecerit inuentarium illorum. Ratio est, quia fiscus tantum ratione bonorum obligationem habet satisfaciendi creditoribus; ergo nequit obligatio excedere ipsa bona acceptata.

258 Nec valet argumentum inde sumptũ, quod hæres non conficiens inuentarium teneatur debitis satisfacere vltra vires hæreditarias §. si verò non fecerit, authent. de hæredibus, & falcidia, & authent. Sed cum testator in fine C. ad legem falcid. Quia hoc in fisco non habet locum, cum non sit propriè hæres, ac proinde obligatus non maneat conficere inuentarium. Ita Bart. in l. 1. §. an bona, & ibidem Alexand. in additionibus ff. de iure fisci Clarus pract. quæst. 78. num. 30. Peregrin. de iure fisci lib 5. tit. 1. num. 64. Farinac. dict. qu. 25. à num. 183. & Sanchez dict. cap. 22. n. 83.

259 Fiscus item debet satisfacere creditoribus ex bonis confiscatis, & incorporatis, non verò ex debitis posteà confiscandis. Nam sicut ipse debitor delinquens non poterat creditoribus inuitis dare in solutum nomine sui debitoris, vti deducitur ex l. cum à quo, & ibi Bald. & Salicet. C. de solutionibus, ita neque fiscus qui loco debitoris subrogatur, id facere valet. Tradit cum alijs relatis Farinac. dict. quæst. 25. num. 174. & num. 175. & cum eo Castrus Palaus dict. punct. 26. num. 7.

260 Exhibenda etiam à fisco satisfactio creditoribus vnius territorij ex bonis ibidem confiscatis, & non ex confiscatis alibi. Patet, quia creditori satisfaciendum est eo in loco, vbi contractus fuit celebratus, & non in alio, ipso creditore inuito, iuxta l. is qui certo, & ibi Barth. ff. de eo, quod certo loco, & quemadmodum quilibet fiscus bona sita in suo territorio occupare potest, & non alia, ita debita ibidem contracta satisfacere tenetur, & non alia.

261 Si autem creditores vnius territorij instarent sibi satisfieri ex bonis alibi confiscatis & ad diuersum fiscum pertinentibus, haud obligaretur fiscus illis soluere, quando bona confiscata, in illo territorio sufficiunt.

262 Nam quamuis creditor, qui habet bona debitoris hypothecata, possit ex quibusuis illius bonis, etiam in alio territorio sitis, petere sibi satisfieri secundum textum in l. creditoribus, ff. de distra. pignor. post executam tamen confiscationem, nequit id fieri, ne fiscus vnius territorij priuetur omnibus bonis confiscatis sibi pertinentibus, altero fisco illæso permanente. Ita Farinac. dict. q. 25. num. 173. relatis Cyno Petr. Bald. & Angelo, in l ex facto ff. de hæredibus instituend. Clar. pract. qu. 78. & Castrus Pal. dict. punct. 26. num. 8.

263 Qui ibidem cum citatis Farinac. Claro & Sanchez benè addit, casu quo vnius territorij bona ad soluenda debita ibidem contracta non essent sufficientia, ex bonis in alio territorio sitis debet tunc creditoribus satisfieri, cum absolute sint bona delinquentis, qui est obligatus, atque huius obligationis satisfactio præferenda est iuri per fiscum acquisito.

264 Vlterius id controuersum est, iudicio tamen ita se habere. quod teneatur fiscus creditoribus satisfacere, priusquam fideiussor ipsius delinquentis, quia huius loco fiscus subrogatur. Vndè si creditor debitum Exigat à fideiussore, poterit hic excipere excussionem faciendam à fisco in bonis confiscatis, sicuti poterat excipere excussionem faciendam à debitore, si hic non deliquisset ex authent. præsente C. de fideiussoribus authent. Quod si debitor, C. de pignoribus. Ita multis relatis Farinac. dict. q. 25. n. 171. & Sanch. dict. cap. 22. n. 79 reiectis alijs aliter sentientibus.

265 Non caret tamen certitudine illud, si delinquentis bona non sufficiant ad satisfaciendum creditoribus, & fisco pro expensis factis in condemnatione illius, & bonorum, confiscatione, debet Fiscus satisfacere prius creditoribus, quam sibi. Probatur quia crediroribus erat iam ius quæsitum tempore confiscationis; ergo &c.

266 Item, & præcipuè quia Princeps suis expensis tenetur delinquentes persequi l. 1. C. de muliere, quę se publicè commiscuit & ita Baiard. ad Clarum, quæst. 78. n. 169. lib. 5. Bonacin disp. 3. de contract. quæst. 8. punct. vlt. § fine, & Sanchez dict. cap. 22. num. 93. quidquid in contrarium dicant Peregrin. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 193. & Matth. de afflictis cap. 1. §. & bona committentium, num. 159. tit. quę sint regia in casibus fæudorum, ex eo ducti, quod fiscus in hoc tractet vtiliter negocium creditorum.

267 Sed hoc meritò reijcit, & alia huc spectantia addit Castrus Palaus, dict. pun. 26. num 11. sequentibus verbis Quod, inquit fundamentum infirmum est, cum potius negotium creditorum infirmetur, tum ob expensas factas, tum quia transfertur debitum in potentiorem, qui est Fiscus. Ad de punitionem delinquentium non creditoribus, sed reipublicę pertinere.

268 Idem quod dictum est de creditoribus Fisco præferendis, dicendum est de pœna imposita à Fisco pro reparatione alicuius damni illati à delinquente: hæc enim pœna præferenda est cuilibet aliæ pœnæ Fisco applicandæ, quia damnum passus est creditor, cui delinquens iure naturæ satisfacere

cere erat obligatus. Ergo Fiscus succedēs in iuribus, tam actiuis, quam passiuis delinquentis, hanc tenetur satisfactionem præstare priusquam sibi bona delinquentis applicet. Sic Farinacius, quæst. 25. n. 186. vbi testatur sæpius se vidisse seruatum: Cōsentit Sanchez lib. 2. cap. 22. in fin. Bonac. dict. disp. 3. quæst. 8. punct. vlt. §. 4. hæc ille, & prosequitur sic.

269 Secus verò, inquit, dicendum est de pœna pecuniaria imposita delinquenti, nō in reparationem alicuius damni, sed pro delicto commisso, applicanda tamen alicui priuato: hæc enim pœna præferenda non est pœnæ fisco applicandæ, si bona delinquentis vtrique soluendæ non sufficiunt, quia fiscus in hac parte dignior est, & prius illi satisfieri debet l. 1. C. pœnis fiscalibus creditores præfer. lib. 10. l. quod placuit ff. de iure fisci, & tradit Farinac supra n 188. cum Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. n. 8. Claud Battan. reg. crimin. 140. num. 1. Sanchez lib. 2. cap. 22. n. 94. Clarus pract. lib. 5. quæst. 78. nu. 31. vers. vidi quandoque. hæc Castrus Pal. quæ approbo.

270 Quoad modum item conueniendi fiscum, vt creditoribus satisfaciat, si delinquens poterat conueniri via executiua, eadem etiam sine dubio poterit fiscus conueniri, & obligari soluere. Ratio est, quia fiscus non gaudet priuilegio, nisi in casibus à iure expressis l. 1. & ibi Cynus, C. de petitione hæreditatis l. quod placuit, ff. de iure fisci. ita cum alijs relatis Sanchez ibidem num. 80. & Castrus Palaus dict. punct. 26. num. 10.

271 Qui cum Barbosa, in l. si constante §. fin. à num. 19. ff soluto matrimonio, rectè addit quod nequeat conueniri fiscus coram iudice delinquentis, quamuis instantia fuerit incæpta contra delinquentem, sed necessario sit conueniendus coram Iu-
272 dice proprio. Ratio præcipua est, quia fisco à iure concessum fuit, vt nunquam possit conueniri, nisi coram proprio iudice iuxta l. 1. & alijs C. vbi causę Fiscales, l. 2. C. si aduersus fiscum, l. cum eorum C. de sentent. & interlocut. omnium iudicum, l. 1. C. de fide instrument. lib. 10. l. si constante, § fin. ff. soluto Matrimonio, nec alicubi appareat Exceptio, casu quo causa cæpta est coram alio iudice, ergo conueniri debet Fiscus coram iudice proprio.

273 Tandem certissimum est, quod facta iam confiscatione, liber maneat delinquēs ab omni obligatione, satisfaciendi creditoribus, etiamsi postea ad pinguiorem bonorum acquisitionem ascendat. Patet inde, quia obligatio satisfaciendi creditoribus extincta in delinquente tota transfertur in Fiscum ex textu in l. si debitori ff. de fideiussoribus, ibi, si debitori deportatio irrogata est, non posse pro eo fideiussorem accipi, scribit Iulian. quasi tota obligatio contra eum extincta sit & idem deducitur ex l. 1. C. de fideiussoribus, ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 122. Vasquez 1. 2. disp. 169. cap. 2. num. 20. Peregrin. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. num. 55. Farinac. tom. 1. quæst. 27. num. 177. & de hæresi quæst. 190. num. 29. Sanchez dict. cap. 22. num. 86. & 87. Castrus Palaus dict. punct. 26. n. 12.

274 Debet tamen intelligi primò dummodo bona confiscata sint sufficientia pro soluendis debitis cum solum iuxta illorum valorem susceperit Fiscus obligationem ita ijdem doctores Farinac. dict. quęst. 190. num. 29. Vasquez num. 21. Sanchez. nu 89. & Bonac. disp. 3. de contract. q. 8 punct. vlt. §. 4. num. 3. Vnde si aliqua debita non fuerunt soluta, propterea quod bona confiscata nequaquam sufficerent ad solutionē omnium, & condemnatus deueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur ex bonis denuo acquisitis satisfacere cum obligatio satisfaciendi illis debitis non fuerit extincta, sed suspensa quandiu satisfacere non poterat. ita ijdem auctores.

275 Secundo debet intelligi, quod non maneat delinquens obligatus satisfacere creditoribus, si bona confiscata fuerunt sufficientia solutioni, dummodo potuerit creditores bona à Fisco recuperare, & negligentia sua non recuperarint. Secus verò si non potuerunt, aut ex defectu probationis, vel quòd magnis expensis opus esset, nam non videtur iustum sine culpa sua debito priuari. ita Sanchez, dict c. 22. num. 91. quod prima fonte difficile apparet, & tantum vt probabile admittendum videtur.

276 Vnde oppositum credit probabilius Castrus Pal. dict. nu. 12. propè finem. Ducitur, quia delinquens non est in causa, cur deficiant probationes creditoribus, aut cur in recuperando debita sint requisitæ magnæ expensæ, cum vtrumque alienum sit à suo delicto, & primeua obligatione; ergo non debet cogi illis satisfacere, cum iam quantum est ex parte sua plenè satisfecerit translata obligatione in Fiscum: alioquin bis idem debitum cogetur soluere, primo cum bona sufficientia solutioni in Fiscum transfert, secundo cum ipsum debitum effectiue soluit ita Castrus ferè totidem verbis, cui adhæreo.

277 At quid si post factam confiscationem omnium bonorum, ista ex gratia Principis condemnato reddantur? Certum prorsus est quod tunc creditoribus satisfacere teneatur. Ratio est, quia ista obligatio satisfaciendi, quæ ratione bonorum publicatorum translata fuerat in Fiscum; iterum redit ad debitorem: quod si non omnia bona reddantur, sed tantum pars aliqua pro parte conueniri poterit. Probatur ex textu, in l. 3. vbi Bald. Angel. & Salicet. C. de sentent. passis. Tradunt Simanch. de Cathol. instit. tit. 9. num. 122. Bonac. disp. 3. de contract. quæst. 8. punct. vlt. §. 4. proposit 2. num. 3. & pluribus relatis Farinac. tom. 1. quęst. 25. num. 178. & 179.

Talis

278 Talis autem condemnatus non excusatur ab obligatione creditoribus satisfaciendi eo capite quod per negligentiam noluerit bona à Fisco recuperare: Nam sufficit habere ius recuperandi, vt conueniri possit. Ita Farinac. ibidem, num. 180. ex textu in l penult. ff. de sentent. passis, Glossa, in l. 4. eodem tit. & Aug. in l. si debitor, in fine, C. eodem tit.

279 Limitat tamen idem Farinac. num. 171. cum Hostia Oddo Peruſ. tract. de restitut. in integrum 2. par. quæst 97 art 3. nu. 15. & cum alijs, quod non habeat locum, casu quo publicatis bonis delinquentis debitoris Fiscus voce prætoris iniunxisset, vt intra certum tempus quicunque creditores compareant, & de suo credito notificent, quo elapso, & de credito haud notificato ad aliquid exigendum non sint admittendi ex vi alicuius constitutionis specialis consuetudinis, vel statuti.

280 Nam tũc si creditores in exigendo debito negligentes fuerint, illud amittunt, neque poterunt Fiscum, & consequenter neque debitorem, cui bona fuerunt restituta amplius molestare, cum iam Fiscus aduersus creditores præscripserit, qua præscriptione ius illorum extinctum manet, nec iterum reuiuiscere potest. ita etiam Castrus Palaus ibidem num. 15.

281 Vltimo loco cum ipso Castro, n. 56. post Farinac. ex alijs relatis dict. q 25. num. 178. & Sanchez dict. cap. 22. num. 92. illud diligenter aduertendum. Quod fideiussor cõdemnati non de obligetur satisfacere creditoribus, casu quo forte fiscus non satisfecit. Nam fideiussor in defectum principalis succedit. Habetur decisum in l. 1. C. de fideiussor ibi. Verum qui pro eo fidem suam adstrinxerint, conueniri possunt, & l sententia, C. eodem tit. Atque his Regulæ præsens terminatur.

Quibus personis applicanda bona, maximè ob hæresim confiscata? & per quem Iudicem applicatio facienda?

REGVLA CCCCLXXX.

282 LOquendo in communi, si cõfiscatio sit facta à Principe ob crimen aliquod, vt læsæ maiestatis, bona confiscata regio fisco applicantur, si verò fiat ab inferiori iudice, cum tunc confiscatio de iure communi comprehendat etiam bona extra territorium confiscantis sita nõ huic sed domino talis territoritorij applicata manent, quod intelligi debet sub varia

283 distinctione, vt explicabitur. Si autem sit sermo de bonis confiscatis ob crimen hæresis, ad summum Pontificem spectat determinare cui nam illorum applicatio facienda, itaut sine illius consensu Domini temporales nihil de ipsis disponere pos-

284 sint. Attento item iure communi seu attentis varijs constitutionibus summorũ Pontificum trimembris inter diuersos fit diuisio bonorum ob hæresim confiscatorum statim indicanda, meritò retinenda, quidquid aliqui contra eam sentiant. Ex

285 vi tamen aliarum constitutionum aut ex vi consuetudinis, præscripta hoc de applicandis hæreticorum bonis publicatis, in diuersis regnis vti Franciæ, Hispaniæ, &c. diuersimode se habet vt dicetur. Tandem

286 Principes, ac domini temporales mandatis Inquisitorum obedire debent, alias de bonis confiscatis participare nequeunt

287 NOn indiget probatione prima pars regulæ præsentis, cum de se constet, vt ait Castrus Palaus disp. 5. punct. 23. num. 1 bona scilicet confiscata ob crimen aliquod, vt læsæ Maiestatis humanæ, & alicubi ob crimen contra naturam, regio Fisco competere, quando confiscatio fuit facta à Principe absoluto.

288 Quod additur immediatè, si à iudice inferiori facta sit confiscatio, quæ secundum ius commune se extendit, vt iam alibi diximus, ad bona extra territorium cõfiscantis sita, hæc non esse applicanda ipsi iudic confiscanti, sed Domino loci in quo sunt, ostenditur argument. textus in l. Quicunque §. vniuersi versic. quod si fecerint; ibi in cuius territorio est C. de hæreticis, l. fin. C. de bonis vacantibus lib. 10. l tutores §. hæres. & ibi Bart. ff. de administratione tutorum. ita affirmant Farinac. plures referens, tom. 1. quæst. 25. num. 101. Clarus in pract quæst. 78. versic. sed hic quæro. Sanchez lib 2. in decal. cap. 20. num. 34. & Castrus Pal. dict. num. 1.

289 Vbi hoc idem cum citatis auctoribus sub varia distinctione expendit, & plura compendiosè resoluit. Primo quod debeat intelligi, dummodo dominus illius loci vbi bona sunt sita, habeat ius confiscandi, & non aliter. Si enim eo careat, iudici confiscanti applicanda sunt talia bona, cum cesset tunc iurisdictionum confusio, quæ est potissima ratio, cur bona extra territorium confiscantis sita, & per eum confiscata ipsi non applicentur, ita dict. Castrus Palaus cum Farinac. Clar. & Sanchez citatis.

290 Secundò, quod sit intelligenda resolutio tradita de solis bonis immobilibus: sic testantur ijdem Farinac. post non paucos relatos, num. 108. Sanchez ibidem, & Castrus Palaus dict. num. 1. Ratio est, quia bona mobilia semper delinquentis personam comitantur, neque territorio circumscribuntur, ac propterea confiscanti competunt, iuxta textum in cap. 1. §. si iudex, de vsibus feudorum in illis verbis, Dominus eius omnia bona mobilia sub sacramento iudici repræsentet; tametsi contrarium, teste Claro dicto quæst. 78. vers. sed

hic

hic quæro in fine Mediolani seruetur.

291 Tertiò, quod debeat ita sumi prædicta doctrina, quamuis bona iudicis publicantis pertineant ad ipsum iure directi dominij, nihilominus feudatario, & non domino directo confiscanti applicanda sint. Copiosè id ostendit Farinac. vbi supra num. 102. & sequentibus, cum pluribus, quos refert, præsertim cum Roland. cons. 78. à nu. 2. vsq; ad 22. volum. 2. Probatur breuiter sic, quia Vassallus infeudatus per dominum de mero, & mixto imperio non solum possidet mulctas suorum subditorum, vt cum Bart. tradunt diuersi auctores in l. imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. sed etiam habere debet confiscationes bonorum, cum ipse censeatur vti procurator fisci in rem suam.

292 Addit autem Castrus Palaus prope finem dicti num. 1. per sequentia verba: Excipe, inquit, nisi crimen, ob quod fit bonorum publicatio sit læsæ maiestatis aduersus dominum directum, quia tunc domino directo pertineant ea bona, etiã si extra territorium ipsius sint in satisfa-

293 ctionem iniuriæ sibi factę. Nisi fortè bona illa sint in feudum, vel emphyteusim accepta à feudatario, quia tunc ipsi feudatario applicantur, vt vtile dominium, cum directo consolidatur, ne ex delicto vassalli infeudati detrimentũ feudatarius patiatur, & probat expresè textus in c. 1. §. illud, extra de prohibita feudi alienat. sic Roland. consil. 78. per totam, volum. 2. & consil. 73. vol. 4. Farinac. alios referens; quæst. 25. num. 105. & sequentibus. hæc ille, quæ omnino approbo.

294 Notat autem bene ibidem Castrus Palaus, casu quo sententia confiscationis non comprehenderet expræsè bona, quæ sunt extra territorium confiscantis, quod tunc possit Dominus alterius territorii, si delinquens eius subditus sit. ratione originis, vel domicilij nouum processum efficere, & huius vigore condemnato illo bona ibidem sita confiscare. ita ille cum Bossio tit. de bonorum publicat. num. 75. Nilo de bannitis par. 1. secundi temporis, qu. 17. propè finem, & Farinac. quæst. 25. num. 101. fine.

295 His sic resolutis breuissimè, cum vix sint nostri instituti, cuius proprium est de confiscandis hæreticorum bonis, & de istorum applicatione agere; Mirum valdè, in quam diuersas sententias diuisi sint auctores circa hoc, cuinam illa supplicari debeant? Equidem optanda videtur, vt ait Pegna citandus aliqua constitutio Pontificia, quæ declaratis multis antiquioribus huic lucem ferret.

296 Attento iure antiquo canonico, bona hæreticorum laicorum ipso facto ob hæresim confiscata applicabantur sæculari fisco extra Ecclesiæ statum, in terris verò Ecclesiæ, Fisco Ecclesiastico. Patet ex textu in cap. Vergentis, extra de hæreticis, vbi sic habetur. In terris verò temporali nostrę iurisdictioni subiectis bona hereticorum statuimus publicari, & in aliis idem præcipimus fieri per potestates,

297 & Principes sęculares. Quem textum sic declararunt, & intellexerunt ibi Glossa, Hostien. num. 1. Abbas in summario, num. 1. & plures alij, quos latè refert Farinac. de hæresi quæst. 190. §. 12. num. 164. & 165. cum ampliatione, quod iudices sæculares in terris Imperij possent bona hereticorum confiscare, & super hac confiscatione sententiam ferre, sicque erat vsu receptum.

298 Verum postea hoc Principum, & Potestatum sæcularium Priuilegium limitatum fuit per textum in cap. cum secundum, §. confiscationis, de hæreticis in 6. vbi sic dicitur. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. hæc ibi: aufertur itaque Principibus, & Iudicibus sæcularibus facultas ferendi sententiam super crimine hæresis, & super confiscatione bonorum hæretici. Ita Glossa in figuratione casus, Syluest. verb. hęreticus, num. 12. Pegna, 3. par. direct. Comen. 158. versic. Iam Bonifacius, Oldrad. consil. 271. num. 5. & cum multis relatis Farinac. ibidem num. 169.

299 Qui num. 170. cum Alciato in cap. Perniciosam, num. 73. de officio ordinarij, Iacob. de Graffiis lib. 2. decision. cap. 11. num. 4. & cum alijs rectè addit post latam dictam sententiam ab Episcopo, vel à persona Ecclesiastica, posse Principem, aut Dominum sæcularem statim inijcere manum in bona hæretici confiscata, nec teneri expectare, vt ille abiuret, si fortè ob aliquam causam abiuratio differatur, cum ista duo non sit inter se omnino connexa.

300 Sed quidquid sit de iure antiquo, hodie multò aliter se res habet, ex vi decretorum, & Constitutionum Apostolorum, quę postea successu temporis emanarunt, & quibus leges canonicæ antiquæ, & ciuiles (si quę sunt, quæ de hoc disponant) derogatæ fuerunt. ita Barth. in l. omnes populi num. 35. & ibi communiter alij Doctores, Simanch. de Catholic. instit. tit. 9. num. 13. Nauarr. consil. 20. n. 3. lib. 5. Pegna 3. par. direct. commen. 158. versic. Neque his, & cum alijs Farin. dict. §. 12. num. 172.

301 At prius quam dissidium maximum, quod extat inter auctores, circa trimembrem diuisionem bonorum hæretici confiscatorum per Bullas Pontificias

assignatam expendamus, præmittenda à nobis tria vti prorsus certa, quę viam munient ad alia resoluenda. Primum, quod decernere, cuinam applicanda sint bona hæreticorum confiscata pertineat ad Summum Pontificem, & absque huius consensu Domini temporales nihil de eis disponere valeant. Patet, quia crimen hæresis Ecclesiasticum est, cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæreticis in 6. ergo ad Pontificem spectat punire committentes illud, maximè pœna ista confiscationis bonorum, Vndè & infligi debet iuxtà dispositionem constitutionum Pontificiarum, reiectis legibus regijs, si fortè sint oppositæ. Tradunt Pegna 3. par. Direct. Comment. 158. versic. Numquid à iure, & cum aliis relatis. Farinac. dict. §. 12. num. 172. & 173.

302 Secundò, præmittendum certum esse, quod quamuis Summi Pontifices sæpiùs direxerint ad particulares prouincias, vel personas suas constitutiones, istæ tamen habitæ sunt postea, vt leges vniuersales pro tota Ecclesia, sicuti patet ex pluribus insertis in corpore iuris ad speciales persona directis. ita in Communi Castrus Palaus dict. punct. 23. num. 3. Et exempli-

303 ficat pro casu nostro in Constitutionis à Summo Pontifice editis in fauorem Sācti Officij, & directis ad Inquisitores Ordinis Sancti Dominici. vel Sancti Francisci, aut ad Inquisitores Italiæ, vel Lombardiæ, ex quibus plures affert Pegna in fine director. Quod istæ nihilominus debeant obseruari à quibuscunque Inquisitoribus totius Ecclesiæ, constat manifestè (præter quam quod alias multa illis concessa priuilegia amitterentur) ex cap. vlt. §. vlt. de hæreticis in 6. vbi disponitur, vt omnes constitutiones, & extrauagantes contra hæreticam prauitatem editæ, etiā si in corpore iuris non contineantur, obseruari debeant, quod optimè notarunt Pegna dict. comment. 158. vers. præterea, & Farinac. dict num. 173. ergo Constitutiones Pontificiæ seruandæ, etsi ad speciales Inquisitores directæ in confiscatione bonorum hæretici.

304 Tertiò certum est, vt iam particularia decidere incipiamus bona clerici hæretici confiscata, ab Ecclesia in stipendium accepta, non fisco, neque Inquisitionis officio, sed Ecclesiæ, à qua acceperat, esse applicanda. Patet ex textu expresso in cap. Excommunicamus il primo, extra

305 de hæreticis. Quod si talis Clericus à diuersis Ecclesijs plura stipendia accepit, inter omnes eius bona confiscata diuidenda sunt, seruata proportione bonorum, quæ ab vnaquaque acceperat. Hoc de se constat, & tradunt Gloss. in dict. capit. excommunicamus, in verb. stipendia. Hostien. num. 1. eodem verb. Farinac. cum pluribus relatis de hæresi, quæstio. 190. §. 11. num. 157. Castrus Palaus dict. punct. 23. num. 5. & Sousa lib. 3. Aphorism. cap. 20. num. 3.

306 Quin etiam eiusdem clerici hæretici bona patrimonia, vel alia ob hęresim confiscata, applicari debent Ecclesijs, à quibus stipendia habebat, vel si non habuit, Fisco Ecclesiæ Episcopalis. ita Pegna 3. par. direct. comment. 191. versic. ergo alterum. Simanch. de Catholic. institut. tit. 9. nu. 89. Bernard. Diaz in pract. verb. hæretici, cap 114. num. 4. Farinac. dict. §. 11. numer. 157. & 158. ac Sousa dict. cap. 20. numer. 2. & 4. Exprimens id intelligi inspecto iure communi antiquo, quasi indicet aliter se habere, attento iure nouo, seu non penitus antiquo canonico: Vnde iā,

308 En qualiter bona omnia quorumcunque hæreticorum confiscata sunt diuidenda in tres partes ex vi constitutionis ab Innocentio IV. editæ anno 1252. incip. Ad extirpanda, quam postea confirmarunt propriis Constitutionibus Alexander IV. & Clemens IV. Earum meminit Pegna 3. p. direct. q. 109. comm. 158. ipsasq; refert in fine eiusdē direc. fol. 65. Decisio d. Innocentii habetur versic. Teneatur insuper, quam opportunum duxi ad verbum vt ibi iacet, tibi tradere.

308 Teneatur, inquit, insuper potestas, Consul, seu alius Rector omnia bona hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos Offitiales fuerint occupata, seu inuenta, & condemnationes pro his exactas, necnon & lignamina, lapides, & regulas domorum, & turrium, quæ occasione hæresis destruentur, & bona tam mobilia, quam immobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur diuidere tali modo, vna pars deueniat in commune Ciuitatis, seu loci; Secunda in fauorem, & expeditionem officialialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint. tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis Diœcesano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorumdem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisionis statuto aliquo condite, vel condendo. ita ibi.

309 Contra hanc trimembrem bonorum hæretici, cuiusuis confiscatorum diuisionem insurgit Bursatus consil. 8. lib. 3. obiiciens prædictas constitutiones illorum Summorum Pontificum solum obligare in Italia, & non extra, neque esse satis authenticas, aut vsu receptas, sed vtrumque vt falsum prorsus reijcitur, falsitas prioris constat ex traditis supra numer. 303. posterioris verò conuincitur manifestè à Pegna dict. Comment. 158. versicul. Ego verò. à Farinac. de hæresi, quæstion. 190. numer. 168. & sequentib. vt ait Castrus Palaus dict. punct. 23. num. 4.

Vbi

310 Vbi benè subiungit, quod illis Constitutionibus, & trimembri diuisioni in eis expræssæ bonorum confiscatorum hæretici nullo modo sit derogatum per Bullam subsequentem eiusdem Alexandri IV. editam anno 1260. incip. Discretioni vestræ cuius mentionem faciunt ijdem Pegna, & Farin. loc. cit. in ea decernit Papa, vt bona hæreticorum confiscata, & imposterum confiscanda, aut eorum pretium ad opus Romanę Ecclesiæ applicetur. Quippe in ea agitur de casu speciali, ac de parte illa, quæ Fisco Ecclesiastico venit applicanda ex bonis hæreticorum in Prouincia Romana existentium. Firma itaque

311 manet trimembris illa diuisio bonorum hæretici confiscatorum, ita vt prima pars applicetur in commune ciuitatis, seu loci, in quo delinquens damnatus est, aut bona eius sita sunt. Secunda in expeditionem Sancti Officii Ministris eius danda. Tertia ponenda in aliquo loco tuto, & expendenda posteà in fauorem fidei, & extirpationem hæreticorum.

312 Cum antem successu temporis dicta trimembris diuisio in desuetudinem fortè abiret, aut ab aliquibus impugnaretur, ad eius inuocationem, seu confirmationem post duo ferè sæcula Eugenius IV. peculiarem constitutionem edidit Bononiæ anno 1438. 17. Kalen. Februarij, cuius initium est, Sedis Apostolicæ prouidentia eam integram per extensum adducit Farinac. dict. quæst. 190. num. 178. in ipsa eisdem verbis dicta trimembris diuisio exprimitur, quibus eam alii Summi Pontifices

313 expræsserunt. Concludunt, itaque Farinac. ibidem, & Castrus Palaus dict. pun. 23. num. 5. nullum esse dubium, quod talis diuisio trimembris debeat obseruari, dum aliud ab aliquo Summo Pontifice non fuerit statutum.

314 Nihilominus in particulari loquendo pro diuersitate prouinciarum, & regnorum nunc diuersis in locis vsus applicandi bona confiscata hæreticorum diuersimodè se habeet ex vi consuetudinis legitimè præscriptæ, vel ex vi peculiarium constitutionum Apostolicarum, quę allegantur, licet re ipsa de eis quandoque non constet. ita Mandos. in addition. ad Report. Inquisitor. verbo diuisio, littera A. Clarus in pract. §. hæresis, num. 11. versicul. in hoc autem. Pegna 3. part. direct. quęst. 109. comment. 158. conclus. 2. & Farinac. de hæresi q. 190. n. 187.

315 Expedit, aliquantulū exemplificemus. Primo Frāciæ legitima cōsuetudine introductum, vt bona immobilia hæretici etiā clerici ad degradationem, & traditionem brachio sæculari, vel ad perpetuos carceres condemnati Fisco Regis, vel Domino temporali Imperium ibi habenti applicentur; Mobilia verò Episcopo loci. ita Oldrad. Rebuff. Petr. Gregor. & alij relati ab Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. criminali, cap. 114. in verb. hæretici Peregrin. de iure fisci lib. 4. titul. 5. numer. 31. & alij.

316 Dein, Omnia hereticorum bona confiscata in Hispania Fisco regio applicari solent, idque ex concessione Sedis Apostolicæ, vt ait Ferinac. dict. §. 12. num. 188. & merito subiungit Castrus Palaus dict. n. 5. quia Rex Catholicissimus Inquisitoribus, & istorum officialibus abundè suppeditat, & quidquid requiriritur ad promotionem Officij Sanctæ Inquisitionis, ex suo (si opus est) patrimonio iugiter tribuit. ita affirmant Simanch. de Catholic. instit. tit. 9. num. 132. Clarus in pract. crimin. §. hæresis, num. 11. vers. sed hoc. Nauarr. consil. 2. num. 1. ad fin. tit. de hæreticis Pegna dict. commen. 158. versic. hinc consequitur. Cardin. Tuschus pract. conclus. verb. hæreticus conclus. 102. num 15. & alii relati plures.

317 Ampliando etiam addunnt Couar. variar. resol. lib. 2 cap 9 num. 12. & Mandoz. in addition. ad Report. Inquisitor. vèrbo diuisio, littera A. quod id de applicatione bonorum Fisco regio facienda in Hispania parimodo procedat respectu cuiusuis clerici hæretjci habentis beneficia, nimirum eius bona non Ecclesijs à quibus stipendia recepit, sed dicto Fisco regio applicanda esse.

318 Seruatur item Mediolani, vt bona hæreticorum confiscata æquis portionibus diuidantur inter Fiscum ducalem (nunc Regium,) Episcopum, & Inquisitorem. ita testantur Clarus dict. § hæresis num. 11. versic. in hoc autem ducatu, & cum eo Tuschus dict. conclus. 102 num. 16. Farinac. de hæresi, quæst. 190. num. 191 & Castrus Palaus dict. num. 5. Qui non exprimuut, vnde id proueniat an ex vi cōstitutionis Pontificiæ, vel ex consuetudine per legitimum vsum introducta.

319 Subaudiæ verò iuxtà specialem Cōstitutionem à Gregorio XIII. 28. Septembris anno 1584. editam, bona hæreticorum quæcunque confiscata hoc modo diuiduntur, si eorum valor mille scuta non superauerit, pro medietate Cameræ, seu Fisco Ducali, ac pro altera medietate Officio Sanctę Inquisitionis applicantur.

320 Si verò talia bona valorem mille scutorum excesserint, omnium applicatio fit eidem Cameræ, seu Fisco Ducali. Ministri tamen Ducis tenentur pro qualibet confiscatione scuta quinginta realiter, & cum effectu, ac sine vlla mora Sanctæ Inquisitionis Officio persoluere. Ita expresè in dicta constitutione Gregoriana, & afferunt ijdem Farinac. num. 192. & ibidem Castrus Palaus.

321 Rursus secundum decreta Pontificia Mantuæ in hac materia. Sic se res habet, vt dimidia pars bonorū hæretici cōfiscatorū

pertineat ad fiscum Principis, & altera pars dimidia applicata maneat Sanctæ Inquisitionis Officio. ita cum Bursato in consil. 43. num. 45. ibidem Farinac.

322 Tandem Placentiæ legitima consuetudine introductum, vt similia bona hæreticorum diuidantur in duas partes æquales, quarum altera occupatur à Fisco Principis, qui benignissimè brachium suũ Sancto Officio confert, & altera ipsi Sancto Officio tribuitur pro eius conseruatione. Ita cum Vmbert. locat. in iudicial. Inquisit. verb. Fiscus num. 1. versic. Consuetudo tamen, & ibidem Farinac. nu. 189.

323 Qui vltimo loco sub finem num. 192. optimè aduertit, & cum eo Castrus Palaus num. 6, quod Principes, & Domini temporales, quibus vel ex priuilegio per Bullam Papalem concesso, vel ex consuetudine à Romano Pontifice approbata, pars aliqua ex bonis hæreticorum confiscatis competit, debeant non esse negligentes in exequendis D. D. Inquisitorum mandatis: alias non solum portione bonorum confiscatorum, illis tribuenda priuati manebunt, & indigni ea reputabuntur, sed etiam tanquam hæreticorum defensores, & fautores inquiri meritò poterunt. Atque his, & præsenti Regulæ, & toto capiti V. finem imponamus.

CAPVT VI.

De nonnullis alijs pœnis temporalibus contra apostatas à fide, hæreticos, eorum credentes, & fautores, &c. ac præcipuè de pœna pecuniaria.

PROOEMIOLVM

1 Bonorum confiscatio maximè contra hæreticos, de qua duplici capite præcedenti copiosè egimus, cum ab Ecclesia Matre nostra ordinetur non solum in pœnam delicti, adeò grauis; sed etiam in medicinam, & præuentionem, nè committatur, vt cum Pegna 3. p. direct. quæst. 95. comment. 144. versic. Huiusmodi autem, optimè notauit Sousa, lib. 3. Aphoris. cap. 20. num 10. Hæresis enim sæpè à diuitiarum nimia cupiditate dimanat, teste Sancto Apostolo 1. ad Thimot. 6. Quod ad propositum adducit Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione. cap. 5. & hæretici admodum sunt affecti diuitijs, & per earum possessionem valdè nocent, vt ait Simanch de Cathol. instit. tit. 9. num. 1. & 2. Sicut è contra per ipsarum ablationem plurimum deterrentur; ac debiliores
2 in pertinacia suorum errorum efficiuntur. Equidem opportunè pro vtroque effectu puniendi crimen hæresis, & medicinam seu præuentionem ei applicandi pauca breuiter in hoc capite perpendimus præsertim duo nimirum, de incapacitate succedendi ex testamento, vel ab intestato, & de infligenda pœna pecuniaria suspectis de hæresi.

An Inquisitores possint imponere pœnas pecuniarias reis Sancti Officij? & quibusnam? ac qualiter! an saltem pro expensis factis in captura, &c.

REGVLA CCCCLXXXI.

3 Licitum est Inquisitoribus regulariter loquendo pœnas pecuniarias Sancti Officij imponere etiam Ecclesiasticis, dummodo non careant patrimonio, aut pingui beneficio: has pœnas illi applicare possunt Sancto Officio, aut alijs causis
4 pijs, non tamen sibi ipsis. Equidem dictis reis tunc opportunè iniunguntur, quando apparet ab ipsis magis timeri; quamquam non pro omni leui culpa iniungendæ, nec excedere debent qualitatem de-
5 licti, & personæ. Pœna itaque pecuniaria imponitur, non apostatis, aut hæreticis formalibus; confessis, vel conuictis, quorum bona iam sunt confiscata, & quibus aliæ pœnæ à iure taxatæ; sed suspectis de hæresi, vel de apostasia, aut fautoribus, defensoribus, &c. ac proferentibus hæresim per iocum, vel ex ignorantia culpabi-
6 li. Possunt denique Inquisitores, maximè si stipendia sufficientia non habeant, nec redditus proprios Tribunalis, exigere expensas factas in captura reorum, & in causis peragendis, nequeunt tamen ipsi, & multum Episcopi sportulas, & xenia ab eiusdem acceptare &c.

7 Vix quidquam inuenio decisum in iure circa hanc materiam pœnæ pecuniariæ contra reos officij Sanctæ Inquisitionis; in decidendis tamen ferè omnibus, quæ in doctrina huius Regulæ continentur cõcordes video omnes actores, ex quibus

bus ea desumpsi; præcipuè ex Pegna, Farinac. & Sousa citandis. Nullus enim dubitat (vt iam singulas eius particulas disentiamus) Quod licitè possint Inquisitores pœnam pecuniariam Reis Sanctæ Inquisitionis insligere. ita Glossa in Clement. 2. in verb. illicitis de hæreticis. Simanc. de Cathol. instit. tit. 27. num. 5. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 16. num. 9. Pegna 3. par. direct. quæst. 103. comment. 152. qui ad id confirmandum adducit rescriptum Alexandri IV. incip. Super extirpatione registratum ab ipso Pegna in fine direct. fol. 33. Farinac. plures referens de hæresi quæst. 193. §. 6. num. 108. & Sousa lib. 3. Aphor. cap. 28. num. 1.

8 Dixi, regulariter loquendo, quia euenire potest, vt particularibus Inquisitoribus cuiusque Regni, seu Prouinciæ sit prohibitum à supremo Tribunali talem pænã reis iniungere, aut saltem ordinatum non id præstare audeant absque speciali licentia ab ipso, aut à maiori superiore, nempe Summo Pontifice concessa. At sub hoc secundo modo fuit sæpius prohibitũ D. D. Inquisitoribus huius Sancti Officij Melitensis, ne reis ipsius pænam pecuniariam iniungant, nisi accedente consensu, seu beneplacito supremæ Sacræ Congregationis Sancti Officij Vrbis, vt patet ex litteris eiusdem Sacræ Congregationis 14. Decembris 1618. & 21. Maij 1625. ac 28. Augusti 1632. asseruatis cum alijs pænè innumeris in Archiuio huius nostri Tribu-

9 nalis Melitensis. Quarum omnium transumptum egregiè collectum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Ioanne Baptista Gorio Panelino, nuper ad supremam Episcopatus dignitatem exaltato maioris, quidẽ exaltationis dignissimo, vt memoriale tanti viri penès me conseruo.

10 Præterea dixi, etiam Ecclesiasticis, dũmodo non careant patrimonio, aut pingui beneficio, vtrumque sic ostenditur, quia clericus delinquens contra fidem æquè subest iurisdictioni Inquisitorum, ac laicus, nec vllo modo eximitur ab ea, ratione status Ecclesiastici: ergo si fruatur copiosis redditibus, vel ex patrimonio proprio, vel ex beneficio Ecclesiastico, poterit ob delictum contra fidem ei impo-

11 ni pæna pecuniaria. Secus verò sit tales redditus non habeat, quia contra decentiam status sui, & in dedecus Ecclesiæ cogeretur mendicare, & in vilipendio esset. Docent, vt certum ijdem auctores, præcipuè Simanch. de Cathol. instit. tit. 27. num. 5. Pegna dict. commen. 152. vers. de Clericis? & plures referens Farinac. dict. §. 6. num. 108. & 118.

12 Nullum item de dubium, quod possint Inquisitores pœnam pecuniariam reis Sancti Officij impositam applicare ipsi Sancto Officio non solum casu vrgentis necessitatis, quem tantum immeritò admittit Carrerius, tract. de hæreticis num. 79. contra reliquorum mentem, nempè quando egestate opprimitur, nec adsunt sufficientes redditus ad sustinenda onera

13 Tribunalis. Hoc in pluribus Italię Inquisitionibus, vt ait Farinacius citandus, occurrit, quæ paupertate oppressæ stare nequirent, nisi quandoque; vel subsidio pecuniarum à Sacra Congregatione, vel applicatione beneficiorum simplicium à sũmo Pontifice fulcirentur) sed etiam quando redditus sufficientes habent, cum cẽseatur oportere, vt Tribunalia Sanctæ Inquisitionis pecunijs abundent ad hæreticorum persequutionem. ita cum Bursat. consil. 90. num. 18. in fine, & cum aliis Farinac. dict. §. 6. num. 119.

14 Opus autem maioris ædificationis facient Inquisitores. si casu quo Tribunalia Sancti Officii, habent sufficientes redditus ad ipsorum sustentationem, applicauerint, vti sine dubio possunt dictam pęnam pecuniariam operibus piis, vt eleemosinæ pauperum, nuptui puellarum, redemptioni captiuorum, maximè eorum qui periculo apostandi expositi reperiuntur. De se constat hæc doctrina; & quod possint facere hanc applicationem, tradũt vt certum Eymeric. 3. part. direct. quæst. 103. ibi Pegna comment. 152. versic. Primum, Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in tract. crimin. canonic. cap. 145 littera A. & cum aliis relatis Farinac. dict. nu. 119.

15 Expedit tamen, ne vllo modo Inquisitores pænam pecuniariam sibi ipsis applicent, seu in suis bursis ponant: quia esset extorsio, vt affirmat ibidem Farinac. ex mente Cardinal. Zabarell. in Clement. 2. §. Inquisitoribus num. 2. ad finem versicul. sed caueant, ne imbursent, de hæreticis, & ibi Ioan. de Imola. numer. 6. versicul. Fatetur tamen. & ita quod pęna hęc pecuniaria non debeat imbursari. Vmbert. locat. in Iudicial. Inquisitor. in verb. Mulcta, Reportor. Inquisitor. in verb. Extorquere, & aliorum.

16 Atque hoc pręcipuè à quouis Inquisitore seruandum, quando redditus Sancti Officii, ad eius sustentationem sunt valdè pingues, vti esse circumfertur cuiusuis, quod subest supremo Hispaniarum. Et quidem Sancti Officii siculi annos redditus esse 20. millia scutorum audiui à teste occultato fide dignissimo, nempè ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Inquisitore ipsius Didaco Garzia de Trasmiera. En liberalitas nostri Regis Catholici in fundandis Sancti Officii Tribunalibus; ab applicanda ergo sibi ipsis pæna pecuniaria eorum Inquisitores abstineant.

17 Sed quando peculiariter reis Sancti Officii pæna pecuniaria insligenda? Tunc volunt auctores eam debere insligi, vbi ipsam ab illis magis timeri censetur: Vnde

de cum talis timor in diuitibus, cupidis, seu auaris frequentius occurrat, facilius, & sæpius dicta pæna istis ab Inquisitore imponenda. ita Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 19. num. 3. & eum refert, & sequitur Pegna 3. par. Direct. quæst. 103. comment. 152. vers. Item imponitur, & eadem 3. par. comment. 7. vers. non tamen ambigo. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 145. littera A. versic. Quę quidem pœna, propè finem. Farinac. dict. §. 6. num. 116. & Sousa dict. cap. 28. num. 3.

18 Nihilominus Inquisitor non semper, nec pro omni leui culpa pænam pecuniariam iniungere debet, & in eius iniunctione tenetur esse prudens, & circumspectus, ne auaritiæ motu eam imponere videatur, ac propterea attendat diligenter, ne huiusmodi pæna excedat peccati qualitatem; & personę, cui imponitur cō-

19 ditionem. Alioquin impositio talis pænæ prohibetur Inquisitoribus per Concilium Narbonense, vt ipsum citat Franciscus Pegna, 3 par. Direct. comment. 7. versic. at quamuis, & comment. 152. vers. Hoc postremo. & tradunt Decian in tract. crimin. lib. 5. cap 44. num. 7. Farinac. dict. § 6. num. 121. & Sousa dict. num. 3.

20 Quoad reos item Sancti Officij, quibus pæna pecuniaria infligi potest, certissimum est non esse infligendam illis, quibus ob hæresim bona omnia confiscantur cum nihil supersit, ex quo pęna pecuniaria ipsis iniungi valeat. Neque item illis, quibus iam in iure peculiares pęnæ statutæ extant, quas iudex mutare, aut minuere nequit: quales sunt omnes rei apostatæ à fide, vel hæretici formales, confessi, aut conuincti, vel impænitentes ita Vmbert. locat. in Iudiciali Inquisitorum, verb. pęna. num. 21. vers. Aduertat tamen. Report. Inquisitorum. verb. Pænitentia, Zanchinus in tract. de hæreticis cap. 19. num. 1. & 2. Pegna 3. par. direct. qu. 103. comment. 152. versic. Pœna verò Farinac. dict. §. 6. num. 117. & Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 28. num. 6.

21 Est itaque imponenda pęna pecuniaria si expediēs videbitur Inquisitori, suspectis tantum de Apostasia à fide, vel de hæresi fautoribus, item hæreticorum, ac defensoribus, proferentibus etiam hæresim per iocum ex fatua simplicitate, vel ex ignorantia, aut ira, quæ omnimodam excusationem non admittant. Tradunt, vt prorsus verum Pegna, dict. commen. 152 versic. Rursus Inquisitores. Decian. crim. lib 5 cap. 44. num. 7. Cardinal Zabarellus in Clement. 2 versic. Item Inquisitores, de hæreticis. Vmbert. locat in Iudiciali Inquisit. verb Mulcta & Farin dict. §. 6. n. 11.

22 Dein quando Inquisitores non habent sufficientia stipendia ad suum officium exequendum, possunt expensas exigere ab illis contra quos procedunt. Ex bonis itē reorum Sancti Officij satisfaciendum ductoribus, & custodibus, quando è longinquo deducunt. Tenentur etiam Inquisiti in Sancto Officio soluere alimenta, & alia, quæ dum in carcere detinentur, cōsumunt, donec causa eorum fuerit expedita de se patent ista, & ex vsu ipso, traduntque vt certa Eymeric. 3. part. direct. quæst. 104. & ibi Pegna commen. 153. versic. Quoniam, & versic. de impensis, quibus adde Sousam dict. cap. 28. numer. 8. & 9.

23 Prohibentur tamen Inquisitores sportulas, aut xenia, esculenta, & pocullenta, quæ intra paucos etiam dies consumuntur, à Reis Sancti Officij, aut ab alijs nomine eorum accipere, propter scandalum, & suspicionem, ac indecentiam, quę inde sequuntur; Vnde illis à republica, vel à Principe Salaria, maximè pro victu, & vestitu deputanda sunt, si aliunde ista non suppetant. ita Pegna dict comment. 153. vers. de Sportulis, & versic. de tertia conclus. & affert Sousa num. 10. & 12.

24 Prędicta verò prohibitio accipiendi sportulas, xenia, &c. pręcipuè locum habet respectu Episcoporum, seu ordinariorum dum munus Inquisitoris exercentes procedunt contra hæreticos, aut de hęresi suspectos, &c. Nam ratione dignitatis Episcopalis, qua fruuntur, & redditibus eius, tenentur in hoc negotio elaborare, & scandalum, seu suspicionem illa accipiendo, non præbere. Docent Eymer. 3 par. direct. quæst 106. & ibi Pegna comment. 153. & Sousa ibidem num. 10. Imò

25 probabilius est casu quo Inquisitoribus, & aliis Sancti Officii Ministris non sunt salaria deputata, quod debeant Episcopi, quorum sunt adiutores, ipsos prouidere. Quamquam probabile est, vt dictum, etiam ad dominos temporales hoc spectare, cum istis bona hæreticorum confiscata applicari, vt plurimum soleant. ita Eymer dict. 3. par. quæst. 108. & ibi Pegna comment. 157. quibus adhæret Sousa num. 14.

26 Non displicet, quod vltimo loco addit Sousa num. 15. & mente Pegnæ dict. commen. 157 versic. Quales autem, Inquisitoribus, & alijs Sancti Officij Ministris posse prouideri de beneficijs Ecclesiasticis, vel simplicibus, vel etiam residentiam personalem requirentibus. Apostolica auctoritate applicandis, aut pensiones in eis instituere pro sustentatione

27 illorum. Quare opportunè quidem à Gregorio XIII. Sanctæ memor. in Maiori huius Insulæ beneficio, nempe Episcopatu, seu in redditibus mensę eius instituta fuit pensio annua 600 scutorum pro sustentatione DD. Inquisitoris hic residentis.

28 Ad confirmationem denique aliquorum ex dictis hactenus tota hac Regula visum est opportunum, referre hic ad verbum Constitutionem illam, cuius memi-

minimus supra, Alexandri IV. editam anno Domini 1258. vt eam refert Franciscus Pegna in fine Directorii, & ait asseruari in Archiuio Sancti Francisci de Assisio, cuius tenor sic habet.

29 Alexander, inquit, Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Fraci sci tam præsentibus quam futuris salutem & Apostolicam benedictionem.

30 Super Extirpatione hæreticæ prauitatis hoc à vobis in locis, in quibus contra hæreticos vobis Inquisitionis officium est commissum statuimus obseruandum, vt hęreticis credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hereticorum ipsorum ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus sub certa pœna pecuniaria inter cætera, quæ iniungenda fuerit, iniungatis strictè quod fidem catholicam firmiter teneant, & vlterius hęreticis ipsis auxilium, consilium, vel fauorem aliquem non impendāt; nec non Ecclesię mandatis obediant, & obseruent, quæ eis feceritis, vel vnus vestrum occasione ipsius hęreticæ prauitatis, & ab eisdem cautio exigatur. Nos autem vobis, & singulis vestrum, cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota, tam redeuntes ipsos, quam & defensores si oportuerit eorumdem, ad pręstationem vel solutionem huiusmodi pænæ ad quam se obligauerint; si quod absit indictam pænam inciderint plenam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

31 Pecunia vero, quę de huiusmodi pœnis vel ex tertia parte mulctarum, vel condēnationem exigendarum à quibuslibet personis, & locis seu bonorum appręhendendorum occasione hęresis, vel hęreticorum secundum tenorem constitutionum nostrorum (quas in eosdem hæreticos, fautores, eorum, & alios promulgatas in capitularibus ciuitatum, & locorum aliorum conscribi mandauimus) fortè peruenerit, pœnes tres viros fide probos à vobis, & diœcesano, vel eiusdem Vicario, si idem pręsens non fuerit, eligendos, deponatur fideliter conseruanda, & de illa vobis, & singulis vestrum necessariæ ad prosecutionem negotij contra hæreticos expensę sine difficultate aliqua, de ipsius diœcesani consilio ministrentur, & eidem diœcesano de ijs, quæ expendi contigerit. rationis plenarie fidelis computatio exponatur datum Anagniæ Idibus Nouembris Pontificatus nostri Anno 4.

32 Hactenus constitutio Pontificia, in qua continentur diuersa scitu digna, præcipuè in S. 2. circa rem discussam de pœna pecuniaria, & de expensis ex ea faciendis Inquisitori de consilio episcopis, & de huic exposita computatione fideli expensarum cuius oppositum videtur tenetur Sousa num. 13. cum Eymer. & Pegna per eum citatis. Atque hic finis Regulę.

An hæreticus sit incapax, seù an tantum indignus successionis ex testamento, vel ab intestato? Quid de incapacitate eius, aut indignitate circa donationem aliquam?

REGVLA CCCCLXXXII.

33 ENumeratur inter pœnas hæreticorū fautorum receptatorum, &c. priuatio successionis ex testamento, vel ab intestato, cum istorum quiuis iuxta commune placitum durante hæresi, sit incapax successione ad hæreditatem, aut legatum. Et
34 quamuis attento iure communi probabile censeatur, illum non esse incapacem, sed tantum indignum talis successionis, antequam à iudice condemnetur, probabilius tamen est, tam iu iure communi, quam regio, quod careat hac capacitate, etiam ante sententiam hæresis declaratoriam.
35 Hinc fit, vt hæreticus possit validè, & licitè, imò, & debeat hęreditatem, aut le-
36 gatum sibi relictum repudiare, Contrarium verò dicendum de donatione qualibet inter viuos, cuius ille capax maiori
37 cum probabilitate iudicatur. Hæreticus tandem iam absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus successionis ex testamento, vel ab intestato, & cuiusuis donationis capacitate non caret.

---

38 POena ista contrà apostatas à fide, hæreticos, fautores, &c. priuationis succedendi ex testamento, vel ab intestato, probari videtur manifestè ex cap. excommunicamus el 1. §. credentes, extra de hęreticis, ibi, nec ad hæreditatis successionem accedat, & ex l. Manichæos, § 1. in fine, C. de hæreticis, ibi, ipsos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo venientes, & ex l. Arriani, §. cunctis, ibi, siue ex vltima voluntate rebus qualitercunque relictis. C. de eodem tit. Tradunt, & probant Ioan. Calderinus, tract. de hæreticis, rubric. de pœnis hæreticor. nu. 2. Simanch. de cathol. instit. tit. 46. num. 55 & in Enchirid. violatę Relig. tit. 67. num. 3. ac Farin. de hęresi. qu. 190. num. 93.

39 Hoc autem etiam tunc ita procedit, quando in testamento militum legatum fuit relictum hæretico, quod hic eo priuetur, vti habetur decisum manifestè in l. vltim. C. de hæreticis, ibi iussimus neminem errore constrictum hæreticorum hæreditatem, vel legatum, vel fideicommissum accipere, etiam in vltimis voluntatibus, Tradūt Alberic. & Salicet. ibi, Carrer. tract.

de

de hæreticis num. 151. ac alij, quibus relatis adhæret. Farinac de hæresi, quæst 190.
40 num. 95. Addens num 96. cum eisdem, & benè, quod non solum priuetur hæreticus hæreditate, vel legato ex testamento, aut ab intestato, sed etiam contractu inter viuos, nempe donatione.

41 Supposito hoc in communi, vt prorsus certo, extat grauis controuersia inter doctores, an hæreticus, vel apostata à fide ita priuetur successione ex testamento, vel ab intestato, dum durat hæresis, aut apostasia, vt illius incapax sit, aut num tantum indignus? cum vtriusque valde dispar sit ratio; si enim ipse statuatur incapax successionis, quæcunque ei relinquuntur, nō fisco, sed venientibus ab intestato applicantur, l. si quis mihi bona, §. si quis planè ff de acquirenda hæreditat ac l. 1. C. de hæredibus instituendis, & ibi communiter omnes, Si verò capax reputetur, indignus tamen illius; tunc applicatio facienda non venientibus ab intestato, sed fisco, l. Papinian. §. meminisse, & l. cum talibus, §. fin. ff. de his, quibus indignis l. 1. ff. de iure fisci. Ita disparitatem ex iure assignāt Farinac. tom 1. quæst. 25. num. 139. cum alijs relatis, & Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 14. num. 32.

42 Communis valde est sententia affirmans hæreticum, vel apostatam à fide, durante hęresi, vel apostasia esse incapacem quacunque successione, & legato. Tuentur id absolute Simanch. de cathol. instit. tit. 46. num. 55. Carer. in tract. de hæreticis nu. 151. Syluest. in verb. hæreticus §. 1. nu. 14. Vmbert. locat. in iudicial. Inquisit. in verb. pœna. Decian. in tract. crimin lib. 5. cap. 44. num. 17. Rojas singula 70. num 1. & multò plures, quos refert, & sequitur Farin. de hæresi, quęst 190. num. 94. & seqq. Probatur ex textibus adductis supra, num. 38. & 39. præcipuè cap. Excommunicamus, §. credentes, & quamuis ibi non de hæreticis, sed de fautoribus, & receptatoribus eorum sit sermo; à fortiori intelligitur de ipsis hæreticis.

43 Confirmari iudicant dicti auctores efficaci argumento desumpto ex l. quisquis, §. filij C. ad legem Iuliam maiest. vbi filij cōmittentium crimen læsæ Maiestatis humanæ redduntur incapaces, quauis successione, siue ex testamento, siue ab intestato, ibi ab hæreditate, & successione habeantur alieni, & infra, testamentis extraneorum nihil capiant. Atque à fortiori idem dicendum de ipsis delinquentibus, copiosè ostendis Farinac. de crimine læsę Maiestatis quęst. 102. nu. 73. & Menochius, de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 45. n. 21. Ergo cum crimen læsę maiestatis diuinæ seu hęresis multo grauius sit, in eo pœna dictæ incapacitatis incurretur.

44 Sed vim huius argumenti benè soluit Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 28 n. 5. propè finem, inde quod pœnæ extendendæ non sint de vno casu ad alium grauiorem, si in isto non fuerint expressæ; cum id solum probet posse conuenientes extendi non tamen extensas de facto esse.

45 Retenta autem dicta communi sententia, ex ea ab omnibus infertur, quod debeat hæreticus dum in hæresi perseuerat, hæreditatem sibi dilata restituere hæredibus ab intestato venientibus. Nam cum ipse sit incapax illius, nec habeat titulum
46 retinendi eam, alijs debeat acquiri. Hanc illationem etiam admittit Sanchez vbi supra nu. 34. secundum iam ius regium Castellæ, cum in l. finali, tit. 7. par. 6. sic decidatur. Eso mesmo seria si alguno Christiano estableciesse por su heredero à algun Hereje, Moro, ò Iudio ca la tal heredad, en que fuesse establecido alguno destos, auerlaian los mas propinquos parientes
47 del testador. Vbi de sola hæreditate est sermo, sed intelligitur etiam de quolibet legato, attenta regul. §. legari instit. de legatis, ibi legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est. Nimirū illis, qui possunt in testamento hæredis in-
48 stitui, secundum glossam ibi. De apostatis item in l. regia 5. tit. 25. par. 7. ita statuitur, Apostata no puede ser establecido por heredero de otros, en ninguna manera, e manda, e donacion, que le vuiesse fecho, ò que el ficiesse à otro, no valga desde aquel dia, que el apostato.

49 Adhuc tamen neruus controuersiæ superest; nam Sanchez dict. cap. 14. num 33. citans pro sua sententia diuersos, vt Imolam cap. 2. num. 44. de testament. Decian. pract. crimin. lib. 5. cap. 44. numl. 17. Rojas singul. 79. num. 2. Nostrum Moinam tom. 1. de iustit. disput. 154, versic. cap. fœlicis, & tom. 3. disput. 658 num. 19. Lessium lib. 2. de iustit. cap. 19. dub. 5 num. 52. & Ioan. Azor, tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 8. quæst. 1. iudicat probabilius hæreticum non esse incapacem successionis, sed tantum esse indignum: Vndè ante sententiam, nec hæredibus, nec Fisco teneri restituere; post condemnationem verò omnia per fiscum ab eo auferri, tanquam ab indigno ducitur ille, quia nullo textu iuris communis talis incapacitas statutæ apparet.

50 Hoc autem quamuis repellere videatur Castrus Palaus dict. punct. 26. num. 6. saltem ex cit. cap. Excommunicamus, subiungit tamen benè ostendens nullum esse ius siue commune, siue regium, quod non admittat interpretationem in fauo-
51 rem sententiæ Sænchez. Nam dict. l. regia fin. tit. 7. par. 6. explicari potest de hæretico, Mauro, & Iudęo per sententiam declarato; similiter l. regia, 5. tit. 25. par. 7. intelligenda est de apostata iam declarato per Iudicem. Atque idem dicendum de textibus iuris communis, pręcipuè dict. cap. Excommunicamus, vbi dicitur, neque

que ad hęreditatis successionem accedat, idem irreuocabiliter, dum per sententiam non est hæreticus declaratus. Quare attento quouis ipse, saltem probabilis manet sententia Sanchez, quod hæreticus antequam per sententiam iudicis declaretur talis, non sit incapax successionis, sed tantum indignus.

52 Nihilominus [illegible] sine dubio [illegible] dict. n.6. vers.qu[illegible] consulendo, quàm in iudic[illegible] am esse dictæ sententię valde [illegible]; quæ absolutè affirmat, quod hæ[illegible]us, dum permanet in hæresi, sit incapax cuiuslibet successionis, & legati, & fiscus in tali hæreditate non habeat locum, sed hæredibus ab intestato applicari debeat. Nam à communi sententia recedere non expedit, nisi vel textus expressus, vel ratio efficax ad id cogat. Tenet etiam, & probat hanc communem sententia Vasquez opusc. de testam. cap. 9. § 4. dub. 2. num. 122.

53 Limitans tamen addit ibidem Castrus Palaus, quòd non ita se habeat casu, quo cum constituisti hæredem, vel legatarium, quem sciebas esse hæreticum, Nam tunc in pœnam peccati commissi instituendo incapacem, aut saltem indignum, poterit fiscus hęreditatem, vel legatum occupare. Probatur ex textu in l. quæ de Samaritis, C. de hæreticis, ibi delatam ipsius succes-
54 sionem vindicat fiscus Quamdiu tamen fiscus non profert sententiam condemnatoriam hæredibus ab intestato applicatur. ita Simanch. de cathol. instit. tit. 46. nu. 56. Farinac. de hæresi, quæst. 190. num. 104. & Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 14. num. 38. & 39.

55 Deducitur ex prædictis hæreticum non solum posse validè, & licitè, sed etiam debere hęreditatem sibi oblatam repudiare, quia stando in sententia communi, & magis probabili, est incapax illius, & licitè secundum oppositam sententiam, quòd sit capax, dum non condemnatur per sententiam iudicis non desit aliquis, qui neget posse ab eo repudiari, eo quod hæc repu-
56 diatio esset in nocumentum fisci. Esse tamen licitam, & validam Vasquez 1. 2. disp. 172. cap. 3. num. 13. & Castrus Palaus dict. punct. 26. num. 8. benè ostendunt inde quia nulli prohibita est ista repudiatio, cū hæretico solum prohibeatur alienare quod suum est & fisco obligatum; Non autem prohibetur omittere acquisitionem eius, quod alienum est, & fisco deuenire potest, sed repudiatio hęreditatis est quædam alieni iuris acquisitionis omissio, ergo cum hæc prohibita hæretico non sit, poterit licitè, & valide fieri cum nihil obstet.

57 Quod si quis objicias ex l. in fraudem fisci 45. ff. de iure fisci, vbi videtur ęquiparari alienationem rerum, quæ possidentur à damnato cum omissione acquisitionis: cum ibi dicatur. In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunque modo res alienarę reuocantur. Non habe vim obiectio, quia in eo textu non agitur de renuntiatione hæreditatis delatæ, sed de alienatione iurisquęsiti facta in fraudem fisci. ita benè notant Tello in l. 4. Tauri n. 64. Vasquez disp. 172. cap. 3. circa finem, & Sanchez dic. cap. 14. num. 53.

58 Est autem dubium circa legatum alimentorum, num illius sit capax hæreticus durante hæresi? pro decisione præmittendum cum Castro Palao dict. punct. 26. num. 9. quod huiusmodi legatum habeat tractum successiuum, itaut tot reputentur legata facta, quot sunt anni, quibus legatum cedere debet, l. si cum præfinitione, ff. quando dies leg. ced. Omnium itaque illorum alimentorum, quæ post absolutionem, aut pænitentiam heresis, ei succedunt, capax est hęreticus, & nullo modo fiscus ea occupare potest in hocque conueniunt om-
59 nes Doctores. De illis verò, quæ tempore hæresis cedunt, secus iudicat Sanchez dict. cap. 14. num. 43. quod fiscus ea capere possit, si quo tempore protulit sententiam condemnatoriam, inuenit ea inter condenati bona, cum sint bona præsentia.

60 Placet tamen resolutio Castri Palai dict. num. 9. circa medium, quam proprijs eius verbis accipe, Cæterum, inquit, crederem hæc alimenta nullo modo publicari. Nam si illorum incapax est hæreticus tempore hæresis, non fisco, sed hæredibus ab intestato debent applicari. Si autem capax est aliter, quam capax est cuiuslibet alterius donati, si sanè capacem esse irreuocabiliter: nam aliorum legatorum in sententia Sanchez, capax re-
61 uocabiliter censetur. Ergo aliquid speciale concedi debet huic alimentorum legato. Sicuti concedit expresse l. 3. ff. de his quę pro non scriptis habent iuncta Glossa, & l. 15, cui 11. ff. de aliment. & Cibar. legat. vbi de damnato in Metallum, & postea restituto dicit Imperator tempore damnationis rectè cepisse alimenta, & post restitutionem ei deberi. Ergo dicendum est hoc legatum etiam durante hæresi non publicari, sic absolute de confiscatione loquens, tenet Farinac. plures referens q. 25. num. 145. indicat Vasquez disp. 169. c. 2. fine, hactenus ille.

62 Sequitur dicendum de donatione inter viuos facta hęretico, an hic sit eius incapax? Sic affirmat communis sententia durante hæresi, & rem donatam restituendi esse donanti, nec posse per fiscum publicari, nisi in casu quo donans sciret hæretico donare. Probatio videtur clarè desumi ex l. Arriani, §. cunctis C. de hæreticis, ibi, siue de donatione hæreticorum conuenticula, siue ex vltima voluntate, &c facit pro eodem cap. in eos extra de hæreticis, per quod prohibetur Episcopis, & Clericis aliquid hæretico tribuere, quod Glossa intelligit, tàm de vltima voluntate, quàm de

de donatione inter viuos. Ratio autem huius prohibitionis alia non apparet, nisi incapacitas hæretici ergo, &c.

63 Confirmatur ex iure regio Castellæ in l. 5.tit.25.par.7. & l.4.tit.26.par.4. quarum verbis innotescit hæreticum eodem modo esse incapacem donationis inter viuos, ac successionis ex testamento. Atque ita tenent Hostiensis in cap.in eos, de hæreticis, verb nihil conferant. Butrignar. in l. si quis, C.de hæreticis, Quemada, quæst. fiscal.q.18. Azor. tom. 1. institu.moral.lib.5. cap.8.quæst.1,& lib.8.cap.12.quæst.8. Farinac.de hæresi, quest.190. nu.96.& alij plures, ex quorum auctoritate saltem hæc sententia redditur probabilis.

64 Nihilominus opposita censetur probabilior, quod iuris rigore attento valida sit donatio facta hæretico, & hic ante sententiam condemnatoriam, non teneatur restituere donanti, ea verò iam lata, quidquid donatum ad fiscum pertineat. Tradunt Sanchez lib.2.in decal.cap.14. nu.36. & Castrus Palaus dict.punct.26.nu.11. Mouentur ea efficaci rationem, quia nullus extat in iure textus, per quam talis donatio annulletur, & hæreticus eius incapax ostendatur: textus enim in l.Arriani §.cũctis C.de hæreticis, & cap.in eos eodem tit.non ostendunt hæreticum esse incapacem donationis, neque hanc esse inualidam, sed non debere fieri ob indignitatẽ illius.

65 De legibus item regijs citatis similiter dicendum, quod non satis indicent inualiditatem donationis factæ hæretico cum nõ apponatur particula aliqua illius expressiua, vt ipso iure, vel ante sententiam, vel non potest, vti ista apponitur ibi, quando agitur de successione ex testamento, & reddit actum nullum ob defectum potentiæ, vt optimè ostendit Sanchez lib.6. de Matrim.disp.38. num.20 ergo per illas leges non exprimitur inualiditas donationis hæretico factæ, aut saltem relinquitur res dubia, & in casu dubio pro valore actus standum est, vt ait Castrus Palaus ibidem apud quem plura videas.

66 Addendum tandem, id circa quod concordant doctores, esse scilicet hæreticum capacem successionis ex testamento, vel ab intestato, postquam fuit iam absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus, quia tunc iam cessauit incapacitas à iure illi iniuncta. Ita Castrus Palaus dict.punct.26. n.7.

67 Sed quid si adhuc non fuit absolutus, verè tamen pænituit ab hæresi, & amplexus corde fidem catholicam erit ne capax successionis? Dissidium est aliquod circa hoc. Simanch. de cathol.instit.tit.9.n.125. licet dubius in partem negantem inclinet, eam absolutè defendit Vasquez 1. 2. disp. 169. cap.3. & opuscul de testam. cap.9. §. 4. dub.2.num. 123. ob eam rationem, quia interim dum non absoluitur in hæresi reputatur permanere.

68 E contra Sanchez dict.cap.14.n.40. affirmantem tenet, quod sit capax pro foro tantum conscientiæ. Quin etiam pro foro externo subiungit vt probabilius Castrus Palaus dict.num.7. (cui adhæreo) si de vera pęnitentia innotescat. Inde ostẽditur, quia & si excommunicatio auferatur per absolutionem, & non per pænitentiam hæresis tamen sola pænitentiam tollitur. At incapacitas succedendi non oritur ab Excommunicatione, sed ab hæresi ergo hac ablata per pœnitentiam, incapacitas prorsus aufertur. Atque his Regulæ finis.

Qualiter hæretici sunt incapaces testandi? Quid de filijs eorum circa hanc pœnam, & circa dictam non succedendi Ex testamento, &c.

REGVLA CCCCLXXXIII.

69 Certum est hæreticos quouis, ac eorum fautores in pœnam tanti criminis facultate testandi priuari, & quidem si testentur, probabile censetur, testamentum ipso iure esse nullum, sed probabilius & certius, non annullari, nisi post senten-
70 tiam condemnatoriam. De bonis verò, quæ hæreticus iam absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus acquisiuit, validè, ac licitè
71 disponere, testarique. Tota item hæc doctrina de pœna incapacitatis testandi, & de mosto dicto eam intelligendi, pari ratione in filijs hæretici, vel fautoris eius
72 locum habet. Tandem licet filius nequeat ex testamento, aut ab intestato patri suo mortuo hæretico succedere; potest tamen quibusuis ascendentibus, & extraneis Catholicis: est etiam capax recipiendi aliquid ex donatione, vel ex contractu.

---

73 Certitudo primæ partis Regulæ indè constat manifestè, quia hæreticus, cum à die patrati criminis omnia eius bona fisco addicta maneant, consequenter fit incapax testandi habetur expresse in cap. Excõmunicamus il 1. §. credentes, extra de hæreticis, ibi Sit etiã intestabilis, &, nec testãdi liberã habeant facultatẽ, & quãuis in textu de fautoribus hæreticorum sit sermo à fortiori de ipsis hæreticis intelligi debet; cum ob crimen hæresis hæc pœnæ iniungantur.

74 Nota, quod attento iure ciuili, & regio hæreticus testandi capax erat instituẽdo hæredem Catholicum, in authent. Vt cum de appellatione cognoscitur §. si quis de prædictis parentibus, versic. Generalem, & l.regia 7. tit.7. par.6. & l.2. tit.26. par.7. His tamen legibus prorsus deroga-

tum

tum per dict. c. excommunicamus, cui fine dubio standum, cum hæresis sit crimen Ecclesiasticum, ac proinde dispositio circa ipsum ex iure canonico sumenda. ita Simanch. plures referens de cathol. instit. tit. 9. num. 3. Tello l. 4. Tauri num. 34. Pegna par. 2. direct. comment. 9. & Sanchez lib. 2. in decal. cap. 24. num. 1.

75 Est autem aliquantulum controuersum, an tanta sit incapacitas testandi in hæretico, vt etiam non secuta sententia declaratoria hæresis, testamentum sit nullum, ita defendunt Pegna 3 par. direct. comment. 165. vers. Rursus, Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 172. versic. notandum tamẽ Greg. Lopez l. 4. fine tit. 26. par. 7. & videtur inclinare Couar. Clement. Si furiosus 1. par. §. 2. num. 2. Deducitur ex illis verbis textus propositi, sit etiam intestabilis. Nam verbum sit, demonstrat Canonem latæ sententię, ex mente plurium, quos citat Tiraquellus l. si vnquam, verb. Reuertatur, num. 180. C. de reuoc. donat.

76 Confirmatur ex l. regia 5 tit. 25. par. 5 quę de apostata à fide sic ait: Apostata no puede fazer testamento desde el dia que apostato. Vnde hæc sententia, ita affirmans ex omnibus prędictis probabilis saltem existit.

77 Nihilominus probabilius, & certius iudicatur, quod non sit ipso iure nullum hæretici testamentum, sed annullandum per sententiam. Docent absolutè Salcedo in pract. Bernard. Diaz. cap. 86. vers. Punitur etiam, Noster Molina tom. 1. de iustit. disp. 59. col. 12. versic. Secundum est, Vasquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 171. cap. 1. num. 11. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 24. n. 3. & Castrus Palaus dict. punct. 26. num. 1.

78 Probatur inde efficaciter, quia etiam prohibetur hæretico post commissum crimen quæuis alienatio, aut donatio suorum bonorum, cum sint iam addictum fisco, & tamen si alienet, vel donet, accipiens potest ratinere, & est tutus in conscientia, quousque sententia hæresis declaratoria proferatur, vti dictum à nobis supra; cur ergo non idem asserendum de testamento.

79 Sumitur etiam efficax probatio ex eisdem verbis Sit etiam intestabilis, perpendendo aliter particula sit, quia ex se est futuri temporis, & importat sententiam ferendam, vt defendit cum alijs citatis pro se idem Tiraquellus eodem verbo Reuertatur, num 182 & 183. sed efficacius hoc ipsum ostendit Castrus Palaus dict. num. 1. ex verbis in textu sequentibus, Nec testandi liberam habeat facultatem quasi dicat, habet equidem facultatem testandi, sed non liberam; alias diceret, nec testandi vllam habeat facultatem.

80 Quid autem de bonis ab hæretico post absolutionem, & reconciliationem cum Ecclesia acquisitis, potest ne validè, & licitè testari? Negant absolutè Ioann. Calder. tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum num. 3. fine, Reportor. Inquisit. verb. pœna, vers. an hæreticus reconciliatus, & Farinac. de hęresi, num. 93. Ducuntur, quia in supradicto cap. Excommunicamus, hæreticus, & fautor eius absque vlla limitatione redditur intestabilis, ergo nequibit testari etiam de acquisitis, vel vndecumque habitis post abiurationem.

81 Verum opposita sententia omnino tenenda, quia hæreticus ob crimen hæresis redditur intestabilis de bonis confiscationi subiectis, cum non sint, delinquentis, sed fisci; Confiscatio autem non se extendit ad bona futura, & post sententiam, & reconciliationem acquisita; ergo neque impotentiam testandi ad illa extendi de-

82 bet. Facit pro hoc l. regia 4. Tauri hodie l. 3. lib. 5. recopilat. vbi generaliter conceditur facultas testandi quibuscunque reis de bonis confiscationi non subiectis. Tradunt vt certum Sanchez cum alijs relatis dict. cap. 24. nu. 4. Vasquez opuscul. de testament. cap. 9. §. 1. num. 26. & Castrus Pal. disp. 5. punct. 26. num. 1. fine.

83 Sequitur agendum breuiter de his duabus pęnis incapacitatis testandi, & succedendi ex testamento, vel ab intestato, quatenus competunt saltem ex consequenti filijs hæreticorum. Coniungimus simul, quod idem sit fundamentum vtriusque, nempè bona hæretici esse addicta, & quasi hypothecata fisco, vt sæpius diximus; Ergo filius non potest succedere ex testamento, aut ab intestato bonis patris hęretici durante hæresi; & consequenter, neque de his bonis poterit ipse filius postea

84 testari, vt per se patet. Quod sit incapax talis successionis filius ostendit benè Sanchez lib. 2. in decal. cap. 29. num 8. ex iure ciuili authent. Gazaros C. de hæreticis, & ex iure canonico, cap. Vergentis cap. filij & cap. quicumque, §. Hæretici extra de hęreticis.

85 Quamquam succedere potest hæretici filius bonis auorum ascendentium quorũlibet extraneorum etiam catholicorum, & donationes quascunque recipere, de hisque disponere, ac testari. ita Decian. in pract. crimin. lib. 7 cap. 41. num. 21. Noster Molina tom. 3. de iustit. disp. 658. nu. 24. alter Molina lib. 4. de primogen. cap. vltimo, num. 50. fine Menochius cons. 808. nu. 37. & 38. volum. 9. & cum alijs relatis Sanchez dict. cap. 29. num. 11. 12. & 13. vbi copiosè òmnia ista probat, vide apud ipsum. So-

86 lum pro terminanda Regula, addendum generaliter, quotiescumque potest pater hæreticus testari, aut succedere ex testamento, vel ab intestato saltem reuocabiliter, ante sententiam declaratoriam hæresis, quod à fortiori idem & eodem modo possit filius, vt per se patet. De alijs pęnis hęreticorum videri possunt Auctores.

CAPVT

CAPVT VII.

De quibuscunque pœnis corporalibus contra reos, maximè Sancti Officij hæreticos, apostatas à fide, suspectos de hæresi, vel apostasia, credentes hæreticorum, fautores, receptatores, &c.

PROOEMIOLVM

1 EN tertium membrum præcipuum generalis, & adæquatæ diuisionis trimembris supra indicatæ, in pænas contra reos, præsertim Sanctæ Inquisitionis, spirituales, temporales, & corporales: De istis corporalibus nihil in cōmuni aduertendū occurrit, nisi quod loco temporalium aliquando iniungantur, vt contingit, si quis condemnatus ad pænam pecuniariam non possit eam soluere, communiter censetur iustitiæ consonum, vt luat in corpore, seu pro qualitate delicti pœna corporali satisfaciat. ita Gundisaluus, in tract. de hæreticis, quæst. 17. num. 6. vbi ait, hanc commutationem pœnæ pecuniariæ in corporalem posse fieri etiam post sententiam latam, ita etiam Pegna, 3. par. direct. quæst. 103 comment. 152. versic. Addit Repertorium, affirmans id non procedere in clericis; neque in personis ingenuis. Addit Sousa, lib. 3. Aphorism. cap. 28. num.
2 5. idem tradit Farinac. de hæresi quæst. 193. §. 6. num. 114. quem videas. Verum pænæ corporales, quæ reis à Sancto Officio condemnatis solent iniungi ad capita reducuntur, mortis scilicet naturalis, carceris, seu Immurationis, Fustigationis, Triremium, Amittendæ libertatis, Relegationis, aut Exilij, Detrusionis in monasterium, Portationis habitus pœnitentiæ, Auditionis Missæ in forma pœnitentiæ, & aliarum pœnarum, quę regularibus imponendæ, ac pœnitentiarum salutarium: quas omnes in communi cum Cæsare Carena par. 3. tit. 13. Castro Palao, disput. VI. & VII. & cum alijs, quoad circumstantias qualiter, & quando, &c. toto hoc capite breuiter expendemus. de eisdem acturi toto sequenti in materijs particularibus, quoad circumstantias personarum delinquentium contra fidem Catholicam.

Quando, & qualiter pœna mortis naturalis committentibus delictum contra fidem diuinam infligenda?

REGVLA CCCCLXXXVI.

3 SVpposita potestate, quam sine dubio Ecclesia habet mortis pœnam recedentibus à vera fide imponendi; præter tradita à nobis lib. præced cap. 6. & 7. de hac mortis pęna hæreticis impœnitentibus & pertinacibus, negatiuis item, ac diminutis, atque relapsis infligenda, non nihil hic circa eos addendum. Diuersi etiā
4 sunt casus, in quibus pro primo lapsu talis pœna mortis reis Sancti Officii imponitur, vt quando quis celebrat, vel audit confessiones, cum non sit sacerdos; aut quando negat Trinitatem Sanctissimam, vel Christi Domini Diuinitatem, Conceptionem eius de Spiritu Sancto mortem ipsius pro redemptione nostra, & Beatæ Mariæ Virginitatem, & Maternitatem Dei; ac alii etiam casus statim, vel capi-
5 te sequenti exprimendi. Executio autem huiusmodi pœnæ semper fit per combustionem, cum hac tamen diuersitate, vt impœnitentibus viuis, reliquis prius suffocatis infligatur.

6 POEna ista mortis naturalis à Iure ciuili vocari solet summum, & nouissimum, seu vltimum supplicium, l. capitalium, & l. vltimum, ff de pœnis, vt cum Cuiac. lib. 3. obseruat, cap. 36. adducit Carena dict. tit. 13. §. 1. num. 1. Potestas eam
7 iniungendi, quæ residet in Dominis, seu Principibus sæcularibus, amplissima est, & ad casus pœnè innumeros se extendit: circa quos præcipuè videndus Bald. in l. data opera, num. 14. C. qui accus. non poss. Fab. à Monte Leo, in pract. arbitr. tota par 4. num. 53. 271. & seqq. vbi 70. casus enumerat, plures nempè 77. Bonifac. vital. in opere malefac. rub. quibus de causis possit, quis ad mortem condemnari, vt refert Farinac. in prax. crimin. tom 1. quæst. 20. in cuius titulo. seu argumento non paucos ex illis, non video cur, simul compræhendit sequentibus verbis.
8 Pœna, inquit, mortis naturalis iure ciuili infligitur blasphemis, imagines Dei, & Sanctorum corrumpentibus, sortilegis, vinearum vastatoribus, & arborum incisoribus, scalas de nocte in alienas domos apponentibus, & muros ciuitatis transcēdentibus, se ipsos castrantibus, transfugis, sepulchrorum violatoribus, & pacis tur-

turbatoribus. Quando hæc vera sint, & in quibus alijs casibus pœna mortis naturalis inferatur, hæc ille, quæ adducta sunt occasione trium priorum casuum, ex vndecim hic propositis, qui ad præsens institutum spectant vt infra videbimus, & declarabimus.

9 Quod verò eandem potestatem insligendi pœnam mortis naturalis, maximè delinquentibus contra fidem catholicam habeat Ecclesia à Christo Domino, & eis iustissimè iniungatur nullus dubitat, cum delictum Christianæ fidei oppositum ex se sit grauissimum, & ipsi Ecclesię perniciosissimum. Probatur efficaci, & potissima ratione; quia absque potestate ista Christus Dominus Ecclesiæ suæ nō satis prouidisset; nam inobedientes, & rebelles nequaquam posset coercere, neque crimina eorum, prout expedit, vindicare, membraque putrida, & toto corpori nociua omnino præscindere. Pluribus ostendunt alij, pręcipuè Couarr. lib. 2. variar. cap. 10. num. 10. Simanch. de Catholic. Instit. tit. 46. à num. 44. Cardin. Bellarmin. lib. 3. de laicis, cap. 21. & 22. Sanctarell. tractat. 1. cap. 27. ac 28. & Suarez de fide, disput. 20. sect. 3. num. 18. & disp. 23 tota sect. 1.

10 Quo cum Castrus Palaus dict. disput. 6. punct. 2. nu. 2. benè iudicat esse erroneum hanc potestatem Ecclesiæ negare, cum habeatur definitum à Bonifac. VIII. in extrauag. vnam sanctam de maiorit. & obedien. & ab Innocentio IV. in cap. Ad Apostolic. de sentent, & re iudic. in 6. & cap. 1. de homicid. in 6. & alijs textibus canonicis, quos citant supradicti auctores.

11 Et concordant leges ciuiles, talem mortis pęnam hæreticis imponentes. l. Arriani, & l. quicunque, C. de hæreticis, ibi, vltimo supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Atque idem est, qui tentauerint discere illicita, cum docere, & discere illicita æquiparentur in iure. l. culpa, C. de maleficijs, secundum glossam in cap. Excommunicamus 2. verb. puniendi de hęreticis.

12 Verum clemens mater Ecclesia hanc potestatem insligendi pœnam mortis dupliciter moderatur, vt notat Castrus Palaus dict. num. 2. primò, quod non soleat eam exequi per iudices, & ministros Ecclesiasticos, sed per laicos, iuxta cap. ad abolendam. §. præterea, de hæreticis; de hac tamen executione, & de obligatione, ac modo exequendi opportunius infra cap. vltimo. Secundò, quod non iniungat eam omnibus hæreticis (tametsi digni illa sint) sed certis, & determinatis à iure, aut à Bullis Pontificijs, præcipuè contentis in triplici illo gradu impœnitentium, negatiuorum, & relapsorum; circa quos pauca valdè attingemus, cum satis dictum alibi, ne actum agamus.

13 De impœnitentibus, & cum pertinacia obstinatis in suis erroribus illud solummodo notandum, cum Castro Palao dicto punct. 2. num. 3. & ex mente aliorum, quod postquam tentata fuerint omnia media ad eos reducendos, si non resiliant, nec sit amplius vlla spes fructus, dum traduntur brachio sæculari vltimo supplicio afficiendi, iuxta cap. ad abolendam de hæreticis, omnino expediat, vt lingua eis alligetur ne impiè blasphemando, & obloquendo adstantibus scandalum præbeant.

14 Circa negatiuos item, aut diminutos, cum hęc diminutio possit esse, vel de erroribus proprijs, quos inquisitus per Sanctum Officium ex parte negat, vel de erroribus aliorum, quos etsi conuincantur scire, recusat tamen manifestare, dubitatur, an sic recusans, seu hoc secundo modo diminutus sit, vt hæreticus negatiuus condemnandus, & curiæ sæculari tradendus. Sunt aliqui, tacitis nominibus à Castro Palao, dict. punct. 2. num. 5. citati, qui ab hac condemnatione, & traditione prorsus liberant confitentem proprios errores, & occultantem alienos, quorum notitiam habere fuit conuictus.

15 Ratio est, quia ex tali occultatione solū deducitur, quod sit fautor hęreticorum; ergo non debet condemnari; vt hæreticus negatiuus, seu verè diminutus; & addit idem Castrus Palaus se audiuisse, quod sic practicetur in Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis Castellæ, & ob hanc causam tortura insligatur.

16 Nihilominus oppositum rectè defendūt grauissimi Doctores Simanch. de Cathol. instit. tit. 48. num 27. & 28. Pegna 2. par. direct. qu. 34. comment. 59 versic. ex hoc possumus, Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 55. num. 10. Bursat. cons 7. num. 11. Ludouic. à Paramo, de orig. Sanct. Inquisit. lib. 3. qu. 9 num. 193. Farinac. de hæresi, qu 196 §. 1. num. 17. Suarez de fide, disput. 23. sect. 2. num. 6. & Castrus Palaus ibidem, Ostenditur inde, quia non præsumitur manifestare suos errores verè, & ex animo, sed fictè, qui tempore pœnitentiæ hęreticis, ita faciet istorum errores occultando; Ergo de rigore iuris potest, vt hæreticus negatiuus, seu diminutus condemnari, & irremisibiliter curiæ seculari tradi.

17 Dein aliud hic occurrit dubium, an si hæreticus in iudicio suos errores manifestet, & postea confessionem factam reuocet, sit puniendus, vt hęreticus negatiuus, seu impœnitens, & brachio sæculari tradendus? Accipe legitimam solutionem à Castro Palao proprijs eius verbis.

Affirmandum, inquit, existimo, vt im-
18 pœnitentem esse damnandum, si in reuocatione persistat, & causam reuocandi, & infirmandi prædictam primam confessionem, vero similem non ostendit. Et ratio est, quia ex propria confessione iam est plenè delictum probatum, cum verò postea reuocat, præsumitur reuocare dolosè ad effugiendam pœnam ordinariam; alias si facta hac reuocatione non posset, vt hæreticus negatiuus condemnari, cum etiam condemnari non possit, vt hæreticus pœnitens, quia pœnitentiæ signa de suo errore non ostendit, euidenter sequitur omnibus hæreticis dari ansam suas reuocandi confessiones, vt sic pœnam ordinariam euitent, quod non est permittendum. & ita docet Farinac. de hæresi quæst. 187. num. 75. & quæst. 196. num. 20. & 21. vbi alios refert. Esto contra te-
19 neat Didac. Cantera, in quæst. criminal. rubr. de hæretic. cap. 1. num 70 motus ea ratione, quia per hanc reuocationem aliquid minuitur de fide, & firmitate confessionis factæ. Sed est friuola ratio, quando non probatur causa reuocationis. Adde, esto minueretur aliqualiter firmitas confessionis, coniecturis tamen præcedentibus iuuatur, vt integram probationem retineat. ita ille.

20 Prædicta resolutio tunc præcipuè dicetur verum habere, si hæreticus postquam suos errores confessus est in iudicio, manifestando complices facti hæresim continentis, hanc confessionem, & manifestationem his iuridicè ex longo interuallo ratificet, primò vt reus. postea vt testis contra complices ad instantiam fisci, non enim apparet qualiter in hoc casu possit assignari, & probari causa sufficiens ad reuocandum validè, & confessionem, & ratificationes: hoc sit à me dictum saluo meliori iudicio doctissimorum.

21 Circa relapsos verò in hæresim, quid? Alibi iam diximus, istis esse infligendam mortis pœnam per brachium sæculare, & patet manifestè ex cap. ad abolendum, § illos quoque extra de hæreticis ibi, illos quoque qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprii antistis examinatione purgauerint, depræhensi fuerint in abiuratam hæresim reincidisse, sæculari iudicio, sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. nec alia hoc indiget probatione.

22 Ex proposito autem textu perpendenda peculiariter particula, depræhensi, nam denotat ab aliis depræhendi debere hæreticos in hæresim reincidisse, vt sint formales relapsi, pœna mortis afficiendi, ita Castrus Palaus dict. punct.
23 2. num. 7. Atque hinc ipse cum auctoribus citandis benè deducit eum mortis pœnam euasurum, qui spontè à nullo præuentus manifestaret Inquisitori, se in hæresim abiuratam reincidisse. Nam propterea hæreticis relapsis pœna mortis infligitur, quod præsumantur fictè conuerti esse incorrigibiles, qui autem à nullo præuentus se ipsum spontè defert, & pœnitentiam petit, manifestum tribuit signum veræ conuersionis, ergo &c. Ita Pegna alias referens, 3. part. Direct. comment. 12. versicul. Sed quid si relapsus. Albert. de agnoscen. assert. quæstion. 25. numer. 25. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 56. num. 12. Paramus de Origin. Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæstion. 4. numer. 12. Alphonsus de Castro de iusta hæretic. punition. lib. 2. cap. 2. & Farinacc. de hæresi, quæstion. 193. num. 36.

24 Ex prædictis verò auctoribus Pegna, Paramus, & Farinac. vbi supra ad veritatem talis doctrinæ meritò requirunt, vt delictum secundi lapsus contra fidem sit occultum; Nam quando est publicum, ferè semper præsumitur, quod non spontè, nec ex animo reus veniat, & misericordiam petat, sed ex metu probationum sibi imminentium, id est, quod intelligeret alios se præparare ad ipsum accusandum. Vnde si reuera ex hoc metu se prodit, non est euasurus pœnam mortis. vt optimè defendunt locis allegatis Castr. Farinac. & Decian.

25 Quid item de hoc casu quando reus prima vice de hæresi conuictus fuit per solam suam confessionem, & postea per testes conuincitur esse relapsum? Respondet benè Castrus Palaus in fine dict. numer. 7. attento rigore iuris posse puniri relapsorum pœna: quod si priores errores abiurauit commissos tempore, quo erat impubes, posse ad reconciliationem, & misericordiam admitti. ita ille, & allegat instructionem Vallisoletanam 12.

27 Videndum sequitur de hæresiarchis, & Dogmatistis, an istis pœna mortis sit imponenda? Sed aduertendum prius, quod tales dicantur non solum, qui nouos errores inuenerunt, & confinxerunt, sed etiam, qui iam inuentos, & confictos, vti ex officio, & consuetudine alijs publicè, vel occultè prædicarunt. Atque de his loquitur textus in cap. qui aliorum, 24. quæstion. 3. ibi qui aliorum defendit errorem, multò amplius damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam alijs offendicula erroris præparat, & confirmat, Vnde qui Magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

27 Vnde non dicitur propriè hæresiarcha, aut dogmatista, qui non quasi ex officio, & con-

consuetudine, sed ex prauo affectu, suos consanguineos, aut priuatum aliquem peruertit. ita rectè aduertit Suarez de fide dispur. 23. sect. 2. num. 11.

28 Duæ sunt oppositæ sententiæ circa quęsitum præsens; prima tenet quosuis hæresiarchas, & dogmatistas, absque misericordia esse relaxandos curiæ sæculari. ita Simanc. de Catholic instit. tit 47. num. 50. & in Enchirid. tit. 59. num. 1. Ioan. Rojas tract. de hæret. 2. par. num. 339. assert. 43. Repert. Inquis. verb. docere, Suarez ibidem num. 9. & alij. Ostenditur inde, quia talibus hæresiarchis, & Dogmatistis infligitur pœna mortis per diuersas leges ciuiles, l. eum qui seruum, C. de apostatis, l. quicunque. C. de hæreticis, l. 2. C. ne sacrum baptisma, l. fin. C. de Iudæis, & cum in iure canonico contrarium non reperiatur dispositum, illas iudices fidei obseruare debent, cùm non sit alienum, & inusitatum in pœnis imponendis ius canonicum suppleri per ius ciuile.

29 Confirmatur, quia tametsi iure canonico statutum sit, vt hæretici pęnitentes ad reconciliationem admittantur; hoc tamen intelligendum est de hæreticis communiter contingentibus, & non de qualificatis, & ab ordinario delinquendi modo exorbitantibus; neque isti communi regula metiri debent; cum diuersa concernant delicta, & circumstantias varias delictorum; ergo lex simpliciter loquens in eis locum non habet, l. nunquam plura, ff. de priuation. delict. ex quibus hæc prima sententia redditur sine dubio probabilis teste Palao citando.

30 Verum altera censetur multò probabilior, quod hæresiarchæ, & dogmatistæ signa pœnitentiæ ex animo verè ostendentes, admittendi sint ad reconciliationem, & nequaquam brachio sęculari tradendi. Sic ex Concilijs Biterrens. & Tarraconen. deducit Pegna 2. part. direct. comment. 64. tradunt Decian. lib. 5. tractat. crimin. cap. 54. numer. 47. Didacus Cantera quęstion. crimin. rubric. de hæreticis cap. 1. num, 70. Castrus Palaus dict. punct. 2. num. 17. & alij ostenditur inde, quia nullus est textus canonicus eis pœ-

31 nam mortis imponens. Quin etiam in dict. cap. ad abolendam contrarium videtur indicari per æquiparationem eorum, qui docent cum credentibus hæreses, ibi, aliter sentire, aut docere non metuunt; Atque subiungitur, ad misericordiam, vtrosque recipi posse, si publicè consenserint abiurare, & satisfactionem iniunctam exhibere. Exemplificatur in Berengar. à nobis lib. 3. inter hæresiarchas enumerato, qui pęnitens reconciliatus fuit, cap. Ego Berengarius

32 de consecrat. distin. 2. Nec habet vim, quod leges ciuiles illis pœnam mortis infligant, quia cum de hoc delictum sit Ecclesiasticum, in eis punitione iuri canonico, & non ciuili vllo modo standum est.

33 Huic tamen secundæ sententiæ triplicem limitationem meritò adhibet Pegna loco citat cui adhæret Castrus Palaus ibidem. Primò, non esse recipiendum ad reconciliationem hæresiarcham, qui post multiplices monitiones per longum tempus iam brachio sæculari tradendus signa pœnitentiæ ostendit, quia non ex animo, & amore veritatis, sed timore mortis ad hanc vitandam conuerti ap-

34 paret. Secundò, nec illum, qui præceptis, comminationibus, & pęnis, aut è contra præmijs, promissionibus iuratis atque alijs exquisitis artibus conatus fuit doctrinam fidei catholicæ oppositam in-

35 troducere, ac suadere. Tertiò, neque illum, qui Regem, Principem, aut alias personas regias procurauit aliquo modo peruertere, Ratio est, quia in huiusmodi hæresiarchis ob immanitatem criminis, & ob defectum pęnitentiæ veræ, qui semper præsumitur, adest sufficiens ratio, à regula communi recedendi, quæ statuit hæreticos pęnitentes ad reconciliationem esse admittendos, Atque his satisfactum rationibus primæ sententię, & approbat prædicta Farinac. de hæres. qu. 193. a num. 7.

36 Exprimendi iam diuersi casus particulares, in quibus pro primo, aut vnico lapsu delinquenti pęna mortis imponitur. Carena dict. tit. 13. §. 1. num. 19. adducit primo loco casum illius sceleratissimi, qui ausu plusquam temerario, & diabolico, cum non sit sacerdos, missam celebrat: quòd hic sit curiæ sæculari tradendus, disponunt multę constitutiones Summorum Pontificum, Pauli IV. Gregorii XIII. Sixti V. & Clement. VIII. quas refert Laertius in Bullario,

37 tom. 2. & tom. 3. Adde Bullam Vrbani VIII. incip. Apostolatus officium, editam 23. Martij 1628. per quam fit extensio, vt pœna mortis afficiatur quiuis non præsbyter Missam celebrans, etiam si sit minor viginti quinque annis, dummodo vigesimum compleuerit: eam per extensum proponit Diana in fine 4. part. pag. 456.

38 Potest autem dubitari, an ad violationem dictarum constitutionum, & incurrendam pœnam mortis sufficiat, si quis non præsbyter Sacerdotalibus vestibus tantum se induit intendens celebrare, & postea non celebrat? de hoc agunt Anton. Sousa lib. 1. Aphor. cap. 32. num. 5. & Diana 4. par. tract. 7. resolut. 12. versicul. Nota tamen, & resoluunt negantes; ratio est, quia dictæ Bullæ Pontificiæ solum de celebrantibus Missam mentionem faciunt, & non de his, qui

induti vestibus sacris adhuc non celebrant; ergo istis non pœna mortis, sed alia infligenda.

39 Maius tamen extat dubium de non Sacerdote, qui post indutas vestes sacras incipit celebrare missam, sed non perficit, nec verba consecrationis profert, est ne iste pęna mortis afficiendus? ratio dubitandi inde insurgit, quia vt ex Bulla Clement. VIII. §. 2. benè deducit Sousa dict. cap. 32. num. 7. malitia huius delicti ad idolatriam spectat, cum talis celebrans faciat Christi fideles adorare panem, & vinum, vti verum corpus, & sanguinem Christi Domini; at si non perficiat celebrationem, maximè si desistat ante prolata verba consecrationis, non est periculum adorationis huiusmodi, nec idololatrię ex parte adorantium, ergo non videtur plectendus pœna mortis sic incompletè celebrans.

40 Nihilominus resolutio affirmatiua vti prorsus certa traditur à dictis Sousa numer. 6. & Diana ibidem; ob eam rationem, quia qui indutus vestibus Sacerdotalibus missam incepit, iam dicitur propriè celebrare, ergo si non sit Sacerdos, quamuis desistat ante prolata consecrationis verba, iuxta citatas constitutiones pontificias plectendus est pœna

41 mortis. Dicerem tamen ob fundamentum dubitandi, saluo meliori iudicio, quod occurrente hoc casu expediret Sacram Congregationem Sancti Officij, Vrbis consulere ante prolationem sententiam, & ab ea responsum expectare.

42 Addendus hic alius casus de abusu, & contemptu Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, propter quem abutens, & contemnens tradi debet brachio sæculari morte plectendus, iuxta Decretum Pauli Papæ IV. editum in Sacra Congregatione 17. Februarij, anni 1559. quod affert Diana in fine 4 part. Abusus Sanctissimi potest esse, vt quis conculcet Hostiam consecratam, vel in partibus pudendis ponat, aut si eam sortilegijs adhibeat, alijsque pluribus modis.

43 Per citatas item constitutiones præcipuè Gregorii XIII. & Clement. VIII. statuitur, vt non præsbyter, siue sæcularis, siue Ecclesiasticus confessiones sacramentales audiens, & absolutionem impendens ab Inquisitoribus ad reconciliationem iuridicam non admittatur, quamuis verè pęniteat, sed curiæ sæculari relaxetur vltimo supplicio puniendus. Ratio est, quia abutitur sacramento cum notabili detrimento proximi, præsumiturque de eo malè sentire, cum approbet facto ipso id, quod hæretici nostri temporis falsò affirmant, nempè etiam laicos esse legitimos Ministros Sacramentorum, ita Scortia in Bull. Pontific. epit. 162. theoremat. 403. Barbosa, de potestat. Episcop. part. 3. allegat. 116. numer 18. Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 33. numer. 1. & 2. Diana 4. part. tractat. 7. resolut. 11.

44 Sed quid si audiat tantum confessionem, qui fingit se sacerdotem in confessionario, licet ex dispositione pęnitentis, vel ex alia causa, absolutionem non impendat, eritne pęna mortis plectendus? Hoc attingit Sousa dict. cap. 33. num. 3. & ex professo discutit in tract. de solicitat. cap. 9. num. 3. 4. & 7. ac vtrobique partem affirmantem meritò amplectitur, quia attento Bullarum tenore, quamuis pęnitentem non absoluat, dicitur propriè audire confessionem, qui tantum peccata audit.

45 Quin etiam rectè addit idem Sousa numer. 4. & 5. quod sufficiat ad incurrendam talem pęnam, si fingens se presbyterum semel confessionem audiat, aut vnum tantum peccatum; secus, si audita sola confessione generali, adhuc nullo peccato speciali expræsso à tali actu de-

46 sistat. Ob incoationem tamen eius subiicitur iudicio Inquisitorum mitiori pęna puniendus, aut fustigationis, aut exilij, aut alia pro delinquentis conditione, vide ipsum Sousam.

47 Notant autem dicti auctores Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 32. num. 12. Diana tractat. 7. 4. part. Resolut. 11. & 12. Castrus Palaus tractat. 4. disput. 8. punct. 16. num. 2. Et Emanuel de Moura de incant. opusc. 1. sect. 4. cap. 3. num. 9. Quod pęnæ mortis statuta per citatas Bullas Pontificias contra quemcunque non Sacerdotem celebrantem missas, vel audientem confessiones non fuerit vsu recepta in Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum; sed non assignant causam hu-

48 ius non receptionis. Subiungit etiam idem Sousa dict. cap. 32. num. 12. per sequentia verba. Attamen prædicta pęna traditionis curiæ sæculari nunc imponenda præcipitur à Sanctissimo Domino Nostro Vrbano VIII. per Epistolam Illustrissimi Cardinalis Melini ad Inquisitorem Generalem Lusitaniæ 5. die Martij anno 1622. Verum etiam post declarationem istam hoc practicari non vidi. ita ille.

49 Resoluunt itaque idem Sousa dict. capit. 32. numer. 13. Castrus Palaus dict. punct. 16. num. 2. Emanuel Moura cit. opusc. 1. sect. 3. cap. 3. numer. 9. in illis Sancti Officii Hispaniarum Tribunalibus infligendam esse pęnam arbitrariam non Sacerdoti Missam celebranti, vel confessiones audienti, nempè fustigationis, & Triremium, simul, si delictum sit iteratum, vt exemplicat Seraphinus Frei-

Freitas Acugnæ additionator, tract. de confess. solicit. quæst. 13. num. 30. & refert Diana dict. resol. 12. de quodam laico, qui Missas celebrare solebat, ac propterea prius fustigatus, & postea ad triremes missus.

50 Vel si crimen semel tantum fuit commissum, altera ex his pœnis infligatur: Aut si neutram earum qualitas personæ delinquentis ferat, imponenda pœna carceris longi temporis, aut Exilij, vel alterius speciei mitioris.

51 Relaxantur item brachio sæculari pro primo lapsu negantes Sanctissimam Trinitatem, aut Diuinitatem Christi Domini, vel eius Conceptionem de Spiritu sancto aut mortem ipsius, vt nos redimeret, vel Beatissimæ V. Mariæ Deiparæ Virginitatem, & Maternitatem Dei, vt tradunt Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 44. num. 6. Diana 4. par. tract. 7. resol. 24. & Carena, 2. par. tit. 2. & 3. par. tit. 13. §. 1. num. 20. iuxta constitutiones Pauli Papæ IV. incip. Cùm quarundam hominum prauitas, & Clementis Papæ VIII. incip. Dominici gregis, sed vt rem totam melius capias clausula vbi hæc continentur accipe.

52 Qui nimirum asseruissent, dogmatizassent, vel credidissent Deum omnipotentem non esse trinum in personis, & incompositа omnino indiuisaque vnitate substātiæ, & vnum, vnamet simplici Diuinitatis essentia, Aut Dominum nostrum Iesum Christum non esse verum Deum eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu Sancto. Aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de Spiritu Sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Ioseph. Aut eundem Dominum, & Deum nostrum Iesum Christum non subijsse acerbissimam Crucis mortem, vt nos à peccatis, & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret. Aut eundem Beatissimam Virginem Mariam non esse veram Dei Matrem, nec perstitisse semper in Virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, pro subuersis, & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi curiæ sæculari tradi, & per ipsam curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possent, &c. ita ibi.

53 Diana dict. tract. 7. resol. 24. versic. Notandum est tamen, adductis sigillatim prædictis casibus, in quibus reus tradendus brachio sæculari, vt pœna mortis ei infligatur, adiungit alium peculiarem, nimirum quando Magistratus, seu Domini Ecclesiastici, vel temporales schismatici, aut hæretici schisma, aut hæresim excitarent, quod his similiter pæna mortis sit imponenda: sed de isto casu recurret alibi fortè iterum occasio dicendi.

54 Addamus vltimo loco pro nunc casum illum, cuius supra meminimus conspurcantium vel percutientium, aut conculcantium sacras imagines Christi Domini Deiparæ Virginis, ac Sanctorum, an istis sit infligenda mortis pæna? controuersia nonnulla extat inter doctores, & quidem iure ciuili, sententia affirmans regulariter censetur vera. ita resoluit Farinac. tom. 1. quæst. 20. num. 68. cum Angel. in l. ex Senatus consulto, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Marsil. in pract. crimin. §. & quia, nu. 25. Boer. deci. 301. num. 18. Conrad. in pract. tit. de iniuran. num. 25. & cum alijs, quos refert.

55 Verùm, cum delictum istud conculcandi, & percutiendi sacras Imagines sit merè Ecclesiasticum, eo quod sapiat hæresim manifestam, vt communiter tenent Doctores præcipuè Farinacius dict. qu. 20. nu. 68. Raphael dela Torre in 2. 2. D. Thomæ quæst. 96. art. 4. disp. 2. Diana, dict. tract. 7. resol. 9. & Sousa lib. 2. Aphoris. 42. num. 14. affirmans ex tali crimine oriri violentam hæresis suspicionem, reiectis merito Ghirland. de Sortil. q. 10. num. 52. & Torreblanca in Epitom. delictor. lib. 3. cap. 8. num. 17. contrarium sentientibus, nullo scilicet modo esse hæreticale, nec ad Inquisitores

56 pertinere eius punitionem. Hanc secundum ius canononicum, regulariter fieri per pænam arbitrariam, videtur deduci ex cap. si Canonici §. fin. de offic. Ordin. in 6. & docet Farinac. dict. q. 20. num. 71. cum Simanch. Boer. Fab. à Monteleone, Dec. & alijs per eum ibi relatis, & de hæresi q. 181. §. 1. num. 43. & via vllus disentit.

57 Excepto Sousa cum relatis ab ipso loc. cit. vbi postquam num. 15. asseruit, quod huic nefario crimini de iure ciuili sit imponenda pœna mortis naturalis, arbitraria verò de iure Canonico. attentis circumstantijs personæ, delicti, &c. Subiungit immedite num. 16. sic. Perpetrans, inquit, ausu temerario publicè hoc horrendum delictum, siue hæreticalem animum fateatur, siue non, tradendus est curiæ seculari, vltimo supplicio plectendus, ob facti qualitatem. ita factum fuisse tradunt Anchar. consil. 15. Chassan. cons. 1. in 5 præsupposito num. 69. relati per Farinac. dict. num. 68. qui etiam nu. 71. & dict. §. 1 n. 44. Menoch. dict. casu 376. num. 4. & seqq. Hæc

58 ille quæ refert Diana dict. resol. 9. & non reprobat, nec ego reprobare audebo; addo tamen esse tutius occurrente casu, consulere Sacram Congregationem, &c.

59 Tandem quoad modum executionis in imponenda prædictis reis sancti Officij, traditis iam curiæ sæculari pœna mortis naturalis, concordant Omnes auctores, quod merito soleat, & debeat fieri per combustionem eorum. Notat autem benè Carena dict. §. 1. num. 7. cum Cantera in quæst. crimin. de hæret. cap. 1. nu. 59. & cum alijs, quod consuetudo sic exequendi sumpserit originem ex testamento veteri, 4. Regum, 23. vbi Ozias iussit ossa Sacerdotum hæreticorum comburi, & ex testamento no-

uo iuxta illum Christi Domini Ioan. 15. Si quis in me non manserit, eijcietur foras sicut palmes, & arescet, & in ignem mittent, &c.

60 Notat item idem Carena cum citato Cantera num. 59. discrimen in essecutione ipsa respectu diuersorum reorum, quod omnes pœnitentes relapsi, aut non relapsi, sed pro primo lapsu traditi curiæ sæculari prius strangulentur, & postea Mortui comburantur: Impœnitentes verò, & negatiui merito viui combistioni tradi soleant. Atque his Regula præsens terminatur.

Pœna carceris, seu immurationis quatenus in perpetuum, vel ad aliquod tempus reis sanctæ Inquisitionis imponenda?

REGVLA CCCCLXXXVII.

61 HAereticis, qui postquam deprӕhensi sunt in hæresi (idem dicito de apostatis) ad fidem redeunt, si non sint relapsi pœna perpetui carceris, seu immurationis iniungitur, secus, si fateantur delictum, antequam testes eis publicentur.

62 Similiter non damnantur ad perpetuum carcerem venientes ante deprӕhensionẽ, vel post eam, si statim crimen manifestent; dummodo non sint in hęresi notoriè deprӕhensi, nec adsit timor alios corrum-

63 pendi. His item, qui perpetuo carceri non traduntur, minuitur de tempore carceris secundum quod citius reuertuntur, & produnt sua delicta: atque hinc iusto Inquisitorum iudicio dispensatur dicta pæna, vel in peregrinationem, reclusionem in mo-

64 nasterio, aut aliam commutatur. Locus tandem perpetui carceris, seu immurationis non debet esse talis, vt carcerato dies abbreuiet, & mortem inferat; Imo id nec faciendum cum eo, qui iam iam curiæ sæculari proximè tradendus, Aliqua huc spectantia addentur.

---

65 DE carcere, prout conducit ad custodiam reorum, dum formantur processus, & causæ eorum tractuntur, ac deciduntur, copiosissimè egimus toto lib. 2. Operis nostri de eodem agimus breuiter modo, prout inseruit ad puniendos eosdem reos, & in hac secunda acceptione pœna carceris vsitatissima est in Tribunalibus sanctæ Inquisitionis, sicut, & in alijs Ecclesiasticis quod primo loco notauit Carena dict. tit. 13. § 2. num. 27. cum Claro §. fin. q. 70. vers. Sana autem.

66 Quin etiam cum duplex possit esse, nimirum perpetuus, & ad tempus concordant omnes doctores, quod carcer perpetuus sit pæna ordinaria hæreticorum pœnitentium non relapsorum. Ostenditur primò in iure ciuili, ex constitutione Federici Imperatoris, incip. Commissi, relata per Franc. Pegnam in fine directorii, versic. Si qui verò, in iure item canonico ex Innocentij IV. constitut. edita anno 1254. incip. Nouerit vniuersitas relata similiter per Pegnam ibidem, constat clarè ex cap. Excommunicamus il primo, extra de hæreticis, versic. Quod si pænitere vult, est perpetuo carcerandus, ibi Hostien. num. 1. in verbo, puniend, sed clarius ex cap. Excommunicamus il 2. extra eod. tit. ibi. Si qui autem de prædictis post quam fuerint deprӕhensi redire voluerint ad agendam pœnitentiam, in perpetuo carcere damnentur, Glossa ibi idem Hostiensis, Abbas & alij plures, quos refert Farinac. de hęresi qu. 193. §. 5. num. 101.

67 Ex proposito autem textu, perpensa particula deprahensi, infertur primo vt prorsus certum nunquam iniungi pœnam carceris perpetui ijs, qui solum sunt de hæresi suspecti leuiter, aut vehementer; quia talis pœna solis recedentibus formaliter à fide Catholica imponitur, & illi non deprӕhenduntur sic à fide recessisse, seu hæresi mente adhęsisse, sed tantum secundum præsumptionem leuem, aut vehementem

68 ergo, &c. Poterunt tamen puniri carceris pœna ad tempus vel alia pęna extraordinaria, prout videbitur Inquisitori. ita Vmbertus locat. in indic. Inquisit. in verb. suspicio num. 31. Repert. inquisit. in verb. carcer. Simanch. de Cathol. instit. tit. 47. num. 53. Pegna 3. par. director. comment. 42. num. 172. Rojas singul. 1. num. 2. & cum pluribus relatis Farinac. de hęres. qu. 193. num. 101.

69 Secundo infertur, non esse condemnandos ad perpetuam carcerem illos reos sancti officij qui antequam publicentur testes fatentur suum delictum, & incipiunt pęnitere, veniamque petunt, Ratio est, quia non censentur complete deprӕhensi in hęresi, vel apostasia formali, prout requiritur ad condemnationem perpetui carceris, nisi post publicationem testium, iuxta dict. cap. excommunicamus, il 2. imponenda tamen eis pęna carceris ad tempus; aut alia extraordinaria vti inquisitor expediẽs iudicauerit. Hoc pręter citatos auctores tradunt etiam vt certum Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 8. num. 1. & Castrus Palaus disp. 6. punct. 1. num. 1.

70 Hinc etiam infertur, quòd illis hæreticis aut apostatis, quibus pæna carceris perpetui non insligitur, minuatur etiam de tempore carceris secũdũ quòd citius se produnt, & veniam postulando fatentur sua delicta, Vnde breuior carcer temporaneus imponitur illi, qui venit antequam vocetur, aut capiatur, licet mætu imminentium probationum, quam ei qui vocatus, vel captus, statim ex se manifestat suam hæresim: & huic breuior, quam illi, qui non statim

statim, sed post vnum, vel plura constituta ante publicationem testium, eam fatetur. Docent cũ eadem certitudine Rojas dict. singul.1.nu.21.& 2.par.de hæresi nu.188.& seqq.assert.16.Pegna 3.par. direct. commẽt. 142.Locatus in iudic. Inquisitor verb.Hæreticus,nu.34.& verb.Inquisitor nu.33.Farinac.dict.§.2.nu.104.& alij.

71 Ex mente item eorundem doctorum eò facilius dict. pœna carcerationis ab Inquisitoribus dispensatur, vel in aliam mitiorẽ, vt in peregrinationem, aut reclusionem in monasterio commutatur, quò citiùs, & magis ex corde ad fidem reuertitur.

72 Facultas autem sic dispensandi, aut commutandi conceditur expręssè Inquisitoribus in cap. Vt commissi, versic. & illorum, de hæreticis in 6.ibi, & illorum, qui vestis mandatis obedientes humiliter stant propter hæresim in carcere, vel muro reclusi, pœnam vnà cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cũ videritis expedire vbi Glossa, Abbas, Marianus, Butrius, Felix, & alij. precipuè tradunt Simanc. de cathol. instit. tit. 16. nu. 5. Calderin. tract. de hæreticis, rubr. de hæreti. reuertentib. nu. 3. & 4. ac Farinacius de hæresi quæst. 193. num. 104.

73 Prædictæ autem doctrinæ duplex limitatio meritò adhibetur; prima, quòd non habeat locum, quando depræhenditur aliquis publicè, seù notoriè hæreticus. Nam per talem depręhensionem in hæresi, manet magis aggrauatus, quàm si post publicationem testium se manifestet, & hæresim confiteatur, vt per se patet. Atqui sic manifestato, & confesso ibi fugitur pœna perpetui carceris, seù immurationis, vt diximus ergo & illi publicè, seù notoriè in hæresi depręhenso erit infligenda. ita Vmbert. Locatus in Iudicial. Inquisitor. verb. Hæreticus, nu. 34. Farinac. vbi supra Pegna dict. comment. 142. & Sousa lib. 3. Aphorism. c. 8. nu. 4.

74 Altera limitatio, quòd tunc reus Sancti Officij. quouis modo, aut quouis tempore depręhendatur in hæresi, vel eam fateatur ad perpetuum carcerem, seù murum damnarè debeat, nec inde vlla rationem extrahi, si ad sit timor, seù periculum alios corrumpendi; ita ijdem Locatus, Pegna, Farinac; Sousa, & alij. Atque hoc adeò verũ iudico ex vi iuris naturalis, vt videatur mihi, Saluo meliori iudicio, etiam in spontè comparentibus, nulla præcedente præuentione, habere locum, si detur talè periculũ peruersionis aliorum. Quandonam detur? Iudicio Inquisitorum relinquitur perpensis circumstantijs.

75 Concordant item doctores carcerem ad quem reus damnatur, esse debere proportionatum viribus naturæ, & non ita arctum & obscurum, vt abbreuiet vitam in carcerati, ac propterea hic multo citius moriatur, alias Inquisitores non videntur posse ab irregularitate se liberare ita Vmbert. locat. in Iudic. verb. Carcer. nu. 6. Pegna 3. par. Direct. quæst. 59. Comment. 107 ad ducens Decretum Concilij Biterrensis, cap. 23. ibi, & eos enormis rigor carcerum non extinguat. Decian. lib. 5. cap. 42. nu. 14. Cãpeg. addit ad Zanch. tract. de hæret. cap. 20. litt. G. & Castrus Palaus dict. punc. 1. num. 3

76 Qui ibi benè respondet ad id, quod in oppositum videtur posse adduci ex Clem. 1. §. propter de hæreticis, ibi, duro tamen tradere Carcerè, siue arcto qui magis ad pœnam, quàm ad custodiã videatur; Quod Inquisitor de Consensu Episcopi, & de Cõsensu Inquisitoris Episcopus possint id Exequi, modo ex tali carceratione vita incarcerati non abbreuietur notabiliter, seù ne intra paucos dies moriatur ex nimio rigore carceris.

77 Hinc ipse Palaus meritò reiicit vti dissonam rationi eam doctrinam ex Martin Delrio disquisit. megic. lib. 5. sect. 7. vers. potest autem accipi, & ex Farinac. de hæresi, quæst. 193. §. 5. num. 107. relatam, quam approbat Sousa dict. cap. 8. num. 8. nempè hæreticos ad mortem damnatos, confessos, vel conuictos, posse retineri in carcere adeò tetro, arcto, & obscuro, vt ibi intra paucos dies moriantur. Fundamentum sic eam reijciendi firmissimũ assignat, quia hæc videtur esse clausura condemnatio ad mortem, & illatio eius, quæ per iudices laicos, & curiam sæcularem inferri debet.

78 Quod si id nequit fieri cum reis iam iam brachio sæculari tradendis, quanto minus cum condemnatis ad perpetuum carcerem, seu immurationem, cum non sint relapsi?

79 Sæpius coniunximus in hac Regula perpetuum carcerem cum immuratione, per particulam, seu, quæ ex sua natura, & vi latinitatis identitatem coniunctorũ, vel ista esse synonima denotat, hocque modo loquendi vtuntur auctores, præcipuè Francisc. Pegna 3. part. direct. comment. 46. num. 202. vbi ex Concilijs Tolosano, cap. 10. Narbonensi, cap. 9. prius ostendit, qui nam hæretici carceri perpetuo, seu immurationi tradendi, & postea circa identitatem vtriusque sic concludit.

80 Iam ex his, inquit, duobus Conciliorum Decretis apertè colliges, eandem prorsus esse pœnam immurationis, & carceris perpetui, contra quam quidam huius antiquitatis ignari censeant. Quamquam verò (addit ipse) hodie, aut ratus aut nullus antiquæ immurationis, seu carceris perpetui vsus relictus esse videatur. hæc ille; quocum ad tollendam ignorantiam circa ritum antiquum immurationis, seu carceris perpetui, & qualitatem eius absque nimia arctitudine, & obscuritate, quandoquidem occasio loci postulat, expedit nonnulla adducere ex Concilio Biterrensi cap. 23.

81 Curetis tamen, inquit, vt talibus immu-

murandis fiant iuxta Sedis Apostolicę ordinationem, separatæ, & occultæ camarulæ, sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus diæcesum corruptarum, & alterutrum, vel se, vel alios peruertere nequeant: & eos enormis rigor carcerum non extinguat: quos ab illis, qui bona eorum tenuerint, fieri, & in necessariis prouideri faciatis eisdem secundum statuta Concilij Toletani, ita cap. 23. & infra cap. 25. Sit autem liber accessus vxori ad virum immuratum, & è Conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdē, siue ambo immurati fuerint, siue alter. hactenus ibi.

82 En qualis vsus immurationis, seù Carceris perpetui antiquitus fuerit, cum tāta loci capacitate, vt sufficeret ad cohabitationem simul viri, & vxoris, cum ianua ad ingressum, & egressum coniugis non immurati, cum lecto ad dormiendum simul, &

83 ad vsum matrimonij, &c. Et non cum & rigore adeo horrendo, quo multis ab hinc annis vidimus immuratum quemdā Diaconum, seù Capellanum Hierosolymitanum, (hic indiciatus vehementer de occisione cuiusdam meretricis ad furanda eius bona) in loco arctissimo vix quinque palmorum, ita vt ab angulo ad angulum infælix immuratus iacere nequiret, sine lecto, sine ianua, sine vlla commoditate ad

84 vita tuitionem & quiddem consultus sæpius inclamaui hanc immurationem non esse Secundum Canones vti eam fieri sententia Iudicum disposuerat, Neque enim sunt alij Canones præter illa Concilia Tolosanum, Narbonense, & Bitterrense, vt ea adducit Pegna loc. cit. quē videas. Atque his Regulæ nostræ finis.

Quid de pœnis fustigationis, triremium, & amissionis libertatis? Qualiter reis sancti Officij infliguntur?

REGVLA. CCCCLXXXVIII.

85 INter pœnas extraordinarias, quæ cōdemnatis per Tribunalia sāctæ Inquisitioni iniungi solent, Communior, & grauior omnium verberatio, seù fustigatio censetur; cùm tàm ad mulieres, quàm ad viros se extendat, & maiorem præ cæteris infamiam irrogat; infligenda tamen moderate attentis circumstantijs delicti, & perso-

86 næ. Dein est etiam valdè in vsu pœna triremium contra suspectos vehementer de hæresi, vel de apostasia à fide, quamuis sint ætatis grandeuæ, vt sexagenariæ probabiliter, si adsint in delinquente vires

87 rubustæ. Condemnantur item dicti Apostatæ ad pœnam mancipij, seù amissæ libertatis, si exerçuerunt piraticam contra Christianos, vel apostatarunt in maiori ætate; Secus tamen in istis, quando sponte ad fidem redierunt, aut saltem statim, ac capti sunt, publicè se pro Christianis propalarunt.

---

88 COniungimus simul Sub eadem Regula plures ex his pœnis corporalibus supra in Proæmiolo indicatis, non tàm quòd connexionem aliqualem habeant inter se, quàm quòd pauca admodum occurrant, quæ de singulis in Communi dici possint, ac propterea sine dubio similiter diuersę ex eis sub eodem titulo coniunguntur à Doctoribus, qui de ipsis tractant, præcipuè à Castro Palao tract. 4. disp. 6. sub titulo puncto 2 sic: de pœna, inquit, fustigationis, Exilij, triremis, & mortis, ac solo num. 1. duodecim tantum lineis, tres priores fustigationis, Exilij, & triremis expēdit quòd, soleat Sancti Officij reis imponi.

89 Quo ad primam fustigationis, & verborum patet ex praxi ipsa esse vsu receptam penis tribunalia Sancti Officij, iuxta cap. 1. 24. quæst. 6, ibi, & flagellis puniri, tradūtque vt certum Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 42. nu. 5. & 6. Ioan Roias singul. 1. nu. 23. Clar. in praxi, §. fin. quæst. 7. versic. Est autem pœna, & Farinac. de hæresi, quæst. 193, §. 4. à nu. 85.

90 Dixi, inter pœnas extraordinarias, &c. Communior. Et hoc sit peculiariter expressum respectu pœnæ triremium, qua puniuntur soli viri, qui contra fidem Catholicam delinquunt, pœna verò fustigationis contra eandem vtriusque sexus delinquētes, esse quidem fustigandas mulieres, quæ viuo primo marito ad secundum matrimonium conuolant, aut falsum in Sancto Officio deponunt, vel similes videbimus in sequenti in materijs particularibus cum Sousa, Diana, Carena, & alijs ibi citandis.

91 Vnde generaliter, aduertit Carena dict. tit. 13 §. 4. quando deliquens deberet damnari ad triremes, & non potest vel ratione sexus fæminei, vel alia de causa, tunc iniungendam esse ei fustigationem, &c. ergo pœna verberū communior, & vnuersalior est, quàm pœna triremium reis Sancti Officij infligenda.

92 Rursus dixi grauior Omnium, cuius grauitatis reddo rationem, quia pœna fustigationis præcæteris pœnis extraordinarijs maiori reum infamia afficit. Quod precipuè verum habet, quando illi mitra, aut berlina adiungitur, vt benè notat Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. quæst. 80. nu. 41. & cum alijs relatis Farinac. tom. 1. quæst. 19 nu. 29. vbi subdit sine adiunctis dictis mitra, aut berlina, per solam fustigationem admodū infamari fustigatum, & sicut flagellis magis læditur in corpore, ita eisdem magis lædi in fama, & honore.

93 Hinc benè deducit Carena dict. §. 4. nu. 61. cum Rol à Vall. consil. 63. lib. 3. & Pegna de tempore gratiæ, cap. 21. regul. 8. regulariter abstinendum esse ab imponenda pœna fustigationis mulieribus, quæ habent

virum

virum, vel etiam viris, qui habent filias nubiles, ne illæ marito fiant exosę in odiũ matrimonij, & istæ ob id connubio priuari cogantur. Ostendit facto argumento à
94 fortiori, quia si secundum probabilem doctrinam Sousæ lib.4. Aphoris.cap. 13.nu.6. hoc attendendum est in abiuratione publicè imponenda, ne ex ea sequantur tales effectus, quanto magis attendi debet in fustigatione insligenda?
95 Tandem dixi, insligenda tamen moderate: de quo est textus expressus, cap. in Archiepiscopatu, extra de rapt.ibi, flagellis afficere, ea moderatione adhibita quòd flagella in vindictam sanguinis transire minimè videantur & affert Ioan. Rojas, singul.1.num.23. estque valde consonum iuri naturali, vt talis moderatio seruetur in quibuscunque Tribunalibus, pręcipuè in Ecclesiasticis, & multo magis in nostris
96 Sanctæ Inquisitionis. Porro quiuis excessus in hac materia etiam ex cõdemnatione iudicis laicalis, nedum Ecclesiastici, aut Quęsitoris fidei, non rigorosa iustitia, sed nimia crudelitas reputatur. Heu spectaculum horrendum mulierculã turpis vitæ per vias publicas huius ciuitatis fustigatam paucis ab hinc mensibus ad quamlibet percussionem cum sanguinis profluuio vidimus!, cum omnium conclamatione contra percussoris in humanitatem, atque ferocitatem.
97 Sequitur proferendum verbum circa pœnam triremium; præter tactum iam alibi ex mente Carrer. in pract. tract. de homicidio, §.circa quartum, & Farinac. cum alijs relatis, tom.1. quæst. 19. nu.14. quòd ista pœna triremis successerit loco damnationis in metallum, aut in opus metalli, quæ omnino abijt in dissuetudinem, tradunt, vt prorsus certum doctores, pręcipuè Mantua in l. transigere post. num. 5. Clarus in pract. §.fin. quæst 67. versic. item damnatio, & Caren. dict. tit. 13. §.3. nu. 33. esse frequentissimam condemnationem ad triremes pęnes quæuis tribunalia, etiã Ecclesiastica, maximè nostra Sanctæ Inquisitionis, quod copiosè exemplificabimus cũ ipso Carena, & cum alijs infra.
98 Nunc tantum in communi ostensum accipe à Ioan. Rojas, singul.1.nu. 25. hisce verbis. Item per iudices, inquit, Ecclesiasticos poni poterit pœna damnationis ad triremes, & ad remigandum in triremibus colligitur ex dicti Innoc. in cap. qualiter, & quando, in 2. de accusa. quem refert. Ioan. Bernar. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 135. vbi ad id allegat text in cap. 23. quęst. 5. in quo loco optimis nititur rationibus probare talem pœnam ad triremes pręsbytero nullo modo esse imponendam. Et an talis condemnatus loco eius seruum, vel aliam personam ponere possit, ex causa; puta ob infirmitatem? videtur quod sic. l. in metallum. ff. de pœnis explicat optime Ludouic. Carrer. in pract. crimin. §. fin. num. 12. ita ille.
99 Quamquam in eo, quod adducit de presbytero nullatenus ad triremes condemnando; oppositum merito defendunt Clarus in pract. § fin. quæst 67. versi. item damnatio. Paul. Grauar. in suo Theorem. 4. num. 10. & Farinac. dict. quęst. 19. num. 14. affirmantes propter execrandam Clericorum, & sacerdotum malitiam, hanc pœnam triremium eis debere insligi, addentes quidem, vel in perpetuum, vel ad
100 tempus. Dum Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. Dominus Fabius Chigius huius nostri Tribunales Melitensis Sanctę Inquisitionis curam habuit ex pręscripto Sacrę Congregationis Sancti Officii Vrbis, condemnatus fuit, me pręsente, quidam Sacerdos Religiosus ad triremes per decennium: quo exemplo, & aliis quæ omitto, ne nimis diffundar, pręedicta doctrina clare innotescit.
101 Notat autem bene Carena dict. §.3 nu. 53. pro maiori perspicuitate, quando alicui pœna triremis per Sanctum Officium imponitur, exprimendum esse in sententia, quod debeat inseruire ad remum, vel manere in triremi loco carceris. Atque sic in Inquisitionibus Hispaniæ obseruari addit ex Paulo Garz. en la orden de processar en el Santo Officio fol. 34. ibi, si la carceleria se manda tener en las galeras, se expressara el tiempo, y que seruira al re-
102 mo, y sin sueldo. ita ille. Idem esse vsu receptum in quouis Sancto Officio Italiæ ait Massin. par. 8. in forma sententiæ contra vehementer suspectum, ibi. ti condenniamo a seruir per remigante alla galera. ita fol. 209 impressionis 2.
103 Secundum verò hanc distinctionem condemnandi aliquem ad triremes, vti ad locum carceris, vel ad remigandum in triremibus, quam attingit Rojas dict. nu. 25, & paulo ante vidimus. Dubium hic insurgitur, cuius nam ætatis hominibus possit insligi hæc pœna triremium? Diana par.1. tract. 9. Resol. 20. tractãs aliud grauissimum dubium, an Senes sexagenarij excusentur à præcepto ieiunij? confirmando sententiam negatiuam, quam ipse non sequitur, tradit ex parte solutionem præsentis dubij sequentibus verbis.
104 Facit etiam, inquit, pro hac sententia id quod probat Riccius par. 3. decis. 233. nu.6. & Nouarius in praxi quæst. 18. Sec. 1. nu.4. Senes sexagenarios non esse damnandos ad triremes, secus autem si sint robusti, & validi, ita ille; & hoc secundum intelligitur, vt ex se patet. si sint robusti, & validi ad remigandum in triremibus, quod tunc hac pœna tales Senes affici possint, affirmat absolute ipse Diana, Ego verò tan-
105 tùm vt probabilem admitto, si pœna item triremium iniungatur non ad remigandum in eis, sed pro loco carceris, seu pro alijs seruitijs leuioribus hominibus virium debilium, & ętatis maioris sexage-

genariæ sine dubio imponi potest, neque hoc aliquali indiget probatione.

106 Denique circa pœnam mancipij, aut amittendi libertatem, quando quis apostatauit à fide Catholica in maiori ętate, aut post apostasiam, etiam in minori ætate exercuit piraticam contra Christianos, vix quidquam tactum à doctoribus nostris, qui de materijs Tribunalium fidei agunt. Hinc credo factum, vt D.D. Inquisitores sancti Officij Melitensis, occurrente causa libertatis (solet ista frequenter occurrere, me teste oculato, & ciuiliter in Congregatione tractari, citata parte cuius interest) sæpissimè ad sacram Congregationem vrbis scripserint, & huc litteris ab ea transmissis diuersa spectantia ad hanc materiam decisam acceperint; quæ vt continentur in earum transumpto cuius supra memini, opportunum duxi hic apponere, vulgari lingua vti sunt ibi, notato die, & anno.

107 Apostati, che volontariamente hanno rinegato, & in età adulta, e che poi sono stati fatti prigioni dalli Christiani, se bene abiurano non acquistano la libertà, ma si restituiscono à loro Padroni; lassandoli alla loro conscienza, e dispositione Dat. 8. Decemb. 1595.

108 Apostati, che sono presi su le galere, ò vascelli, che vengono à combattere, e predare contra Christiani reconciliati si restituiscono à Padroni, acciò secondo la loro discretione, e conscienza disponghino circa la libertà, e li trattino con carità 13. Augusto 1599. 8. Maggio 1615. 12. Febbraro 1628. e 1 Marzo 1631.

109 Apostata, preso in corso, che rinegò di anni 12. trenta; anni sono, che ha aderito col cuore alla setta Maomettana, si spedidisca con l'abiura de formali, e rimanga

110 schiauo 13. Febbraro 1629. Item apostata, che col cuore ha creduto nella legge de Turchi potersi saluare, ancorche prima de apostatare sapesse, che santa Chiesa tiene il contrario, si spedisca col abiurare de formali, e rimanga schiauo nella sudetta lettera.

111 Apostata, posto in libertà da Turchi che non solo non è tornato in Christianità, ma contra de Catholici andaua in corso per Capitano di Tartana, rimane schiauo come sopra.

112 Apostata, posto in libertà da Tuchi ha continuato la vita de Turchi con l'esteriore per molti anni ancorche habbia sostenuto nella corda non hauer aderito col cuore, remane schiauo 13. Febrato 1626.

113 Apostati, non formali si fanno abiurare de vehementi per hauer vissuto all' vsanza de Turchi, se però non sono stati presi in età minore; & astretti con minaccie, e tormenti à viuere all' vsanza turchesca, e sono poi presi in corso già fatti maggiori cōtra Christiani, restano schiaui, e si condannano ad tempus in Galera per cinque, ò sette anni 16. Giugno 1629.

114 Apostati, preuenuti con inditij negando d'hauer aderito col cuore alla setta Maomettana, li si dia la corda pro vlteriori veritate, & intentione, e non risultando dalla corda cosa che l'aggraui, abiurano de vehementi, con imporli penitenze salutari, e non acquistano la libertà, massimamente se sono stati presi combattendo, ò predando contra Christiani 6. Maggio 1615.

115 Apostati, che pretēdono esser stati presi & apostatato in età puerile, ò minore non si sta alla loro assertione per goder la libertà, ma lo deuon prouare legitimamente, e questo è stato lo stile, e deue così gouernarsi 17. Luglio 1615. & 22. Marzo 1625.

116 Apostati, che spontaneamente fuggano dalle mani de Turchi, deuono essere reconciliati, e conseguir la libertà 13. Ago-

117 sto 1599. Item Apostati, che dalli Turchi sono tenuti al remo, & in questo stato sono presi da Christiani, deuono conseguir la libertà, poiche non possono procurarsela altrimente dette lettere.

118 Per Apostata, spontè comparēte s'habbia benche sia stato preuenuto da doi, vno de quali habbia deposto de auditu, che habbia apostatato per forza, 25. Giugno

119 1639. Item per apostata sponte comparente, benche sia notorio, mentre che subbito, che fu preso s'habbia propalato per Apostata, detta lettera.

120 Apostata sponte comparens dixit se vi apostatasse, & voluntariè pyraticam exercuisse, & nunquam corde adhæsisse sectæ Mahumetanæ, praxis est, vt post abiuratam de vehementi apostasiam, absoluatur in forma consueta ab excommunicatione ob

121 apostasiam incursa. Sed ad tollendam difficultatem supplicabitur sāctissimus pro facultate concedenda Inquisitori absoluēdi ab excommunicatione contra pyratas, contenta in Bulla Cœnę Domini 25. Iunij 1639. ita habentur hæc latinæ in dicto trāsumptu. Ex quo plura adduci possent pro re præsenti; sed adducta sufficiant, vt iam huic nostræ Regulæ finis imponatur.

Pœna relegationis, Exilij, & detrusionis in Monasterium condemnatis à Sancto Officio, quatenus imponenda?

REGVLA CCCCLXXXIX.

122 QVoad pœnam relegationis, quid quid sit de alijs Tribunalibus, siue Ecclesiasticis, siue Laicalibus, adhuc tamen in nostris sanctæ Inquisitionis aliqualis vsus ipsius seruatur, fitque relegatio arbitrio iuri, & æquitati reddato non solum ad locum iurisdictioni inquisitoris relegantis subiectum, sed ad alium etiam al-

123 alterius inquisitoris. Pœna item exilij vbique contra quoscunque reos, maximè delinquentes in materia fidei frequentissima est: quamquam aliquando conuenientius bono communi pœna relegationis, quam Exilij reo sancti Officij infligitur.

124 E contra pœna detrusionis in Monasterium raró admodum reis sancti Officij per se primo imponitur; aliquando tamen in eam ex causa rationabili pœna carceris permutatur.

---

125 ATtigimus iam supra cum Menochio de arbitr. quæst. casu 330. lib. 2. centur. 4. Clar. in pract. §. fin. quæst. 67. versic. deportatio etiam, Farinac. tom. 1. quæst. 19. num. 15. & cum alijs, qualiter de iure antiquo relegatio, sicut & deportatio, quæ in aliquibus ab ea differt, vt videre poteris apud ipsum Menoch. & apud Conrad. Lancell. in suo Breuiario, titul. de contumac. & bannit. num. 27. & 29. in quibusuis Iudicijs, & iurisdictionibus fuerint admodum vsitatæ; Nunc verò ab vsu, & ab aula recesserint, & subintrarint loco earum pœna exilij, & banni perpetui, ac aliæ arbitrariæ, vt multis ostendunt Gramma. voto 19. num. 11. Petrus à Placha in epit. delict. cap. 44. nu. 1. & Guido Papa decis. 422.

126 Verum omisso nunc sermone de alijs, quæ non sunt nostri instituti, certum prorsus est, quod reis sancti Officij frequenter pœna ista relegationis infligatur. Ita ex mente omnium tradit Carena dict. tit. 12. §. quinto num. 63. & exemplicat bene num. 65. cum Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 35. n. 10. in mulieribus honestioribus, quæ matrimonium cum secundo, viuente adhuc primo viro, contraxisse deprehenduntur.

127 Item exemplificat in quodam sacerdote religioso, qui relegatus fuit in ciuitatem Medianensem ad tempus multorum annorum per Cremonense tribunal sancti officij quod præsumeretur celebrasse super rebus aptis ad maleficia, adiuncta ea conditione, vt singulis mensibus se præsentaret Reuerendissimo Inquisitori illius ciuitatis, sed de his, & alijs exemplis cum eodem Carena cap. sequenti.

128 Cum pœna item ista relegationis inter arbitrarios numeretur, quæ per Inquisitorem reis iniungi possunt, vt docent Farinac. de hæresi, quæst. 193. num. 80. & sequenti Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 26. num. 5. alij, in ea imponenda, debet Inquisitor præ oculis Deum, & iustitiam habere, atque arbitrium suum iuri, & æquitati conformare, ita præter relatos Farinac. nu. 84. & Sousam num. 3. docent Pegna 3. par. direct. commen. 144. versic. iam hic, & Carena dicto §. quinto num. 64.

129 Solet autem fieri relegatio delinquenti contra fidem non solum ad locum iurisdictioni Inquisitoris relegantis subiectum, sed ad alia etiam loca, quæ subsunt iurisdictioni aliorum Inquisitorum, vti fuit seruatum in casu proposito Sacerdotis Religiosi in vrbem Mediolanensem relegati. Ratio est, quia omnia loca subiecta sunt Summo Pontifici, & ipsum tanquam caput; ac supremum fidei iudicem omnes Inquisitores agnoscunt, item quia cum agitur de locis eidem Principem subiectis, consuetudo generalis ita obseruat. Tradit ex mente Iul. Clar. vbi supra, & aliorum Carena ibidem num. 63.

130 Rursus nullum dubium, quod pœna exilij multo frequentius reis sancti Officij infligatur, quam prædicta relegationis, vt docet Carena §. 6. ex doctrina communi, & experientia ipsa patet, spatio enim 43. annorum per quos huic sancto Officio Militensi, vt consultor eius inseruiui, vix vllum reum ab ipso relegatum vidi, saltem sub hac formalitate relegationis; exiliatos verò penè innumeros.

131 Solet autem hæc pœna exilij dupliciter imponi, sicut & reliquæ arbitrariæ, primò si ipsa sola imponatur condemnando reum sancti Officij ad exilium, vel perpetuum vel per aliquod tempus; etiam si delictum non sit ita graue, aut tantum existat præsumptio eius, cum aliquando expediat omnino ratione scandali, vel ad tollendam occasionem delinquendi, vt reus sancti Officij à loco delicti pro tunc exilietur, & hoc ei in pœnam iniungatur: vti habetur expresse in Bulla Gregorij XV. incip. vniuersis, contra sollicitantes ad turpia in confessione, & ex certa doctrina generaliter pro quibuscunque delictis tradit Carena dicto §. sexto num. 74.

132 Imponitur secundò pœna exilij delinquenti contra fidem simul cum alia extraordinaria. Exemplificat Simanch. de cathol. instit. tit. 8. num. 10. in blasfemis vilibus, qui post fustigationem in exilium mittuntur, si sint personæ honestæ ad duplicem pœnam, pæcuniariam scilicet & exilij condemnantur. Exemplificant alij in mulieribus sortilegis, quod simul sint fustigādę, & in exilium mittendæ. ita Faber. in suo Codi. tit. de Malefic. & mathem. defen. 1. ob eam rationem, quia expedit pro bono publico prouinciam malis horninibus purgari l. 1. de officio Præsidis.

133 Rectè tamen defendit Carena dict. §. 6. nu. 71. quod tales mulieres sortilegæ præter flagellationem, sint relegandæ in certum locum, vbi possint diligentius obseruari, ne alias prouincias inficiant. ita ille cum Canter. de hæreticis cap. 1. n. 55. cum Præses Abauo in praxi §. Sortilegium n. 98. affirmante quod huiusmodi mulieribus exilium præbeat occasionem Maleficia continuandi, ergo iniungenda eis relegatio in loco determinato.

134 Sed quid si pœnam exilii ad quam aliquis condemnatus est, non exequatur? Audi circa hoc Carenam dict. §. 6. nu-

me-

mero 75. sic resoluentem.

135 Quomodo autem, inquit, puniendus sit, qui exilio mulctatus ad tempus illud frangit, de hoc est textus l. relegati, ff. de pœnis, Vbi I. C. ait, quod duplicatur exilium, & sic Sen. Noster Mediol. indistinctè obseruat, quod exilio mulctatus infra decennium puniatur duplicatione temporis quod restabat ad exilium quando illud fregit; Si verò iussus erat ad decennium exulare, punitur exilio perpetuo; & si perpetuo exulare debebat punitur pœna mortis. ita Clarus in praxi, §. fin. quæst. 71, versic. Quæro qua pœna, & idem obseruat senatus in condemnatis ad Triremes, & aufugientibus ab eis benè in hac materia fractionis exilij videndus Giurba cons. crimin 47. num 21. & seqq. vbi more suo plures in hac re casus distinguit, & erudite discurrit Ergo vltra ea, quæ dixi in titulo de non implentibus pœnitentias, dico quod regulariter dispositio dictæ l. relegati obseruãda videtur etiam in hoc tribunali Cantera de hæret. cap. 1. num. 60 hæc ille & plura, quę videas apud ipsum; dum generaliter non discutio qualiter agendum cum non adimplentibus pœnas, vel pœnitentias.

136 Circa pœnam denique detrusionis in Monasterium vix quidquam occurrit dicẽdum, nisi quod cum olim frequenter delinquentibus maxime contra fidem infligi soleret, hodiè nullus, aut rarus sit eius vsus, vt manifestè constat ex praxi omnium ferè Tribunalium sancti officij ita Iul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 70. versic. aliæ sunt, & cum eo Carena dict. tit. 13. §. septimo n. 78. & num. 79. proponit aliqua exempla huiusmodi detrusionis, sed de his nos opportu-

137 nius cap. sequenti. Addit autem ibidẽ ipse Carena, se vidisse loco dictę detrusionis in monasterium, recludi præsertim mulieres in aliquo hospitali, & damnari ad inseruiendum ibi gratis per aliquid tempus.

138 Atque hæc pœna, seu pœnitentia inseruiendi ægrotis in Hospitali etiam, sine dicta reclusione censetur proportionata reis sancti Officij, hincque nostrum Tribunal Melitensi quandoque eam me cooperante inflixit.

139 Potest verò talis detrusio in Monasterium dupliciter iniungi, vel primo, & per se attenta qualitate delicti, & personæ vti fuit à sancto officio Militensi iniuncta per decennium cuidam honestæ mulieri, quod reperiretur non solum valde indiciata, sed etiam quasi per confessionem duorum cõpletum de cooperatione principali ad occisionem cuiusdam familiaris huius sancti Officij Militensis, atque ob ætatem ingrauescentem apta non esset torturæ.

140 Secundo potest iniungi per commutationem alterius pœnæ, vt carceris de quo Simanchas cathol. instit. tit. 16, num 16. Pegna 2. par. direct. in cap. Excommunicamus 2. num. 5. de hæret. & comment. 46. Farin. de hæresi quæst. 193. §. 5. num. 105. & Sousa lib. 3. Aphorism. cap. 8. num. 5. vbi absolutè affirmant quod pęna carceris commutari possit in peregrinationẽ, vel reclusionẽ in aliquo monasterio. Ratio huius est quod pœnæ extraordinariæ omnes sint arbitrariæ, ac proinde ob rationabilem causam vna in aliam commutari meritò debet.

141 Vltimo loco audi Carenam ibidem circa hoc diuersimodè sic loquentem. De hac inquit pœna detrusionis in monasterium, vide Renatum Choppinum, de sacra Politia Forensi, lib. 2. tit. 3. num. 18. & seq. vbi tamen ait, Monasteria non tam supplicij loco haberi quam portus motuum humanarum tempestatum: ibi plura refert exẽpla Imperatorum Regum, & aliorum Principum, qui mundi vanitatibus spretis, in monasteria se se receperunt, ibique Deo viuentes sanctissimi vixerunt, ac pijssimè in Deo obijerunt, hæc ille quibus finem Regulæ imponimus.

De pœna portandi habitum, seu Saccum benedictum? de pœna item audiendi Missam in forma pœnitentis quid?

REGVLA CCCCLXXXX.

142 SEcundum antiquam consuetudinem iugiter, & vbique seruatam, infligitur reis sancti Officij pęna ferendi habitũ communiter vocatum, habitellum seu Saccum benedictum, in quo est depicta ante & retro Crux sancti Andreæ, rubei, vel

143 crocei coloris. Solet autem infligi non omnibus, sed ex certa doctrina conuinctis de hæresi, vel apostasia ex probabili etiam violenter, aut vehementer suspectis de eadem, saltem indutis habitello cum dicta cruce dimidiata, idque vel in perpetuum, vel ad tempus, vel tantum dum sententia condemnatoria in actu publico profertur.

144 Pœna item audiendi Missam in forma pœnitentis, quidquid sit de vsu antiquo, nunc sic imponitur, vt reus sancti officij stet prę foribus Ecclesiæ cum candela accensa in manu, dum Missa celebratur.

145 TRactant bene de hac pœna portandi habitum pęnitentialem crucibus signatum Zanchinus tract. de hæret. cap. 20. num. 3. & ibi Campegius, Repertorium Inquisit. verb. Crux §. qualiter redeuntes. Simanch. de cathol. instit. tit. 47. num. 9. 12. & seq. Ioan. Rojas, singul. 1. n. 23. copiosius, & præ cæteris Pegna 3. par. Direct. comment. 42. num. 175.

146 Ac primo affirmat eius Originem esse antiquissimam, deducitque fundamentũ eius ex Sacra Scriptura vbi volentes placare

re Deum iratum ob scelera enormissima commissa, & veniam, ac benedictionem ab eo obtinere saccis induti proponuntur, vt apparet in casu Achab.lib.3. Regum, cap.21. cum enim per nefas vineam Naboth possedisset, commissi delicti pœnitentiam acturus, vestimenta scindens saccum posuit super carnem suam. cap. Achab. de pœniten. distin. 3. & cap. in capite Quadragesimæ.

147 Hinc saccum istum, seu habitum pœnitentialem, nuncupatum ab Italis, Abitello, in Hispania licet alij vocent, Sacamarreta, alij tamen Santbenito communiter appellant, quasi saccum benedictum, eo quod sit aptus ad agendam pęnitentiam, per quam reus à Deo benedicitur, & saluatur, ita interpretantur, & benè Ioann. Rojas, & Pegna loc.cit.

148 Prosequitur ibidem Pegna in inuestigando magis vsum antiquum dicti habitus pęnitentialis, & formam eius peculiariter pro nostris Tribunalibus Sancti Officii, aitque iam fuisse vsitatum tempore, quo ipsa cum iurisdictione delegata instituí cęperunt contra hæreticos Albigenses, vt diximus in Prolegomenis, & ostendit ille ex primo Concilio Tarraconensi, relato per Eymericum par.2.direct. vbi tit. de formis pęnitentiarum, S.credentes, versic. & portent duas cruces. Fit etiam mentio huius habitus pęnitentialis cum duplici cruce in quibusdam litteris, siue sententijs Sancti Dominici, quas ad verbum refert Camillus Campegius apud Zanchinum de hæreticis cap.20.

149 Confirmatur ex Concilio Tolosano, contra hæreticos celebrato ad annum Domini 1229. A quo de dictis crucibus gestandis in habitu pęnitentiali sic dispositum per sequentia verba. In detestationem quoque, inquit, veteris erroris duas cruces portent de cætero altius præminentes, alterius coloris, quam sint vestes eorum, vnam à dextris, & alteram à sinistris: nec propter cruces excusetur aliquis, nisi habeat litteras sui Episcopi testimoniales de reconciliatione ipsius hactenus ibi.

150 Verum cum adhuc dubitaretur, quonam modo, & cuius coloris cruces huiusmodi essent conficiendæ, post aliquod tēpus à Concilio Biterrensi cap. 26. decisum hoc dubium sic: In detestationem etiam erroris veteris portent in superiori veste duas cruces coloris crocei longitudinis duorum palmorum, & dimidij, latitudinisque duorum, & in se trium digitorum habentes latitudinem, vnam anterius in pectore, & aliam posterius inter spatulas, vestes in quibus cruces portauerint coloris crocei non habentes, superiori veste intellecta; supra quam in Domo, vel extra alia non portetur. hæc

151 ibi, & plura, quæ affert citatus Pegna ostendens Eymericum 3. par. direct, in 6. modo terminandi processum fidei secundum mentem Concilij Biterrensis de dict. habitu pœnitentiali cum duplici cruce ante, & retro ad formam illius, in qua crucifixus S. Andreas, benè fuisse locutum.

152 Est autem non leue dubium inter Doctores, quibusnam reis condemnatis à Sancto Officio sit iniungenda pœna habitus pœnitentialis? Concordant omnes, quod debeat iniungi quibuscunque reconciliatis ab hęresi, vel apostasia formali, cui corde adhæserunt. Vt certum tradunt ex vniuersali praxi quorumlibet Tribunalium sancti Officij Simanchas de Cathol.Instit.tit.47.rubr. de pœnitentibus, & conuersis num.9. & seqq. Zanchin. in tract.de hęretic.cap.20. post num.3. & ibi Campeg. in additionib. littera F. Repertor. Inquisit. in verb. pœna num. 10. & cum alijs relatis Farinac.de hæresi, qu. 193.num.91.

153 Sed quid circa suspectos de hæresi, vel apostasia? istis posse imponi pœnam habitus pœnitentialis cum prędictis duabus crucibus, si suspicio sit violenta: secus si vehemens, & multò minus, si tantum leuis, Docent Eymericus 3. par. direct. rubrica de 6. modo terminandi processum fidei, num.172. versic. At tenendum autem, & ibi Pegna comment. 42. versic. Quoniam verò, Bonifac de Vitalinis in rubric. de crimine hæresis post nu. 6. versic. item quia, Læl. Zecch. in summa. par. 1. tit.de fide, rubr.de hæresi, cap. 11.nu.18. & alij quibus cum vtrumque probabile indico.

154 Quamquam circa suspectos vehementer de hęresi, vel apostasia aliter resoluit Castrus Palaus tract. 4. disput. 7. punct. 1. num.10 cuius resolutionem probabiliter etiam admitto saltem ob tanti viri auctoritatem: audi eam propriis ipsius verbis.

155 Quæ omnia, inquit, obseruari vidi in publicis actibus fidei: in quibus vehementer suspecti, ob aliquos ritus Iudaicos publicè errores abiurarunt; & pęna pecuniaria Sancti Officii sumptibus applicanda condemnati sunt, alij verò ad exilium, Neque illis fuit positus saccus pœnitentialis, crucibus integrè signatis, sed solum dimidiatis, qui tamen saccus facta abiuratione illis sublatus fuit.

156 hęc ille. Atque vltimum de crucibus dimidiatis esse valdè notandum affirmat Diana 4. par. tract. 7. Resolur.3.& ego similiter affirmo. Hincque deduco iuxta praxim cuiusque Tribunalis Sanctę Inquisitionis esse id seruandum de habitus pœnitentialis pœna his, vel illis reis reconciliatis infligenda.

157 Quoad circumstantiam verò temporis quamdiu hi, quibus imponitur habitus penitentialis, ipsum gestare debeant, varius admodum est vsus talis impositionis,

tionis, vel gestationis. Nam hęc aliquando solum durat per illud breue tempus, quo fit reconciliatio, & abiuratio, qua finita, habitus pęnitentialis reconciliato omnino aufertur. Patet ex testimonio Castri Palai num. 155. adducto, & ex vsu nostri Sancti Officii Melitensis, in quo per plures vidi gestantes habitum pęnitentialem dum abiurarent solummodo, & actus condemnationis, ac reconciliationis perficeretur.

158 Aliquando item condemnantur rei Sanctæ Inquisitionis ad ferendum saccum benedictum per aliquod longum tempus: circa hoc, & circa alia prædicta audiamus Eymericum vltimo citatum.

159 In primis, inquit, quod statim induaris supra omnes vestes, quas defers, veste liuida admodum scapularis Monachi, sine capucio facta, ante, & retro habente cruces de panno croceo longitudinis trium palmorum, & latitudinis duorum, quam vestem deferre habeas super omnes vestes alias per tantum tempus (Exprimatur vnius anni, vel duorum, vel plus, vel minus, prout culpa exegerit delinquentis) & nihilominus, quod cum dicta veste, & crucibus stes in porta talis Ecclesiæ, tali, & tanto tempore, scilicet in quatuor festis principalibus gloriosæ Virginis Mariæ talis Ecclesiæ. hæc ille.

160 Possunt denique condemnari, vt sæpius de facto condemnantur Apostatæ, aut hæretici formales ad pœnam dicti habitus in perpetuum. tradunt vt vercertum ex mente omnium Eymer. & Pegna citati, & solet hæc perpetuitas extendi etiam post mortem condemnatorum, cum tunc sacci benedicti appendantur in aliquo loco publico, vt extet semper memoria talis condemnationis, in dedecus, ac infamiam perpetuam illorum, ipsisque coniunctorum. Constant

161 manifestè ista ex cuiusque Tribunalis Sanctæ Inquisitionis exemplaribus, præcipuè nostri Melitensis; cum ab antiquo in Ecclesia Cathedrali appensi conspiciantur aliqui sacci benedicti hæreticorum, qui olim per ipsum condemnati fuerunt.

162 Hic autem videtur aliquid addendum circa dispensationem in gestanda veste crucibus signata; sed quia infra cap. 9. opportunior occurret locus dicendi, cum de dispensando in aliis pœnis reorum Sancti Officii agemus, nunc obiter tantum attingo cum Eymer. 3. par. direct. in 8. modo terminandi processum fidei, & ibi Pegna comment. 44. numer. 196. Simancham de catholic. institut. titul. 47. num. 10. & cum alijs, quod difficulter sit dispensandum in pœna ista portandi habitum pœnitentialem cum duplici cruce.

163 Quia etiam subiungit Pegna per sequentia verba: Iam, inquit, quod hic refert Eymericus de non concedenda facilè dispensatione in deponendis crucibus locum etiam habet, cum cruces pœnitentium suspensæ sunt in Ecclesiis illis in quarum parœcijs habitant illi: neque enim indè facilè debent amoueri: imò si vetustate labantur, renouandæ sunt inscriptis nominibus illorum, quorum palliamenta fuerunt, vt extent in perpetuum ea signa, & monumenta impietatis, vt eo horrendo, & formidando infamiæ spectaculo homines à committendo tàm graui scelere auocentur: neque hoc est recens inuentum, vt alibi plenius dixi. hæc Pegna, & rectè quidem.

164 De pœna tandem audiendi Missam in forma pœnitentis accipe vnum verbum: eius fit copiosa mentio in cap. statuimus, de Maledicis, contenta in eo textu, sunt huiusmodi.

165 Statuimus, inquit, vt si quis contra Deum, vel aliquem sanctorum suorum, & maximè Beatam Virginem linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumpserit per Episcopum suum pœnæ subdatur inferius annotatæ, videlicet, vt septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto (dum aguntur Missarum solemnia) blasphemus existens, vltimo illorum die dominico pallium, & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum septemque diebus præcedentibus vi. ferijs in pane, & aqua ieiunet

166 Ecclesiam nullatenus ingressurus. Quolibet quoque prædictorum dierum tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum. Et si nec ad hoc eius suppetant facultates, id in pœnam aliam commutetur, cui etiam renuerit, recipere, ac peragere pœnitentiam supradictam, Ecclesiæ interdicatur ingressus; & in obitu Ecclesiastica careat sepultura. Per

167 temporalem præterea potestatem, coërtione (si necesse fuerit) Episcopi diœcesa, adhibita contra eum, blasphemus si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin Triginta, siue Viginti, & si ad id non sufficiat, quinque solidorum vsualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus: quod etiā inter alia communitatum statuta ponatur. hæc ibi.

168 Quæ conueniens duxi hic per extensum apponere, vt statim clarè prospicias differentiam temporum, & quomodo olim blasphemo pœna ista audiendi missam in forma pœnitentis admodum rigorosè imponi cõsueuerit: hodie verò rei Sãcti Officij solum stant semel præforibus Ecclesię cum candela accensa in manu, dum fit Sacrum Missæ sacrificium in die festo, præuio sono campanæ, vt benè notauit Ca-

169 rena dict. tit. 13. §. 10. Subdens, quod blas-

blasphemo aliquando iniungatur, vt ibi stet genuflexus, lingua intra duo ligna alligata. Vide circa hanc pœnam Canter. in quęst. criminalibus tangentibus pœnam delictorum, cap. 4. num. 4. versicul. quoad. Atque his Regula finem imponamus.

Quænam pœnæ pro Religiosis in Sancto Officio? Quænam vero pœnitentiæ salutares pro quibusuis in eo reis? Qualiter item iniungendæ?

REGVLA CCCCLXXXXI.

170 Attenta obligatione status Religiosi vti in obseruantia legum omnium, ac in exercitio virtutum ad perfectionem tendendo, maiores semper progressus facere tenentur; ita si à recto declinent, & in materia præcipuè contra fidem delinquant, peculiares pęnæ, statim indicandæ, præter explicatas pro alijs reis Sancti Officij, meritò illis infligun-
171 tur. Hęreticis item, & apostatis, aut de hæresi, & apostasia suspectis solent iniungi pœnitentię salutares, vt ieiunium, Oratio, Eleemosyna, & præsertim fre-
172 quentia Sacramentorum. Verum in Vtrisque imponendis inclinandum potius Inquisitoribus ad Clementiam, & misericordiam, quam ad crudelitatem, & seueritatem, circumstantijs omnibus delicti, personarum, loci, temporis, &c. benè perpensis, ac legitimè seruatis.

---

173 Non est nostri instituti plura contexere de obligatione stricta Religiosorum ascendendi ad gradum perfectionis (vide circa hoc Sanctum Thomam 2.2. quæst. 186. & ibi eius interpretes,) sed vt obiter de ea innotescat, & qualiter illi ipsius obliti, si delicta maximè contra fidem Catholicam committant, peculiaribus pænis à Sancto Officio debeant puniri. Patet ex litteris supremi Tribunalis Hispaniarum directis ad Inquisitores Regni Siciliæ sub data primo Iulij 1580. quarum meminit Diana par. 4. tract. 7. Resol. 7. & tradunt, vt certum Paramus de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 10. num. 166. Castrus Palaus tract. 4. disput. 9. punct. 11. num. 2. & Cæsar Carena, 3. par. tit. 13. §. 11. num. 88.

174 Quamuis autem dicti auctores Paramus, Diana, & Castrus de solis Confessoribus sollicitantibus loquantur, quod hi peculiaribus pænis sint, ob istud grauissimum delictum mulctandi, benè tamen ait Carena ibidem, idem esse dicendum de Religiosis, aliter delinquentibus in quouis casu Sanctæ Inquisitionis. Atque rectè exemplificat ipse persequentia verba.

175 Vnde superioribus, inquit, annis in nostra Congregatione Cremonæ de Ordine Sacræ Coongregationis, quidam regularis, qui temerè inciderat in Constitutiones Pauli V. & Gregorii XV. in materia Conceptionis editas, fuit condemnatus, vt propositiones, scandalosas & piarum aurium offensiuas publicè in eodem loco, in quo eas prædicauerat, reuocaret, & vlterius fuit priuatus voce actiua, & passiua, ac munere concionandi, & lectoratus, cum aliis pœnitentiis salutaribus. ita ille.

176 Pęnę autem quæ peculiariter Religiosis delinquentibus à Sancto Officio infliguntur, vt plurimùm solent esse istæ priuatio vocis actiuę, & passiuæ priuatio muneris concionandi, ac legendi, audiendique confessiones saltem mulierum, quòd in capitulo Religiosorum bis in anno reo præsente sententia Inquisitorum legatur: Quòd à suis Religiosis flagelletur, præsente notario Sancti Officii, quòd vltimam sedem in choro, & Refectorio habeat, & aliæ, de quibus citati Paramus, Diana, & Castrus agunt; præter communes reliquis reis, quæ simul cum particularibus infligi Religiosis possunt.

177 Proponit Exemplum Carena dict. nu. 88. versic. sic, & in solemni, cuiusdam religiosi Ordin. Min. Obs. Fr. Marcellis de Pattis, qui eo quòd temerarie se Sanctum, impeccabilem, ac confirmatum in gratia finxerit, ac alias propositiones temerarias, & scandalosas protulerit, per Tribunali Siculum Sanctæ Inquisitionis fuit condemnatus ad triremes per triennium, relegatus item per aliud biennium in Conuentu suæ Religionis ei assegnando, Item quòd singulis diebus Veneris ieiunet in pane, & aqua; & comedat in terra in Refectorio, ac incedat sine capucio, atque in Choro, & Refectorio vltimo loco sedeat, Tandem priuatus in perpetuum voce actiua, & passiua, facultateque audiendi confessiones quorumcunque.

178 Sequitur iam aliquid communi proferamus de pœnitentiis salutaribus, quæ quibusuis reis Sancti Officii, siue hæreticis, vel apostatis, siue de hæresi, vel apostasia suspectis vltra pœnas condignas, iniungi consueuerunt; nempè Ieiunia, Orationes, Eleemosynæ, Peregrinationes, & aliæ,

De eis egregiè tractant præsertim Zanchinus de hæreticis cap. 20. (ab isto reliqui accipiunt) Pegna 3. part. direct. comment. 17. versic. in his autem, & Carena dict. tit. 13. § 12. num. 89.

179 Duo autem notat optimè idem Carena, primum eodem num. 89. & cum Pegna citato, quod cum huiusmodi pœnitentię salutares reis vti ægris applicentur in medicinam, debeant applicari illæ, quæ sunt Morbis contrariæ. Vnde illi reo, qui noluerat ieiunare, orare, nec diuina officia audire, expedit imponatur, vt ieiunet, oret, & sacra audiat.

180 Secundum notat ipse Carena num. 90 quod præcæteris pœnitentijs, salutaribus semper sit iniungenda illa, quæ spectat ad Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentiam. Nam sacramenta ista magnam vim habent ad vitanda peccata, remouendas occasiones eorum, & ad perseuerantiam in fide à Deo obtinen-
181 dā. Atq; ita seruari in Tribunalibus Italiæ, Sancti Officij elicitur ex par. 8. Mass. in forma sententiæ contra suspectum de vehementi, ibi, Et per penitenza salutari ti imponiamo, &c. & infra, che durante il tempo di detti sette anni confessi sacramentalmente, &c. seruari etiam in Tribunalibus Hispaniæ Sancti Officij innotescit ex similibus sententijs penès Paulum Garz fol. 34. ibi, y que todos los Domingos, y fiestas vaya a oyr la Missa mayor, &c. y los Sabados, &c. reze cinco vezes il Pater nuester, &c. y se confiesse, y reciua el Sanctissimo Sacramento del Altar. ita ibi, & nihil amplius addendum.

182 Tandem quod Inquisitores in pœnis, & pœnitentijs imponendis potius ad clementiam, & misericordiam, quam ad seueritatem, & nimium rigorem inclinare debeant. Docent omnes, pręcipuè Simanch. de Catholic. Instit. tit. 47. num. 79. & Carena dict. tit. 13. §. 13. num. 91. pariterque ex illo Iacob. epist. canon. cap. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. & ex illo Prouerb. 3. Misericordia, & Veritas te non deserant, Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam coram Deo, & hominibus.

183 Nulla tamen Misericordia, vt bene ait ibidem Carena num. 92. cum hæretico impœnitente vtendum: perpendenda item atrocitas delicti, & an hoc fuerit cõsumatum, vel an solus ad ipsum conatus adhibitus, attendendum etiam ad circumstantias loci, temporis, & personæ delinquentis, quę iam ex alibi traditis innotescunt: Vnde iam Regulæ, & capitis finem imponamus.

CAPVT VIII.

De quorumcunque Delinquentium contra fidem pænis tam ordinarijs, quam extraordinarijs, seu arbitrarijs in materijs particularibus, seu casibus quibusuis occurrentibus, & de probatione aliquando delicti ad eas incurrendas?

PROOEMIOLVM

1 HActenus explicata sufficienter pro nostro tenui captu, diuisione vniuersali pœnarum contra reos Sancti Officij, nimirum trimembri, spiritualium, temporalium, & corporalium, nihil deesse videbatur pro complemento huius Sexti Libri, & totius Operis Nostri, nisi aliquid attingere de earum exequutione, vel omissione, aut ex parte saltem dispensatione, prolata sententia in solemni actu fidei, aut ea reuocata, si potest reuocari; Cæterum ante complementum huiusmodi, conuenientissimum duxi, toto isto capite octauo, quoscunque, & singulos casus pœnarum contra reos à Sancto Officio condemnatos percurrere, ac peculiariter exprimere, vt de
2 praxi in eis puniendis magis in specie, ac simul innotescat. Quamuis enim in decursu totius operis, pro occasione quandoq; oblata, non nihil de diuersis huiuscemodi pœnarum casibus à nobis sit sæpius dictũ, & in non paucis ad sufficientiã traditũ, præstat tamen vniuersos in vnũ coniungere, & simultaneã omniũ notitiã DD. Inquisitorib. ac Ministris Tribunaliũ SS. Inquisitionis præbere, vt ab oculos facilius eos habentes, id quod expetunt pro puniendo
3 quouis reo, vix vllo labore possint inuenire. Sequor in hoc vestigia plurium. vt Antonii Sousę, qui in diuersis locis suorum Aphorismorum pœnas quascunque in particulari contra reos Sancti Officii exprimit, & tamen postea lib. 3. de eisdem peculiare caput instituit, nempè 27. Similiter Cæsar Carena per totam secundam Partem sui Tractatus de officio Sanctiss. Inquisitionis in vnoquoque titulo ostendit pęnas illis delictis, de quo agit, & nihilominus in fine 3. par. toto tit. 13. easdem in communi, & in particulari de-

4 ri declarat. Vltra expressionem verò dictarum pœnarum in particulari, toto hoc cap. 8 attingemus nonnulla, quæ fortè suis locis omissa, aut non satis indicata, præcipuè quod spectat ad sufficientem probarionem delictorum contra fidem catholicam, & istorum pœnæ in totum, aut ex parte incurrantur.

Veris hæreticis, aut apostatis, vt pœna Ordinaria imponatur, quænam probatio delicti requisita? Sufficit ne per testes singulares?

REGVLA CCCCXCII.

5 QViuis hæreticus, vel apostata à fide Catholica formaliter pertinax saltem in foro externo, tametsi ex rigore iuris possit condemnari ad pœnam Ordinariam per solam depositionem duorum testium, contestium, idoneorum, hodie tamẽ iam tenet praxis plurium Tribunalium Inquisitionis præsertim Hispanicæ, vt ad talem condẽnationem necessariò tertius contestis similiter omni exceptione maior adiũgatur.

6 Præterea iux tà dictam praxim ex duabus semiplenis probationibus reo Sancti Officij, licet alia adsint indicia contra eum, pœna ordinaria nequaquã insligitur: quam quam oppositum probabilitate non caret.

7 Ex multis item testibus singularibus adminiculatiuę singularitatis circa eandem speciem hæresis concordantibus, delatus pœnæ ordinariæ subijci valet: at sententia negatiua, vbi benignior, & fauorabilior, probabilis meritò censetur.

8 PRæmittitur hæc Regula communem continens doctrinam, quæ lucem præbebit sequentibus, quorum iam alibi meminimus. Cum autem pęna ordinaria, seu statuta à iure veris hęreticis, vel apostatis sit ad modum grauis, nempè mors naturalis, per traditionem brachio sęculari, ac carcer perpetuus, seù immuratio, vt vidimus capite pręcedẽdi Regula 486. & 487. expendenda duo hic diligenter, primum quinam sint veri hęretici, seù formaliter pertinaces, Secundem quę probatio delicti requiratur, vt rei Sancti Officij dictis pœnis mulctentur. Atque pro primo supponi-

9 mus omnino certũ ex D. Thoma 2. 2. quęst. 11. art. 2. ad Tertiũ & ex D. Augustino Epist. 162. haberurque clare in cap. dixit Apostolus, & cap. in Ecclesia, 24. quęst. 3. nullam esse hęresim sine pertinacia, constatque ex eius definitione; nempe Error voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinacia assertus ab eo, qui fidem recepit, ita omnes DD.

10 Est autem difficultas admodum grauis, in ostendendo quænam sit hęc pertinacia, sine qua nullus existit hęreticus? De hac iam ex professo in primo libro egimus, sed cum ex ibi traditis nudus difficultatis non videatur omnino solutus, & adhuc circa ipsum non paucorum torqueantur ingenia pro maiori claritate aliqua, nunc ad-

11 dentur, Reiecimus tunc, & meritò opinionem iurisperitorum, vt Alciat. in l. 2. C. de sum. Trin. & fide Cath. nu. 3. Menochij volum. 2. consil. 149. num. 49 & aliorum armantium, nullum esse hæreticum pertinacem, nisi prius fuerit admonitus, vt resiliat à suo errore contra fidem catholicam.

12 Resoluimus, itaque cum communi Theologorum, maximè recentiorum, vt Valentiæ, tom. 3. disput. 1. quæst. 11. punc. 1. Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 7. numer. 4. Vasquez 1. 2. quæst. 76 artic. 7. disput. 126. cap. 3. Filliuccij, tom. 2. tract. 22. cap. 6. n. 153. Castri Palai, tom. 1. tract. 4. dispur. 3. punct. 2. num. 1. & aliorum, non esse necessariam talem admonitionem (Excepto vno casu statim indicando,) sed sufficere, si quis sciens aliquid esse de fide deliberatè illud non cedat, & aduertens suam opinionem esse contrariam sensui Ecclesiæ Catholicę neglecta tamen eius authoritate, persistat in sua opinione.

13 Notat verò benè Diana 4 par. tract. 7. Resolut. 36. cum Lorca in 2. 2. D. Thom. quęst. 11. art. 2. disput. 41. num. 8. quod prædicta Doctrina habeat locum non solum pro foro conscientiæ, sed etiam pro foro externo. Si enim respectu istius requireretur admonitio ad pertinaciam, paucissimos hæreticos condemnarent Tribunalia Sanctissimæ Inquisitionis, cum quiuis ex illis se defenderet affirmando, quòd non fuerit admonitus & hinc detrimenta maxima reipublicæ Christianæ prouenirent.

14 Dein resoluimus, quod impeditur pertinacia ad hæresim requisita per quamcumque ignorantiam, non solum crassam, & supinam; sed etiam affectatam, si hæc affectatio procedat tantum ex tædio addiscendi, vt si quis velit aliquid ex rebus fidei ignorare, quia tædet eum discere, & hoc modo error in illis non est hæresis, secus, si affectet, ignorare, quis ex falsa opinione contra Ecclesiam, eo quod iudicet, nullius, aut parui momenti esse, quæ ab ipsa creduntur, aut credenda proponuntur, ita Vasquez 1. 2. disput. 126 cap. 2. Canus de loc. Theol. lib. 11. cap. 9. Becan. tom. 3. in 2. 2. cap. 14. quæstion. 2. num. 16. Sanctarellus tract. de hæresis, ca. 1. dub. 5. num. 23. disput. 3. punct. 2. num. 3. & alii.

15 Atque hic etiam optimè aduertit Diana dict. resolut. 36. vers. Notandum tamen, cum citato Castro Palao numer. 5

 Sou-

Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 12. num. 14 & cum aliis citandis supradicta de ignorantia, quod impediat semper pertinaciam, intelligenda esse, quoad forum conscientiæ. Quippe in foro externo, ac iudiciali, si quis errans in fide alleget ex ignorantia errasse non creditur ei, quando error commissus fuit in illis, quæ vnusquisque ratione officii, vel status scire tenetur. Quare errantes in articulis fidei, & præceptis Decalogi ex malitia præsumuntur errare.

16 Circa hoc audiamus Arnal. Alberti, de agnoscen. quæst. 30. num. 37. Si verò, inquit, sumus in casu, quod aliquis negaret articulum diuulgatum, vel contentũ in symbolo, quem tenetur explicite, & distinctè credere; tunc ea quo est præsumptio violenta contra eum, quod veritatem illius non ignoret per proximè allegata, sed quod illum asserit scienter, & non ignoranter, ideò pertinax hereticus est iudicandus, quamuis dicat separatũ corrigi. Pro hoc est argumentum sorte in cap. super quibusdam, §. 1. de verb. signif. cap. contra Christianos de hæreticis in 6. ita ille. Eadem ferè adducit. Siman. de Cath. instit. tit. 28. num. 13.

17 Nihilominus meritò huic doctrinæ ex mente Deciani lib. 5. cap. 39 nu. 11. Syluestri verb. Hæresis nu. 1. Pegnæ 2 par. direct. Commen. 1. Sanctarell. de hæret cap. 1. dub. 6. num. 29. Dianæ citati, & aliorum, adhibenda est limitatio respectu personarum simplicium, & hominum rusticorum, de quibus probabiliter præsumitur, quòd ignorent verè Catholicas aliquos veritates aut etiam articulum fidei non ex illis, qui solent in Ecclesia solemnizari. Tales enim rustici sic ignorantes haberi in foro externo debent non vt formaliter hæretici, sed solum tanquam suspecti de hæresi, & con-

18 sequenter arbitrio iudicis puniri. Cum tamen contigere possit, vt quoad forum conscientiæ quis rusticus, aut simplex ignoret inuincibiliter, seu inculpabiliter articulum aliquem fidei saltem ex non solitis solemnizari, vti contigit in Ciuitate cæsareugustana Regni Aragoniæ, vbi vetulus rusticus plusquam Octuagenarius, dum ferè animam efflaret, articulum resurrectionis Corporis nostri à quodam sacerdote Iesuita didicit, & statim cum summa lętitia ob solam notitiam tunc acquisitam, & signis claris saluationis æternæ spiritum Deo reddidit; vti ab illo audiui.

19 Restat præcipuum punctum difficultatis propositæ circa hunc maximè casum, qui potest sæpius occurere quando quis vere baptizatus in ætate infantili, educatur inter hæricos, aut infideles, ac ita adhæret sectæ, aut religioni eorum, vt iudicet esse veram, & posse in ea saluari. nùm iste talis sit censendus hæreticus pertinax, si monitus ab Inquisitoribus, vel ab Episcopo de suo errore adhuc in ipso perseueret?

20 Duæ sunt circa hoc oppositæ sententiæ grauissimorum auctorum, prima negans asserit non sufficere ad pertinacem hæreticum constituendum, etiam si ille sic educatus inter hæreticos, aut infideles, & adhærens eorum sectæ, admoneatur de suo errore non solum à viris grauissimis, & doctissimis, sed etiam ab Inquisitoribus, & ab Episcopo. Ratio est, quia dum ipse iudicat, suam opinionem non esse contra sẽsum Ecclesię Romanæ, ipsosque Inquisitores, ac Episcopum decipi, nequaquam est verus hæreticus; cum ad hunc statum requiratur, vt ipse credat se opinari aduersus Ecclesiæ doctrinam. ita Saytus de censu. lib. 3. cap. 4. nu. 17. Valentia tom. 3. disp. 1. quæst 11. punc. 1. difficul. 4. Sanchez in Decal. lib. 1. cap. 7. nu. 25. Torres de Trinit. qu. 32. art. 4. in 4. par. Comment. Sanctarell. de hæret. cap. 1. dub. 6. nu. 28 & alij, ab ipsis relatis.

21 Altera sententia defenditur à pluribus vt à Bartolo in l. Tutor, §. Tutores, nu. 1. ff. de suspectis tutor. Vgolino in Bull. cænæ, par. 2. cap. 1. §. 1. nu. 10. Rebuffo in Bull. cæn. excõmun. 1. art. 1. verb. hæret. Pegna 1. par. direct. comment. 26. Duardo super eand. Bull. Cæn. lib. 2. can. 1. quæst 25. nu. 4. Farinac. de hæresi, quæst. 169. nu. 10. Simanch. de Cathol. instit. tit. 48. n 18. & ab alijs oppositum affirmantibus, quòd talis sic admonitus ab Episcopo, vel ab Inquisitoribus, aut à viris doctis de mandato eorum si non resiliat à suo errore, fit verus hæreticus pertinax, quia tunc iam iudicat, & credit contra Sensum Ecclesiæ Romanę, huiusque auctoritati resistit.

22 Sub distinctione resoluunt benè alij asserẽtes primam sententiam negatiuam procedere in foro conscientiæ, secundam verò affirmatiuam in externo, & iudiciali, ita Suarez de fide, disp. 19 sect. 3. nu. 21. Vasquez in 1. 2 tom. 1. disp. 126. cap. 3. nu. 7. Merolla in disp. Theol. tom. 1. disp. 1. tract. 2 nu. 183. Lorca in 2. 2. D. Thoma, quæst. 11. ar. 2. disp. 41. nu. 20. & Diana dict. Resolut. 36. vers Tertia opinio, quibus vti verius, & probabilius sentientibus libenter ad hæreo, maximè cùm hæc resolutio clare innotescere videatur ex cap. Ad Abolendam, extra de hæreticis.

23 Vndè mirum, quòd Castrus Palaus ab ea recedat, & solus ipse dicat, sententiam affirmatiuam esse tenendam in vtroque foro, cum sit dispar ratio vtrusque: Nam si ille baptizatus in infantia, & educatus in secta hæricorum, vel infidelium post admonitionem factam ab Episcopo, aut ab inquisitoribus, vel à viris doctis ad id per eos deputatis, nolit resipiscere, & fidem Catholicam amplecti, quamuis in consciẽtia forte sit tutus, in foro tamen externo, & iudiciali, censendus est, & condemnandus vti verus hæreticus pertinax indè rectè ostendit Lorca, vt refert Diana loc. cit.

24 Quoniam ad iudicium cuiuscunque causæ,

sæ, & cuiuscunque hæretici non oportet Ecclesiam congregare, neque summũ Pontificem adire, & oportuit esse peculiares iudices, quorum iudicio causa finiatur; prę sertim cum hi prudenti semper, & maturo examine procedant, nec nisi in certis, & manifestis sententiam proferant. ita ille, atque hæc pro decisione prioris.

25 Quoad posterius, quod præcipuè continetur in Regula nostra, de probatione requisita delicti, vt verus hæreticus, aut apostata pertinax pœna ordinaria mulctetur, di-
26 uersa occurrunt dubia expendenda, Primũ an ad effectum sic mulctandi sufficiat depositio duorum testium contestium, omni exceptione maiorum? Negatiuè respondēt aliqui, vt Eymeric. 3. par. direct. quæst. 71. Albertin. de agnost. quæst. 34. nu. 3. & Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 5. nu. 5. Ducũtur eo fundamento, quia in Tribunali Sanctę Inquisitionis non publicantur nomina testium, & hinc isti non censetur idonei, nec omni exceptione maioris, cùm reus nequeat aliquid obijcere contra eos, quorum nomina ignorat.

27 Hoc tamen non obstante, cùm diligentia D. D. Inquisitorum suppleat abunde id, quòd defensionis, in testium nominibus supprimendis adimitur, vt bene ait Ioseph Aldrete de relig. discipl. tuen. lib. 1. cap. 14.
28 nu. 13. Respondendum affirmatiue attento Iuris rigore, quia vniuersaliter dicitur Matth. 18. & 1. Corint. 13. in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum, & ab ista regula nullo iure excipiuntur hęretici, ergo iuste per duos testes idoneos cõdemnantur. ita Cantera in quæst. crimin. cap. 11. de hęret. nu. 61 Simanch. de Cathol. Instit. tit. 51. nu. 8. & tit. 64. num. 36. Torreblā. de magia lib. 3. cap. 17. num. 70. Lessius lib. 2. cap. 30 dub. 4. nu. 33. & post. Iul. Clar. in pract. lib. 5. §. hęresis num. 20. plures alij quos citat, & sequitur Sanctarellus tract. de hęret. cap. 39. dub. 2. num. 12. quibus adde Dianam dict. tract. 7. par. 4. Resol 32. vers. Verum ego.

29 Sequitur ex parte eandem Sententiam affirmantem, cum aliqua limitatione Ioan. Roias de hereticis par. 2. nu. 103. sic optime asserens. Verum meo, inquit, tenuissimo ingenio non auderem, in tam graui crimine truncata, atque diminuta rei defensione duobus tantum legitimis testibus quēpiam condemnare, nisi delatus esset malæ opinionis, & famæ, vel alia adminicula contra eũ concurrerent, quo casu communis Doctor. opinio esset tenenda. ita ille.

30 Eodem ferè modo tenet Diana dicta Resol. 32. ex mente Pegna, referens verba istius sic claudē dicitur, inquit, hoc quæsitũ cum verbis doctiss. Franc sci Pegna in Director. Inquisitor. Commen. 20 sic asserentis. Non possumus diffiteri liberum esse Iudicibus fidei & ob communem sententiam, & ob iura duos solum testes idoneos in quauis causa postulantia, & ob communem vsum sacri Tribunalis Inquisitionis, ad voces duorum testium idoneorum, reũ
31 huius criminis condemnare. Negatiua sẽtentia valde benigna est, & secura, quæ tunc potissimum non esset contemnenda, quando reus insignis probitatis communiter haberetur, & integræ famæ, & incorruptæ vitæ; tunc enim non esset incongruũ aut differre supplicium, donec forte aliæ accederent coniecturæ, & probationes; aut mitiùs punire, & hac etiam ratione videntur loquuti huius opinionis assertores. ita
32 Pagna. Vnde Reus malæ vitæ, & famæ potest puniri à D. D. Inquisitoribus tanquam hæreticus, ex delatione duorum testium, dummodo sint contestes, & omni exceptione maiores hæc ille.

33 Confirmat idem est ex testimonio Malei Maleficarum, tom. 1. par. 3 quæst. 2. atque addit ita se haberet, stando in rigore iuris, cum iuxta praxim Sanctę Inquisitionis Hispanicæ regulariter non damnentur, quicunque hæretici ad pœnam ordinariam, nisi per tres testes con-
34 testes, idoneos. Praxis autem ista, quam valdè approbo, crederem, quod deriuata iam sit ad alia Tribunalia Sancti Officii cum constet benignior, & videatur concedi facultas eam sequendi à Sacro Textu. Matth 18. & 1. Corin. 13. in ore duorum, vel trium, &c. particulam enim, vel disiunctiua, vnum, vel alterum posse à Iudicibus executioni mandari indicat.

35 Rursus dubitatur, an ex duabus semiplenis probationibus possit imponi reo ab Inquisitoribus pœna ordinaria? Negant id absolutè Simanc. de Cathol. instit. tit. 51. num. 5. & in Enchir. tit. 34 num. 3. Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 5. num. 10. Castrus Palaus tom. 1. tract. 4 disput. 8. punct. 10. num. 7. Anton. Queuedo de indicijs, & tortura par. 1. cap. 6. num. 2. & alij. ob eã rationem, quia cum vnaquęque semiplena probatio in suo ordine diuersa sit, non videtur posse coniungi cum alia.

36 E contra affirmant alij, præcipue Ioan. Rojas singul. 188. nu. 16. Vmbertus locatus in praxi, verb. testis, & Ioseph. sesse in decision. Regni Aragoniæ tom. 4 decis. 477 nu. 24. Atque hanc partem affirmantem tuetur Diana dict. tract. 7. resol. 30. cum Dida o Cantera in quæst. crimin. cap. 2. de prob. per testes. quæst 5. nu. 2 si cũ duabus simul probationibus semiplenis adsint alia indicia contra reum Sancti Officij, quia per ista suppletur defectus probandi plene, si quis est in illis Vnde cùm hæc pars sit in fauorem fidei, eam probabilem iudico.

37 Verùm cum talibus etiam inditijs in sententiam negantem magis inclino, iuxta Inquisitionis Hispanicę praxim, quę regulariter non iniungit hęreticis pœnam ordinariam ex duabus semiplenis probationibus, quamuis alia adsint indicia, supplentia quoquomodo defectum probatio-

bationis. ita Diana loco citato.

38 Quid de probatione per testes singulares. sufficiensne ista, vt inquisitor possit reis hæreticis, vel apostatis pœnam ordinariam imponere? Grauius: & difficilius est hoc dubium præ alijs expensis, & circa ipsum diuisi sunt doctores in duas oppositas sententias affirmantem, & negantem. Tuentur illam Zanchinus tract de hæretic. cap.16. num.6. Anton Gomez variar. tom. 3. cap.12. num.12. & alij citati à Rojas vbi infra, etiam quando plures testes singulares deponunt de diuersis hæresibus prolatis ab eodem diuerso loco, & tempore, vt si quis v.g. deponat audiuisse Petrum 4. die Maij in domo sua dicentem sub hostia consecrata non contineri Corpus Christi, & alius deponat audiuisse in platea eundē Petrum 20. Maij dicentem, Mariam Dei Matrem non esse Virginem, quod ex his depositionibus plenè conuincatur ille ita vt possit condemnari ad pœnam ordinariā, si alias sic deponentes sint idonei.

39 Cæterum cum hæc nimia extensione nullo modo approbo dictam sententiam affirmantem, sicut nec approbant auctores pro negante paulo post allegandi difficultas itaque peculiariter existit casu quo plures testes singulares tantum in loco, & tempore, concordes circa eandem speciē hæresis deponunt contra eumdem reum de diuersis numero actibus, an maneat plenè conuictus, & pæna ordinaria puniē-

40 dus. Vt certum affirmant id Simanchas de cathol. Instit. tit. 64. num. 77. & in Enchir. tit. 37. nu. 8. & quamuis Rojas in tract. de hæres. par. 2. num. 145. nimis rigide contra Simancham loquatur, vocans eius opinionem periculosam; eum tamen merito, ipsamque vt probabilem sequuntur Salicetus, in l. testium, cap. de testibus, n. 26. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 9. Ioseph. Aldrete, de Relig. discip. tuend. lib. 2. cap. 3. num. 29. Sanctarell. tract. de hæresi cap. 39. dub. 1. num. 6. & Leonard Lessius de iustit. & iure lib. 2. c. 30. dub. 4. nu. 33. cuius hæc sunt verba.

41 Si duo, inquit, de eadem hæresi asserta deponunt, & solum in tempore discrepent plenè probant, quia in substantia delicti conueniunt: & quamuis non sit idem numero actus, tamen quia est idem numero significatum, habetur pro eodem actu, imo discrepantia temporis interdum facit ad maiorem fidem hæc ille.

42 Quod si secundum Lessium duo tantum singulares testes, singularitate adminiculatiua sic plenè probant contra hæreticum ad infligendam ei pænam ordinariam quanto magis si sint tres, aut quatuor, vel plures argumento ex cap. In fidei fauorem de hæreticis in 6. cum iuxta ibi decisa, vt iam alibi diximus, plures testes non omni exceptione Maiores plenè probent, quia ex pluralitate suppletur defectus, quanto magis in casu præsenti?

43 Eandem sententiam affirmatiuam mordicus tuetur Antonius Sousa proposita in fine 4. lib. Aphorism. quæst. vnica, sed longissima, in tres sectiones diuisa, quibus rem totam comprehendit, & egregiè, ac eruditè difficultatem istam grauem, de testibus singularibus in causis fidei, vltra morem suum Aphorismicum discutit, & pro ingenij acumine omnia nihil intactum relinquens pertractat; Vide penes ipsum, & non pænitebit. In 3. sect. octo efformat argumenta in defensionem suæ sententiæ affirmatiuæ, reliquis omissis accipe solum quintum proprijs ipsius verbis.

44 Quinto, inquit, Arguit Simanch. vbi supra, num. 20. deducendo ad conueniens quia si testes singulares in proposito casu non probant, sequitur maximum absurdum, nimirum non posse hæresiarcham, qui in tota aliqua ciuitate, vel prouincia errores suos disseminat plenè conuinci, & pœna ordinaria affici, si vnumquemque hominem illius ciuitatis, aut prouinciæ seorsim doceat, cum nullos tunc habeat testes contra se contestes: quod nullus sanæ mentis admittet, cum tam notabili fidei, & boni communis præiudicio. Præcluditur namque via ad conuincendos hæreticos, imò, & dogmatizantes, cum plenam probationem effugiant per solam variationem loci, & temporis manifestationis delicti, ac ex mendacio, & malitia sua nequaquam, homines commodum reportabunt contra omnes iuris, & æquitatis regulas. l. in fundo ff. de rei vindic. l. itaque full. ff. de furtis, cap. cognoscentes, de constit. cap. sedes, cap plerumque, de rescript. cap. intelleximus de iudic, hæc ille; potiusue Simanch.

45 Nihilominus sententiam negantem per testes singulares nunquam probari plenè crimen hæresis ad infligendam hæretico pœnam ordinariam, sed tantum extraordinariam, præter Rojas citatum tenent plures, maximè Iul. Clar. in praxi §. fin. qu. 53. Mascard. tom. 1. de probat. conclus. 856. Pegna 3. par. direct. comment. 121. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 9. dub. 10. num. 527. Castr. Palaus tract. 4. disp. 8 punct. 15. §. 4. nu. 16. Diana 4. par. tract. 7. Resolut. 31. & Farinac. tom. 1. quæst. 64. num. 202. cum seqq. ac de hæresi, quæst. 188. §. 9. num. 152.

46 Ob quorum saltem auctoritatem hæc sententia negans probabilitate non caret. nec est destituta rationibus, aliquas adducit idem Sousa sect. 1. quas licet sect. 3. conetur soluere, vim tamen earum non omninò eneruat lege alias apud illum, hic vnam tantum proponam ipsius verbis.

47 Quintò, inquit, in causis criminalibus ex multis probationib. imperfectis nō constatur vna probatio perfecta sufficiens ad pœnā ordinariā imponendam; quod maiori cū ratione obseruari debet in materia hæreseos, l. Sancimus, §. si quis autem C. de donat. l. Vsuræ C. de vsur. l. vnica C. qui numero

ro tutelam Simanc. de cathol. instit. tit. 51. num. 5. Pegna ad 3 par. direct. inquisit. qu. 71. comment. 121. vers. primum, Farinac. crimin. 86. num. 72 & sequenti, ac de hęresi quæst. 187. §. 1. num. 7. qui alios refert.

48 Dubitari autem non potest vnumquemque testem singularem per se facere imperfectam probationem, ergo quantumcumque testes singulares multiplicentur, non efficient plenam, & perfectam probationem sufficientem ad imponendam pœnam ordinariam. ita ille.

49 Accipe solutionem ab eodem: Ad quintum, inquit, respondetur, doctrinam illam de non coniungendis imperfectis probationibus ad vnam probationem perfectam in criminalibus, non esse veram, quãdo concurrunt multæ probationes imperfectæ eiusdem rationis, qualitatis, & substantiæ, cum hæ necessariò vniantur in vnam probationem perfectam, & plenam. Menoch. de præsumpt. lib. 1. qu. 39. n. 3. & 4.

50 Et in nostro casu testes deponentes de particularibus declarationibus sunt eiusdem qualitatis, formæ & substantiæ. Vnde nullum est inconueniens huiusmodi testes vniri in vnam probationem plenam, & perfectam. Accedit, quod vnusquisque testis (cum deponet de declaratione, quę æquiualet testimonio deponentis de visu, vt dictum est) censetur perfecta probatio in suo genere. ita Sousa.

51 Qui ex prædictis benè sic deducit. Ex his patet quomodo conciliantur duæ illæ Regulæ, quæ videntur contrariæ, videlicet, quę non prosunt singula, nec multa iuuant. Glossa in l. si tres tuteles, C. qui numero tutelar. se excusant verb. Non proficiunt. l. si idem ff de iurisdic. omnium iudic. l. vsuræ C. de vsuris l. Sancinus §. si quis autem. C. de donat. & alia singula, quæ non prosunt multa collecta iuuant l. Spadonem §. qui intra ff. de excusat. tutor. l. Rationes & l. Instrumenta, C. de probat. l. Stipulatus ff. de vsuris. Tuscus tom 7. lit. S, concl. 276.

52 Farinac. in praxi par. 4. consl. 39. nu. 1. Prima Regula intelligitur quando singula vitiosa sunt, & genere suo imperfecta. Secunda vero quando singula genere suo perfecta inueniuntur. §. ex eo, instit. quibus modis testam. infirmatur: Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 39. num. 6. ita ille, atque hęc doctrinæ causa sint tradita.

53 Concludimus itaque cum Diana dicta resol. 31. versic. Nota; tamen quòd pro diuersitate dictarum sententiarũ ferè æqualiter probabilium, diuersa sit praxis in inquisitionibus Hispaniæ, & Lusitaniæ: Nam in Hispanicam Inquisitione Hæretici nunquam damnantur ex testibus singularibus ad pœnam ordinariam (maxime mortis naturalis) secus in inquisitione Lusitana: Vide Sousam citatum, & Fernandez in exam. Teol. moral par 1. cap. 19. §. 10. nu. 19. atque iam Regulę finis imponatur.

Quanam pœna ob crimen Schismatis incurri possunt? Quibus item Schismaticis ab officio sãcta Inquisitionis infligenda? quibus secus?

REGVLA. CCCCXCIII.

54 QVoties cõstat crimen Shismatis coniunctum esse hæresi, vt sępè contingit, Schismaticus per omnia quoad eum iudicandum, & puniendum vti con-
55 sumatus hereticus tractari debet. Contra Schismaticos autem peculiares pęnæ in iure assignantur: primò excommunicatio in Bulla Cænæ contenta, ad quam actus externus requiritur, & aliquando per hunc solum, sine interno contrahitur: Secundò priuatio Ecclesiasticę potestatis, seu iurisdictionis: Tertiò inhabilitas ad beneficia in futurum comparanda, secus ad iamprius comparata retinenda. Quarto pœna mortis naturalis, in aliquo casu etiam
56 pro primo lapsu. Schismaticis, etiam pręsumptiuè tantum hæreticis solent Inquisitores pænas alias arbitrio infligere, vt pecuniariam, Exilij relegationis carceris tri-
57 remium, &c. Denique Schismatici impropriè dicti, quod inuincibiliter aliquam recognoscant vt Papam, vel caput Ecclesiæ, cum non sit aut dubitetur, nullis pænis à iure afficiuntur.

58 PRo discussione contentorum in hac Regula præmittendum, quod diuersa genera Schismaticorum distinguantur, vt traditum à nobis lib. 1. cap. 13 regul. 110. Primum continet illos, qui sunt diuisi ab Ecclesia vel à Summo Pontifice non solum quoad obedientiam in præceptis, sed etiã quoad credulitatem in decisionibus fidei vtriusque & ab alterutro capite ex his proprie schismatici, idest separati ab vnitate Ecclesiæ dicuntur.

59 Secundum genus est illorum, qui tantum quoado bedientiam sunt diuisi ab Ecclesia, quia cum nullum habeant in mente errorem, sed omnibus fidei articulis, ac summum Pontificem esse caput illius credant, ex malitia propriæ voluntatis, ex superbia, vel auaritia, nolunt ei obedire: atque isti etiam proprie vocantur schismatici. Constant ista ex D Thoma 2. 2. qu. 39. art. 1. ad tertium vbi Magistrali diuisione de hoc duplici genere schismaticorum agit, tradunt etiam Eymeric. 2. par. direct. quęst. 48 num 2. Pegna ibi Farinac. de hæresi quæst. 184. num. 14. & alij communiter.

60 Tertium genus schismaticorum assignatur ab eodem Farinac. ex Simanch. de Cathol. instit. tit. 58 de schismat. num. 4. ex Pegna loc. cit. & ex alijs, suntque sub eo illi qui

qui ex inculpabili, aut insuperabili ignorátia existimant aliquem esse summum Pontificem, & vt talem agnoscunt, qui fortè non est, aut saltem dubitatur, eo quod nõ fuerit legitime, nec rectè electus idque tunc solet euenire, quando plures de Papatu inter se contendunt; Atque qui continentur sub hoc genere, neque hæretici sũt neque de hæresi suspecti, & non nisi improprie schismatici decuntur. ita Carena 2. pa. tit 3. §. 10. num. 33.

61 Sed intelligitur quamdiu durat dicta ignorantia inculpabilis, nam ea sublata qui non adhibent debitam diligentiam in inquirendo, quis sit summus Pontifex, peccant grauiter, & propriè schismatici reputantur, iuxta cap. quoties cordis 1. quæst. 1. & cap. Schisma, 24. qu. 1. vbi Glossa, verb. magis & cap. relegentes 23. quæst. 1. Felin. in cap. 1. de hæret. quæst. 13. nu. 24. & 25 Soccinus in cap. fraternitatis de schism. nu. 11. Turrecr. in summ. de Eccles. lib 4. par. 1. cap 14. propos. 2. Et affert Sanctarelius tract. de hæresi. cap. 43. dub. 1. nu. 11. fin. his sic præmissis.

62 Quoad schismaticos primi generis constare debet per legitimam, & plenam probationem saltem modo dicto in Regula præcedenti, quòd schisma sit coniunctum cum errore mensis contra fidem, vt tanquã consumati hæretici in omnibus, & per omnia circa condemnationem, & punitionem habeantur, & tractentur. Nam constito de tali coniunctione schismatis cum errore in materia fidei, nequeant schismatici effugere quoscunque pænas, contra formalis hæreticos à iure statutas, bene ex mente omnium aduertunt Pegna 2. par. direct. comment. 73. sub littera B. & Carena dicto §. 10. nu. 34. nec aliud circa hos schismaticos primi generis addendum occurrit in particulari.

63 Sequitur agendum de schismaticis secundi generis, scilicet quando constat de schismate, & est præsumptio alicuius erroris in materia fidei. Nam vbi schismata, ibi regulariter hæreses existunt, vt docuit Origines Homilia 9. in Ezechielem, cùm tales schismatici, qui sese christianos prefitentur re ipsa, seù facto externo ostendunt se credere, quod extra Ecclesiam sit salus, quòd summo Pontifici non sit parendum, quòd vnitas Ecclesiæ possit scindi, & similia huiusce generis erronea, & heretica Tradunt optime Simanchas de Cathol. Instit. tit. 58. n. 6. Bonac. in Bullam Cænæ, disp. 1. quæst. 3. punct. 5. num. 12. versic. Obserua tamen, & alij Communiter.

64 Dixi, quando constat de schismate, secùs si tantùm extet de eo præsumptio. Nam in hoc casu si quis de schimate, nec conuictus, nec confessus esset, sed tanrùm suspectus, non insurgeret suspicio, hæresis contra eum. Quia nequaquam nascitur suspicio, seù præsumptio ex præsumptione, sed ex facto certo secundum doctrinam Bart. in l. 2. §. diuus, ibi quod probato vero, tūc præsumitur subraxisse ff. de iure fisci Bald. l. Idem & si, in 2. lect. de statu hominum, Ruin. consil. 90. in fin. versic. Secùs autem, lib. 3. & consil. 51. nu 15. vol. 5. & aliorum.

65 Vnde contra hunc sic suspectum de schismate non procedit Sanctum Officium, benè tamen contra illum, qui de eo est conuictus, vel per propriã confessionẽ, vel per testes, vel alio modo, quia in hoc casu adest præsumptio hæresis. ita Peirin. in Priuil. minor. tom. 2. ad constit. 9. Pauli V. num. 14. & Carena ibidem num. 35.

66 Contra ipsos autem schismaticos secundi generis diuersæ pænæ sunt statutæ à Iure, quæ etiam à fortiori infliguntur schismaticis primi generis, cùm isti simul sint formales hæretici. Prima est Excommunicatio lata in 1. Canone Bullæ Cænæ, vt patet ex ipse textu, & nullus est, qui de hoc dubitet Vide Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 20. quæst. 6.

67 Est autem controuersum non nihil inter doctores, an de iure antiquo sint ipso facto schismatici Excommunicati? Non desunt, qui affirmanter respondent. ita Innocen. in cap. 1. de schismaticis, nu. 2. & ibi Soccinus nu. 6. & 7. Decian in tract. crimin. lib. 5. cap. 64. nu. 1. & cap. 67. nu. 3. 5. 15. & 16. Ioan. Rojas tract. de hæreticis par. 1. nu. 531. Hostẽsis in summa §. qua pæna, nu. 3. Diaz in pract. crim. canon. verb. schismaticis, cap. 112. Sylu. verb. schisma, nu. 9. & Turrecrem. lib. 4. summ. par. 1. cap. 8. Qui conantur ostẽdere ex diuersis cap. iuris canon præcipue ex cap. in homine 24. dist. & ex alijs citandis.

68 Verum vt certum omnino tradunt alij, quibus adhæreo, vniuersaliter non excõmunicari schismaticos ipso facto, nisi in Bulla Cænæ ita Azor cit. Sayrus de censuris lib. 3. cap. 5. nu. 19. Sanchez in decal. lib. 2. cap. 36. n. 1. Suarez de charitate, disp. 12. sec. 2. nu. 1. Farin. de hæresi quæst 184. nu. 37. & seq. ac præcæteris Sanctarellus, tract. de hæresi cap. 34. dub. 1. nu. 8. vbi percurrit omnia capita iuris canonici, in quibus agitur de hac re, & ostendit ibi aut non fieri mentionem excommunicationis vt cap. 1. de schismaticis, quod allegatur à doctoribus contraria sententię; aut solum fieri mentionem excommunicationis ferendæ,

69 & non iam latę Cap. citatum, in homine habet verbum Damnentur, quoquis non videt excommunicationem ferendam iudicari? Similiter cap. 1. de schismaticis, cap. nulli fas, 19. dist. & cap. de liguribus, 23. qu. 5. clarè disponunt, vt schismatici excommunicatione, & alijs pęnis afficiantur, non quòd ipso facto sint eis affecti.

70 Quamquam autem negari nequit, in cap. licet de electione, esse sermonem de excommunicatione lata, & non ferenda contra schismaticos, & hinc infert Abbas in rubr. de Schismaticis, nu. 2. omnes esse à iure ipso facto excommunicatos Reijcit tamen

tamen bene hanc illationem Sanctarellus
71 loco cit. his verbis. Verum, inquit, ibi non
excommunicantur in vniuersum omnis
schismatici, sed tantùm illi, qui creato ve-
ro Pontifice, alium tamen ipsi creant, il-
lumque tanquam Ecclesiæ caput venerantur
tur ita ille.

72 Circa excommunicationem item Bullæ
Cœnæ notat benè Sanchez dict. cap. 36.
num. 15. non comprehendi sub ea schis-
maticos solum mentales, sed requiri actu
externum expræssiuum intentionis ad ip-
sam incurrendam, quod per se patet ex
generali doctrina in materia de censuris,
quæ nunquam infliguntur ob merum
73 actum internum. Tenet verò idem San-
chez num. 14. & meritò cum Suarez de
censuris, disput. 21. sec. 2. num. 13. Duard.
ad Bullam Cœnæ lib. 2. can. 1. quæst. 56. nu.
8. Schismaticos subijci dictæ excommuni-
cationi Bullæ Cœnæ solo operæ externo,
absque intentione se subtrahendi ab obe-
74 dientia Summi Pontificis. Exemplificant
per illationem in Anglis, qui externæ obe-
dientiæ signa exhibent erga Regem suum
quamuis in mente credant ipsum non esse
Christi Vicarium. ita etiam Carena dict.
§. 12. n. 46. cũ Bonac. & Alterio quos citat.

75 Sed adhuc extat dubium, an Schisma-
tici, qui nullo modo habent hæresim con-
iunctam cum schismate, ligentur ista ex-
communicatione Bullæ Cœnæ? Farinac.
de hæresi, quæst. 184. num. 59. neganter
respondet, eo quod iudicet, istos non
esse propriè schismaticos; Affirmanter ta-
men, & optimè resoluunt Suarez, San-
chez, & Duardus vbi supra ob rationem
oppositam, quod hi etiam sint strictè
schismatici, atque de istis secundi generis
est sermo in Bulla Cœnæ, cum ibi subiun-
gitur. Nec non schismaticos, & eos, qui
se à nostra, & Romani Pontificis pro tem-
pore existentis, obedientia pertinaciter
subtrahunt. cum iam schismatici primi
generis sint prius excommunicati sub no-
mine hæretici.

76 Pœna secunda vtriusque generis schis-
maticorum est priuatio Ecclesiasticæ po-
testatis; adest expressus textus in cap.
didicimus, 24. quæst. 1. & tradunt omnes,
præcipuè Card. Tuschus pract. conclus. 10.
7. littera S. conclus. 55. num. 1. & seqq. Bona-
cin. de censuris in specie, disput. 1. de
censuris Bullæ Cœnæ, quæst. 2. punct. 2.
num. 8. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 36. n.
10. & Suarez de Charitate, disput. 12. sect.
2. num. 3. cum aliis, quos allegant. Sed
77 intelligitur de potestate iurisdictionis, &
non ordinis, vt ex omnium mente notat
Carena ibidem, num. 42.

78 Aliqua item est controuersia inter no-
stros auctores, an pœna ista possit infligi
Schismaticis adhuc non denuntiatis. Pla-
cet Ioan. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 8. c.
10. quæst. 9. Gregor. de Valentia, tom. 3.
disput. 3. quæst. 15. punct. 3. & aliis, quòd
Schismaticus careat Ecclesiastica iurisdi-
ctione etiam antequam sit denuntiatus.
Atque huic sententiæ videtur fauere tex-
tus, quem attentè legi in citato cap. didi-
cimus, vnde non caret probabilitate.

79 Cæterum probabilior iudicatur oppo-
sita, quod non habeat locum talis pœna
schismatico occulto, seu non denuntiato.
Eam tuentur Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. ar.
4. Tholetus lib. 1. Sum. cap. 13. in Addition.
num. 2. Bonacin. in Decalogum, disput. 3.
quæst. 4. punct. vltim. §. 5. num. 8. Duardus
ad Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 1. quæst. 56. nu.
13. vers. Quæ quidem, Carena dict. §. 12. n.
43. & alii. Facit pro ea statutum Concilij
Constantiensis, quo disponitur, vt nullum
teneamur vitare ex vi prohibitionis Eccle-
siasticæ, nisi notorius sit percussor clerici,
aut Religiosi, vel nominatim denuntiatus
sit reus criminis perpetrati, cui est annexa
communionis priuatio, ergo schismaticus
non priuatur Ecclesiastica potestate iuris-
dictionis antequam sit denuntietur.

80 Tertia pœna schismaticorum est inhabi-
litas ad beneficia Ecclesiastica retinenda.
Sed controuertitur similiter inter docto-
res de quibusnam Beneficiis intelligatur,
de obtentisne etiam ante patratum schis-
matis delictum? an de solis obtinendis in
futurum? Debere intelligi de vtrisque vo-
luerunt diuersi, vt Gloss. in cap. 1. de schis-
maticis, Simanch. de Cathol. instit. tit. 58. n.
7. Rebuff. in praxi benef. rubrica de modo
amittendi beneficia num. 29. Parisi. de re-
signat. benef. lib. 3. quæst. 1. nu. 36. & alij co-
nantur ostendere ex cap. Quia diligentia,
de electione, & ex cap. Nos consuetudinem
sed in dict. texti solum dicitur, quod sint
schismatici inhabiles ad beneficia obti-
nenda. Quòd verò priuentur ipso iure
beneficiis prius obtentis ibi non inuenies
si attentè legas, vt debes.

81 Quare optimè concludunt alii, præ-
cipuè Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 36.
num. 19. Sanctarellus dict. cap. 43. dub.
1. num. 12. & Carena dict. §. 12. numer.
48. Quod nullo iure caueatur, vt schis-
matici ipso facto priuentur beneficiis,
anteà obtentis, sed tantum, quod sint
inhabiles ad beneficia in posterum con-
sequenda, ac etiam ad Sacros Ordines
suspiciendos, etiamsi ad pœnitentiam
redierint. Patet ex dict. cap. Quia dili-
gentia, de electione, docetque Specu-
lator in titul. de dispensat. §. iuxta,
versicul. 14. Maiolus, de irregul. lib. 5.
cap. 46. Decian in tractat. crimin. lib. 5.
cap. 66. num. 7. & cap. 67. num. 10. Pe-
gna 2. part. Direct. quæst. 48. comment.
73. versicul. cognitu dignum. Suarez
tom. 5. de censur. disput. 43. sect. 2. num.
7. & Azor tom. 1. lib. 8. capit. 10. quæ-
stion. 8.

82 Notat autem benè Sanctarellus ibidem
cum Abbate in dict. cap. Quia diligentia
num. 7. quod solus summus Pontifex possit
dispen-

dispensare in illa inhabilitate, quam contrahit Schismaticus, si delictum Schismatis sit iam publicum, Dum enim est occultum, habet Episcopus facultatem dispensandi in ea ex vi decreti Concilij Tridentini sess. 24. de reformatione, cap. 6. vbi expresse conceditur ipsi, dispensandi scilicet in quauis inhabilitate proueniente ex delicto occulto.

83 Cum audis Shismaticus esse inhabilem ad beneficia, &c. Ne hinc inferas eum esse irregularem, cum talis illatio fiat sine fundamento, nam vt egregiè docent Sayrus, Suarez, & Sanchez locis citatis, ac Sanctarellus dict. dub. 1. num. 13. nullo iure disponitur, quòd Schismatici sint irregulares Quidquid dicat Pegna 2. par. direct. q. 48. commen. 73. allegans dict. cap. quia diligētia; sed ibi nulla fit mentio de irregularitate.

84 Nisi forte loquatur de ea, quæ oritur ex notorietate, quando Schisma est notorium, sicut prouenit semper ex quouis alio delicto, quod notoriè committitur, & depositione dignum censetur, sed hæc irregularitas cessat per pœnitentiam, vti iam alibi attigimus, sicuti cessat infamia ex tali delicto orta: quæ omnes concedunt.

85 Sed quid de inhabilitate ad conferenda beneficia in Episcopis, aut in alijs, qui de iure possunt conferre si sint Schismatici? licet nihil in doctrina Regulę nostræ circa hoc dubium attigerimus; cum tamen sit coniunctum ijs, quæ in ea traduntur, non potui non hic illud excitare, & breuiter eius resolutionem tibi porrigere ex mente Sanctarelli dict. dub. 1. num. 15. accipe proprijs eius verbis.

86 Dico, inquit, decimoquinto collationes beneficiorum factæ ab Episcopis Schismaticis sunt ipso iure irritæ, cap. 1. de schismaticis; vbi dicitur, eos, qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per schismaticos acceperunt carere impetratis, alienationes quoque ab illis factas de rebus Ecclesiasticis carere firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere reuerti; vti etiam sunt nullæ vniones ita Rota in Valentina vnionis 2. Iunij 1606. coram Coccino. Et vni-
87 uersaliter gesta à schismaticis non esse valida, constat ex cap. 1. ac schismat. & docent ibi Glossa verb. Firmitate, & cap. pręcariæ 11. quæst. 3. Francis. March quæst. 497. nu. 1. Aldobr. consil. 1. num. 50. Rota decis. 612. apud Seraphin. Gloss. in cap. cum alienationes, 12. quæst. 2. verb. Alienationes, & ibi Præpos. num. 1.

88 Et actus, qui fiunt sede vacante dicuntur nulli in dict. cap. præcariæ, & in cap. si qua de rebus, 12. quæst. 1. & docet Abbas in cap. causam, quę de iudic. nu. 11. ab Ecclesia quandiu habet pastorem schismaticū, dicitur vacare, in cap 1. & cap. cum vobis
89 de rescript. Deinde cum schismatici habeantur tanquam intrusi, alienationes ab eis factæ erunt inualidæ cum in cap. nihil de elect. & in cap. Alienationes 12. quæst. 2. dicatur alienationes factas ab intrusis nihil valere hæc ille; quibus, & excitatum dubium, & alia diuersa, bene risoluta ex vi iuris tibi manent.

90 Vltima pœna contra schismaticos à iure statuta est mors naturalis, maximè si sint schismati primi generis, & inueniantur relapsi, aut impœnitentes, seu contumaces Nam huiusmodi traduntur brachio sæculari, & vltimo supplicio afficiuntur sicuti iam alibi explicatum, & tractat benè circa tales schismaticos, quicunque sint Farin.
91 de hæresi, quęst. 184. num. 51. & 52. Affirmans, quod in hoc casu impœnitentis possint iudices sæculares clericum schismaticū sine degradatione punire, quod etiam affirmat Marta, de iurisdict. cap. 38. par. 2. & cum vtroque adducit Carena dict. §. 12. num. 49.

92 Eadem pœna vltimi supplicij infligi debet Dominis, ac Magistratibus quibuscunque tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, qui in schisma inciderint, excitauerint, &c. iuxta Constitutionem Pauli IV. incip. cum ex Apostolatus officio, relatam à Pegna in fine directorij, per quam disponit Summus Pontifex, vt tales schismatici etiam pro primo lapsu pœna mortis, vt verè relapsi mulctentur. Tradunt Duard. ad Bullam Cænæ rubr. 2. quæst. 56. nu. 13. Scortia copiosè in Selectas Roman. Pontificum const. Epitom. 72. & Carena dict. §. 11. n. 56.

93 Addit autem idem Carena dict. tit. 3. §. 13. num. 51. Farinac. de hæresi, quæst. 184. num. 49. Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 27. num. 7. & Castro Palao tract. 6. disp. 4. punct. 6. n. 10 quod præter dict. pœnas possint schismatici pro grauitate delicti ab Inquisitoribus alijs pœnis arbitrarijs mulctari, scilicet pecuniaria, carceris, Exilij relegationis, Triremium fustigationis, &c. iuxta vsum cuiusque Tribunalis sancti Officij.

94 Tandem quod schismaticis tertij generis, qui impropriè tales dicuntur, nullæ sint ex vi iuris ab inquisitoribus iniungendæ pœnæ, cum communi omnium tradit, vt prorsus certum Carena dict. tit. 3. §. 10. num. 33. & indè patet, quia quando aliquis ob ignorantiam probabilem, seu inuincibilem recognoscit in summum Pontificem eum, qui reuera non est, nullam committit culpam, & largo modo vocatur schismaticus; ergo nullam merito incurret pœnam, quamdiu talis ignorantia durat.

95 At ea cessante statim ille delinquit, & reputatur propriè schismaticus, si non adhibeat debitam diligentiam in perquirendo quisnam sit verus summus Pontifex cap. quoties cordis 1. quęst. 1. & cap. schisma 24. quæst. 1. & cum Felino, Turrecrem. & Soccino per eum relatis tradit Sanctarellus dict. cap. 43. dub. 1. num. 11. Vnde huiusmodi schismaticus saltem pœnis arbitrarijs ab inquisitoribus puniri poterit. Atque hic spis Regulæ;

Quid

Quid de pœnis hæreticorum, apostatarum, ac Schismaticorum fautoribus, defensoribus, receptatoribus &c. imponendis? aut secus?

REGVLA CCCCXCIV.

96 VLtra excommunicationem in Bulla Cœnæ contra fautores, defensores receptatores, &c. hæreticorum apostatarum, & schismaticorum expresse contentam, iidem etiam ipso facto excommunicantur diuersis iuribus, & Bullis Pontifi-
97 cijs statim indicandis. Incurrunt item ipso iure pœnas infamiæ, & inhabilitatis ad publica officia, & beneficia si per annum in excommunicatione permanserint: atque sic permanentes, si fuerint clerici omni beneficio Ecclesiastico per sententiã
98 iudicis priuari debent. Dicti etiam fautores &c, excommunicati ab Inquisitore ob fautoriam, si transacto anno non desistant, vt veri hæretici habendi, & condem-
99 nandi sunt. Ab incurrendis tamen prædictis pœnis, & alijs possunt illi liberari ex duplici præcipuè capite, cum si ignorent eum esse hæreticum, cui fautoria, defensio, & receptatio exhibetur, tum si ista non redundent in fauorem hæresis; addentur interim pauca huc spectantia.

100 LIb. 1. cap. 12. Regul. 204. & 205. tractauimus copiosè de fautoribus, defensoribus, ac receptatoribus hæreticorum, & apostatarum, & tria hæc fautoria defensio, & receptatio respectu istorum an inter se differant, vel secus completè ostẽdimus, qualiter etiam huiusmodi fautores &c. abiurare debeant alibi indicauimus. Nunc itaque pro præsenti instituto solum attingimus, quod ad pœnas quasuis spirituales, temporales, & corporales contra
101 eos spectat. Coniungimus, in titulo, & in corpore Regulæ fautores schismaticorum cum fautoribus hæreticorum, quia idem de vtrisque proportionaliter dicendum, vt optimè notauit Carena 2. par. tit. 3. §. 12. nu. 51. cum Scortia in Selectas Roman. Pontif. constit. Theoremate 184.
102 De pœna excommunicationis in Bulla Cænæ contra fautores hæreticorum, &c. en textum ipsius Bullæ; Excommunicamus & anathematizamus, &c. omnes, & singulos hæreticos, &c. eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, qui textus per se manifestus est, nec vlla indiget declaratione.
103 Quod ipso facto contrahant illi hanc censuram, nullus est, qui dubitet. Vide Pegnam 2. par direct. comment. 76. 77. & 78. vbi late de pœnis fauentium hæreticis. Farinac. de hæresi tota quæst. 182. & Sanctarellum tract. de hæresi cap. 11. & 12. de eodem præ cæteris egregiè agentem.
104 Afficiuntur item eadem pœna excommunicationis ipso facto hæreticorum fautores, &c. per Constitutiones Innocentij IV. incip. Nouerit vniuersitas, Martini V. incip. Inter cunctas & Pauli IV. incip. cum ex Apostolatus officio, quas refert Pegna in fine direct. inter litteras Apostolicas per cap. sicut, de hęreticis, & cap. excommunicamus, il primo §. credentes, extra de hæreticis. Cum autem in isto §. credentes contineantur plura nostrum institutum respicientia, conueniens duxi, ad verbum hic integrum textum referre, sicuti etiam refert Castrus Palaus tract. 4. disp. 3. punc. 6. num. 1.
105 Credentes præterea, inquit, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicationis notatus si satisfacere contempserit, infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, neque ad publica officia, seu consilia, neque ad eligendos aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, neque ad hęreditatis successionem accedat.
106 Nullus præterea ipsi super, quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte Iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem neque causę aliquæ ad eius audientiam perferãtur. Si fuerit aduocatus, eius patrociniũ nullatenus admittatur: Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum autore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo Maior est culpa, grauior exerceatur vindicta.
107 Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati euitare contempserint, excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam præcellantur. Sanè Clerici exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesia Sacramenta, nec eos christianæ pręsumant tradere sepulturæ, nec Eleemosynas, aut oblationes eorum percipiant, alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicę speciali.
108 Similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare ita in eo textu.
109 Post relationem verò ipsius, cum expressione iam multiplicium pœnarum cõtra diuersos hæreticorum fautor &c. excitat

tat dubium Castrus Palaus ibidem num. 2. an isti contrahant illius prius, quam ab Ecclesia denuntiati fuerint, & per annum in Excommunicatione publica perstiterint? cum distinctione respondet Suarez de fide, disput. 24. sect. 1. si pœnæ sint infamiæ, & incapacitatis ad officia publica, & ad testandum, requiri in istis, vt per annum in excommunicatione insordescat; secus in alijs.

110 Responsio tamen placet mihi, quam huic dubio tribuit idem Castrus Palaus, affirmans vniuersaliter, quod ex vi propositi textus, & ratione excommunicationis nullam ex supradictis pœnis hæreticorum fautores, &c. incurrant, nisi per annum inexcõmunicatione permanserint. Ostenditur ex verbis textus, nẽpe postquã quis fuerit excommunicatione notatus, & per annum insorduerit, & illis. Cum authore damnato damnentur. & illis ab

111 Ecclesia fuerint denotati. Atque in hanc sententiam videtur inclinare Eymeric. 3. part. director. quæst. 123. numer. 2. Cum ibi neget eos affici aliis pœnis, ex eo quòd maneant in excommunicatione per annum, nisi sic excomunicati nó tentur, & publicentur, quasi diceret ex alio capite illas incurre posse.

112 Doctrina autem prædicta, quod peculiariter habeat locum respectu pœnarum infamiæ, priuationis officiorum, incapacitatis ad testandum, & ad succedendum, testatur Farinac. de hæresi, quæst. 183. num. 39. & manifestius num. 59. 60. & 106. idem subiungit ipse num. 4. & 107.

113 de priuatione beneficiorum. Quid quod non priuatur vllus hæreticorum fautor beneficijs prius acquisitis ipso iure, sed per sententiam iudicis saltem declaratoriam. Vt certum tradunt Ghirlandus tract. de hæret. quæst. 9. num. 1. Pegna 3. par. Direct. comment. 162. versic. de hæreticorum Farinac. quæst. 189. n. 75. & seqq. Sanctarel. de hæresi cap. 11. dub. 1. nu. 20.

114 & alij. Quamquam ad alia obtinenda quiuis fauens hæretico ipso iure inhabilis efficitur, vt habetur expressè in cap. quicunque de hæret. in 6. versic. hæretici, & affert ibidem Castrus Palaus.

115 Qui meritò addit sequentibus verbis. *Limitanda tamen, inquit, est hæc doctrina in sepultura Ecclesiastica, & Orationibus faciendis pro fautore hæreticorum, quia eo ipso, quod constat aliquem fauendo hæreticis decessisse, non debet inter Christianos accipere sepulturam, neque pro illo Orationes fundi, quia in peccato mortali, & excommunicatione decessit, & text. in cap. sicut de hæretic. & cap. 2. eod. tit. in 6. & constitutione Innocent. IV. incip. Nouerit, quam refert Pegna in vltima par. Direct. fol. mihi 17. Verum tamen hoc rarò constare potest, nisi condemnatus sit, ita ille*

117 Dein pro peculiaribus fautoribus hæreticorum statutæ sunt à iure peculiares pœnæ; Vnde si Episcopi, & Inquisitores, eorumque Ministri, ad quos spectat contra hæreticos procedere, si id omittant, & non puniant, censentur fautores hæreticorum, & ipso iure Episcopi suspenduntur ab officio per triennium, & alij excommunicatio est reseruata Summo Pontifici.

118 ita in Clement. 1. de pœnis. Quin etiam si tales personæ id faciant ex odio, vel amore, vel ob lucrum temporale, incidunt in excommunicatonem Papæ reseruatam, ex Clement. 1. §. Verum de hæreticis, iuxta Glossam ibi, in verbo fraudulenter, Imol. num. 3. Caiet. verb. excommunicatio, & cum alijs relatis, Sanctarellum

119 dict. cap. 11. dub. 1 num. 2. in fine. Qui 3. benè addit. quod debeant Episcopi deponi ab officio Episcopali si fuerint negligentes in puniendis hæreticis ex cap. excommunicamus il primo, §. Volumus, de hæret. & affert Pegna 2. par. direct. commen 2. vers. Episcopi ergo.

120 Sæculares item Domini si requisiti, & moniti ab Ecclesia, terras suas purgare neglexerint ab hæreticis, sine dubio tunc iam sunt fautores hæreticorum (prius ante requisitionem probabiliter id negant. Archidiac. in cap. Quicunque de hæreticis in 6. num. 4. & Gemin. num. 9.) & post annum elapsum à tempore monitionis, terræ illæ possunt à Catholicis occupari, saluo iure domini principalis, vbi tales Domini feudatarij extiterint. Constat ex Authen. Si verò C. de hæreticis. & capit.

121 excommunicamus, §. moneantur, de hæreticis, sic disponitur, vt Domini temporales excommunicentur, si terras suas purgare ab hæreticis neglexerint, & postea significetur Summo Pontifici, vt Vassallos ab eius fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam. Affert Sanctarellus dict. dubio 1. numer. 6. vide plura, apud ipsum.

122 Rursus Magistratibus non seruantibus leges contra hæreticos latas, vti veris fautoribus hæreticorum diuersæ pœnæ insliguntur per constitutionem Alexandri IV. incip. Ad extirpanda §. Quod si accipe tenorem eius ad verbum, vt iacet in ipsa constitutione.

123 Quod si, inquit, potestas, capitaneus, vel aliquis prædictorum constitutiones ipsas, & singula in eis contentationes præseruare noluerit, vel neglexerit, præter notam periurij, & perpetuę iacturam infamię, ducentorum Marcharum pœnam incurrat, quæ irremisibiliter exiganturab eo, & in vtilitatem communitatis, cui præest, integrè conuertantur, & nihilominus, vt periurus, & infamis, & tanquam hæreticorum fautor de-

de fide suspectus officio, & honore sui regiminis spolietur, nec vlterius Potestas, Capitaneus, Consul, seu Rector habeatur, in aliquo, aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullateaus assumatur. ita ibi; quod per se patet, nec vlla interpretatio adhibenda. Atque sic de alijs similibus.

124 Præterea cum ex fautoria, defensione, & receptatione hęreticorum pręsumptio aliqua hęresis vehemens, vel leuis oriatur, vltra abiurationem, de qua iam alibi diximus, arbitrio Inquisitoris puniri possunt fautores, defensores, & receptatores illorum varijs pœnis pecuniariis, vsque ad confiscationem omnium bonorum, exilio, fustigatione, &c. Probatur ex textu in cap. Accusatus, §. Sacerdotes, de hęreticis in 6. & ex ijs, quę afferunt Menoch. de arbitr. lib. 2. punct. 6. casu 548. numer. 1. 2. & 4. Decian. in tractat crimin. lib. 5. cap. 52. numer. 47. Farinac. de hęresi, quęstion. 142. num. 54. & Castrus Palaus disput. 3. pun. 6. num. 4.

125 Tandem addendum, quod tradit Sanctarellus dict. cap. 11. dub. 1. nu. 20. in fine, per sequentia verba. Item, inquit, si fautores hęreticorum fuerint ab Episcopo vel ab Inquisitore excommunicati tanquam fautores hęreticorum, & per annum perseuerauerint in excommunicatione habendi sunt, tanquam hęretici, & tanquam tales sunt condemnandi. ita Hostiens. in summ. de hęretic. §. qualiter deprehendantur, numer. 1. Report. Inquisit. verb. Excommunicare, versicul. item fautores. Direct. Inquisit. part. 2. quęst. 47. num. 3. & quęst. 52. num. 5. & patet ex cap. vt Inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. hęc ille, quę prorsus approbo.

126 Sequitur videndum, an in aliquibus casibus fautores, defensores, & receptatores hæreticorum ab excommunicatione in Bulla Cœnę, & ab aliis pœnis contrahendis liberentur? Primò certum est liberari in casu ignorantię, quando quis illum, cui fauet, aut quem defendit, vel receptat, prorsus ignorat esse hęreticum, apostatamue, aut schismaticum. ita Glossa in capit. Accusatus, §. illi quoque, verb. non possit, de hęreticis in 6. Calderin. tractat. de hæretic. titul. de hęreticis credentibus num. 14. Syluest. Hæresis 1. numer. 10. Ioan. Andr. in cap. quicunque num. 3. de hæret. in 6 & alii.

127 Notant tamen benè Simanch. de Catholic. institut. tit. 15. num. 18. Pegna par. 2. direct. quæst. 52. Commen. 76. & cum eis Sanctarell. tractat. de hæresi cap. 12. dub. vnic. numer. 5. quod sit intelligendum de ignorantia probabili. Quia lex debet esse de re possibili, capit. erit lex, distin. 4. ergo non potest obligare ignorantes, cum alioquin esset de re impossibili, & consequenter iniqua, & contra l. impossibilium, ff de regul. Iuris. Facti item ignorantia, de regul. iuris in 6. & l. regula. ff. de iuris, & facti ignorantia. At quod quis receptat ignoranter hæreticum, est ignorantia facti: Ergo hæc excusabit illum ne incidat in pœnas statutas contra receptatores hęreticorum.

128 Quod autem alicui iuranti à se ignorantia fuisse receptatum hæreticum, regulariter sit adhibenda fides, docent vt certum Simanch. de Catholic. institut. titul. 15. numer. 19. Azor tom. 1. lib. 8. capit. 15. quæst. 8. Pegna 2. part. direct. quæstion. 51. comment. 76. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 70. & Sanctarellus ibi-
129 dem, num. 6. Qui tres vltimi cum Locato in iudic. Inquisit. verb. receptatio, num. 6. meritò addunt, hoc præcipuè verum esse in nautis, & stabularijs, quia communiter omnes recipiunt, nec vlla astringuntur obligatione aduentantium ad eorum hospitia mores, & vitam perscrutandi, vt expræsè traditur in l. 1. ff. de fortis aduersus nautas &c.

130 Neque item incurrit pœnas contra fautores hæreticorum statutas, sed potius meritum acquirit, apud Deum, qui hæretico in extrema, vel graui necessitate constituto ob amorem Dei Eleemosynam tribuit, & non vt ei in hæresi faueat, cum tunc non censeatur fautor hæretici. ita Gloss. in cap. Accusatus, §. ille quoque, de hæreticis in 6. verb non possit, & ibi Archid. num. 3. Suarez tom. 5. de censuris disput. . . sect. 2. num. 8. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 39. Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 55. & alij.

131 Quin etiam liber est à pœnis contra fautores hęreticorum assignatis, quicunque fauorem prębet hęretico, ne occidatur, aut nè offendatur, vel si faueat ei in patrando furto, homicidio, &c. nam talis potius est dicendus fautor homicidę. furis, &c. quam fautor hominis hęretici. Vnde ad hoc vt aliquis dicatur fautor hominis hæretici, requiritur, vt huiusmodi fauor saltem secundariò, etiam præter intentionem operantis ordinetur ad hære-
132 sim. Secus autem erit, si defensio, vel receptatio hæretici, vel auxilium ei præstitum in committendo alio delicto non redundet in fauorem hæresis, quia tunc nullo modo dicitur fautor hæretici. Docent, vt certum Angelus verb. hæreticus num. 25. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 15. quęst. 6. Sanchez, in Decalog. lib. 2. cap 10. num. 4. & 5. Nauarr. in Manual. cap. 27. numer. 55. & cum alijs relatis, Sanctarellus dict. cap. 11. dub. 1. num. 19. & cap. 12. dub. vnic. num. 3.

133 Restat discutere illud graue dubium, an fautor, vel defensor, aut receptator hæretici excommunicationem, & alias prædictas pœnas incurrat, licet affectus fautoriæ, defensionis, vel receptationis non fuerit secutus? v.g. dedisti pecuniam hæretico, vt fugeret, ne caperetur à Ministris sancti Officij, nihilominus fuit captus, deposuisti falsum in Tribunali sanctæ Inquisitionis, vt liberares hæreticum à condemnatione, sed ex depositione aliorum reperitur condemnatus. Occultasti item domi hęreticum ad liberandum eum & non potuisti, quod ibi Inquisitores eum inuenerint. & in aliis similibus casibus, partem negantem probabiliter tenent Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 10. numer. 9. & Bonacin. tom. 3. in Bull. Cœnę disput. 1.
134 quęst. 2. punct. 3. num. 3. Ostenditur inde quia quando quis mandauit alicui percutere clericum, mandans non contrahit excommunicationem, nisi secuta percussione; ergo similiter, &c. Item quia fauor prohibetur hęreticis, ne in hęresi foueantur; sed qui non obtinuit effectum fauoris, nequaquam fauet hęretico in sua hęresi, etiam si intenderit fauere, ergo non erit puniendus, vt fautor.

135 Nihilominus partem oppositam affirmantem, vt probabiliorem sequuntur plures (his libenter adhęreo) pręcipuè Suarez de fide disput. 24. sect. 1. num. 14. Sayrus tom. 1. in Thesauro lib. 1. cap. 5. nu. 4. Graff. lib. 4. decis. cap. 18. num. 34. & Castrus Palaus tract. 4. disput. 3. punct. 5. num. 11. Ratio potissima est, quia fauor hęretici prohibetur, non solum, vt hęresis non committatur, sed etiam ne iam commissa firmitatem habeat, atqui hic effectus semper obtinetur, quoties auxilium in fauorem hęresis pręstatur, saltem pro illo tempore, quo auxilium exhibetur, etiamsi hoc postea fuerit impeditum, ergo &c. Atque ex hac ratione videtur solui fundamentum contrarium, nec requiritur alia solutio.

136 Vltimo loco notat optimè Carena dict. tit. 3. §. 13. num. 95. quod pręter supra expositas pœnas contra fautores, defensores, & receptatores hęreticorum statutas de more sancti Officii iniungendę eis sint pœnitentię salutares, vt Ieiunia, Orationes, Eleemosynę, Peregrinationes, Frequentia Sacramentorum, &c. Atque his Regulam terminamus.

Pœnæ insligendæ impedientibus Sanctum Officium, maximè ex vi Bullæ, si de protegendis, quænam? & quando?

REGVLA CCCCLXXXXV.

137 QVicunque intuitu Sancti Officii, & non ex odio priuato, aliquem ex Inquisitoribus, aut Ministrum eorum, testemne deponentem, vel denuntiantem in causa fidei, etc. offenderint, aut quodlibet ex delictis, in dicta Bulla si de protegendis, meritò prohibitis, commiserint, aut ad id consilium, auxilium, vel fauorem prębuerint, quamuis nullus indè effectus fuerit secutus pœnas nihilominus
138 per eam statutas incurrent. Quę sunt huiusmodi: Excommunicatio latæ sententię omnes pœnę in primo capite legis Iuliæ Maiestatis: in Clericis priuatio beneficiorum, & dignitatum: in quibusuis traditio brachio sęculari. Confiscatio omnium bonorum: ac in filiis, etiam priua-
139 tio successionum, &c. A quibus non eximuntur prætensi violatores Bullæ, nisi per claras probationes contrarium docuerint; ab eis tamen ratione ætatis, aut ignorantiæ, vel ex alio capite quandoque ex parte, aut in totum liberari possunt.

---

140 CVm præcipuum firmamentum, & quasi columna stabilissima nostrorum Tribunalium Sanctissimæ Inquisitionis censeatur communiter ab omnibus constitutio ista, incip. Si de protegendis omnibus Ecclesiæ Ministris, edita à Pio V. Sanct. Mem. anno 1569. Kalen. Aprilis, Pontificatus ipsius anno quarto; & cum tantum ex eius mera lectione, vel auditione terror maximus iniiciatur, ne quis contra Sanctum Officium insurgere, & statum, res, ac personas eius subuertere, vel disturbare audeat. (Hinc credo vsus in dictis Tribunalibus, maximè in nostro Melitensi legendi eam per Notarium iis, à quibus aliquid mali timetur) Equidem non erit abs re nonnulla hic attingere pro ipsius intelligentia, & pro indicandis præcipuè in doctrina nostræ Regulæ contentis: Ex pluribus, quæ afferunt Doctores, præsertim Cæsar Carena 2. part. titul. 13. paragraphis 25.

141 Diximus per hanc Bullam legenti, vel audienti incuti terrorem; & hoc præbet occasionem expediendi primò loco

loco paucis dubium circa ipsam, quod §. 1. excitat Carena, nempè, an ad terrorem potius, quam ad eius executionem fuerit condita? fundamentum dubitandi sumitur ex quadam Baldi doctrina in addit. ad specul. in tit. de sententia, in verb. banna, vbi ait Bannimenta, & edicta iniungentia grauiorem pœnam illa, quam imponit ius commune, potius esse edita ad terrorem, quam ad pænæ executionem, Baldo adhærent Gramat. decis. 36. num. 1. Mascardus, de probat. vol. 1. conclus. 162. num. 33. & alij. Atque hinc sentit Formanus in suo repertorio, verb. bannum, num. 35. sic esse affirmandum de hac Bulla Pii V. cum perterrefacientibus testes, &c. imponat pœnam reis læsę maiestatis imponi solitam, ergo, &c.

143 Cæterum reiecta vt falsa sententia Firmani, vti eam reiicit Gramat. loc. cit. & non admissa vniuersaliter doctrina Baldi, vti eam non admittit Farinac. in Fragmentis crimin. par. 1. in verb. Bannimenta imponentia, nu. 1. & 2. sed potius ait, quod quotidie contra Baldum in praxi per iudices iudicari soleat. Cōcludendū cū Carena nu. 2. dict. §. 1. esse prorsus certum, quòd dicta Bulla fuerit condita non solum ad terrorem, sed multò magis, vt pænæ in ea statutæ violatoribus eius de facto infli-

144 gantur. Hanc autem fuisse intentionem Pii V. patet manifestè ex lectura eiusdem, maxime ex vltimis clausulis: debuisse item tales reos grauissimis pænis mulctari, apparet clarè ex grauitate, & enormitate delicti, & ex maximo fidei fauore, ob quem Sanctum Officium ab omnibus impedimētis liberum esse expedit, vt pluribus comprobat Campeg. apud Zanch. de hæreticis cap. 31.

145 Deinde quoad personas violantes prędictam constitutionem, & personas contra quas violatur, diuersa occurrunt breuissimè discutienda, sed vt facilius, & clarius præstetur, accipe prius textum eius ex §. 2.

146 Hic igitur, inquit, generali constitutione, de fratrum nostrorum consilio sancimus, vt quicunque, siue priuatus siue cūcta ciuitas, siue populus, siue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, aliisue ministris prædicti Officij, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, aut Prouincia obeuntium, seu accusatorem, denuntiatorem, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seù perterrefecerit hactenus verba textus.

147 Ex quibus manifestè patet, quam generalis sic dicta constitutio circa personas offendentes, quod comprehendat omnes, & qualescumque ipsam violantes, & hoc clarè denotat dictio illa. Quicunque, quæ nullum incipit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. & clarius clausula sequens ampliatiua, siue cuncta Ciuitas, siue Populus, siue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris. ita Carena §. 3. num. 9.

148 Quoad personas verò offensas, certissimum etiam est, quod non extendatur Bulla ad alias in ipsa non nominatas, etiā si in istis militet eadem ratio, quæ in nominatis, conuincitur ex eo, quia tametsi secundum communem Doctorum ob causas diuersas soleat concedi extensio de casu ad casum; nunquam tamen conceditur de persona, ad personam, iuxta textum in l. si quis ita, §. penultimo, ff. de testam. tutel. & docent. Aret. in l. gallus § & quid si, de lib. & posth. Farinac. in fragm. crimin. par. 1. verb. extensio, num. 277. & alii.

149 Confirmatur ex casu, quem refert Riccius decis. 74. num. 9. vol. 1. quod scilicet fuerit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, per Bullam, si de protegendis, non compræhendi mulierem, quæ percusserat clericum, eo quod hic indicasset cursori Sanctæ Inquisitionis, vbi nam esset eius Mater, alias de hæreticalibus superstitionibus inquisita: quia talis clericus non erat aduocatus, nec testis, nec denunciato, nec Minister Sancti Officii, quæ sunt personæ solæ in Bulla expræssæ; ergo, &c.

150 Excitat item dubium Carena §. 5. An dicta Bulla habeat locum in offendente ministrum Sancti Officii electum tantum? Respondet ipse neganter; & format casum in Inquisitore, qui acceptis litteris suæ legationis à summo Pontifice, vel à sacra vniuersali Romana Inquisitione non dum eas ostendit Regi, aut Principi, &c. loci, ad quem destinatus, vti ostendere tenetur, attenta communi doctrina, quam afferunt Simanch. de Cathol. instit. tit. 44. num. 1. Pegna 3. par. Direct. commen. 1. in principio, & alii, casu itaque sic formato.

151 Probat suam responsionem Carena ex mente Baldi, quem citat affirmantis, quod priuilegium concessum ratione officii, requirit officium in actu, nec sufficit habitu tantum: atqui Inquisitor ante dictam litterarum præsentationem habet officium habitu tantum, & non actu; ergo &c. Ve-

152 rum licet vtraque & responsio Carenæ, & doctrina Baldi mihi placeat; quod tamen deducit ille ex ista, Inquisitorem scilicet habere officium habitu tantum, dum non præsentat modo dicto litteras suæ potestatis, & iurisdictionis, non videtur vniuersaliter admittendum, nec faciendam vim in tali præsentatione litterarum; cum Illustrissimus D. Inquisitor Melitensis nequaquam præsentare soleat, vt iam alibi dixi, & mihi quidem proba-

 bile

bile est, quod per solum ingressum in hanc Insulam sumat sui Officii possessionem.

153 E contra dubitatur, si fiat offensio ei, qui fuit Inquisitor, aut Minister Sancti Officii, & iam non est, an offendens incurrat pœnas prædictæ Bullæ? Magna est controuersia circa hoc inter Doctores, præcipuè inter Albericum, l. ordine, de public. iudicijs, & Romanum, l. si quis in grauis, §. de his, ad Syllanian. opposita defendentes; sed omissis, quæ hinc inde ab eis afferuntur, duplici conclusione decidetur.

154 Prima conclusio, Probabile est, quod simpliciter loquendo, offendens Ministrum Sancti Officij, iam munere, functū, non subiaceat pœnis Bullæ. Cum Romano citato tenent diuersi, præcipuè Franc. decis. 403. num. 2. cum seqq. & Carena dict. tit. 13. §. 4. num. 16. Facit pro hac conclusione textus in cap. 1. de vassallo, qui contra constitut. Lothar. vbi habetur. Quod

155 si Vassallus sit liberatus à Vassallaggio, non teneatur Dominum, vt prius defendere; item non offendere; si tamen offenderet, non punitur ea pœna, qua puniretur, si Dominum offendisset, sed alia iudicis arbitrio; ergo nec offendens eum qui prius fuit Minister Sancti Officii, puniri debet illa pœna, qua puniretur, si ministrum Sancti Officii offendisset. vide longiorem probationem apud Carenam.

156 Secunda Conclusio, si offensus fuit Minister Sancti Officii iam Ministerio functus, intuitu tamen, & contemplatione officii præteriti, aut tunc gestorum, certum est, quod taliter offendens pœnis dictæ Bullæ subiaceret. Probatur efficaciter ex his, quæ allegant Paris. de Put. tract. de Sindicat. in verb. remotus ab officio, vers. an statutum, & Mastrillus in comment. ad Iudultum Generale, cap. 36 nu. 10. vers. Amplia 3. vbi affirmant, quod offendens officialem remotum iam ab officio, puniri debeat pœnis statuti punientis offendentem officialem si talem offensam ei inferat occasione officii præteriti: Ergo pari modo erit in offendente ministrum sanctæ Inquisitionis remotum iam ab officio, si offendat intuitu officii præteriti.

157 Secus autem erit, si non contemplatione officii præteriti, sed ex priuato odio, seu inimicitia speciali talem ministrum Sanctæ Inquisitionis offendat. Quin etiam hoc verum habet, si fiat ei offensio dum est in officio, quando ista procedet ex huiusmodi motiuo priuati odii seu inimicitiæ particularis, & non intuitu officii. Probatur ex ipsa Bulla, si de protegendis in illis verbis. Qui tantum nefas in odium, & contemptum sancti Officii admiserit, ergo non ita erit, si ex odio, seu inimicitia priuata Ministrum Sanctæ Inquisitionis offendat. Docent communiter auctores præcipuè Farinac. de hæresi, quæst. 180. n. 80. in fin. & Carena dict. tit. 13. §. 6. num. 23 & 24. vbi plura videas.

158 Quid vero si sit dubium, ex quonam motiuo procedat offensio in prædicto casu, an ex odio priuato cum ministro sanctæ Inquisitionis offenso? an potius ex odio, & contemptu sancti officii? Perspicuam resolutionem huiusce grauis difficultatis tradit nobis Carena dict. §. 6. ab ipsomet audiamus.

159 Seclusa, inquit, dispositione Bullæ nostræ dicendum esset, quod in dubio præsumuntur officiales, & ministri offensi ex odio particulari, & hoc ad excludendum maius delictum; vti pluribus alijs cumulatis, docuerunt Farinac. de crimine læsæ Maiestatis, quæst. 12. num. 154. Mastrillus ad indultum Regium cap. 36. num. 22. qui alios allegat. quidquid ex Boss. in contrarium dixerit Bursat. cons. 148. num. 15. in fin. vol. 2.

160 At attenta dispositione Bullæ nostræ, si versemur in offendente, qui fuerit in Sancto Officio indiciatus, denuntiatus, vel punitus pro aliquo delicto spectante ad dictum Tribunali, in aliquo consanguineo, seu affine talis inquisiti, &c. clarissimum est, quòd offensa prædicta intelligitur, & præsumitur facta intuitu, & in contemptum Sancti officij; probant hoc verba textu, ibi. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officii admiserit, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. ita ille; vide plura, apud ipsum.

161 Dicendum iam aliquid de exhibentibus auxilium, consilium, fauorem &c. cuius violatori dictæ Bullę, si de protegendis, qui parimodo incurrunt pœnas in ipsa expressas. Qualiter autem ista auxilium consilium, &c. inter se & etiam à mandato differant, benè declaratum inuenies pœnes Farinac. prax. crimin. quæst. 129. à nu. 1. & Duard. ad Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 11. quęst. 17.

162 Quibus cum, & Carena, dict. tit. 13. §. 11. nu. 49. hic solum notandum quod verba illa Bullę: auxilium, consilium, &c. in quolibet prædictorum scienter præstiterit: debeant, intelligi de auxilio consilio, &c. præstitis in ipso delicto patrando, non autem post delictum. Comprehenditur itaque in Bulla, & huius pœnas incurrit quiuis tribuens opem occisori, vulneratori, &c. in ipsa occisione, & vulneratione, secus post.

164 Depositio item dictæ Bullæ inde præcipuè apparet stricta, & valde rigorosa, quod violans eam incurrat pœnas, etiam vltimi supplicij, in ipsa statutas, etiamsi ex violatione, seu ex conatu eius nullus sequatur effectus. Patet ibi; licet, inquit, ne-

imo

mo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus; nihil expugnatum, nihil effractum, succensum diremptumue, nullum denique damnum re ipsa sit secutum. Nihilominus is sit, anathemathe, &c.

164 Non tamen sufficit actus merè internus, seu sola intentio violandi, sed requiritur conatus, seu actus externus qui sit proximus ipsi delicto. Tradunt vt certum Farinac de crimin. læsæ Maiest. quæst. 116. num. 152. & 154. Menoch. de arbitr. iudic. casu 360. num. 24. & num. 115. & cum alijs Carena dict. tit. 13. §. 12. num. 33.

165 Quoad pœnas ipsas quid? Primo verbis eiusdem Bullæ tibi expressas trado. Nihilominus, inquit, is sit anathemate præsentis Canonis auctoritate ligatus, idemquoque læsæ Maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio temporali perpetuo, & ipso priuatus, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pænas exigat, quæ damnatis primo capite dictę legis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis, per sanctiones canonicas constitutum, eius filij paterna infamia subiecti omnis, & cuiuscunque hęreditatis, & successionis, & donationis, & legati, siue propinquorum siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. ita ibi, §. 4.

166 Contra violatores Bullæ Clericos, sic additur §. 5. Quod porro de prædictis, eorumque filijs statuimus, illud idem de omnibus clericis, præsbyteris sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & Maiori dignitate preditis, ac etiam priuilegio quomodocunque suffultis, decernimus exequendum, itaut ipsi beneficijs, & Officijs omnibus Ecclesiasticus præsentium auctoritate priuati, per iudicem Ecclesiasticum hæreticorum more degradentur, demum potestati sæculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subijciantur. hęc ibi, quę per se patent, nec aliqua indigent declaratione.

167 Restat videndum, qualiter reus in violatione Bullæ, si de protegendis, à prædictis pœnis saltem ex parte liberari possit. Communiter tenent doctores in criminibus atrocissimis ob minorem ætatem non esse minuendam pœnam, vt ex mente multorum, quos citant, tradunt Farinac. de pœnis temperandis, quæst. 92. num. 107 & Rugiell. pract. qu. cap. 34. num. 46.

168 Nihilominus quoad casum præsentem, quamuis delictum violationis dictæ Bullæ inter atrocissima merito computetur; in praxi ipsa minorem 25. annis, seu 18. annis pęnes siculos, & Militenses, mitius puniri debere, & respectu eius pęnas dictę Bullæ esse minuendos rectè defendit Carena dict. 13. §. 20. num. 86. cum Menoch. de arbitr. iudic. casu 356. nu. 43. & cum eodem Farinac. num. 108. vbi refert diuersos casus minorum, qui ob atrocissima delicta fuerint mitius puniti.

169 Addens ibidem, si iuxta sententiam oppositam pænæ ordinariæ plectantur minores debent concurrere duo; primum, quod minor excedat annum 14. secundum quòd id non fiat, nisi consulto Principe, seu supremo Magistratu.

170 Sic etiam, subiungit Carena dict. n. 86. in crimine hęresis minor 25. annis, qui hæresim abiurauerit, non est puniendus pœna ordinaria, qua puniretur, si esset Maior, vt docuerunt Simanch. de Cathol. instit. tit. 29. num. 56. Conradus in summ. Diuinor. præceptorum, tom. 2. in fin. tract. de pænis minuendis cap. 6. versic. Quarto fallit, & Pegna ad direct. par. 1. cemment. 13. hæc ille; quibus confirmatur, quod in minore violante dict. Bullam sint minuendæ eius pęnæ.

171 Propter ignorantiam item, saltem probabilem, seu inuincibilem, in aliquo rustico, seu idiota. quod possint minui pænæ dictæ Bullæ, si eam violet sic ignoranter, merito defendit Carena §. 22. sub arbitrio tamen sacræ Congregationis sancti Officij Vrbis. Ad quam semper recurrendum, quoties agitur de infligendis pœnis dictæ Constitutionis, si de protegendis, vt benè aduertunt cit. Zanar. tom. 1. cap. 5. de fide versic. tertium genus, & Carena ibidem num. 95.

172 Denique qualiter ex alijs capitibus possint minui pænæ dictę Bullæ, vel secus respecta violatorum eius. Vide eumdem Carenam dict. tit. 13. toto §. 21. egregiè declarantem; plura circa hoc à nobis in

173 communi alibi tradita. Crederem tamen, quod nunquam occurret casus, in quo possit violator huius constitutionis à pænis in ea contentis in totum liberari, nisi id fiat ex mera gratia Summi Pontificis, à qua concedenda Pius V. Sanct. Mem. retraxit quantum potuit successores suos in Pontificatu per clausulam in § 9. dictæ Bullæ appositam, sectu equidem dignam, nec in alijs Bullis similem inuenio. Vnde conueniens duxi ea præsentem Regulam terminare.

174 Cæterum, inquit, eam omnium, & quorumcunque absolutionum rationem à prædictis criminibus nec non habitationum, & restitutionum, etiam ad famam & honores, ita deinceps habendam optamus, vt successores nostri nullas, nisi saltem semestri post cuiusque assumptionem ad huius dignitatis fastigium excurso. & precibus apud supremum officium Inquisitionis hic institutum verificatis conce-

175 dant. Decernentes omnes, & quascunque huiusmodi absolutiones habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic non verificatis de cætero fient, nemini prorsus pro-

prodesse sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto, & gratia ex certa Romani Pontificis scientia, facta, & propria manu subsignata vlla in parte derogari, nec derogatum censeri debere, & si illis ex quacunque causa aliter derogari contigerit, derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris, & momenti. ita ibi.

Polygami, & contrahentes matrimonium clerici, aut alij post emissam professionem in aliqua Religione quibus pœnis mulctandi?

REGVLA CCCCXCVI.

176 Vltra infamiæ pœnam, (sub qua polygamia etiam inter gentiles olim prohibita) condemantur polygami arbitrio iudicis, seu Inquisitoris ad pænas extraordinarias, vt triremium, fustigationis, &c. maximè si sint plebei, & viles; secus si nobiles, in quibus habent locum pæne exilij relegationis, carceris, ac pecuniariæ: minuendum tamen valdè de pænis, si polygamia non fuit consumata, sed solum attentata, vt contrahendo tantum spon-
177 salia. Pari item modo dicendum circa pęnas infligendas quibusuis polygamiæ cooperatoribus, vt consilium dantibus, falso deponentibus, de morte prioris co-
178 niugis, &c. Clerici denique in sacris, & Religiosi votis solemnibus iam astricti, si ad matrimonium transeant, pręter excommunicationem ipso facto fiunt irregulares beneficijs, & officijs priuantur, & pœnis carceris perpetui, triremium, &c. sicut dictum est de polygamis plectuntur.

---

179 Pluribus in locis nostri Operis de Materijs Tribunalium Fidei, attigimus hanc de polygamis, & clericis in Sacris, aut Religiosis Matrimonium Contrahentibus, tum lib 1. quoad ostensionē, quod sit casus sanctæ Inquisitionis, tum lib. 4. quoad torturam illis infligendam pro eruenda veritate, tum lib. 5. quoad abiurationem ab ipsis emittendam superest hoc loco nonnulla dicamus, punitionem huius criminis, quę desumentur ex varijs auctoribus præcipuè ex Farinac. de delictis carnis, quęst.140. & de hæresi qu. 178. Sousa lib.1.cap.35. Carena 2.par.tit.5. §. 12. & 13. ac ex Illustrissimo D. Didaco Garcia de Frasmiera, de polygamia diuersis in locis citandis.

180 Quod in Regula nostra per parentesim primo loco apponitur, nempè sub pæna infamiæ fuisse prohibitam olim polygamiā inter gentes, seu infideles, constat ex ff. de his, qui notantur infamia, l. item, C. de incestis nuptijs, l. eum, qui l. 18, C. de Adulterijs Nouell.18.cap. 2. nec potuisse duobus esse eandem nuptam, neque fuisse licitum eidem eodem tempore duas vxores habere, ex §.6.instit.de nuptijs l.15.§. 4. ff.de manumiss. vindic. At cum istæ leges æditæ fuerint ab Ethnicis Imperatoribus pro suis subditis infidelibus, certum est, vt benè notauit Trasmiera lib.1 quęst.6.n.42. 43. Monogamiam penes ipsos fuisse acceptam, & polygamiam sub nota infamiæ, & alijs pænis prohibitam.

181 Ex vi autem prædictarum legum, quæ postea fuerunt ab Imperatoribus Catholicis approbatæ, et recepta pro subditis fidelibus, manifestè patet, quod attento iure ciuili, polygamia in tota Ecclesia Christiana sub pęnis infamiæ, et alijs prohibeatur. ita Guttier. in pract. quęst. lib. 2. q.6. Thesaurus iunior, quæst.forens lib. 1. q.14. Parlador. quotid. differentiarum iuris, differentia 108. num.16. & Carena dict. tit.
182 5. §. 12. num.65. Qui duo postquam absolutè asserunt polygamios esse infames, cū limitatione merito subiungunt, quod hæc infamia non afficiat filios polygami, quidquid sit de filijs hęretici.

183 Quibusnam autem alijs pænis sint polygami secundum ius ciuile puniendi dissidium est inter doctores diuisos in varias opiniones, vt refert Farinac. dict. qu. 140.
184 par. 1. à num.3. Nam aliqui volunt polygamos puniendos pœna adulterij iuxta textum in authent. hodie, §. si verò Prætor.
185 C. de repud. Aliqui item quod polygamis sit iniungenda pœna stupri, quę vt ait Albert. de agnos. q. 23. num.9. diuersa assignatur secundum diuersitatem delinquentiū.
186 Aliqui denique vt Grammat. voto 17. n.5. quod debeat infligi pæna mortis committenti delictum polygamiæ, etiam si sit mulier, ex l. vxor, C. de repudio, & hoc tunc maximè seruandum quando tantum scelus reiteratur.

187 Quas opiniones, & alias reijcit idem Farinacius, citatis ibidem, nu.4. auctoribus & iuribus, quibus ad reiiciendum fundatur, & sequitur eam, quam iudicat veriorem, vti magis in praxi receptum, nimirum quòd pæna polygamis imponenda indici sit arbitraria attentis qualitate personarū delinquentium, & maiori, vel minori grauitate delicti ostenditur ex l. miles, §. mulier in fin ff. ad l. Iuliam, de Adult.

188 Verùm postquam punitio delicti polygamiæ ad Episcopos seu Inquisitores pertinere cæpit priuatiuè, quoad Indices sæculares, non fuit amplius curandum de prædictis pænis contra polygamos ex vi curis ciuilis, sed de receptis in praxi (vt benè notauit Trasmiera lib.3. quæst. 8. nu. 14.) penès Tribunalia Sanctæ Inquisitionis ex vi iuris canonici, aut de contentis in isto, vel de mutuatis per ipsum, aut per dicta Tribunalia. Quippe qui quòd pæna polygamo imponenda DD. Inquisitoribus sit arbitraria vt reuera est, mutuatum fuit

per

per illa à iure ciuili, vt egregiè docet idem Trasmiera dict. quæst. 8. nu. 4.

189 Percurso autem iure canonico, aliquæ à doctoribus, præcipue à Reginald. in praxi fori pænit. lib. 31. cap. 12. nu. 79. notatę sunt pænæ, quas prȩter peccatum mortale, incurrit ille, qui sciens vxorem adhuc viuere, ducit secundam. Primò, iniungitur ei, vt 40. diebus ieiunet in pane, & aqua, ac septem sequentibus annis pæniteat ita in cap. 2. de sponsa duorum. Secundo fit irregularis, ex cap. nuper de bigamis. Tertio, contrahit matrimonii impedimentum vnum de minoribus significatum

190 nomine criminis. Quartò ipso iure pæna infamiæ afficitur, iuxtam idem cap. nuper denique ex vi iuris canonici, vt testantur Couarr. in tract. in Epitoma par. 2. cap. 7. §. 3. nu. 5. & Didacus Cantera quæst. crimin. de tang. punit. delicti quæst. 5. polygamus incurrit pænas Adulterij, & Stupri, si Secundam ducat virginem.

191 Peculiariter verò expendendum, quod magis ad nostrum institutum spectat, quænam pænæ sint vsu receptæ in Tribunalibus Sanctę Inquisitionis; cum circa hoc extet diuersitas magna pro diuersitate eorum, atque hinc confirmatur, quod paulo ante dictum, hoc scilicet pænas esse arbitrarias Inquisitoribus. Porrò in supræmo Inquisitionis Romanæ Tribunali, & in aliis ipsi immediatè subiectus, vt in nostro Melitensi, qui delictum polygamiæ consumatæ perpetrarunt, condemnantur ad Triremes ad minus per quinquennium vt ait Eminentiss. Cardinalis Scaglia in

192 praxi manuscripta cap. 6. Addens ibi, quòd Sententia pænæ legi soleat in loco, vbi delictum fuit commissum ad aliorum Exemplum.

193 Quin etiam augetur dicta pæna Triremium ad septennium, & aliquando ad decennium, vt testantur Aloysius Bariolo in aphor. litt. V. verbo vxor, §. 2. & Farinac. de hæresi, quæst. 178. nu. 73. Maximè si polygamus ter, vel quater, viuente adhuc prima Vxore matrimonium contraxit. ita etiam Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 14. nu. 5. & Campan. in diuers. iuris canon. rub.

194 1. nu. 47. Vbi ait quòd Romæ ipso præsente, in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam per Suprȩmum Tribunal Sanctæ Inquisitionis vrbis quatuor simul polygami. 18. Maii 1597. condemnati fuerint ad triremes, nimirum duo per septennium, qui cum tribus simul contraxerant, & alij duo per quinquennium, qui secundam tantùm duxerant viuente adhuc prima vxore.

195 E contra minuenda valdè pæna triremium ad biennum, vel tollenda omnino, & assignanda minor, vt carceris, Exilii, vel relegationis per aliquod tempus, quando reus indè exciperet, quòd post adhibitam aliquam diligentiam ob longam absentiã mors prioris coniugis certa præsumeretur ita bene Diana par. 4. tract. 7. resolu. 4. vers.

196 non desipam. Vel quando polygamia non esset consumata, sed solum attenta deueniendo ad actum proximum, vt si instrumentum dotis sit confectum, si denuntiationes in Ecclesia cæperunt fieri, vel sponsalia de futuro fuerunt tantùm inita Tradit vt omnino certum ex mente alior Carenæ dict. 5. §. 12. nu. 64.

197 Qui ibidem duo addit etiam vt certa admittenda: primum si dictus reus attentans polygamiam sit plebeius, aut vilis, possit adiungi secunda pæna publica ad ruborem, & dedecus eius, vt stet præsoribus Ecclesiæ cum candela accensa, dum missa

198 celebratur. Secundum, quòd possit condemnari ad triremes sępius attentans polygamiam, quamuis nunquam eam consumet. Atque in vtroque libenter Carenæ adhęreo.

199 Sed quid iam de pęnis contra polygamos in supremo Tribunali Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum, & in aliis ei subiectis, vt in isto vicini Regni Siculi? Quamuis regulariter mitius agatur cum eis quoad abiurationem, vt alibi à nobis dictum, cum tantum abiurent de leui. ad duplicem tamen pœnam grauem condemnantur, nempe ad fustigationem in publico circũducta, & ad remum per quinquennium, si sint homines plebei, seù viles, si verò mulieres viles ad fustigationem dictam, & e-

200 xilium, At polygamis nobilibus vtriusque sexus præter exilium, vel relegationẽ iniungenda pœna pecuniaria. ita Diana vbi supra refectiuè cum Simanch. de Cath. instit. tit. 40. nu. 6. cum Salced. in addit. ad pract. crimin. Diaz cum Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 35. n. 20. & cum Castro Palao tract. 4. disp. 8. punct. 6. §. 8. num. 2. adiunge Farinac de hæresi. quæst. 178. nu. 74.

201 Tradita autem breuiter duplici numero præcedenti copiosissimè discutit, & resoluit D. Trasmiera lib. 3. sui operis eruditissimi de Polygamia multis quæstionibus longissimis. Octaua in communi pro quibusuis polygamis; nona pro viris nobilibus solis hoc delictum committentibus, vbi per multa de nobilitate, & de priuilegiis, quæ ei competunt; decima pro hominibus tantum polygamis vilibus, seù plebeis; Vndecima, pro solis mulieribus binas nup-

202 tias contrahentibus. Hinc nobis ansa porrigebatur, expressionem doctrinæ præsentis Regulæ non parum extendendi; sed conuenientius duxi breuitati studens, circa dictas pœnas nobilibus, aut ignobilibus vel mulieribus insligendas, benignum lectorem ad citatum D. Trasmieram remittere vti remittit Carena dict. tit. 5. §. 12 n.

203 65. Qui initio dicti §. 12. benè aduertit, quòd polygamo in Sancto Officio solent etiam iniungi pænitentiæ salutares, vt ieiunia, orationes, &c.

204 Sequitur agendum de pænis iniungẽdis cuicunque cooperanti ad delictum polygamiæ patrandum, maximè consilium

danti,

danti, aut testimonium falsum de morte prioris coniugis ferenti. Vniuersaliter loquendo communis est auctorum doctrina, quam afferunt, & sequuntur Farinac.prax. crim.in.par.5.quæst.129.à num.23.Bernard. regul.175. Campan.in diuersorio iur.can. rubr.11.cap.23. num.79. & alij quòd consulens, seu suadens quoduis delictum puniatur eadem pœna, qua ipse delinquens

205 Imò aliquando maiori vt benè ait Albert.de agnosc.qu.30.nu.6.& ponit exemplum in medico, qui dedit filio poculum venenatum, vt hic propinaret patri intēdens ipsum occidere, cum in hoc casu plus sit puniendus medicus consulens quam filius occidens l.5. ff.de parricid. & l. vtrum ff.eodem.

206 Ex qua generali decisione clarè, ac rectè deducitur quod consulens, aut suadēs alicui polygamiam non sit minori pœna plectendus, quam ipse polygamus, vt benè docent Moura opusc.1.de incant.sect.3. cap.6.num.11.& Diana dict. resol.4. versic. Notandum est etiam qui referunt exemplum, nempe ad eandem pœnam fuisse cōdemnatam Matrem consulentem filiæ, vt polygamiam iniret, qua fuit ipsa filia puv

207 nita. Quin etiam non improbabiliter defendit Trasmiera dict.lib.3.quæst.5. n.1. & seqq. quod maiori pœna sit plectendus consulens hoc delictum, quam suspiciens consilium. Atque inde probat quia in consulente est maior præsumptio erroris, quod male sentiat de Sacramento matrimonij, cum consilium spectet ad intellectum, in quo residet error. Item quia circumstantiæ lucrandi dotem, & satisfaciendi luxuriæ, quæ minuunt suspicionem erroris non adsunt in dante consilium, sicuti adsunt in contrahente secundum matrimonium, ergo, &c.

208 Prçterea quoad testes deponentes falsum in curia Episcopali de morte prioris coniugis, aut de celibatu volentis contrahere: atque quoad eos, qui ad sic falso testificandum ibi illos inducunt: supponimus vt certum, & firmiter resolutum, quod punitio istorum eorum ad Tribunal sanctæ Inquisitionis spectet, vti fundamento firmo resoluit D. Trasmiera dict. lib.3. tota

209 qu. 16. Licet enim ipse solummodo probabilissimum esse affirmet num.12.certitudinem tamen resolutionis clarè ostendit fundamentum, in quo nititur, nempe in connexione, seu continentia, siue identitate causarum polygami, & falsi testis, quòd ad eundem iudicem spectare debeāt iuxtà doctrinam Martæ casu 119. num.5.& aliorum in cap.per hoc de hæret. in 6. & quòd vbi cæptum est iudicium, ibi de iure sit finiendum, l. vbi cæptum ff.de iudic. §.quoniam in authen.de testibus.

210 Ex quo manifestè apparet loqui Trasmiera in casu præuentionis, quæ circa dictas causas polygami, & falsi testis alibi sine dubio datur inter Tribunalia sanctę Inquisitionis, & Tribunalia Episcoporum. At in hac Insula Melitensi nequaquam extat, sed vel ex præscriptione, & antiquo vsu, vel ex eo quòd Sacra Congregatio vrbis sic voluit, huiusmodi causæ ad sanctum

211 officium tantummodo pertinent. Et quādo semel curia Episcopalis peculiarem causam polygamiæ tractare, & expedire tentauit, ab Illustrissimo Inquisitore D. Nicolao Herrera omnia abrogata, & annullata fuerunt, tanquam à iudice incompetente tentata, & causa denuò, me præsente vti consultore, & vouente agitata ab eo, & expedita.

212 Hoc itaque supposito, quod dicti rei falso testificantes, vel ad sic testificandum alios inducentes sint plectendi eisdem pœnis, quibus plectuntur polygami, præcipuè pœna triremium quinquennalium, aut septennalium pro modo culpæ arbitrio Inquisitorum, ex omnium mente docet benè Carena dict.tit.5.§.13.nu.67. nec est cur in hoc amplius immoremur.

213 Aliqua pulchra dubia excitat idem Carena dict. §. 13. circa huiusmodi testes, si negent depositionem factam, & Notarius affirmet, cui dicto standum? Huius equidem affirmationi, si depositio sit facta coram Iudice, aut subscripta ab illis. Vide resolutionem cęterorum apud ipsum, quā omittimus, ne nimis diffundamur.

214 Quid tandem de pœnis, quas incurrunt clerici in sacris, vel religiosi contrahentes matrimonium? Quoad pœnam excōmunicationis, siue polygami sint propriè dicti, de quibus supra, siue impropriè dicti vocati similitudinaris, quales sunt isti clerici in sacris, & Religiosi matrimonium contrahentes: de omnibus vniuersalem mouet Trasmiera quæstionem, nempè 14 lib.3. An qui committit delictū

215 polygamiæ, sit excommunicatus? Et quidquid in contrarium dicat Paulus Grillandus in tract. de pœnis Omnifar. coitus, qu.14. benè ostendit ipse Trasmiera polygamos propriè dictos nulla à iure excommunicatione affici, neque huius vllam fieri mentionem in cap.accepisti, de sponsa duorum, & in cap.nuper de bigamis, vbi est sermo de ipsis, neque alibi, & ita cum Glossa in Clemen.vnica de consang.& affin. sentiunt Imola, & Cardinalis.

216 Ex hac vero Clement. manifestè constat, quòd tales polygami similitudinarij sint ipso facto excommunicati; vbi alij simul eodem modo excommunicantur, En ipsius verba: Eos, inquit, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cū Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: Nec non Religiosos, & moniales, & Clericos in Sacris Ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refrenare metu pænę ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto de-

decernimus subiacere, ita ibi.

217 Circa hanc constitutionem diuersa notat benè Sanchez lib. 7 de Matrimonio disp. 48 primo affici sine dubio dicta excõmunicatione Religiosos Societatis IESV, qui professionem solemnem non emiserũt, sed simplicia biennij vota, eo quod sint

218 veri Religiosi. Secundò non incurri eã si Religiosus, vel clericus in sacris matrimonium clandestinum contrahat, cum istud annullatum fuerit à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformatione matri-

219 monij. Tertiò, non ligari excommunicatione consulentes, nec mandantes, neque opem ferentes, cum dicta Clementina de solis contrahentibus loquatur. Vide plura apud ipsum Sanchez.

220 Præter excõmunicationem dictæ Clement. si Clericus sacris initiatus matrimonium contrahat, fit irregularis, itaut nec in susceptis ordinibus ministrare, nec ad alios suscipiendos promoueri possit. Patet ex cap decernimus, distinct. 28. & afferunt Couarr. de sponsalib. par. 2. cap. 6. §. 3. nu. 1. & cum multis relatis Trasmiera lib. 3. q. 12.

221 num. 13. Addens num. 14. quòd hoc seuerius statuatur in Concilio Toletano octauo his verbis: *Quicunque etiamsi inuiti ad Ecclesiasticarum officia dignitatũ assumuntur, deserere quam semel receperunt gratiam, donumque nequaquam audeant. Si vero ad coniugia, moresque sæculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuentur, & apostatæ habeantur, & in monasterio, donec vixerint sub pœnitentia detrudantur.* ita ibi.

222 Quoad alias pœnas triremium, relegationis exilij, &c. vt optime docet idem Trasmiera dict. q. 12. resoluendum pari modo in sancto officio de istis reis, vel clericis sacro ordine initiatis, vel Religiosis contrahentibus matrimonium, ac resolutum fuit paulo ante de polygamis propriè dictis perspecta semper conditione delinquentis, & grauitate delicti, an fuerit actus polygamiæ similitudinariæ solum at-

223 tentatus? an verò iam consumatus. Atque hæc locum etiam habent in Greco Sacerdote, quod sint ei dictæ pœnæ infligendę arbitrio Inquisitorum, si post susceptos sacros ordines vxorem ducat, vel tentet ducere, vt ait idem Trasmiera dict. q. 12. num. 14. & habuimus casum in hoc sancto officio Melitensi multis ab hinc annis, vt iam alibi atigi.

224 Prædicta tandem de pœnis iniungendis clerico sacris initiato, matrimonium contrahenti similiter applicandæ sunt coniugato, qui sine licentia vxoris in sæculo degentis sacros ordines suscipit, Excepto quando vxor committeret adulterium. Peculiarem circa hunc casum excitat Trasmiera quæstionem 13. scilicet lib. 3. & resoluit eum in particularia num. 33. vsque ad 38. Vide resolutionem per extensum apud ipsum, vt nos iam præsenti Regulæ finem imponamus.

Qualiter à sancto Officio puniendi, qui in eo circa fidei causas falsam deponunt ad condemnandum innocentem, vel liberandum delinquẽtem?

REGVLA CCCCXCVII.

225 QVamuis ad torquendum testem falsa deponentem in sancto Officio Episcopus simul, & Inquisitor concurrere debeant probabili tamen est à solo Inquisitore pro crimine adeo graui eum puniri

226 posse. Est autem talis punitio ipsi Inquisitori arbitraria per condemnationem eiusdem ad triremes, fustigationem, exilium, &c. Si falsitas testificantis detegatur priusquam testificatus fuerit condemnatus; Si verò posteà, probabilius censetur, esse illi infligendam irremissibiliter pœnam talionis, etiam cum morte (consulto supræmo Senatu sanctæ Inquisitionis) casu quo accusatus vti negatiuus pœ-

227 nam capitis subiuit. Idem esto iudicium de mandantibus, vel indicentibus ad falsum sic deponendum: secus de vtrorumque filijs, qui nullis inde pœnis afficiuntur.

228 Deponens tandem falsum in sancto officio, aut iuridicè interrogatus veritatem occultans pro liberando delinquente pœnas contra fautores hæreticorum statutas incurrit, &c.

---

229 SEquitur opportunè hæc Regula post præcedentem, in qua actum de testibus falsum deponentibus penes curiam Episcopalem circa crimen polygamiæ, agimus in præsenti de deponentibus falsum circa hoc idem, & circa quæuis alia crimina contra fidem penes sanctum Officium Ac primò dubitatur à quonam taliter deponens puniri queat? an à solo Inquisito-

230 re. Sanctarellus tract. de hæresi cap. 39. dub 3 num. 20. cum Eymer. 3. par. direct. in duodecimo modo terminandi processum fidei, nu. 209 & cum Pegna ibi Comment. 122. versic. illa etiam est, absolute tenet, quod ad testes falsos in causa fidei punien dos debeant simul interuenire Episcopus, & Inquisitor, itaut alius sine alio nihil efficere possit. Videtur expresse haberi in rescripto quodam Leonis X. cuius meminit ibidem Pegna.

231 Nihilominus extendendo dubium etiã ad torturam, bene sub distinctione incipit respondere Castrus Palaus tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 6. num. 3. si testis sit torquendus non vt reus, sed vt testis pro formitate de-

depositionis factæ, quod quandoque requiritur, nullus dubitat, à quouis separatim, siue Episcopo, siue Inquisitore in causa procedente, posse eum torqueri, cum illorum quiuis habeat potestatem inquirendi, & examinandi veritatem vsque ad conclusum in causa. Si verò
232 torquendus sit reus, quia repetitur sufficienter indiciatus de falsa depositione, ad hanc torturam tenentur simul concurrere Episcopus, & Inquisitor, nec sufficit vnus sine alio. Patet manifestè ex Clem. 1. de hæret. §. propter, versic. duro tamen tradere, &c. neque hoc maiori indiget probatione.

233 In dicta autem Clement. nulla fit mētio de punitione, & attento iuris rigore, certum est, quod possit Inquisitor sine Episcopo, & è contra, punire testem coram se falsa deponentem, cum potestas sic puniendi competat cuiuis delegato Principis in causis criminalibus. Constat ex l. nullum, C. de testibus, & pluribus comprobant Clarus in prax. §. fin. quæst. 38.
234 vers. sed quæro in fin. solum obstat dictum rescriptum Leonis X. editum anno 1520. & propter illud idem Castrus Palaus prius cum citato Pegna, & Farinac. de hæresi quæst. 188. num. 41. in hanc partem negatiuam vti tutiorem, quod nequeat vnus sine alio, propendit.

235 Verùm postea idem Castrus, quòd dictum rescriptum sit derogatiuum, seù limitatiuum iurisdictionis ordinariæ, & delegatæ, quæ competit Episcopis, & Inquisitoribus ipsum strictè interpretatur, esse scilicet intelligendum de solis Inquisitoribus prouincia Aragoniæ, ad quos fuit directum: Atque hæc interpretatio, quę sine dubio videtur admittenda ob auctoritatē tanti interpretis, facit mihi probabilem saltem partem affirmantem, quod quiuis deponens falsum in Sancto Officio ab Inquisitore solo, sine Episcopo possit puniri.

236 Occurrit secundo loco aliud dubium multò grauius, & difficilius, quanam pæna sit plectendus deponens falsum in causa fidei contra innocentem? omissis multis, quæ eruditè adducit Trasmiera lib. 3. de polygam. quæst. 17. à nu. 9. decidendo sub terminis vniuersalioribus pro falsa depositione cuiusuis criminis, in quouis Tribunali, citatis iuribus & expressis moribus etiam gentilium Romanorum, Indorum, &c. in puniendo hoc crimine, (vide si lu-
237 bet ea apud ipsum) Circa casum præsentem duæ sunt sententiæ oppositæ, altera affirmans, altera negans, prior est Simanc. de cath. instit. tit. 64. nu. 86. & 90. Salzedi pract. in addit. ad Bernad. Diaz c. 93. vers. hic sanè. Ant. Gomez in l. Tauri, 83. nu. 8. in fine, Rojas tract. de hæret. par. 2. asser. 8. nu. 156. cum seqq. & aliorum affirmantium quòd infligenda sit semper pæna mortis illi, qui falso crimen hæresis alicui imposuit, & hic ob talem impositionem brachio sæculari tradendus esset.

238 Fundatur primò hæc sententia, quia in aliis quibusuis causis imponens falsum crimen punitur talionis pæna, nempè eadem, qua erat puniendus testificatus, si verum esset obiectum. Habetur expresse decisum in l. 1. §. preterea, ff. de sicarijs, & in cap. satis hinc, in fine 33. quęst. 5. & consonat lex regia, 83. Tauri. Ergo idem erit in causa hęresis, cum hoc crimen sit om-
239 nium grauissimum. Fundatur secundo in supradicto rescripto Leonis X. vbi Papa remittit Inquisitoribus punitionem testis falsi pro qualitate criminis, & circumstantiarum etiam vsque ad traditionem faciēdam brachio sæculari, absque periculo irregularitatis, ergo falsus testis in causa fidei plectendus pęna talionis.

240 Altera sententia negans est Ignat. Lopez de Salzedo cap. 93. vers. in Romana. Farinac. de testibus, quęst. 67. nu. 29. & de hęresi, quęst. 188. nu. 39. Sanctarelli, de hęresi. cap. 39. dub. 3. nu. 17. & aliorum, qui è contra tenet, quòd imponens falsò crimen hæresis alicui non debeat puniri pæna talionis, sed arbitraria, nempè exilii, fustigationis, triremium, aut duplicis simul, & quod raró, aut nunquam pœna mortis sit ei iniungenda. Ducuntur inde, quia ille, hæresis crimen falsò imponitur, licet verum esset pœnam mortis necessariò non incurreret, sed pœnitens, ab ea liberari posset, nisi esset relapsus. Ergo deponenti falsum crimen hęresis non debet absolutè infligi pœna mortis, sed alia mitior arbitrio Inquisitoris.

241 Cæterum legitima, & completa resolutio dubii tradenda sub hac distinctione bimembri, vti tradunt Castrus Palaus, & Trasmiera citandi, nempe, quòd falsitas denuntiantis, aut testificantis in causa hæresis detegatur postquam testificatus, seu falsò accusatus iam passus est pænam, & mortem subiuit, vel antea, si priori modo, probabilissimum est, quod sic falsò accusans, aut testificans, debeat pœna talionis puniri, vel ad mortem damnari. Probant hoc saltem fundamenta primæ sententiæ affirmantis, & ita sentiunt auctores pro ea citati, quibus adde Sousam lib. 2. Aphoris. cap. 8. num. 29. Sicque fuisse practicatum in Tribunali Sanctæ Inquisitionis Logronen. ait Castrus Palaus dict. punct. 15. §. 6. num. 6. citans ibi pro hac parte Farinac.

242 Dixi, per parentesim (Consulto supręmo senatu Sanctæ Inquisitionis) in quo concordant omnes, quod debeat consuli supremus senatus, si pæna mortis sit infligenda falsò testi, precipuè cum Diana 4. par. tract. 7. resolut. 16. adducit Trasmiera dict. quæst. 17. nu. 20. ob eam rationem quia pæna adeo grauis sine expressa lege canonica

nica ob huius, vel illius doctoris opinio-
243 nem non est facilè imponenda. Quamquam benè addit ibidem ipse Trasmiera cautelam hanc consulendi Supremum Senatum esse adhibendam non solum in hoc casu, sed etiam in quouis alio quoties reus tradendus brachio sæculari.

244 Dixi, irremisibiliter, quia secundum communem doctrinam Bald. in l. fin. num. 3. C. de accusatore, Panormit. Ioan. And. Abbat. & Cyni in cap. Excommunicamus 2. de hæreticis, Pegnæ in 3. part. direct. comment. 122. vers. quæsitum est. Farin. de hęresi, quæst. 188. num. 43. & aliorum, quamuis hæreticis, si vaniam petit, sit admittendus ad reconciliationem (Excipe quando est relapsus) id tamen falsò accusatori, seu testi nunquam conceditur, sed necessariò traditur curiæ sæculari, capite plectendus, si prius ob eius falsam depositionem testificatus pœnam mortis iam subiuit. Assignat rationem Trasmiera dict. qu. 17. num. 18. ex Simanch. de Cathol. instit. tit. 64. num. 94. quod hæretico soli id concessum sit, vt ad catholicam fidem
245 reuertatur. Aliam firmiorem adducit Castrus Palaus dict. num. 6. in fin. quia ille sic falsum deponens non solum, vt falsus testis, sed vt verè homicida est puniendus.

246 Hinc ipse Castrus bene resoluit alium casum prædicto connexum paucis sequentibus verbis: Idem crederem, inquit, dicendum, si in carcere existens testificatus obiret, quia credendum est testem falsum causam illius mortis fuisse, ita ille.

247 Nouam excitat difficultatem Trasmiera dict. quæst. 17. num. 17. eamque egregiè decidit; sed ipsummet excitantem, & decidentem audiamus; sed posset, inquit, quis adhuc iuxta prædicta dubitare; si cõtingeret, quod delatus non esset condemnatus ex solo testimonio falso; quia erat tantum vnus testis, sed quia simul fuit cõfessus delictum, an aperta falsitate, esset pœna talionis puniendus? & videtur, quod sic puniendus, cum ipse testis fuerit illius damni causa, maximè si in tortura, ad quam condemnatus fuit propter talis testis depositionem (alijs concurrentibus adminiculis) confessus fuit non perpetratum delictum ob torturæ acerbitatem, & dolorem; pro quo facit Gloss. in verb. priuatus, in l. damus, C. de falsis, quam ibi sequitur Bart. & idem Bart. in l. si quis legatum, ff. de falsis, latè Socin. cons. 104. lib. 1. hactenus ille.

248 Atque prædicta omnia locum habent saltem cum magna probabilitate, stando in primo membro distinctionis, quæ vt ait Trasmiera num 14. est de mente Bald. in cap. sicut, in fine de testibus, & ibi Ariet. & Fel. num. 2.

249 At quid attento secundo membro distinctionis? nimirum si falsitas imponentis alicui hæresim falsò accusando, vel testificando, manifestetur ante accusati, vel testificati condemnationem, aut pœnæ iniunctæ executionem, nequaquam sic falsò accusans, vel testificans plectendus est pœna talionis, nec relaxandus brachio sæculari, etiam casu, quo testificatus ei relaxaretur si testificantis falsitas detecta non fuisset, sed alia pœna arbitraria mulctandus, nempè vt in publicum tabulatum cum signis publici pœnitentis adducatur, & ad fustigationem, vel triremes, aut exilium &c. pro qualitate personæ condemnetur. Sunt hæc omnia de mente auctorum secundæ sententiæ negantis, & tradunt præcipuè Trasmiera dict. quæst. 17. num. 13. ac præ cæteris Castrus Palaus dict. §. 6. num. 7.

250 Probat efficaciter soluendo fundamenta prioris sententiæ, & demonstrando nullum dari textum Canonicum, quo iniungatur falso testi pœna talionis, seu mortis, si de falsitate innotescat priusquam testificatus puniatur. Nam ille, qui adducitur ex cap. satis hinc, 33. qu. 5. præterquam quod non est alicuius Pontificis, sed D. Augustini, potius pro doctrina nostra facit, vt patet ex illis verbis, Eum, qui testimonio falso cuiquam nocuerit; quibus nocumentum non attentatum, sed cum effectu illatum expri-
251 mitur. In rescriptio item citato Leonis X. similiter est sermo non de damno inferendo, sed de iam illato, cum ibi tribuatur Inquisitoribus facultas liberè procedendi sine timore irregularitatis contra illos, qui tacendo verum, vel falsum deponendo, vel inducendo ad falsam depositionem occiderunt, aut membro aliquo mutilarunt, &c. ergo &c.

252 Subiungit verò statim idem Castrus Palaus num. 8. resolutionem peculiaris difficultatis scitu dignam, quam proprijs eius verbis audire ne graueris. Dico, inquit, tertio, nullam esse differentiam inter testem imponentem falsò hæresim alicui de hæresi nunquam damnato, vel imponentem falsò hæresim alicui iam de illa damnato, quia in vtroque casu testificatus morti erat tradendus, si firma maneret falsa testis depositio. Nam vterque debebat mori, vt impœnitens negatiuus; cum secundum probabilem sententiam nemini liceat fateri crimen hæresis non commissum. Ergo si testis falsò imponens crimen alias damnato, morte plectendus est, etiam plecti debet eadem morte imponens crimen ei, qui nun-
253 quam damnatus fuit. Fateor tamen in imponente falsò crimen ei, qui alias de hæresi fuit damnatus, efficacius procedere, cum hic nulla via à morte liberari posset, nisi falsitas, & mendacium detegeretur, nam siue neget hæresim impositam, siue illam fateatur, mortem euitare non potest, quia in vtroque casu damnaretur, in vno vt negatiuus, in alio vt

relapsus. At testificatus de hæresi, alias de illa nunquam condemnatus suppetit via euadendi mortem, si crimen fateatur. Quod an fieri possit in sequentibus examinabimus. ita ille.

254 Denique hactenus tradita de pœnis falsi testis in crimine hæresis, pari modo, & sub dicta distinctione bimembri intelligi debeant de illis, qui mercede testem corrumpunt, & falsum deponat, aut qui mandant, vel persuadent ad falsum deponendum, quod isti eisdem pœnis sint plectendi. ita Simanc. de Cath. Instit. tit. 64. num. 26. Zanchin. tract. de hæret. cap. 9. nu. 6. & ibi Campeg. num. 7. Pegna part. 3. direct. comment. 122. Castrus Palaus dict. §. 6, nu. 14. & cum aliis relatis Sanctarel. dict. dub. 3. n. 19. Patet ex citato rescripto Leonis X. & non est cur amplius probetur.

255 Sed tantum aduertendum, vt benè aduertit idem Sanctarellus in fine dict. n. 19. ex Bart. in l. si quis legatum, ff. ad l. Corneliam de falsis, quod taliter falsum deponens, vel ad deponendum inducens non liberabitur totaliter à pœna, licet ex depositione, aut inductione ob aliquam causam nullus fuerit secutus effectus: quia per eum non stetit. quod proximo nocumentum ratione talis depositionis, vel inductionis ab eo executæ non fuerit illatū; ita etiā Clarus, in §. falsum. vers. tu scis.

256 Rursus aduertendum, vt cum Pegna 3. par. direct. comment. 122. vers. cum verò iudices. Simanc. de cath. instit. tit. 64. num. 95. & cum Farinac. alios referente, quæst. 188. nu. 43. aduertit optimè Castrus Palaus dict. §. 6. num. 13. casu quo deponens falsum in Sancto Officio contra innocentem, aut inducens ad sic deponendum, se ipsum prodidit, & complices, si fortè habuit, plenè reuelauit, mitius cum eo agendum esse, & nullo modo pœna mortis mulctandum, nisi quando iam testificatus hac pœnam subijsset. Carceri itaque, vel exilio, vel triremibus per aliquod tempus damnandum. Vnde spontanea comparitio coram Inquisitore non inseruiet ipsi, vt à pœna liberetur.

257 Filij autem, & nepotes falsum deponentis in crimine hæresis, aut inducentis ad sic deponendum, etiam vbi hic morti fuit traditus non incurrunt infamiam, nec alias pœnas, quibus filii hæreticorum afficiuntur. Ratio est, quia nullibi in iure, quidquam circa hoc reperitur dispositum & pœnæ non debent extendi, sed potius restringi. ex textu in cap. odia, de reg. iuris in 6. ita Simanch. de Cathol. instit. tit. 64. num. 92. Pegna dict. commen. 122. vers. Postremò quæsitum est. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 27. n. 25. Farin. d. quæst. 188 n. 54. & cum aliis Castrus Palaus d. §. 6. nu. 15.

258 Denique quoad vltimam partem nostræ Regulæ de falsum deponentibus in S. Officio, aut legitimè interrogatis veritatem negantibus pro defendendo delinquente contra fidem quid? Certum primò est, quod isti sint plectendi pœnis contra fautores hæreticorum statutis, à nobis iam supra explicatis; Quia ex tali depositione falsitatis, vel occultatione veritatis manifesta prouenit fautoria reo Sancti Officij; ergo &c. ita ex omnium mente tradit Castrus Palaus eodem §. 6. num. 11.

259 Quamuis autem fautoria hæc non intendatur à deponente falsum, vel ab occultante verum: adhuc tamen præcisè pro delicto grauissimo talis depositionis, vel occultationis pœnam ei grauissimam esse infligendam nonnulli volunt, imo Pegna 3. par. direct. comment. 122. vers. parṭio eorum, & Lelius Zechi summ. 1. part. tit. de fide, cap. 11. num. 14. vers. quod si testes, iudicant ipsum esse tradendum curiæ sæculari. Inde ostendunt, quia grauioris pœnæ fit dignus, qui grauius offendit; sed disponit falsum occultando hæresim, grauius delinquit, quam si deponeret falsum eam reuelando, cum ille diuinam maiestatem, hic verò hnmanam offendat; ergo grauius puniri debet. Item quia deponens contra Fiscum, & rem publicam maiori supplicio est dignus, quam qui deponit contra priuatum, iuxta textum in Authent. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. Sed deponens pro reo falsum, aut occultans veritatem, contra Fiscum, & contra rempublicam deponit, eique magnum damnum infert; ergo &c.

260 Nihilominus vti æquior, & benignior, ac in praxi omnino recepta, meritò retinenda est sententia Simanch. de Cath. Institut. tit. 64. num. 90. (ibi ait sibi. ita fuisse rescriptum à Supræmo Senatu, vti habetur in Toletana instructione 4. cap. 11.) & in Enchirid. violat. Relig. titul. 38. num. 4. Farinac. de hæresi, quæst. 188. nu. 49. Castri Palai dict. §. 6. num. 9. & aliorum affirmantium, deponentem falsum pro defensione inquisiti, aut occultantem eius hæresim, ad eumdem finem, licet delinquat contra fiscum. & remplicam, esse pœna arbitraria puniendum, & nō relaxandum Curiæ sæculari, nisi fortè in aliquo casu extraordinario, vbi ex tali depositione, vel occultatione grauissimum damnum Ecclesiæ. se Communitati immineret.

261 Atque de hoc casu videtur loqui citatum rescriptum Leonis X. nec alibi in iure canonico circa hoc reperitur cautum; ergo arbitrio Inquisitoris debet puniri.

262 Neque vim habent obiecta, cum non semper verum sit, quod grauiora crimina grauioribus pœnis debeant puniri, vt patet in periurio, & sacrilegio, quæ grauiora sunt, quam homicidium. & adulteriū, & tamen illa mitius puniuntur, quam ista, ita Castrus Palaus, num. 10. vers. verum re-

retinenda : apud quem plura videas pro solutione. vt iam prædictis hanc Regulam finiamus.

Quid de pœnis abutentium Sacramento Confessionis, aut alijs sacramentis, solicitando ad turpia, vel ad alia vitia.

REGVLA CCCCXCVIII.

263 CErtum prorsus est, attentis constitutionibus Pontificiis citandis, quod abutentes Sacramento confessionis per sollicitationem ad venerea, subsint iurisdictioni Inquisitorum, & incurrant
264 pœnas, in illis, vel alibi decretas. Quales sunt priuatio beneficiorum, & officiorum quorumcunque, perpetuaque inhabilitas ad illa, & maximè ad audiendas confessiones, ac priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, item exilium, aut damnatio ad triremes, carceratio etiam perpetua, & aliæ iuxtà qualitatem, & iterationem delicti; imò aliquando traditio curiæ sæcu-
265 lari. Dein probabile censetur, quod si non ex vi dictarum constitutionum, saltem ex vi iuris communis contra inducentes ad turpia, vel ad quæuis delicta in alijs sacramentis, sicut, & in ipso confessionis, possint similiter ijdem Inquisitores procedere, & eisdem pœnis eos mulctari; & cæt.

---

266 CAp. 16. lib. 1. nostri operis de Materijs Tribunalium Fidei, copiosè actum à nobis per nouem Regulas, perpensis communibus circumstantiis, quis, quid, vbi, cur, quibus auxiliis, quomodo, & quando, de materia ista abusus sacramentorum, præcipuè confessionis cum solicitatione ad turpia, & ad quæuis vitia, & de alijs circa ipsum alibi dictum. Nunc nonnulla adiungenda pro exprimendis pœnis contra taliter abutentes, ac solicitantes, sumpto initio ab ijs, quæ omnino sunt certa.
267 Adsunt Bullæ Pontificiæ, diuersis temporibus editæ Pauli IV. die 16. Aprilis 1561. Pii IV. die 5. Aprilis 1564. Clementis VIII. die 3. Decembris 1592. & præcipuè Gregorii XV. die 30. Augusti 1622. in quibus, tantum est sermo de sacerdotibus, siue secularibus, siue religiosis, solicitantibus ad sola venerea, qui ibi subijciuntur iurisdictioni Inquisitorum pro delicti grauitate arbitrio
268 puniendi. Cum autem in antiquioribus Bullis Pauli IV. Pij IV. & Clement. VIII. non specificarentur in particulari omnes pœnæ, quæ illis possent infligi, diuersus extitit modus opinandi, et loquendi inter Doctores circa ipsas, vt refert Diana 4. par. tractat 7.. resolution. 7. vt ex Sousa tract. 2. de confessar. solicit. capit. 15. numer. 13. vbi ita habet.
269 Pœna, inquit, quæ confessarij de solicitatione conuictis, vel confessus imponitur est, quod ab officio confessarij simpliciter suspendantur, & locum vbi delictum commiserunt, in perpetuum, vel ad tempus non ingrediantur. Imponitur etiam Exilii pœna, carceris, reclusionis in aliquod monasterium, priuantur item Inquisitorum arbitrio administratione aliorum Sacramentorum, & Prædicatoris officio. ita ille.
270 Præterea ex Seraphino Freytas in Addit. ad Acugnan. quæst. 24. num. 50. sic. Dum casus, inquit, solicitationis, Pœnitentiæ contingeret, confessor, qui per multos annos solicitauerat priuatus fuit audiendi confessiones facultate, in carcerem detrusus per decennium in conuentu sui ordinis à Superiore Prouinciæ designando, dummodo non esset domus illa, in qua confessiones, & solicitationes exercebat, & ante carcerationem, vt fustibus ab omnibus Religiosis per coronam castigetur, præsente sanctæ Inquisitionis Notario cum aliquibus ieiuniis, & Eucharistiæ abstinentia certi temporibus. ita Freytas.
271 Affert etiam ibidem Diana partem Epistolę supręmi Senatus Sanctę Inquisitionis Hispanię 1. Iulij ann. 1580. directę ad Inquisitores siculos, in qua pœnę contra dictos solicitantes magis exprimuntur. Vnde non erit ab re eam tibi tradere.
272 Las penas, inquit, que a los tales delinquentes se acostumbra imponer, suelen ser arbitrarias conforme ala qualidad de los delitos, grauedad, y frequencia dellos, y otras circumstantias, que pueden mouer ad vsar de rigor, o moderacion: aduertiendo que en qualquier euento los tales reos han de abiurar de leui, y ser priuados perpetuamente de la administracion del Sacramento dela Penitencia a lo menos à mugeres, y quanto alos demas Sacramentos, y predicas será arbitrario, y tambien el destierro, ò reclusion que se los deuiere imponer de los lugares, donde cometieron los delitos con algu-
273 nas leguas al deredor. A los Religiosos se les podran dar disciplinas en los Capitulos de sus Monasterios tornandoles à leer en ellos sus sentencias por vn Notario del secreto en presencia del Conuento. y tan graue podria ser la culpa, que se les diesse tambien disciplina en la sala del Tribunal, quando en ella se pronuncia la sentencia. hęc ibi, & alia, quę cap. precedenti copiosius adduximus cum Castro Palao tract. 4. disput. 9. punct. 11. num. 2.

274 Sed in prædictis tribus modis opinandi, & dicendi circa pœnas imponendas solicitantibus ad turpia in Sacramento confessionis, nulla sit mentio pœnæ triremiū, nunquid quod nequeant Inquisitores eam ipsi imponere? Non deest, qui ita sentiat, nempè Freytas loc. cit. quæst. 24. num, 43, & 44. Ducitur inde, quia ex tali condemnatione proueniret publicum scandalum, & occasio retrahendi multos à confessione; ergo euitari debet. quid quod indecens valdè videtur, homines Deo dicatos inter pessimorum sentinam triremibus mancipare?

275 Certissimum tamen est oppositum, & in quibusuis Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis iam vsu receptum, in Tribunalibus Hispanicis, ait Castrus Palaus loc. citat se vidisse aliquos propter delictum istud solicitationis ad triremes damnatos, & Aloysius Bariola in tract. de confess. solicit. affirmat generaliter hoc seruari in praxi
276 Inquisitionis Romanæ. Et in S. Officio siculo addit Diana resolut. 6. citat. quod se consulente, ob idē delictū, quidā religiosus fuerit missus ad triremes per septennium. Atque ego addo, in nostro Melitensi aliū Religiosum, me præsente, de Ordine sancti Officij vrbis eadem pœna triremium
277 per decennium fuisse affectum. Imo ipse Freytas in nouissima editione, postquam constitutio Gregorij XV. in lucem prodijt, sententiam mutauit, quia in ea talis pœna, sicut, & aliæ contra confessarios solicitantes in specie habentur. Vnde cōueniens duxi clausulam eius, vt ibi iacet, tibi tradere.

278 Et quos inquit, in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspen. ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa; necnon vocis actiuæ, & passiuæ, si Regulares fuerint, Exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant; eosque si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint debita præcedente degradatione, curiæ sæculari puniendos tradant. ita dicta Constitutione.

279 Nihil ibi exprimitur in particulari de priuatione facultatis ad audiendas confessiones, sed supponitur omnino certum, quod confessarij solicitantes ad turpia, debeant ea statim priuari, & hac pœna præcæteris puniri. Verùm dubitatur, an priuatio ista possit illis ab Inquisitoribus iniungi ad tempus tantum? an etiam in perpetuum, maximè circa confessiones
280 mulierum? Primum docent Riccius par. 3. collect. 549. Exemplificans in quodam Parocho, qui Neapoli ob solicitationem per annum suspensus fuit à cura animarum. & Homobonus de bonis in exam. Eccles. par. 1. tract. 5. cap. 16. quæst. 99. affirmans ibi secundum communem praxim Tribunalium Sanctæ Inquisitionis dictos Confessarios solicitantes ad inhonesta ad tempus esse priuandos facultate audiendi confessiones, quod probabile iudico cum Carena, tit. 6. §. 8. num. 90, quando Confessarius non est conuictus de solicitatione, sed tantum indiciatus.

281 Secundum habetus expræssè in quadam Epistola supremi Senatus de anno 1600. ad Inquisitores particulares. cuius meminit Diana dict. resolut. 7. versic. Sed in nostro, his verbis idiomate Hispano, y ha parecido aduertiros que siempre que algun solicitante en el atto dela confession fuere condenado en priuacion de no confessar mugeres, no lo sea por tiempo limitado, sino perpetuamente. ita ibi.

282 Quin etiam addit Didacus Cantera in quæst. crimin. cap. 1. de hæret. num 65. etiam ab audiendis confessionibus virorum esse in perpetuum suspendendum confessarium solicitantem. Quam additionem licet Castrus Palaus dict. disput. 9. punct. 11 num 2 solum admittat in casu graui, vt quando plures solicitasset, &c, eam tamen absolutè approbant citatus Diana versic. His tamen, & Sousa tract. 2. de Confess. solicit. cap. 15 num. 13 siue solicitauerit fœminam, siue masculum maximè post editam constit. Gregor. XV. in qua casus solicitandi masculos exprimitur. Atque talis additio, & approbatio dictorum auctorum, vti securior in praxi, ita probabilior mihi videtur, maximè si confessarius sit de solicitatione confessus, vel conuictus. ita Carena dict. paragraph. 8. numer. 93. absolutè tenet.

283 Certissimum denique est, vt constat ex eadem Bulla Gregor. XV. posse, in aliquo casu solicitantem sacerdotem ad turpia, præcedente degradatione, tradi Curiæ sæculari, & pœna mortis puniri, nempe si vt dicitur in iure de alijs hæreticis, talis solicitans sit plene conuictus, sicuti in hac materia sufficit per singulares testes. (id habetur expresse in dicta Bulla Gregoriana,) & ipse persistat in negatiua, vel si interrogatus suum fateatur errorem non dari scilicet Sacramentum pœnitentiæ, & nolit ab eo vllo modo resilire, vel si sit relapsus. Tradunt bene Sousa tract. 2. de Confess. solicit. capit. 18. numer. 9. & Trasmiera lib. 3. quæstion. 8. numer. 37. loquens de Polygamo tradendo Curiæ
284 sæculari. Verum rectè ibi ait, hanc non esse pœnam propriam polygami, aut solicitantis ad turpia in confessione, sed communem omnibus hæreticis.

pe-

185 Peculiarem casum assignat ibidem Sousa, in quo ob atrocitatem delicti iudicat ipse sic solicitantem brachio sæculari tradi debere, & exprimit illam his verbis. In nostra, inquit, materia illam dixerim grauissimam, & enormissimam solicitationem depositione dignam, quando confessarius pœnitentem sollicitaret, & renuẽtem occideret; aut si Matrem, vel filiam per vim carnaliter cognouisset ipso confessionis actu, aut puerum nefando coitu per vim etiam oppressit; huiusmodi enim, & similes circumstantiæ taliter solicitantem qualificant, vt grauissimum, & enormissimum crimen meritò dici possit, ita ille.

286 Hunc autem casum Trasmiera dict. qu. 8. num. 30. & 40. non solum admittit, sed similem etiam cum similibus circumstantiis efformat in materia polygamiæ, in quo sit polygamus curiæ sæculari tradendus, vt si testes primi matrimonij occideret ad secundum liberè contrahendũ, vel si testem occideret, qui præsumeretur denuntiaturus in Sancto Officio: vel si cõmisso iam polygamiæ delicto primam vxorem vita priuaret, vt illud celari posset, &c. In talibus casibus polygamum huiusmodi, sicuti dictum Sacerdotem solicitantem ab Inquisitore esse tradendos brachio sæculari, consulto prius supremo Tribunali; cum his Doctoribus Sousa, & Trasmiera non dubito affirmare.

287 Sequitur dicendum aliquid breuiter de propositis in parte vltima Regulæ nostræ, quæ sunt valdè controuersa inter Doctores aliquos recentiores, circa duplex caput. Quoad primum Pegna 2. par. direct. comment. 81. vers. ille quoque, ita sentit, quod Sacerdotes solicitantes in confessione ad alia delicta, vt ad furtum, homicidium, præter libidinem, subsint iurisdictioni Inquisitorum, & ab istis puniri debeant, quia est par, seu maior præsumptio erroris in alijs delictis, cum solicitatio ad turpia magis procedat à passione. Hoc etiam probabile iudicat Castrus Palaus dict. disput. 9. punit. 6. num. 2. Quam quam ipse ibi oppositum, vt probabilius defendit.

288 Circa secundum, Acuña, quæst. 16. de confessariis solicit. defendere conatur eum, qui in quouis Sacramento inducit mulierem ad turpia esse de foro Inquisitoris, & ab isto pœnis arbitrarijs plectendum. Omissis alijs ab illo adductis ad hoc ostendendum, solum attingo id, in quo ipse Magnam vim facit, nempè textum Bullæ citat. Pauli IV. ibi. Nos in animum, inquit, inducere nequeuntes, quod qui de fide rectè sentiunt Sacramentis à Christo Domino institutis abutantur. Ex quibus verbis deduci videtur secundum mentem Pontificis generalis resolutio, quod qui sacramentis quoquo modo abutuntur, malè sentiant in fide, atque adeo de fide sint suspecti.

289 Tractat admodum copiosè, & eruditè de controuersia ista, quoad vtrumque caput, D. Trasmiera lib. 3. de polygamia qu. 2. quam dicit esse grauissimam, eo quod præfiniat terminos iurisdictionis Inquisitorum adeo latis, & vniuersalibus terminis rem discutit, & adductis hinc inde facientibus pro parte negante, & affirmante, in hanc vltimo inclinat, nempè quod punitio abusus Sacramenti confessionis, sicut cuiusuis alterius sacramenti per solicitationem non solum ad turpia, sed ad quælibet etiam alia vitia, pertineat ad

290 Inquisitorem. Sumitur efficax argumẽtum ex eo casu, quando mulier ad libidinem Sacerdotem in confessione solicitat, qui non exprimitur in citatis Bullis Pontificijs, cum tantum sit in eis sermo de Confessario solicitante pœnitentem, & tamen manifestè apparet esse ibi eundem abusum confessionis, licet non ita frequenter eueniat, & consequenter mulierem, sic solicitantem ab Inquisitore, si non ex vi dict. Bullarum, saltem ex vi iuris communis esse puniendam.

291 Remissio itaque beneuolo Lectore ad videndum Trasmiera, resolutoriè dicimus quod eius doctrina, quamuis nullibi, quod sciam, sit in praxi recepta, nequaquam tamen probabilitete caret, innotescitque ex eo quod benè ipse ibidem num. 35. adducit, sic:

292 Et confirmatur, inquit, hæc doctrina, quia hæ Bullæ Pontificiæ de solicitatione emanatæ potius videntur excitatiuæ antiquæ iurisdictionis Inquisitorum, vti refert Moura opuscul. 1. de incant. sect. 3. cap. 3. vbi loquens de Bulla in solicitantes, ait ex mente Acuñæ, quod noua constitutio est tantum excitatiua iurisdictionis Inquisitorum, ac declaratiua iuris communis, quam de nouo facultatem concedens; & latæ sunt tales constitutiones, vt normam præberent potius, quàm vt iurisdictionem committerent. Id quod colligitur ex verbis ipsis Bullarum. De præmissis quomodolibet diffamatos. ha-

293 ctenus ille. Si quæ autem in contrarium adducuntur, quæ videatur vim habere, facilè solui possunt sub illa distinctione, quod sit sermo, vel ex vi dictar. constitutionum, vel ex vi iuris communis: atque prædictis iam præsentem Regulam terminamus.

Blasphemis quoquomodo, maximè hæreticalibus manifestis, quænam pœna, ac pœnitentia à Sancto Officio infligenda?

REGVLA CCCCXCVIIII.

294 AB Inquisitoribus puniri possunt, & debent blasphemi, non solum quando blasphemia sapit hæresim manifestè, vel tacitè, sed etiam quando dicit ordinem ad eam, aut cum ipsa connexionem aliquam habet; atque ob consuetudinem loci neqnaquam à punitione ex-
295 cusantur. Pœnæ autem si blasphemiæ sint atroces, solent esse triremium, fustigationis, exilij, carceris, &c. pro qualitate delinquentium; quin etiam aliquando pœna mortis naturalis, vt in casu relapsus; si blasphemus fateatur errorem mentis, & quidem probabiliter, si facto valdè atroci blasphemet, nempè ausu temerario Imaginem Christi, Deiparæ, ac Sanctorum publicè vulnerando, percutiendo, spurcan-
296 do, &c. E contra minuuntur pœnæ, si blasphemię sint leues, aut etiam ratione minoris ętatis, vel ex alio capite, imò nullę quandoque iniunguntur pœnę blasphemis, sed tantum correptiones, & pœnitentię salutares, vt orationes ieiunia, &c.

---

297 TRactat copiosè, & erudite prę cęteris Prosper Farinacius in praxi crimin. tom. 1. quęst. 20. & de hęresi quęst. 181. hanc materiam de pœnis blasphemorum vtriusque generis, siue tribuentium verbis Deo, ac Sanctis, id quod eis non competit, aut detrahentium ab illis id, quod ipsis conuenit à num. 1. vsque ad 67. siue factis crimen blasphemię patrantium, eorum scilicet, qni Imagines Christi Domini B. Virginis; aut Sanctorum vulnerant, percutiunt, deturpant, vel similia faciunt à num. 68. vsque ad 72. Ex illo, &
298 ex citatis per eum, atque ex aliis recentioribus, præcipue ex Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 32. Carena 2. par. tit. 7. multis §. §. Diana 4. par. tract. 7. resol. 8 & Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 19. & lib. 2. cap 42. à nu. 14 nonnulla ad declarationem doctrinę huius Regulę desumemus.

299 Supponimus 1. generalem blasphemarum diuisionem in hęreticales, & non hæreticales, ac sub diuisionem primi membri in eas, quæ sapiunt manifestam hęresim, & in illas, quę sapiunt hęresim tacitam, seu implicitam; de quibus nos alibi, & affe-runt Eymericus 2. par. direct. quęst. 41. nu. 1. Pegna, ibi comment. 66. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 32. num. 1. Sanctarell. tract. de blasphemia cap. 8. dub. 1. num. 2. ac alij. & ad secundum membrum sub diuisionis reducunt Rojas de hęresi par. 2. Asser. 12 nu. 168. & Carena dict. tit. 7. §. 8. numer. 44. eas blasphemias, quę nec implicite hęresim sapiunt, sed tantum aliqualem cum ea connexionem habent; ijs suppositis.

300 Certum prorsus, quod omnes prędictæ blasphemiæ hæreticales, & habentes connexionem cum hæresi subsint iurisdictioni Inquisitorum, & quod isti non solum queant, sed etiam teneantur quemcunque eas committentem punire. ita præter citatos auctores Albertin. de agno scend. assert. quæst. 22. num. 63. Alphons. à Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 12. in fin. ibi, blasphemia autem, quæ habet, quandam cum hæresi vicinitatem, vel cōnexionem ad Inquisitores spectat, eius scilicet cognitio, & punitio. ita etiam Lazar. de blasphemia, quæst. 6. num. 10. & ci-
301 tatus Carena. Qui cum Sanctarell. dict. cap. 8. dub. 2. num. 2. benè addit, secus esse dicendum de blasphemiis, quæ nullatenus sunt hæreticales, neque connexæ cum hæresi, quod non soleant Inquisitores de istis directè cognoscere, nec committentibus eas pęnam aliquam infligere, tametsi ex illis valeant malam delinquentis indolem arguere.

302 Verùm quibusnam pœnis mulctandi committentes blasphemiam quouismodo hæreticalem, aut cum hæresi connexionē aliqualiter habentem? Farinac. dict. quæst. 20. num. 2. & 10. tam de iure ciuili antiquo quam de iure canonico, seu diuino pro quauis graui blasphemia, nedum pro hæreticali, si sit annexa iuramento, post ostensam grauitatem huius delicti præ furto, homicidio, & aliis pœnam mortis naturalis esse infligendam resoluit, & ostendit, tum vt ex textu in Auth. vt non luxurientur contra naturam, §. quoniam, collat. 9. & ibi Gloss. Bart. Ang. & communiter alii, tum ex eo, quod dispositum cap. 24. leuit. vt blasphemi lapidibus opprimerentur: & tradit multis Clar. in pract. §. blasphemia. vers. sed quæro.

303 Nihilominus ipsemet Farinac. post adiunctas 12. ampliationes, & non paucas istrarum limitationes (apud eumdem videas, si lubet,) tandem nu. 64. optime cōcludit primo cum Bald in l. secunda, C. de reb. credit. Conrad. in pract. tit. de iniur. sub n. 25. Lud. de Pegna in l. omnes iudices C. de delato. lib. 10. & cum pluribus aliis, quid quid in contrarium dicat Iulius Clar. loc. cit. quòd pæna mortis naturalis blasphementibus à iure iniuncta, recesserit ab aula, & ex vi consuetudinis non seruetur, & quod satis per statuta particularium loca.

locatum sit prouisum de pœnis contra quoscumque crimen blasphemiæ committentes.

304 Concludit à Farinac. nu 66. cum Hostien. in summ. tit. de maledic. §. blasphemantes, versic. & cum sequentibus cum Ioanne Andr. Abb. Ancharan. & cum Cardin. in cap. 2. de Maledic. Ias. in l. 3. §. iurari num. 14. ff de iure iuran. Menoch. de arbitr. qu. lib. 2. cent. 4. casu 375. num 30. & cum alijs pluribus, quod pœnæ contra quosuis blasphemos sint Iudici, vel Inquisitori ar-
305 bitrariæ. Atque hoc etiam clarus admittit ibidem amplians iuxta suam sententiam tale arbitrium, vt possit extendi vsque ad pœnam mortis, sicuti in alijs delictis extenditur ex mente ipsius Farinac. in Prax. crimin. tom. 1. qu. 17. num. 34. & seqq.

306 Sed idem Farinac. in dicto blasphemiæ etiam atrocis licet attento iure ciuili hanc ampliationem admittat, eam tamen merito reijcit, & ait quod solum possit extendi dictum arbitrium, & viderit extendi vsque ad pœnam triremium stando in iure canonico, à quo pęna contra blasphemos limitatæ fuerunt, cap si quis per Capillum 22. qu. prima, & cap. 2. de maledicis, & in Concilio Lateran sub Leone X. anno 1514. adducit per extensum hanc limitationem ipse Farinac. dict. quæst. 20. n. 63. vide apud eum.

307 Attingenda obiter duo huc aliquo modo spectantia, quę disponuntur in dict. Lateranen. Concilio sess 9 §. Ad abolendam; primum de corripiendo blasphemante, ibi Quicunque blasphemantem audierint, eũ acriter verbis obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contin-
308 get. Quibus verbis præceptum continetur diuersum à præcepto iuris diuini naturalis de facienda correctione fraterna, vt docet Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 32. num. 46. licet alij improbabiliter idem esse præceptum velint. Addit tamen ipse Sanchez, quod credat id præceptum Concilij non obligare, eo quod non sit vsu receptum.

309 Secundum est de blasphemante denũciando, ibi; Eum denique deferre, vel notificare apud Iudicem Ecclesiasticum, seu sæcularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro
310 cunctis tali officio fungatur. Vbi tantum est sermo de blaspemijs non hæreticalibus iudici Ecclesiastico, aut sęculari denunciandis; nam hæreticales, aut habentes connexionem cum heresi solis Inquisitoribus, qui sunt Iudices competentes, denunciari debet; ita ibidem num. 47. Sanchez, apud quem plura hac de re inuenies.

311 Ad institutum verò præsentis Regulæ iã nos restringentes, pro expedienda præcipua eius parte, dicimus, quod blaspemantibus præsertim ex consuetudine, si sint blasphemiæ graues sapientes hęresim, aut connexionem cum ea habentes, possint & debeant infligi pęnæ triremium, saltem per triennium, vel fustigationis si rei sint personę viles, si verò honestæ, aut nobiles pœnæ carcerum, aut exilij, seu relegationis, aut pecuniarię in magna Summa, ita Zanard. in summ. par. 1. cap. 11. vers. secundum est, Salcedo ad Diaz cap. 113. vers. pęna autem. Rojas de hæreticis par. 2. n. 176. Barbosa de officio, & potestate Episcopi, alleg. 5. num. 89. cum alijs per illum relatis. Carena tit. 7. §. 14 num. 72.

312 Qui ibidem benè aduertit cum Gayl. lib. 2. obseruat. 110. num. 42. quod quamuis nobiles regulariter ratione nobilitatis videantur mitius puniendi, iuxta cap. grauẽ, de pęnis, ibi volentes tamen nobilitati parcere comitis, & affert Pegna, 2. par. direct. commen. 16. secus esse censeatur, quãdo delictum est commissum ab eis contra splendorem nobilitatis; Nam tunc nobilitas auget pœnam teste eodem Carena cum Henrico Boich. in cap. cum quidam, de iure iurand. vbi inter delicta quorum pœnę ob nobilitatem augentur, delictum blasphemiæ enumerat.

313 Neque item blasphemi pœna minuitur nedum à punitione omnino liberatur ob consuetudinem blasphemandi alicuius loci, seu regionis. Ratio est, quia in ijs, quæ ex propria natura sunt mala, consuetudo non excusat Glos. in cap. sanè, de tempor. ordinat. Lazar. de blasphem. quæst. 3. n. 21. Farin. de delictis, & pœnis quæst. 20. n. 44. Sanctarellus tract. 3 de blasphemia cap. 6.
314 dub. 5. Hinc merito Griuell decis. 24. Senatus Dolani, num. 11. inuehit in illos Doctores, qui affirmant ob consuetudinem loci pœnam esse minuendam, cum potius vt plurimum sit augenda, quia consuetudo aggrauat delictum, & grassantibus multis opus est exemplo, l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis, & aucta malitia, expedit pœnam augeri maximè in delicto isto blasphemiæ. Vide plura circa hoc apud Carenam dicto tit. 7. §. 10.

315 Adhuc autem dubitatur an in aliquo casu possit blasphemo hæreticali pœna mortis iniungi? Equidem si blasphemans hęreticaliter confiteatur errorem blasphemiæ quam ore protulit, certum est quod debeat tractari, vt hæreticus formalis, & pœnis hæreticorum puniri, ac consequenter si à tali errore nolit resilire, vel si sit relapsus, curiæ sæculari tradendus, & vltimo supplicio afficiatur. ita Lazarus de blasphemia, quæst. 6. nu. 17. Zanard. in summ. diuin. præcept. par. 1. cap. 11. vers. secundũ est, & Carena dict. tit. 7. §. 14. num. 71.

316 Probabile item est committentem blasphemiam facto atroci contra Imaginem Saluatoris, aut B. Virginis Mariæ, vel sanctorum esse plectendum pœna mortis, ex men-

mente Farinac. & aliorum quos citat, absolutè defendit Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 42. verba eius.

317 Qui imaginem, inquit, Christi Deiparæ, ac sanctorum data opera percutit, vulnerat, deturpat, spurcat, lapidem in eam iacit, vel similia facit, violentam hæresis suspicionem incurrit, hoc enim factum manifestam hęresim sapit, & raro vel nunquam inuenitur ab hæresi separatum. ita Castro de iuxta hæretic, punit. cap. 15. Simanch. de cathol. tit. 33. num. 118. Farinac. tom. 1. quæst. 20. num. 68. hæc ille num. 14. & subdit num. 16. (omissis traditis nu. 15.)

318 Perpetrans, inquit, ausu temerario publicè hoc horrendum delictum, siue hæreticalem animum fateatur, siue non tradendus est curiæ sæculari, vltimo supplicio plectendus, ob facti qualitatem. ita factum fuisse tradunt Ancharr. consil. 15. Chassan. consi. 1. in 5. presupposito num. 69. relati per Farinac. dict. num. 68. hoc idem confirmat nu. 17. addens aliud scitu dignum sequentibus verbis.

319 Prædicti, inquit, criminis publicus nefarius patrator, si animum hæreticalem fateatur, & misericordiam petat, reconciliari debet ad Ecclesiæ vnionem, attamē curiæ sæculari tradendus est. Quoniam bonum spirituale non denegatur peniten- ti, & tantum scelus non potest manere impunitum, & semper potest timeri, quòd conuersio sit ficta. hactenus Sousa, & egregie quidem.

320 Tandem illud notandum circa proferentem blasphemias graues, quauis pœna plectendus sit iuxta prædicta, in exemplū & terrorem aliorum, expedit producatur ad publicum spectaculum, lingua, ferro, vel ligno comprehensa. Ita Salzedo in addit. ad pract. crimin. Bernard. Diaz cap. 110. litt. A. & Diana 4. par. tract. 7. resol. 8. vers. Verum quoad alias, id tamen attenta qualitate personæ approbo: Nam in nobilibus regulariter non credo habet locum.

321 Sed quid si blasphemiæ ex se sint leues, ac ideo eas proferens fit leuiter suspectus, vel quia ipsas protulit ex ira, aut ex vehemente animi passione? Communis est Doctorum sententia, quod sit infligenda ei pœna leuis; vt pecuniaria in casu præsertim personæ nobilis. ita Carena dict. §. 14.

322 num. 72. Vel vt stet præ foribus Ecclesiæ cum candela accensa in manu, dum Missarum solemnia in die festiuo celebrantur. Præter Carenam citatum tradunt Salzedo, & Diana vbi supra, estque expressa in iure canonico cap. 2. de maledicis hæc pœna contra taliter blasphemantes.

323 Minuitur etiam pœna blasphemi ratione minoris ætatis: Nam sicut in alijs delictis ad Sanctum officium spectantibus, ita & in delicto blasphemiæ habet locū, quod minor vigintiquinque annis mitius sit puniendos; nisi hæreticus esset pertinax, & impænitens. ita Farinac. de hæresi qu. 194. §. 2. num. 32. Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 32. num. 18. & Carena dict. tit. 7. §. 17. num. 85.

324 Qui benè limitat ex Vrbani VIII. constitutione, incip. Apostolatus, 23. Martij 1628. in casu celebrantis Missam cum non sit Sacerdos, quod debeat tradi curiæ sæculari etiamsi non peruenerit ad 25. annum ætatis, dummodo compleuerit 20.

325 Quid quòd potest ex aliquo capite adeò minui malitia delicti blasphemiæ spectantis ad sanctum officium, vt delinquens sit ab Inquisitoribus expediendus cum solis pænitentis salutaribus orationum ieiuniorum, sacramentorum, &c. quæ omnibus blasphemis regulariter solent iniungi vt docent Lazar de blasph. qu. 6. num. 22. &

326 Carena ibidem §. 14. num 72. Non autem sine eis, aut sine acri correptione: (Cum hac sæpius similes expediuntur in nostro sancto officio Militensi) in tali casu dict. diminutionis malitiæ. Nam nequaquam admittenda videtur cuiusdam recentioris opinio cuius meminit Diana dict. resolut. 8. vers Non desinam affirmantis blasphemantem ex passione vehementi esse remittendum omnino liberum absque vlla pænitentia.

327 Nec admittenda vllo modo, sed potius reprobanda opinio Bartoli in cons. 167. incipiente Minister fratrum de pænitentia defendentis, quod blasphemus post prolatam blasphemiam sacerdoti confiteatur, & ab eo absolutionem obtineat, liberetur ab omnibus alijs pęnis, cui mordicus adhæsit Thomas Ferrarius in cautelarum

328 tractat. cautel. 25. Sed hoc esse prorsus falsum ex se patet, cum confessarius nullam habeat iurisdictionem in foro externo, sed tantum in interno. Vnde merito Bartholum reprobant Bald. Ioa. de Anania, & alij relati à Greg. Lopez in l. 4. glo. 2. tit. 28. partita 7. Barbos. iuni. in can. 1. num. 6. de Maledicis, & Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 19. num. 23. atque his Regula finitur.

Quid de pœnis contra non denunciantes in sancto officio, & in excommunicatione edicti, aut in alia per annum insordescentes?

REGVLA. CCCCC.

329 SVpposita obligatione denunciandi Inquisitoribus reos sancti officii, omittens denunciare nullam excommunicationem ipso facto contrahit præter con-

330 tentam in edicto. Pœnas item contra fautores hæreticorum à iure latas taliter non denuncians regulariter nequaquam incurrit, sed ob delictum inobedientiæ ar-

331 bitrio ab Inquisitore puniri potest. Quòd si

si in tali Excommunicatione, vel in alia similiob causam fidei inflicta aliquis per annum insordescat, quandoque curiæ sæculari tradendus, quandoque verò grauibus pœnis, aut minus grauibus, vt pæcuniaria mulctandus, quandoque nullis, sed solis pænitentijs salutaribus expediendus.

---

332 NE actum, iam, rursus agamus, supponimus resolutum in vltimo c. lib. 1. nostri operis. quinā criminosos contra fidem Inquisitori, seu iudici competēti denunciare teneantur: Quinam secùs ex causa rationabili. Quod si tradita ibi fortè ad satietatem non suppetant, adeat benignus lector magis recentiores hac de re tractantes præcipue Illustrissimum Dominum Didacum Trasmieram in erudito Opere inscripto, stimulus fidei, siue de obligatione reuelandi hæreticos, & de hæresi suspectos: vbi pluribus quæstionibus, omnia hunc spectantia exactè percurrit. Quæst. autem. 3. tractat benè omnia contenta in prima parte nostræ Regulæ: Vnde ex eo, ex Sanctarello, tract de hæresi cap. 9. dubio vnico, nu. 19. ex Carena 2. par. tit. 9. §. 8. & ex aliis non nulla pro præsenti instituto capiantur sumpto initio à certis penès omnes.

333 Primò certum est, quòd quiuis non denuntians Inquisitori delinquentes contra fidem, etiam si non intendat eis fauere, nec fauor vllus ipsis sequatur, quoties ex vi edicti denuntiare tenetur, incidit ipso facto in excommunicationem per ipsum Edictum siue generale, siue particulare ab *Inquisitoribus* iniunctam. Tradunt Pegna 2. par direct, commen. 2. Suarez de fide, disp. 20. sect. 4. nu. 28. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 32 nu. 47. Sanctarel de hæresi cap. 9. nu. 10. Carena par. 2. tit 9. §. 7. n. 25. & Trasmiera, dict. quæst. 3. cap. 1. nu. 1. & seqq. vsque ad finem, Ostendens qualiter hæc excommunicatio sit iusta & quo modo Edictum Generale à particulari differat; Vide apud eum.

334 Secundo certum est, quòd incurrat dicta excommunicatio ab omittente denunciationem hæretici, vel de errore contra fidem suspecti; quamuis de facto illū prius iam alter denunciauerit. ita Suarez de fide disp. 24. sect. 1. nu. 14. vbi ait. Qui nō denunciat hæreticum, cum tenetur excommunicationem incurrit, etiam si alter denunciet, & consequenter prior non consequatur effectum. ita etiam Trasmiera dict. quæst. 3. cap. 2. num. 14. qui inde probat, quia id Inquisitores præcipere possunt, & de facto præcipiunt, vt patet ex instructione ad Commissarios di-

335 recta, ibi. Y assi mismo se aduertira que los que tuuieren que dezir alguna cosa de las Contenidas en los edictos, han de yr à declararlas ante el Commissario sin Communicarlas con persona alguna antes, ni despues de auerlas declarado. y que no se excusan dela obligazion de declararlas, aunque sepan que otros lo han hecho hæc In illa instructione.

336 Benè tamen aduertit Trasmiera quod hoc intelligi debeat non de testibus exauditu alieno, nempè de iis, qui solum dicere possunt se ab alijs audiuisse, cum isti non obligentur reuelare si sciant reum Sancti Officij fuisse ab alio reuelatum; sed tantùm de testibus formalibus, qui immediate delictum viderunt, vel audierunt ab ipsomet delinquente vt si tres simul audiuerunt ab aliquo B. Virginem non esse Matrē Dei, omnes tenentur adire ad denunciandum, etiamsi vnicuique eorum innotescat, ab aliis fuisse denunciatum. Nam omnes sunt testes formales, & distincti, & requisiti ad reum conuincendum, ergo &c.

337 Tertio certum est non contrahi Excommunicationem ipso facto ab omittente denunciationem hæretici, vel suspecti de hæresi per extrauagantē Gregorii IX. incip. Excommunicamus. cum ibi sit sermo de excommunicatione ferēda, vt patet ex illis verbis Excommunicationis sententia procedatur: & benè adauertunt Suarez de fide disp. 20. sect. 4 nu. 28 & Sanctarellus vbi supra, nu. 19. Quidquid in contrarium dicat Pegna par. 2. Direc. Comment. 2. cuius opinioni Sanctarellus ibidem notam falsitatis impingit.

338 Est autem aliquantulum controuersum an omittens denunciare hæreticum, vel suspectum de hæresi reddatur fautor eius, & consequenter incurrat excommunicationem latæ sententiæ in Bulla Cænæ. & pænas contra fautores hæreticorum à iure statutus? Partem affirmantem defendunt aliqui vt Pegna 2. par. direct. commēt. 78. & Decian in tract. crimin. lib. 5. cap. 51.

339 nu. 25. Alii è contra negantem absolute tenent, vt Sanctarellus loc. cit. qualificans etiam oppositam, quod non sit vera, sed procedendum sub distinctione in huius cō trouersiæ decisione.

349 Ex mera itaque omissione denunciandi hæreticum, si non concurrant aliæ circumstantiæ, aliaque inditia, & ommittens denunciare nolit hæretico fauere, nequaquam incurrit excommunicationem in Bulla cænę, nec pęnas contra fautores hęreticorum statutas, sed alijs pęnis arbitrio Inquisitorum tanquam inobediens puniri debet. ita Suarez dict. nu. 28. Tolet, lib. 1 summ. cap 19. nu. 6. vers. Quartum genus, Vgolinus in Bullam Cęnę par. 2. verb. fautores nu 9. & alij. Ratio est quia ob solam dict. omissionem denunciandi non reputatur fautor hęreticorum, ergo, &c.

Con-

341 Confirmatur, quia omittens denun-
ciare hereticum, nisi aliæ circumstantiæ
concurrant,ex sola hac omissione non red-
ditur suspectus de hæresi, vt docent ibidé
Suarez.Rojas singul. 3.nu. 18. Sanctarellus
342 dict.nu.19. prope fin. Licet Alphonsus à
Castro lib.2. de iusta hæreticor. punit. cap.
25 contrarium asseret improbabiliter, ne
dicam falso vti dicit idem Sanctarellus,ad
dens, & merito falsum etiam esse opinio-
nem Pegnæ affirmantis 3.par.direct. com-
men.160. vers.Plus tamen vxorem non
denunciando maritum hæreticum fieri su
spectam de heresi; ergo ex sola, omissione
denunciandi hereticum, nisi aliç circum-
stantiç adsint non redditur, quis fautor
eius, nec excommunicationem Bullæ Cæ-
næ contrahit, neque alias pœnas fautori-
bus hereticorum infligi solitas.

343 Omittens verò dununciare hereticum
si per hanc omissionem intendat ei fauo-
rem prestare, preter excommunicationem
vnam, vel duplicem vtriusque Edicti ge-
neralis, & particularis Inquisitorum, in-
currit aliam ipso facto in Bulla Cenæ latam
344 contra fautores hæreticorum. Tractat
copiosè, & optime Trasmiera toto cap. 4.
dict.quæst. 3. de multiplicitate excommu-
nicationum in eodem subiecto, seù delin-
quente specifica, vel numerica ex hoc so-
lo titulo non denunciandi hæreticum, vi-
delicet specifica si sint plures simul à iure,
& ab homine inflictæ, vel ob diuersas spe-
cie causas; numerica verò si sint multę o-
missiones numerò distinctæ, & interruptæ
manifestandi eumdem hæreticum, vel si
omittantur denunciari plures hæretici si-
mul, aut successiuè exemplis pro vtroque
res fiet clarior, pro priori de multiplicatio-
ne specifica, accipe exemplum ab ipso
Trasmiera dict.cap.4.nu.10.vbi sic ad rem
deque agimus.

345 Ex his, inquit, à fortiori manifestum
est, quod qui omittit denunciare inten-
dens fauorem hæretico impertiri, eo mo-
dò, quo supra explicatum fuit, duobus ex-
communicationibus impeditur, altera
prouenìente ex edicto Inquisitorum, alte-
ra ex Bulla Cenæ. Quia excommunicari
posse eundem ob diuersas causas non est
dubium etiam ab eodem Iudice, vt do-
cent supracitati Auctores. Ex Edictis verò
Inquisitorum Excommunicatur quis sim-
pliciter ob denunciandi omissionem; Ex
Bulla Cænæ ob fautoriam in omissione in-
tentam,& quod in casu fautoriæ duplex in
curratur censura, docet in terminis Care-
na par. 2. tit.9.§ 10. nu.47. hæc illi confir-
mans attestatione viri doctissimi Care-
næ.

346 Pro secundo circa multiplicationem
Excommunicationum numericam in eo-
dem omittente denunciare hæreticos ex
Suar. tom.5.de censuris disp.5.sect.3.mul-
ta adducit, & perpendit Trasmiera dict.c.
4.à nu.11. vsque ad 27.final. Ac primò assi-
gnat doctrinam generalem nempè toties
multiplicari numero excommunicationes
quoties fit nouum peccatum per transgres
sionem legis, seù præcepti, iniungentis de-
nunciare hæreticos sub pæna excommu-
nicationis. Et è contra non multiplicari,
sed esse vnam censuram, si nouum, & di-
stinctum peccatum non fiat omittendo
347 denunciationem hæretici. Vtrumque de-
ducitur ex doctrina magis generali, quam
afferunt idem Suarez dict.sect.3.nu.1. Na-
uar.in summ.cap.6.nu.17. & Vgolin. tabu.
1.cap 16.§.3.nu. 4. de quarumcunque Ex-
communicationum diuersitate,aut vnita-
te numerica, pro distinctione, vel vnitate
etiam numerica peccatorum, quibus illæ
sunt annexæ.

348 Cum autem admodum difficile sit a-
pud auctores assignare distinctionem nu-
mericam, vel vnitatem peccatorum, & vt
plurimum ex duplici capite sumi soleat,
nempè ex interruptione actus peccami-
nosi, vel continuatione eius, secundò ex
obiectis, seù personis vna, vel pluribus, ad
quas talis actus terminatur. Egregiè ap-
plicat ista Trasmiera ad casum nostrum de
multiplicitate, vel vnitate numerica ex-
communicationis propter omissionem de-
nunciandi hæreticos,sed ne nimis diffun-
dar, remitto lectorem ad eum, & tantum
de secunda capite, circa quod est maior
difficultas, aliquid attingo proprijs ipsius
verbis nu.22.sic.

349 Dico, inquit, secundi, si quis eodem
tempore, & loco audiret duos simul di-
uersas, aut eandem hæresim asserentes;
tunc si proponeret alterum denunciare,&
alterum supprimere, in vnam tantum ex-
communicationem laberetur Ratio est e-
uidens, quia vnica est omissio vnum abie-
ctum denunciationis, ac proinde vnica
trasgressio existimanda est subdit sic.n um.
23.

350 Si uero, inquit, neutrum denuncia-
ret, tunc aut omitteret denunciationem
per actum positiuum, scilicet Expresse ac
positiuè proponendo non denunciare. Et
si hoc propositum est vnicum terminatum
ad duas personas, & delicta, quę vna vo-
luntate proponit non denunciare, in hoc
casu vna tantùm incurritur excommuni-
catio. probat sic.nu.24.

451 Quia inquit, quando tota actio simul fit
terminatur verò ad diuersas personas, vel
obiecta, vna est, & vnum peccatum
grauius; vt bene docet Suarez sect. 3.cit.
numer. 8. Et ita putat probabile: quod
qui simul duos homines duabus mani-
bus teneret, & ita extraheret ab Eccle-
252 sia, vnam incurreret censuram, & idem
censet de illo, qui eodem tempore si-
mul conuersatur cum duobus excommu-
nicatis. Ratio est, quia diuersitas sola perso
narum parum confert ad multiplicanda
pec-

353 peccata in his casibus. De casu verò homicidij quando vno ictu quis plures clericos occidit, rem magis dubiam existimat; sed sibi videtur etiam probabilis hæc pars quia simpliciter vnum peccatum est, & vna trasgressio, quę in vna actione consistit, quamuis ex ea resultent plura nocumenta, quæ potius sunt effectus vnius peccati, quam plura peccata. hæc ille cum Suaris doctrina equidem valde probabili.

354 Quamquam opposita non caret probabilitate, quam pro casu occidentis vnico ictu plures clericos, quod sint plura peccata, & contrahantur plures excommunicationes tenent graues auctores, vt Lazarus de blasphemia quæst.8.nu.38. vbi citat Ioan. And. in Mercur. cap. de l ictum de reg. iur. in 6. Nauar. in Man. cap. 6. num. 19. Vgolin. de censur. cap. 16. tab. 1. §. 3. num. 8. Diana par. 5. tract. 9. resol. 60. & alij ex cõtrario fundamento, quod vnitas & distinctio numerica peccatorum, & excommunicationum, quæ illis sint annexa desumenda sit non solum ex continuatione, vel interruptione temporis, & actionis, seu percussionis, sed etiam ab obiecto, seu à persona, seu personis circa quas actio

355 vel punitio exercetur, Ergo in actu proposito omittens denunciare duos eandem vel diuersam hæresim asserentes, duplicem probabiliter excommunicationem contrahat; atque hactenus de parte prima nostræ Regulæ.

356 Quoad secundam de pœnis insordescẽtium in excommunicatione per annum; præmittenda similiter, quæ sunt certa apud omnes DD. Primò certum est, si quis ex causa hæresis, quòd de ea sit suspectus, vocatus ab Inquisitoribus nolit comparere, ac propterea ob contumaciam declaretur excommunicatus, & in hac excommunicatione contumax per annum insordescat, tunc potest per sententiam pronunciari hæreticus, & vt talis puniri. Patet ex cap. cum contumacia de hæreticis in 6. & cap. excommunicamus il 1. eod. tit. traduntque copiosè præsertim Pegna 3. par. direct. comment. 49. versic. quod si is, & Sanctarell. de hæresi cap. 4. dub. 5. concl. 1. & 2. cum pluribus allegatis.

357 Est item certum, quòd huiusmodi excommunicatus ob hæresim, aut ob eius suspicionem, & in excommunicatione per annum perseuerans ipso iure absque alia sententia habendus est pro hæretico. Adest manifesta decisio in auth. Gazzaros C. de hæret. quam fuisse approbatam ab Ecclesia cum Hostien. Abb. Ioan. Andr. & cum alijs relatis ostendit idem Sanctarellus dict. cap.

358 4. num. 2. Nihilominus benè ibi addit ex Pegna 3. par. direct. in 13. modo terminandi processum Farinac. de hęresi quæst. 192. num. 14. & seq. requiri sententiam declaratoriam, & antequam definitiua executioni mandetur, & statua eius comburatur debere citari denuò, vt se purget, &c.

359 Dein certum est si transacto anno sic insordescens compareat etiam post executam sententiam, & combusta iam eius statua debere ab Inquisitore admitti, & audiri. ita Pegna 3. par. direct. comment 46. vers. adueniente autem. & versic. Postremo illud. Farinac. de hęresi qu. 185. nu. 106. & cum alijs relatis Sanctarellus vbi supra num. 3. in fin. Ostenditur inde, quia est valde cõsonum iustitiæ vt audiatur, cum contingere possit, vt ob iustum impedimentum non comparuerit, & ab hæresi de qua est suspectus, innocens reperiatur.

360 Vnde si innocentiam suam circa vtrũque probet etiam si comparuerit, postquã fuit declaratus hæreticus, & statua eius cõbusta, liber omnino ab omni pœna, & pœnitentia est dimittendus. Vel si tantum probet legitimum impedimentum non comparendi, vt quia fuit apud hostes, &c. tunc nulla habenda est ratio insordescentię, nec ob istam pœna aliqua, vel pœnitentia iniungenda. Ita Pegna par. 3. comment. 49. vers. tandem addo. Farinac. de hæresi quęst. 192. num. 22. & cum alijs Carena 2. par. tit. 8. §. 8. num. 39.

361 E contra parimodo certum est quod taliter insordescens, quando neutrum probat videlicet nec legitimum impedimentum non comparendi, nec innocentiam circa suspicionem hæresis, si sit impænitẽs, vel relapsus, tradi debeat curiæ sęculari si verò pęniteat, & misericordiam petat post abiurationem de formali, pœna carceris perpetui, & aliæ hæreticorum à nobis supra explicatę meritò ei infligendæ, ita cũ alijs pluribus relatis Farinac. de hæresi qu. 185. num. 103. & Carena dict. tit. 8. §. 8. n. 44. & seq.

362 Quod si quis insordescens in Excommunicatione ex causa fidei compareat ante vel post condemnationem, & non tollat penitus suspiciones contra ipsum militantes, minuat tamen eas aliquantulum post torturam, & abiurationem de vehementi poterit mulctari ob insordescentiam præcipuè grauioribus pænis arbitrio Inquisitoris, vt ait Menoch. de arbitr. iud. casu 416 pręsertim pęcuniarijs, vt testantur Simanch. de cathol. instit. tit. 27. num. 5. & Scaccia de iud. cap. 98. num. 29. quibus adhæret Carena dict. tit. 8. §. 9. num. 47. qui num. 46. §. præcedentis sic benè terminat.

363 Quæ dicta, inquit, sunt de reo insordescente spontè comparente, habent locum etiam in eo qui captus fuit à curia. Verumtamen coniecturæ magis vrgent captum, quàm sponte comparentem, Scacc. vbi supra num 33. ita ille.

364 Prædictis autem traditis vt certis, iam quod est valde dubium, & controuersum expendamus nempè an si quis non ex causa hæresis, sed ex alia criminali, aut ciuili sit affectus excommunicatione, vel quauis censura, & in ea per annum insordescat, iuris-

iurisdictioni & punitioni Inquisitorum subsit? Diuisi sunt circa hoc doctores in sententias oppositas affirmantem, & negantem, & pro vtraque citantur plures, sed paucis simus contenti, ne nimis diffundamur.

365 Affirmantem tuentur præcipuè ex recentioribus Eminentissimus Card. Bellarminus in notis ad Trident. loco statim citando, Vgolin. de censf. Tab. 1. cap. 14. §. 3. num 3. Gutier. lib. 1. canon. quæst. cap. 12. num. 20. Salzedo ad Diaz. in prax. cap. 110. num. 12. & Sanctarellus tract. de hęresi c. 4. dub. vnic. num. 4. Ratio est, quia sic insordescens per annum in tali censura, præsumitur malè sentire de fide, & de potest. Ecclesię; Ergo Inquisitores possunt contra eum procedere, sed audi Sanctarellum, & rem totam melius capies.

366 Dico 4. inquit, Qui ex alio delicto prę ter hęresim fuit excommunicatus, & in excommunicatione illa permansit per annũ, non est habendus, nec condemnandus tãquam hæreticus, sed solum, vt suspectum de hęresi, vt patet ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform. in fine, vbi dicitur: Excommunicatus verò quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum de Sacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus in illis insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi posset. ita ille, qui nequit probationem efficaciorem suæ doctrinę adducere, quam ex testimonio Tridentini.

367 Nihilominus quidquid sit de iure (Tridentini scilicet certissimo, & manifestissimo) Ex vi tamen consuetudinis vbique receptę, contra insordescentem quemuis in censura ob aliam causam, quam hæresis lata, Tribunal sancti officij procedere non solet resoluunt ita neganter Pegna. 2. par. direct. comment. 72. versic. ex recepta. Lælius Zecchius in summ. par. 1. Rubric. de fide cap. 11. num. 13. versf. Hi si per annum, Iacob. Graff. in decis. par. 1. lib. 4 cap. 14. n. 4. versic. ex recepta tamen consuetudine, Lazzar. de Monitorijs sect. 4. q. 8 n. 20. & 21.

368 Vbi refert quod Eminentissimus Card. Arigonius de Ordine S. Congregationis per literas 30. Septembris 1606. præceperit Vicario Episcopi Placent. Vt non procedat sub nomine sancti officij contra aliquem ob insordescentiam ex eo quod non paruerit excommun. censuris Rotæ Romanę, & similium, sed tantum super insordescentiam proueniente ex inobedientia Excommunicationis, & censurarum impositarum ab ipso sanctę Inquisitionis officio.

369 Similia vero mandata de ordine S. Cõgregationis facta fuisse alijs Vicariis, & Episcopis referunt Borg. decis. 33. par. 2. nu. 61. in fin. Carena dict. tit. 8. §. 5. num. 18. vbi circa finem sic subdit. Et ita etiam, inquit, sacra Congregatio, de anno 1627. rescripsit Reueren. P. Inquisitori nostro Cremonę ne contra hosce insordescentes procederet nisi prius consulto supremo Vrbis Romanę Inquisitionis Senatu in omnibus particularibus, Belloch. de casibus reseruat. par. 2. qu. 4. num 226. In aliquibus tamen casibus stante maxima contumacia scio in Tribunalibus aliquibus sancti officij inquisitos fuisse hosce insordescentes, consulto tamen prius supremo Vrbis Tribunali, vt mihi à viris fide dignis, relatum fuit hæc Carena.

370 Pręceteris tamen hac de re tractat Praxis M. S. Eminentissimi Card. Scaglia, & affert diuersos casus, in quibus de ordine Sacrę Congregationis per litteras prohibitum fuit aliquibus Episcopis aut eorum Vicarijs contra tales insordescentes in censura, tanquam de hæresi suspectos procedere, & è contra alios casus in quibus hoc idem fuit eis concessum, vt possint contra illos vt suspectos de hęresi nouum processum formam, postquam ipsos ob insordescentiã solam vti ordinarij condemnarunt, & taliter insordescentes declararunt, itaut post hanc sententiam insordescentiæ condemnatoriam, & declaratoriam, si non resipiscant incipiat in eis suspicio hæresis, & iurisdictio inquisitorum contra ipsos: quę sententia media Praxis M. S. Valde mihi plecet; Vnde proprijipsius verbis eã italico idiomate audiamus,

371 Dalche, inquit, si deduce questa regola, che quando pure s'habbia à procedere contra l'insordescenti come sospetti de fide è necessario, che prima siano citati, e moniti come tali auanti Monsignor Auditor della Camera, ò all'ordinario, e come tali ancora siano condennati, e dechiarati per sentenza, che così il Santo officio ragioneuolmẽte vi entra, essẽdo che l'insordescenza in tal modo qualificata induce di sua natura suspitione di mala crudelità delle censure. ita ibi.

372 Supposito tandem quod taliter insordescentes modo dicto subsint iurisdictioni & punitioni Inquisitorum, petes qualiter puniendi? Ex Mente Genuensis in Praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 68. nu. 8. respondet benè Carena dict. tit. 8. §. 8. nu. 37. & §. 9. num. 47. cum suspicio de hæresi de istorum insordescentium in excommunicatione ob aliam causam quam fidei lata vt plurimum sit tantum leuis, quod possint expediri cum solis pœnitentijs salutaribus. Atque his Regula manet expedita.

Con-

Contra legentes, retinentes, &c. libros per edictum Sanctæ Inquisitionis prohibitos, quanam pæna statuta.

REGVLA CCCCCI.

373 PRo multiplici gradu librorum prohibitorum pæna multiplici spiritualis, & temporalis eos legentibus, retinentibus, &c. imponitur, nempe excommunicationis ipso facto reseruatæ,
374 vel aliquando nequaquam reseruatæ. Aliæ item pænæ, attenta qualitate delicti, & delinquentis arbitrio Inquisitorum illis insligendæ, præsertim, relegatio, exilium, priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, ac mu-
375 nerum concionandi, legendi, &c. Dein qui hæreticorum libros imprimunt, transcribunt, vendunt, &c. tanquam de hæresi suspecti, & vti hæreticorum fautores
376 puniri debent. Legentes tandem, vel retinentes librum prohibitum non ratione hæresis, sed contentæ in eo doctrinæ solius contra bonos mores, vt plurimum non pænis vllis, sed correptionibus, & pænitentiis salutaribus sunt expediendi.

377 EX pluribus, quæ de materia vniuersaliter librorum prohibitorum per septem Regulas cap. 19. lib. 1. nostris operis tradidimus, Expedit non nulla in memoriam reuocare, que facilius doctrinam præsentis Regulæ discutiamus quadruplex gradus librorum prohibitorum fuit ibi à nobis assignatus, in primo gradu continentur illi, qui sunt editi ab Auctore hæretico, & simul continent aliquem errorem contra fidem, vel de Religione tra-
378 ctant. Et quicunque absque legitima licentia huiusmodi libros retinent, legunt, imprimunt, transcribunt, ducunt de loco ad locum, vendunt, defendunt, vel simili; seu aliquod ex ijs faciunt, in pænâ excommunicationis ipso facto in Bulla Cœnæ sũmo Pontifici reseruatæ prolabuntur. Patet hoc ex ipso textu Bullæ in 1. clausula, nec maiori indiget probatione.
379 Ampliatur diuersimodè, primo ad contrahendam hanc Excommunicationem non requiri, auctorem libri esse iam per Ecclesiam damnatum, sed sufficere quomodocunque esse hæreticum, Reiecto Graffio in decision. lib 4. cap. 18. num. 43. benè hoc docent Suarez de fide, disput. 20. sect. 2. num. 11. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 10. num. 22. Carena 2. par. tit. 10. §. 1. num. 4. & alii communiter.
380 Secundò, quod incurrant eandem excommunicationem in Bulla Cœnæ retinentes, legentes, &c. libros scismaticorum, cum isti verè sint baptizati, & vt plurimum supponantur hęretici. ita Sua-
381 rez dict. sect. 2. num. 11. & Sanctarellus de hæresi cap. 13. num. 17. Atque hoc intelligitur, siue libri sint impræssi, siue manuscripti, vt rectè cum alijs notarunt Barbosa iuniori, in capit. fraternitati num. 3. de hæret. & Carena ibidem.
382 Parimodo incidunt ipso facto in illam censuram, quicunque legunt, retinent, &c. libros continentes hæresim, vel de religione tractantes Græcorum, Armenorum. ita Castrus Palaus tom. 1. tractat. 4. disput. 2. §. 1. numer. 1. & Ca-
383 rena dict. §. 1. num. 5. Quamquam hodie nulla est controuersia circa hoc, quia isti Armeni, & Græci, vt plurimum sunt hæretici, cum negent Purgatorium, & processionem Spiritus Sancti à Filio, præter alios errores contra fidem, quibus sunt infecti. vt alibi diximus per extensum. Vide Sousam lib. 3. Aphoris. capit. 21. numer. 20.
384 E contra liberantur à contrahenda ea excommunicatione in Bulla Cœnæ tales libros retinentes, legentes &c. ex diuersis capitibus, præcipuè ex illo, quod auctor libri continentis hęresim, vel de religione tractantis non sit hæreticus baptizatus. Vnde legens, vel retinens librum Talmud editum à iudæis non incurrit excommunicationem dictam Bul-
385 lę Cęnę. Benè tamen alium latam aut à Clemente VIII. in costitutione eius, de qua infra, quando erit sermo de pęnis contra iudęos &c. vel in Indice librorum prohibitorum Reg. 10. ita Suarez, & Sanchez loc. cit. Duard. ad Bullam Cęnę lib. 2. can. 1. quęst. 35. num. 5. Nald. in summ. in verb. lib. num. 9. & Carena dict. §. 1. nu. 3.
386 Ratione item ignorantię non legatur cęsura in Bulla Cęnæ legens, retinens, &c. libros ibi vetitos, nam in clausula, qua prohibetur sub pęna Excommunicationis, lectio, retentio, &c. eorum expresse apponitur particula, Scienter; Ergò qui ignorat penitus auctorem libri esse hęreticum, vel in eo contineri hęresim, aut tractari de Religione, nequaquam talem Excommunicationem contrahet. ita Duard. quęst. 36. & seqq. Sanctarell. dict. cap. 13. num. 15. cum pluribus quos refert, & Carena ibidem numer. 8.
387 Ob paruitatem etiam materię, vt ob breuissimam retentionem libri prohibiti, quòd possit excusari illum retinens ab Excommunicatione in Bulla Cęnę quidquid in contrarium dicat Vgolinus in Expositione 1. canonis Bullæ communiter, vt verum tenent doctores, præcipue Sanchez dict. cap. 10. n. 31. Duard. quæst. 46. per totam, & cum aliis relatis Sanctarellus de hæresi cap. 13. num. 1. Quem legas circa propositas tres amplia-

tiones, & tres limitationes, & circa non paucas alias, de quibus iam alibi dictum.

388 Dein continentur in 2. grado libri prohibiti ob hæresim in eis traditam, licet fuerint editi à viris catholicis. In tertio verò gradu è contra comprçhēduntur libri prohibiti, eoquod auctores eorum sint hæretici etiam per Ecclesiam non adhuc damnati, quemuis in eis nulla propositio hæretica, aut sapiens hæresim, vel cum ista connexionem habens reperiatur.

389 Libros itaque prohibitos vtriusuis gradus ex his duobus quicunque retinens, aut legens, &c. contrahit Excommunicationem ipso facto nulli reseruatam. Constat manifestò ex Pij IV. Bulla, incip. cum pro munere, per quam talis censura infligitur. Ratio est, quia nulla ibi fit mentio de reseruatione, vt benè notauit Carena dict. tit. 10. §. 10. num. 33.

390 Vltra declaratas autem excommunicationes poterunt quiuis legentes, aut retinentes, &c. aliquos ex libris in triplici gradu proposito contentis, puniri aliis pænis arbitrio Inquisitorum maioribus, vel minoribus pro qualitate criminis. docent ex communi aliorum mente Pegna 2. par. direct. commen. 2. vers. iam qua pæna. Diana par. 4. tract. 7. resol. 6. & Carena dict. tit. 10. §. 9. nu. 49.

391 Si taliter delinquentes fuerint Religiosi; cum ex illorum lectione, retentione, &c. fiant vt plurimum vehementer suspecti de errore contra fidem, poterunt priuari voce actiua, & passiua, officio item docendi, & concionandi,

392 item suspensione à diuinis. Non regulares verò à ciuitate valent bandiri, adiunctis pænitentijs salutaribus, vt testantur Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 68. num. 12. vers. Item seruatur in curia, & Carena dict. §. 9. num. 49. cum Pegna vbi supra.

393 Specialiter quicunque libros hæreticorum imprimunt, aut trascribunt, vel defendunt fiunt suspecti de hæresi, & puniendi veniunt tanquam fautores hæreticorum. ita Pegna 1. par. direct. in cap. Nouerit. vers. item Excommunicamus. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 549. Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 17. quæst. 5. & cum alijs Farin. de hæresi quæst. 180. §. 1. num. 18. innotescitque primum ex Bulla citata Pij IV. incip. cum pro munere.

394 Petes quinam dicantur hæreticorum libros defendere? Declarat benè Sanctarellus dict. cap. 13. nu. 19. in fine ostendens ibi qualiter isti excommunicationem in Bulla Cænæ ipso facto contrahunt

395 accipe eius verba. Notandum, inquit, hic est excommunicari in Bulla cænæ eos, qui hæreticorum libros defendunt quouis quæsito colore, vt accidit cùm quis occultat tales libros ne in Inquisitorum manus veniant, ne capiantur, ne comburantur, vel si vi resisteret, vel si argumentis probaret esse vera quę in illis libris continentur, & ad obiectiones propositas aduersus tales libros responderet, vel si diceret illos libros iniustè comburi, vel prohiberi. Qui enim prædicta faceret, diceret defensor librorum hæreticorum, hæc ille.

396 Tandem in 4. gradu reponuntur illi libri, quorum auctor non est hæreticus nec in eis reperitur aliqua propositio hæretica, aut sapiens quoquomodo hæresim; sed tantùm in ipsis agitur de rebus turpibus, aut de aliis contra bonosmores, cū autem contra retinentem, legentē, &c. tales libros solum insurgat suspicio leuis, cum aliqua correptione, pęnitentiis salutaribus poterit in Sancto officio expediri. docet benè carena in fine dicti nu. 49.

397 Suspecti autem, inquit, tantum de leui possunt de iure dimitti cum pęnitentijs salutaribus. ita ille: de correptione verò per se patet, nec est cur magis ostendendo immoremur; sed iam finem Regulę imponamus.

Homines laici, aut Ecclesiastici non sacerdotes missam celebrantes, vel confessionem audientes, an, & quibus pænis à Sancto officio mulctandi?

REGVLA. CCCCCII.

398 NVllum dubium, quòd punitio huiuscemodi enormissimorum criminum, nempe si quis laicus, aut Ecclesiasticus non sacerdos Missam celebret, vel confessionem sacramentalem audiat, ad officium Sanctę Inquisitionis

399 pertineant. Ex iusta autem dispositione Bullarum Pontificalium, quę vbique recipi deberent, (alicubi audio id secus esse) committentibus talia delicta, vbi eorum plena probatio extat pęna vltimi supplicij pro primo lapsu est infligenda per traditionem brachio sęculari, pręcedente degradatione ordinum, si quos

400 traditus habet. Quòd si delictum tantum sit inchoatum, vt si vestibus sacris iam indutus desistat, vel si audita confessione, non absoluat, aliis pęnis, vt fustigationis, triremium, exilii, & arbitrio Inquisitorum illud committens plectendus.

401 TAmetsi multoties de duplici isto
atrocissimo crimine pro rei indi-
gentia acciderit nobis sermo; nunc ta-
men vt in proprio loco non possum non
ad maiorem eiusdem declarationem pau-
402 ca attingere. Ac primò discutiendum,
id quod prima fronte controuersum appa-
ret. Ad quem Iudicem spectet punire hu-
iusmodi reos, ad ordinarium Ecclesiasticũ,
an ad Inquisitorem contra hæreticam pra
uitatem? Videtur esse in fauorem ordi-
narii cap. ex litteris extra de clerico non
ordinato ministrante, vbi à Summo Pon-
tifice iniungitur Episcopo Legionensi, vt
particularibus pœnis mulctet quendam
Diaconum, qui adhuc non sumpto Sacer-
dotij ordine Missam celebrare præsumpse-
rat.
403 Videtur etiam inde deduci tales reos
ab Ordinario Ecclesiastico esse puniendos,
quia cum isti velint factò se sacerdotes de-
monstrare, certum est, quod tunc com-
mittant crimen falsi, vt optimè docet Bald.
in l. Qui sub prætextu C. de Sacrosanc. Eccl.
Diaz in praxi crimin. canon. cap. 12. num. 5
& cum alijs relatis Farinac. de falsit. & si-
mulat. quæst. 150. num. 85. & seq. At de cri-
mine falsi iudicem competentem respectu
clerici committentis illud esse ordinarium
Ecclesiasticum concordant omnes Docto
res, & patet ex notatis per ipsos toto tit.
de crimine falsi.
404 Verum cessauit omnino controuersia,
postquam prodiit in lucem anno 1574.
constitutio Gregorij XIII. incip. Officii no
stri per quam id clarè deciditur, ibi: Nos
itaque, vt omnis difficultas, dubitatioque
tollatur, &c. Eorum, qui in præsbytera-
tatus ordine non constituti. Missas cele-
brant, & confessiones audiunt, cogni-
tionem, & punitionem ad Inquisitio-
nis officium, & Inquisitores ante di-
ctos pertinere, ita huiusmodi delicti ra-
tione aduersus eos inquirere, procede-
re, ac culpabiles repertos punire, offi-
cium, & Inquisitores prædicti valeant A-
postolica auctoritate præsentium tenore
perpetuò declaramus, & diffinimus, ita,
ibi, quid clarius?
405 Nec habet vim obiectio, quam forte,
quis excitabit intelligi scilicet debere
Gregorianam Constitutionem de solis
Inquisitoribus Hispanis, cum ad eos fue-
rit directa, quia sine dubio habet locum
pro quibuscumque Inquisitoribus aliarum
Prouinciarum vltra Hispanicas; quod de
similibus constitutionibus verè affirmant
Bartholom. Spin. in tractat. de strig. cap.
3. vers. quod etiam patet, exemplificans
in constitutione quadam directa ad In-
quisitores Alemaniæ. Pegna 3. parte
direct. comment. 158. versicul. Præterea
non arbitror, Carena 2. part. titul. 11. §.
406 2. num. 10. & alij. Qui meritò repro-
bant Bursat. in consil. 45. num. 52. lib. 1.
asserentem Bullas Innocent. III. &
Clement. IV. disponentes de confiscan-
dis hæreticorum bonis, solum in Italia
esse obseruandas, eo quod ad Prouin-
cias Italiæ fuerint directæ: cum vbique
extra Italiam, in Hispania, &c. obser-
uentur; ergo similiter in casu nostro,
&c.
407 Sed quid iam de pœnis contra laicos,
aut Ecclesiasticos non Sacerdotes Missam
celebrantes, vel confessionem Sacramen-
talem audientes? Post dictam Constitu-
tionem Gregorianam, non sine speciali
Dei Optimi Maximi prouidentia, editæ
fuerunt tres aliæ à Paulo IV. Sixto V. &
Clement. VIII. quas proponit, & decla-
rat Scortia in Bullar. Pontif. Epit. 162 Theo
rem. 403. Per easidem disponitur, nimi-
rum vt adeò enormiter delinquentibus,
etiam in primo lapsu per Inquisitores fi-
dei captis, & curiæ sæculari traditis pœ-
na vltimi supplicij irremisibiliter infligi-
tur.
408 Tractant de ista pœna, harum consti-
tutionum mentionem facientes Maiol. de
irregul. lib. 4. cap. 13. numer. 1. Emanuel de
Moura de incantis, opuscul. 1. section. 3.
cap. 3. num. 9. Farinac. de hæresi, quæst. 193.
numer. 39. August. Barbosa de Officio, &
potest. Episcopi par. 3. allegat. 110. num. 19.
Sanctarell. de hæresi cap. 41. num. 5. & præ
ter alios Francisc. Leo in Thesaur. fori Ec-
clesiast. part. 3. cap. 35. num. 57. & 58.
409 referens ibi de quodam, qui in Hispa-
nia pro Episcopo Manfredoniæ, & Nun-
tio Sedis Apostolicæ se gessit, & multas
Missas, etiam Pontificaliter decantauit,
ac propterea per Sanctum Officium deten
tus, laqueo deaurato tandem suspensus
fuit Leone ipso vidente.
410 Motiuum autem præcipuum edendi
dictas constitutiones sine dubio fuisse cen-
setur, vt allegati Summi Pontifices pro
muro se opponerent in defensionem con-
tra grassantem huius temporis hæresim;
quod laici etiam, & sæculares Sacramen-
torum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ sint ido-
nei Ministri, vt ex Cardin. Bellarmino
controuers. fidei tom. 2. controu. 1. gene-
rali lib. 1. cap. 24. & 25. vbi eam multis re-
probat, & affert Carena dict. titul. 11. §. 1.
411 num. 2. & seqq. Affirmans ibi ex magis
recepta sententia doctorum præcipuè Mar
tini del Rio lib. 5. Disquis. magic. sect. 12.
& 15. quod taliter delinquentes fiant de
ista hæresi vehementer suspecti, seu quod
ex his actionibus celebrandi missam, &
audiendi confessionem sacramentalem fa-
ctis per homines laicos esse istos hæreti-
cos lutheranos benè vt plurimum conclu-
datur.
412 Verum vt hoc loco de grauitate &

KK 2 enor-

enormitate vtriusque huius criminis, & vt de pœnis contra sic delinquentes iure optimo per dict. constitutiones statutis magis innotescat, expediens duxi nonnulla ad verbum referre ex illa Clement. VIII. incip. Et si alias, quam per extensum adducit Diana in fine 4. par fol. mihi 454.

413 Sic §. 2. Nos igitur, inquit, animaduertentes huiusmodi perditos, & nefarios homines ad Sacrum Præsbyteratus ordinem non promotos, Missarum celebrationem vsurpare præsumentes, non solum actus idololatriæ saltem extrinsecæ, seu per externa, & visibilia religionis, & pietatis signa exercere. Sed etiam quantum in ipsis est, efficere, vt Christus fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & rite conficere Sacramentum Eucharistiæ idololatriæ crimen ignoranter incurrunt, purum videlicet panem, & vinum, tanquam verum Christi Domini nostri corpus, & sanguinem eisdem adorandum proponentes. Confessiones autem audientes, non solum sacramenti pœnitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Christi fideles decipere, dum scilicet iniquè sibi assumunt gradum sacerdotalem, & auctoritatem absoluendi à peccatis magno cum periculo, & scandalo plurimorum. ita ibi.

414 Sequenti vero §. 3. sic subiungit. Propterea vt grauissima hæc scelera committentes, posthac debito supplicio puniantur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione; deque Apostolicæ potestatis plenitudine S. Inquisitionis iudicum conscientiæ consulere, & ne in futurum de pœna hisce delinquentibus imponenda dubitari possit, prouidere volentes, supradictorum Prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, hac perpetuo valitura constitutione.

415 Decernimus, atque statuimus, vt quicunque non promotus ad Sacrum Præsbyteratus Ordinem, repertus fuerit Missarum celebrationem vsurpasse, vel sacramentalem confessionem audiuisse à Iudicibus Sanctæ Inquisitionis, vel locorum ordinarijs, tanquam Ecclesiæ misericordia indignus à foro Ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit ritè degradatus, statim Curiæ sæculari tradatur per iudices sæculares debitis pœnis plectendus. ita ibi.

416 Cæterum miror valde quod cum dispositio prædictarum constitutionum rectissima, & iustissima, sit ac propterea in quibus locis recipi deberet, hactenus non fuerit vsu recepta in Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum, vt testantur Anton. Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 32. num. 12. & Castrus Palaus tractat. 4. disput. 8. punct. 16. §. 9. num. 2. Adden-

417 tes, quod ibi, qui taliter delinquunt, puniri soleant pœnis fustigationis, triremium, exilii, pecuniarijs, reclusionis in

418 Monastario, &c. Etiam post monitionem, vt addit ibidem Sousa, factam Generali Inquisitori Lusitano de Exequendis dictis constitutionibus per litteras Eminentiss. Card. Millini de mandato Vrbani Papæ VIII.

419 Quamquam vt hæc pœna adeò grauis vltimi supplicij in quouis Tribunali Sanctæ Inquisitionis possit infligi taliter delinquentibus, requiritur, vt præcedat plena probatio delicti, seù vt de corpore eius aliquo modo constet, saltem per testes, qui conuincant, licet sint singulares, vt si vnus deponat se tali die in tali Ecclesia, & Altari vidisse reum dicentem Epistolam, alter verò deponat se vidisse eumdem recitare Euangelium, tertius hostiam eleuare; quod hæc sit sufficiens probatio, cum Feli. in capit. licet ex quadam, de testibus, numer. 12. Abba. ibidem num. 11. Simanch de Cath. instit. tit. 74. num. 65. & cum Farinac. de testibus quæst 65. nu. 282. docet bene Carena dict. tit. 11. §. 4. num. 17. vide ipsum per totum.

420 Requiritur item delictum sit completum, prout exprimitur in dictis constitutionibus. Hinc resoluuntur aliqua dubia. Primum, quod non habeant locum istæ Bullæ Pontificiæ, quoad pœnam mortis, quando quiuis non Sacerdos audit Confessionem alicuius, ipsum tamen non absoluit. Deducitur hoc clarè ex illis verbis constitutionis Clemen. VIII. Dum scilicet iniquè sibi assumunt gradum sacerdotalem, & auctoritatem absoluendi à peccatis. Atque hoc vt certum defendunt multi, præcipuè Rodriquez quæst. Regul. tom. 2. quæst. 28. art. 2. Rodericus à cunha, Quæs. 23. num. 14. de confess. solicit. cui relato adhæret Sanctarellus de hæresi cap. 42. num. 5.

421 Quidquid in contrarium dicat Freytas ad Roder. cit. quem optime refutat Carena dict. tit. 11. §. 3. num. 14.

422 Dein resoluitur, quod nequaquam ille incurrat pœnam vltimi supplicij, in prædictis Bullis statutam, qui cum non sit Sacerdos, vestibus tantum sacris se induit cum voluntate celebrandi, sed hanc voluntatem ante initium celebrationis reuocat. Secus verò si non reuocet, & celebrare incipiat, licet non perueniat ad consecrationem, ita Sousa lib. 1. Aphorism. capit. 32. num. 5. & 6. ac Carena dict. §. 5. num. 15. in fine. Ratio est, quia dictæ Bullæ tantum loquuntur de celebratione, quæ adhuc non est, dum quis solum vestibus sacris induitur, adest verò postquam incœpit Missam, quamuis ad consecrationem non perueniat, &c.

Tan-

423 Tandem cum prædicti inchoantes delictum, & non perficientes, subsint Iurisdictioni, & punitioni Inquisitorum ex vi ciuitate Bullæ Gregorij XIII. nullum dubium, debeant mulctari arbitrio illorum alijs extraordinarijs pœnis, vt fustigationis, triremium exilij, &c. pro qualitate delinquentis; nec est cur huic doctrinæ maiorem probationem adhibeamus, sed iam Regulam terminamus.

Num, & qualiter comedentes carnem, oua, & Lacticinia diebus prohibitis ab Inquisitoribus plectendi.

REGVLA CCCCCIII.

424 CVm ex comestione carnium, Ouorum, & Lacticiniorum diebus vetitis sæpius presumptio hæresis insurgat, sine dubio ad Inquisitores fidei spectat, contra tunc comedentes ritè procedere, eosque pro qualitate criminis, & personæ
425 punire. Quando suspicio heresis inde orta est vehemens, grauioribus pœnis vt fustigationis, exilij, &c afficiendi sunt, violantes præceptum ea non comedendi, sicuti solent affici in alijs casibus vehementer de hæresi suspecti, & fortè maiori, etiam
426 mortis. Quod si ex tali comestione leuis tantum suspicio hæresis oriatur, leuiores etiam pęnæ sic suspectis infligendæ.
427 Quin etiam isti quandoque cum sola correptione, & pœnitentijs salutaribus, maximè ieiuniorum dimitti debent.

428 DIximus iam alibi copiosè, & nunc pro præsentis instituti indigentia breuiter attingimus qualiter comedens carnes, oua, & lacticinia diebus prohibitis fiat suspectus de hæresi, nimirum illa antiqua, à Sectarijs quibusdam nostri temporis renouata, improbante in ieiunijs delectum ciborum, & opponentem se dogmati de fide certo, & per Concilium Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. de delectu ciborum in ieiunis, &c. definito, quod ieiunium Ecclesiasticum cum abstinentia à carnibus, & aliquando ab ouis, & lacticinijs sit vtile, atque laudabile: vide circa hoc, omissis alijs, Gregorium de Valentia tom. 3. in summ. D. Thom. disp. 9 quę. 2. punct. 2. vers. 2. controuersum.
429 Fieri autem suspectum de dicta hæresi vescentem carnibus, vel ouis, aut lacticinijs tempore vetito docent communiter omnes, pręsertim Repert. Inquisit. in verb. cognoscere vers. Sed an Iudex, Pegna 3. par. direct. commen. 24. vers. Ecclesiastica Sacramenta Zanchin de hęreticis cap. 35. num. 2. Farinac. de hæresi quæst. 178. nu 80. & Bellarmin. in particulari lib. de Ieiunio, ostendens clarè, quòd omnes ferè hæretici nostri temporis concordent circa reprobandum delectum ciborum in ieiunijs, ergo qui conuenit in hoc cum eis vescendo carnibus cibis vetitis redditur suspectus de
430 ipsorum hæresi. Et conuincitur magis ex cap. si qui sunt dist. 81. vbi relatis D. Gregorij verbis sic habetur. Peccatum, inquit paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit Sedi Apostolicæ obedire contemnit, ita ibi.
431 Sed intelligitur dicta præsumptio hæresis in eo qui absque licentia, seu dispensatione diebus vetitis carnes, aut oua, vel lacticinia comedit; Si enim ratione indispositionis corporalis (in hoc semper standum indicio medicorum) aut aliunde legitimè dispensatus, id faciat, nequaquam ex tali comestione præsumptio hæresis insurget, cum licitè fiat, & quod lege permittente fit, pœnam non meretur l. Graccus C. ad leg. Iul. de Adult. Maximè si desit omnis contemptus præcepti, & adsit aliqua infirmitas corporis. ita Paris. consil. 169. num. 68. volum 4. & Carena tit. 15. §. 2. num. 5.
432 Hac itaque doctrina proposita, quòd ex comestione diebus vetitis carnium, aut ouorum, vel lacticiniorum dimanet præsumptio declaratę hæresis, sine dubio rectè concluditur, ea tunc comedentem, sine dispensatione legitima, subesse iurisdictioni, & punitioni Inquisitorum, sicuti subsunt quicunque alij de hæresi aliquo modo suspecti., ita Zanchin. de hæreticis cap. 35. num. 2. Repertor. Inquisit. vbi supra, Riccius in praxi fori Ecclesiastici, resolut. 423. vers. carnes comedentes, & Ca-
433 rena dict. tit 15. §. 4. num. 11. Probatur ex Glos. Communiter recepta in Clemen. Nolentes de hęreticis, affirmante, quod ad Inquisitores spectet iudicare, & punire quosuis hęreticos, & de hæresi suspectos: quam Glos. allegant. Ioann. Andr. Gemin. & alij in cap. ne aliqui, de hæret. ac Ludouic. Paramus cum pluribus relatis lib. 3. de Orig. sancti Officij quęst. 10 num. 97. Sed vescentes carnibus, &c. tempore vetito sunt de hæresi suspecti, vt probauimus, ergo &c.
434 Pręsumptio item dictę hæresis in comedentibus carnes &c. diebus prohibitis potest esse vehemens, vel leuis, vt iam alibi à nobis dictum: censetur vehemens, si vltra carentiam licentię, & defectum causæ adsint alia signa eam inducentia, vt si pluries vetitos cibos comederit, si repręhensus parui fecerit repræhensionem, & si-
435 milia, Atque sic intelligi debent auctores, qui de hac vehementi presumptione hæresis ob comestionem ciborum prohibitorum in die ieiunij, loquuntur, nempe Genuens. in Praxi Archiepisc. Neapolit. cap. 18. num. 11. & Pegna 2. par. direct. comment.

ment. 80. vers. Et ob hanc præsumptionẽ, idem Pegna 3. par. direct. commen. 24 vers. Ecclesiastica Sacramenta, & ex mente aliorum Carena §. 3. num. 7.

436 Stante verò hac præsumptione hæresis vehementi in comedente carnes, aut oua, vel lacticinia diebus prohibitis, nullus dubitat, quod sic de hæresi vehementer suspecti debeant puniri grauibus pœnis, vt exilii, fustigationis, &c. quemadmodum similes de hæresi vehementer suspecti in alijs casibus mulctari consueuerunt. ita Ex communi sententia Doctorum Carena

437 dict. tit. 11. §. 6. num. 15. Quin etiam si tali reo infligatur tortura, aut sine ea confiteatur de se errorem formalem, de quo extabat vehemens præsumptio ob comestionem ciborum prohibitorum, puniendus est pœna ordinaria perpetui carceris; aut si sit relapsus, pœna vltimi supplicij, vt cum eodem Carena, & alijs in similibus casibus sæpius resoluimus.

438 E contra si præsumptio hæresis in comedente cibos vetitos fuerit leuis, consequenter minori, seu leui pœna plecti debet vt quod maneat in Ecclesia cum candela accensa sine palio, dum Missa celebratur, vel quòd adeat aliquod Sacellum B. Virginis Mariæ, aut sancti alicuius extra Vrbem nudis pedibus, iniunctis simul aliquibus ieiunijs, vt in quo peccauit puniatur; quod benè notat idem Carena dict. §. 6. nu. 15.

439 Imò si suspicio hæresis sit leuissima, vt potest esse in aliquo casu, tunc expediendus cum sola correptione, & aliqua pœnitentia maxime ieiunij iuxta iam alibi resoluta cum eodem Carena, & alij.

440 Quod dico de correptione deduco ex ipsomet Carena in diuerso casu huius etiã materiæ, quem proprijs eiusdem verbis in fine §. 2. propositum sibi trado.

441 Quæri tamen, inquit, hoc loco potest quid sentiendum sit de edente in diebus ieiunij, quædam animalia, de quibus dubitari potest, an sint pisces, vel carnes, vt sunt ponticus vulgo lodria, camaleones, &c. & breuiter in hac re semper recurrendum est ad iudicium medicorum, vt in proposita quæstione dixit Fagundes in quartum Ecclesiæ Præceptum, l. secunda,

442 cap. secundo num. 9. In omni tamen casu, tales meo iudicio, essent ab Inquisitoribus vocandi, & vti temerarij grauiter oretenus obiurgandi: quantum enim est ex se exponunt se periculo frangendi Ecclesiasticum præceptũ, circa delectum ciborum. ita ille, atque his præsens Regula finitur.

An, & quænam pœnæ Iudæis, Mauris, ac alijs infidelibus ob delicta ad sanctũ officium spectantia ab Inquisitoribus infligendæ?

REGVLA. CCCCCIV.

443 TAmetsi Iudæi, Mauri, & alij infideles ob carentiam baptismi extra Ecclesiam reperiantur; in diuersis tamen casibus attento iure communi iurisdictioni, ac punitioni sanctæ Inquisitionis subduntur, quæ iurisdictio, & punitio post editas aliquot summorum Pontificum cõstitutiones cum maiori certitudine ad plu-

444 res casus contra illos protrahuntur. Pœnæ autem eisdem iniungendæ sunt arbitrariæ, maiores, vel minores, pro delictorum qualitate, grauitate, ac multiplicatione, nimirum pœnæ priuationis communicandi cum Christianis, & pecuniariæ, carcerum, verberum, & remigandi etiam in

445 perpetuum. Adde quod quandoque si atrocitas criminis in Iudæis, Mauris, aut alijs infidelibus contra fidem nostram sit maxima, per sanctum Officium vltimo supplicio puniri possint.

---

446 FVndamentum dubitandi, an isti infideles aliquando subsint punitioni Tribunalium sancti Officij, desumi posse videtur ex illo D. Pauli 1. Corinth. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? quasi indicans, quod ipse consequenter etiam quiuis minister Ecclesiasticus de solis illis sit iudicaturum, qui sunt intra Ecclesiam, ad quam patet aditus tantummodo per baptismus. Vnde cum illi non sit baptizati extra Ecclesiam, seu foris existunt, quod constat ex textu in cap. gaudemus de diuort. & in cap. multi 2. quæst. 1. atque copiosè ostendunt Card. Bellarm. tom. 3. lib. 3. controu. general. cap. 3. & Ricciullus de personis extra Ecclesiæ gremium existentibus lib. 2. cap. 1. ergo &c.

447 Nihilominus, prorsus certum est, quod ex vi communis iuris canonici solius in multis casibus, quos exprimit Eymericus 2. par. direct. quæst. 46. possint Inquisitores contra Iudæos, Saracenos, & alios infideles procedere, eosque condignè punire. ita tradiderunt præter Eymericum auctorem antiquum citatum, locatus, Repertorium Inquisitior. Comensis in lucerna in Inquisitor. Vterque in verb. Iudæus Decian. in suis tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. Rojas de hæreticis par. 1. num. 552. & Farinac. 2. par. Fragm. verb. Iudeus num. 657. quibus adhærent Carena 2 par. tit. 14. §. 4. num. 14. & alij communiter.

Nec

448 Nec opponitur testimonium D. Pauli adductum; cùm debeat intelligi de pæna excommunicationis, & de aliis pænis spiritualibus, vt illud interpretantur sacri expositores, precipue noster Cornelius à lapide in dict. loco vers. 12. Nequeunt enim ab Inquisitoribus puniri iudæi, & infideles hisce pænis spiritualibus; bene tamen temporalibus, & corporeis, Vtrumque expresse, & bene docent vt certum Rojas de hæret. par. 1. nu. 563. Azeued. ad Regias Hispaniæ constit. lib. 8. tit. 4. leg. 1. num. 20. Carena dict. §. 4. nu. 14. & alij.

449 Reiiciuntur itaque meritò pauci, qui contrarium tenuerunt; audi reiectionem ab eodem Carena dict. §. 4. nu. 15. sequentibus verbis. Ex quibus, inquit, patet perperam loquutos Simanch. de cath. Instit. tit. 35. de iudæis num. 11. & Socin. sen. cons. 119. nu. 18. vol. 4. vbi concludunt Inquisitores non posse procedere contra iudæum, qui aduersus Christianos dixerat (la vostra fede, e fede de pazzi) & Anchar. in cons. 15. vbi consuluit, quòd iudex sæcularis debet iudæum punire, qui proiecit immunditias super Crucem, quæ in litaniis deferebatur ita ille.

450 Equidem mirum valde, quod dicti auctores, alioquin cauti, & eruditi, sic tenuerint, contra certam doctrinam, olim decisam à Gregorio Papa XI. vt refert Eymericus loc. cit. nempe per ipsum Eymericum tunc fide Inquisitorem circa annum Domini 1371. ac per Episcopum simul, & non per iudicem laicum, qui id prætendebat, debere puniri quendam iudæum, qui reperiebatur conuictus, & confessus, quòd dæmones inuocasset sacrificia obtulisset, ac responsa expectasset, Ergo in alijs similiter casibus, si delinquant iudei, aut alii infideles contra fidem, vel in ijs, quę sunt nobis, & illis communia, vel in iis, quę sunt propria Religionis Christianę à D.D. Inquisitoribus sunt puniendi.

451 Verùm, cum dict. decisio Gregorij XI. fuerit pro casu particulari, expediens erat ad tollendam omnem difficultatem, & rationem dubitandi, vt prodiret alia pro quibuscunque Vniuersalis, sicuti prodiit, peculiari Dei prouidentia anno incornationis dominicæ 1581. Kalend. Iunij, per Constitutionem Gregorii Papæ XIII. incip. Antiqua iudæorum improbitas, vbi declarantur plura delicta particularia, propter quę Inquisitores contra, iudæos, & infideles quosuis procedere possunt; non Exprimimus hic, cum iam lib. 5. vbi fuit nobis sermo de abiuratione dictis iudæis, & infidelibus infligenda, vel secùs, fuerint satis expressa: solum accipe clausulas, per quas in ea constitutionem potestas procedendi ipsis Inquisitoribus tribuitur, sic.

452 Illi verò, inquit, nullis beneficiis mansuefacti, nihilque de suo prestino scelere remittentes Dominum Nostrum Iesum Christum in cælo triumphantem adhuc in sinagogis suis, & vbique persequuntur, Christi quoque membris infensissimi non desinunt in Religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere. Quibus nos nè pietatis nostræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipijs Christo, christianorumue nomini impunè illudatur, obuiare volentes, statuimus, ac etiam declaramus, Inquisitores hæreticæ prauitatis liberè procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur. ita ibi.

453 Deinde nullum dubium, quòd pænæ, dict. Iudæis & infidelibus delinquentibus contra fidem, nostram, sint arbitrariæ, iuxta maiorem, aut minorem grauitatem criminum, ita Pegna 2. par. direct. comment. 69. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 22. quæst. 12. vers. & subiungitur, Farinac. de hæresi qu. 178. nu. 146. & Sousa lib. 1. Aphor. cap. 37. nu. 29. Atque specificant in ijs pænis, nempe in priuatione communicationis cum Christianis in pecuniariis, in penis carcerum, verbum, & remigandi etiam in perpetuum.

454 Addunt item alij præter citatos auctores nempè Repert. Inquisitor. verb. iudæus, §. sed circa predicta, Zanchin. de hæreticis cap. 36. num. 4. ibi Campegius, & Castrus Paulus tom. 1. tract. 4. disp. 8. punc. 16. §. 6. nu. 1. Quòd possit extendi arbitrium vsque ad pænam mortis per traditionem brachio seculari, quoties delictum est adeò graue à iudęo, aut infideli commisum, vt huiusmodi pœnam mereatur.

455 Semper tamen debet esse tale arbitrium regulatum ratione, & iure, præsertim dispositione Constitutionis Gregorianæ Antiqua indæorum improbitas. Vndè non erit abs re illam eius partem hic exprimere, quę agit de omnibus dictis pænis infligendis sic §. 12.

456 In quibus, inquit, casibus vniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Prouinciarum ciuitatum, dominiorum, & locorum vniuersi orbis christiani iudices in suis quique locis perpetuo delegamus, vt super his cōtra iudæos, atque infideles quoscunque, simul, vel separatim prout in causis fidei, iuxta sacrorum canonum formam, nec non officii Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant.

457 Et quos in aliquo, vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo ac etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes exilia, aliqua atrociora decernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi, flagitijs in posterum admittendis. ita ibi vide plura apud multis paragraphis declarantem egregiè Constitutionem Gregorianam.

458 Vltimo loco attingendum illud, quod sine

sine dubio, huc spectat, nempe cū magnam perniciem Ecclesiæ Catholicæ, eiusq; membris Christi fidelibus perfidi iudæi perpetuo conati sint inferre suis perniciosissimis libris, aut codicibus Thalmudicis, ac Cabalistis, atque aliis nefariis, Cumque diuersi olim summi Pontifices, vt Clem. IV. Honor. IV. Ioann. XXII. & Gregor. XIII. huic malo remedio adhibuerint illos strictissimè prohibendo, nouissimè ad eundem finem Clem. VIII. anuo 1599. Prid. Kal. Martij Constitutionem edidit incip. Cum Hæbreorum malitia, iniuncta illorum strictiori prohibitione sub grauioribus pęnis, quod tibi clarius innotescet relata hic ad verbum ea parte, quæ hoc continet.

459 Præcipientes, inquit, tàm ipsis iudæis quam quibuscunque Typographis Bibliopolis, seù mercatoribus, & aliis quibuscunque Christi fidelibus etiam cuiuscunque; status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, sub pœna amissionis librorum & publicationis omnium bonorum fisco, eius Principis in cuius distinctione libri reperti fuerint applicandorum, ac alijs etiam grauioribus, & corporis afflictinis arbitrio, diæcesani, ac etiam Inquisitoris, si inibi

460 fuerit statuendis, ac moderandis. Nec non quoad Christianos, etiam Excommunicationis maioris latæ sententiæ vnumquamque contrafacientem ex ipso incurrendæ, ne huiusmodi libros, & alia scripta superius prohibita, vt præfertur retinere, habere, legere, edere typis excudere, imprimere, describere, vel exemplare ad vehere, emere, stendere, donare, commutare, aut alias, quomodolibet distrahere. vel alienare. ita §. 6. & additur §. 7.

461 Nè ue quisquam, inquit, etiam sub prędictis, & aliis pænis contra fautores apostatarum à fide, & hæreticorum à Sacr. Canon. & constitutionibus Apostolicis inflictis, ipsis Hæbreis, pro habendis, scribendis, seù imprimendis huiusmodi libris, vel vndequaque afferendis, seu transuehendis, aut pro eorumdem legendorum licentia de cætero impetranda, opem consilium auxilium, vel fauorem pręstare, aut impendere quoquomodo audeat. hoc, ibi, quibus iam Regulam terminamus.

Quibus pænis mulctandi sortilegi, pactum cum dæmone, quoquomodo habentes? Quid si ex sortilegio mors sequatur?

REGVLA CCCCCV.

462 TAmetsi de iure antiquo sortilegia simplicia haud hæreticalia nullo modo ad iurisdictionem, & punitionem Inquisitorum spectarent; nunç tamen spectant, attentis Bullis Pontificum recentioribus: & taliter sortilegi pœnis per eas

463 statutis mulctantur. Facientibus vero sortildgia hæresim sapientia ex pacto cum dæmone expræsso, vel tacito, maxime si res sacræ in eis adiungantur, pœnæ graues vt triremium, fustigationis, exilij, simul pecuniariæ &c. pro qualitate delinquen-

464 tis infliguntur. Si in sortilegio item hostia consecrata immisceatur pro prima vice sic sanctissimo abutens, vel quouis alio modo, curiæ sæculari traditur; pœna

465 capitis plectendus. Vltimo similiter supplicio perimendus, qui ex pacto expræsso cum Dæmone facit maleficium ad occisionem alicuius: secùs effectu non secuto. Secus etiam de mandante, vel consulente, qui alijs pœnis mulctandi.

466 COpiosissima præ cæteris omnibus materijs Tribunalium Fidei, est ista de Astrologis iudiciariis, diuinatoribus, sortilegis, maleficis, magis, & quoquo alio nomine appellatis, vt vidimus lib. 1. cap. 14. per 14. Regulas, & lib. 4. ac 5. pro infligenda eis tortura, & assignando abiurationis gradu, non pauca tradidimus. Superest aliquid de pęnis contra ipsos addere, quod discutere, vsque ad præsentem locum distulimus, post explicatas pœnas Iudæis, & alijs infidelibus iniungendas in casibus ad Sanctum Officium spectantibus; cum omnes penè nationes tum fidelium, tum infidelium hac pessima arte diuinatoria, astrologiæ iudiciariæ, magiæ dæmoniacæ, & sortilegiariæ inficiantur.

467 Supponitur autem certum, quod talis ars execrabilis cooperatione Dęmonis exerceatur, Vnde vt facilius, & clarius, quæ huc spectant, discutiantur, attingenda aliqua obiter ex iam traditis, aut etiam omissis, alibi circa potestatem ipsius Dæmonis in inferiora sublunaria, circa pactum hominis cum eodem, &c. ex Martino del Rio, Leon. Less. & ex alijs ci-

468 tandis. Possunt itaque Dæmones excitare tempestates, grandines, tonitura, ventos, terremotus, eisque diuersimodè nocumentum inferre. Constat ex lib. Iob cap. 1. Item possunt ex vno in alium agrum segetes trasplantare. ita Martin. del Rius disquis. magic. lib. 2. quæst. 11. & Lessius de iustit & iure lib. 2. cap. 44. dub. 3. nu. 14.

469 Dein possunt corpora hominum, & animalium breuissimo tempore de vna ad aliam regionem longinquam transferre; & in locum, vel monasterium vndequaque clausum ad finem peccandi, vel ad alium intromittere. Nam quamuis transportatio sagarum ad Conuentus nocturnos, aliquando immaginariè tantum fiat, & vt plurimum verè, & realiter illuc à

Dæ-

Dæmone tranſportantur, ita Sanchez lib. 2. in Decalogum cap. 40. num. 8. Leſſ. ibidẽ & del Rius, quæſt. 26.

470 Dæmones etiam poſſunt transformare corpora hominum, & animalium, non mutatá intrinſecè forma, ſed alia ex vaporibus extrinſecus circumpoſita. Tradunt ijdem Leſſ. num. 18 Del Rius, quæſt. 18. & Binsfeld. de confeſſ. magar. & ſagar. concluſ. 3. vbi copiosè de transformatione Nabucdonoſor Regis, vt habetur 4. Danielis.

471 Poſſunt item morbos immittere, qui nulla arte medica valeant curari; atque è contra morbos omnes curare, qui naturaliter ſanari queunt. ſic idem Leſſ. dict. dub. 3. num. 19. & 20. ac Binsfeld. ibidem concluſ. 7. & 8.

472 Rurſus poſſunt actum matrimonialẽ impedire, vel reſtigerando coeuntes ab actu illo, adhibitis virtutibus rerum occultis, vel impediendo miſſionum ſpirituum ad membrum in quo eſt virtus motiua, vt non erigatur ad copulam, ſed languescat. Idem Binsfeld vbi ſupra concluſ. 6. & lucerna Inquiſitor. in tract. de ſtrigijs num. 14.

473 Actum præterea venereum exercere valent dæmones cum viris, ſi exhibeant ſe ſuccubos, & cum mulieribus, ſi iſtis incubent, & ex hoc actu poteſt generari proles delate ſemine alicuius, viri in vas mulieris dum huic dęmon copulatur. Atque in tali caſu verus pater prolis non eſt dæmon, ſed dictus vir à quo ille ſemen desũpſit ita Delrius loc. cit. quæſt. 15. & Petrus Thyręus de apparitionibus lib. 1. cap. 10. num. 2.

474 Vide pręcipuè apud Delrium dict. qu. 15. & ſeqq. qualiter dęmon poſſit facere, vt gigantes naſcantur, & è contra pigmeis etiam vt beſtiæ loquantur, patet exemplo ſerpentis loquentis cum Eua; Genes. 3.

475 Et multa alia, quæ nimis longum eſſet, exprimere, & multò longiùs hæc ac prędicta exemplis exornare, ſicut ſæpius exornant auctores citati; nobis ſufficiat vltimo loco adducere illud Iob. 41. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei.

476 Nihilominus certum eſt, quòd nequeat dæmon naturæ ordinem, aut vniuerſi leges mutare, neque miracula vera facere, vt ſuſcitare mortuos, tribuere viſum cœco nato, & ſimilia, cùm ad hæc requiratur potentia infinita. Vnde ſi effectus, qui expectatur à dæmone potentiam eius ſuperet cenſendus eſt præſtigiatorius, ita Delrius lib. 2. quæſt. 6. & 7. & alij.

477 Quamuis autem circa animam corpori coniunctam poſſit Dæmon omnia illa, quæ ex corporis diſpoſitione, & imaginatiua pendent, vt amentiam inferre, ad amorem, odium, libidinem, &c. excitare, nequit tamen liberum arbitrium cogere, nec futura dependencia à libero arbitrio præ-

478 ſcire. Neque animis ſeparatis quid quam damni inferre, exceptis damnatis, quibus poteſt irrogare ſupplicia non ad libitum, ſed iuxta ſententiam condemnatoriam diuinæ iuſtitiæ. Itaque non poteſt illas ab inferis excitare, & viuis repræſentare idem Delrius quæſt. 6. & 26. Leſſ. de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 44 dub. 3. nu. 23. & alii.

479 Sequitur de pacto ſortilegi cum Dæmone dicendum, duplex communiter aſſignatur, Expręſſum. & tacitum; illud adeſt, quando ſortilegus expreſſis verbis cum dæmone paciſcitur, vel quando aliquis ſciens, quod dæmon per ſignum particulare occulta docere ſolet, illud, vt eá doceatur, vſurpat. ita Sanchez lib. 2. in decal. cap. 38. num. 3. & ſeq. Quamquam hoc ſecundo modo vult Delrius lib. 2. diſquis. magic. quæſt. 4. non Expreſſum, ſed tacitam pactum adeſſe, & ei probabiliter adhæreo.

480 Tacitum autem, ſeu implicitum pactũ tunc pręcipue reperitur, cum quis ſuperſtitioſis ſignis vtitur, ad quorum vſum dęmon vigore pacti expręſſi habiti cum primo inſtituente aliquid manifeſtat, aut operatur. ita Delrius loc. cit. & alij communi-

481 ter. Atque hinc bene deducunt Caiet. 2. 2. quæſt. 95. art. 2. verſ. ad euidentiam huius Simanch. de cath. Inſtit. tit 63. num. 13. & Sanchez vbi ſupra, quòd poſſit reperiri pactum tacitum cum dęmone etiam ſi ſortilegus non intendat opem eius implorare. Nam cum ſigna illa à ſortilego adhibita ex ſola ſecreta hominis ope effectum ſperarum efficiant, eo ipſo quòd quis eis vtitur, tacite dæmonis opem velle uidetur.

482 Sortilegiorum item duplex eſt genus, ſub altero continentur ſortilegia ſimplicia non ſapientia hęreſim, & ſunt merę ſuperſtitiones; ſub altero verò ſortilegia qualificata, aut hęreticalia, ſeù ſapientia aliquo modo hęreſim, qualia ſunt, quę fiunt, cum aliquo dicto, vel facto hęreticali, vt cum abuſu ſacramentorum, vel ſacramentalium nempe olei Sancti, Candelę benedictę, Agnus Dei, etc. Aut ſi in eo immiſceantur aliquę orationes, vel ſcripturę ſacræ verba, vt Pſalmus, Pater noſter, &c. Tradunt Pegna 2. par. direc. comment. 67. Farinac. de hęreſi, quęſt. 181. num. 2. & ſeqq. & delrius diſquis. magic. lib. 5. ſect. 15. vide plura de vtroque genere ſortilegiorum apud Carenam 2. par. tit. 12. a §. 4. vſque ad 13.

483 Et vt iuris antiqui cap. ex tuarum, extra de ſortilegis, & cap. Accuſatus de hęreticis in 6. §. ſane cum, non ſpectat ad Inquiſitores punire diuinatores, vel ſortilegos, quando ſortiligia ſunt ſimplicia, quia id ipſis prohibetur in dict. §. ibi, de diuinationibus, aut ſortilegijs (niſi hęreſim ſaperent manifeſte intromittere ſe non debent, nec punire talia exercentes, ſed eos relinquere ſuis iudicibus puniendos quod qualiter intelligendum, bene explicat valle de moura, in opuſc. de incant. ſec. 3. cap. 6. nu.

6. nu. 10. quo cum nos lib. 1. cap. 14. Regula 124. vers. superest vltima.

484 Verùm de iure nouo Alexand. VI. per constit. incip. cum acceperimus, & per aliam eiusdem Pontificis incip. Dudum de anno 1523. adductus à Pegna in fine directo. & citatas à Farin. de hæresi quæst. 182. §. 4. possunt Inquisitores de quibusuis sortilegijs etiam simplicibus, seu non sapientibus hæresim manifestam cognoscere, & sortilegos, ac diuinatores meros non hæreticales iudicare, ipsosque punire. In quibus Bullis multi particulares casus in communi exprimuntur; sed multo plures in nouissima Bulla Sixti V. incip. Cæli, & ter-

485 ræ. Quam confirmauit, & extendit Vrbanus Papa VIII. Constitut. incip. Inscrutabilis, circa sortilegia fabricata ab astrologis iudiciarijs, qui de statu Religionis Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia facere, necnon eos, qui illos desuper consulere præsumpserint. Quæ constitutiones, vt sonant amplectendæ, nec vllus interpretationis locus vsquam apparet.

486 Sed quid iam de pœnis, primò contrafacientes sortilegia simplicia, seu non hæreticalia? cum Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 48. num. 15. citante Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 38. num. 34. ita resoluit Diana par. 4. tract. 7. resolut. 17. Astrologus, inquit, iudiciarius de futuris contingentibus à libera hominum voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmans, etiamsi id non certo affirmare asserat, ab Inquisitoribus puniri potest canonicis pœnis, ac etiam alijs secundum eorum arbitrium, ex Constit. Sixti V. hæc ille, & benè adhærens Bullæ Sixtinæ, cuius verba hoc continentia expedit hic apponere.

487 Ex §. 3. ibi. Inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seuerius canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant. hæc ibi.

488 Atque ex §. 4. vbi prohibentur libri, ex scripta astrologiæ iudiciariæ, ibi, Et nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter ijdem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere & pœnis condignis punire, & coercere possint hæc ibi.

489 Quod autem dictum Inquisitorum arbitrium præter priuationem beneficiorum, dignitatum &c. possit extendi ad pœnam vltimi supplicij expressè disponitur bis in citat. constitut. Vrbani VIII. ibi §. 3. Nedum excommunicationis maioris latæ sententiæ, sed etiam vti læsæ Maiestatis reis vltimi supplicij, ac confiscationis omnium bonorum; &c. & ibi §. 4. Ita quod personæ Ecclesiasticæ, præuia illarum degradatione, curiæ sæculari tradantur puniendæ talis verò dispositio qualiter, & de quibus sit intelligenda, alijs me doctoribus legitimè decidendum relinquo.

490 Quoad pœnas sortilegia qualificata, seu manifestè hæresim sapientia facientibus infligendas, sic decidit Pegna 2. par. direct. comment. 67. sed amplius, inquit, coerceri possunt anathemate, dignitatum suspensione, verberibus, exilio carcere Monasterij, alijsque supplicijs spectata personarum qualitate. cap. illud 26. q. 2. cap. admoneant, 26. q. 7. tradit Simanc. de cath.

491 instit. tit. 21. num. 23. Addit Panhormit. in cap. 1. de sortil. vltra pœnas iuris sortilegos infami indutos mitra in publicũ produci, aut scali alligatos cum vituperatione propè Ecclesiæ fores constitui, & à diæcesi pelli. 26. q. 5. ita ille, & benè.

492 Sed melius Genuensi. in praxi Archiepiscop. cap. 68. num. 8. ex Roman. Inquisitionis stylo docet, quod vt plurimum ignobiles laici sortilegi talia facientes condemnantur ad triremes; quod tradi Diana dict. tract. 7. resol. 10. vbi ait videndum esse circa hoc Scortiam in Bull. Pontif. opit. 58. Theorem. 158. Delri. disquis. magic. lib. 5. sect. 16. & Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 58. à

493 num. 10. vsque ad 17. Vbi adducit plura exempla sortilegiorum, vtriusque generis simplicium, & qualificatorum, maximè quando in istis immiscentur res sacræ, quia tunc manifestius sapiunt hæresim, at propterea facientibus ipsa grauiores pœnæ iniungi debent.

494 Sub finem, verò num. 16. dict. cap. 58. subiungit optimè idem Sousa his paucis verbis, Imò & curiæ sæculari traduntur. quod verum est iuxta adducta à nobis supra ex constitutione citat. Vrbani Papæ VIII. & tunc præcipuè locum habet quando in sortilegio adhibetur hostia consecrata. Ob hunc enim sanctissimi abusum sicuti ob quemcunque alium, vt si dicta hostia in partibus pudendis apponatur, pedibus conculcetur, &c. taliter abutenti pœna mortis etiam pro primo lapsu merito infligitur. Patet ex decreto Pauli Papæ IV. edito de anno 1559. Februarij 7. cuius tenor ita se habet.

495 Sanctissimus D. N. Paulus Papa IV. in Congregatione sancti Officij commisit, quod omnes, qui audierunt confessiones non existentes in sacris, & celebrantes Missas, non existentes etiam in sacris, & abusi sunt Sacratissimo Altaris Sacramento, tradi debeant brachio sæculari, ita ibi. & affert Diana in fine 4. par. fol. mihi 497. eiusque meminit Sanctarellus de hæresi cap. 4. dubio vnic. num. 5. ex locato per eum lato.

496 Fuit tandem aliqualis controuersia inter Doctores casu quo ex sortilegio, seu Maleficio prouenit homicidium alicui; sitne maleficus ab inquisitore curiæ sæculari relaxandus, vt pœna mortis afficiatur? Affir-

fir-

firmãter respondet Delrius disquis. magic. lib. 5. sect. 16. vers. Si mors, cui videtur adhærere Carena dict. tit. 12. §. 31. num. 257.

497 Et consonat Ius ciuile l. Cornel. de Sicarijs, quia plus est hominem veneno, seù maleficio, quam ferro negare l. 1. C. de malef. & Math. Ita Iodoc. in pract. tit. de homic. per sortilegia cap. 73. & Farinac. par. 1. quæst. 20. num. 103. vbi cum illo ait casu isto sortilegum esse comburendum, additque per sequentia verba.

498 Et idem quando in sortilegijs, seu per sortilegia naturalem in viris, at mulieribus generandi vim sortilegus impedit, aut efficit, ne mulier concipere possit, aut grauida parere, aut lac nutricis deficiat, aut alia similia maleficia in corpore per cibũ, & potum, aut extra corpus conficit: is inquam sortilegus, vt homicida tenetur. Cap. & si quis, & ibi scriben. extra de homic. l. si quis aliquid §. abortionis, & ibi docet ff. de pœnis hæc ille, quæ admittenda apparent præsertim attento iure ciuili.

499 Verum idem Farinac. dict. quæst. 20. concl. 12. n. 105. post. Menoch. lib. 1. cent. 4. casu 388. cum quibus, Diana dict. tract. 7. Regula 10. citans Sousam magis adhærendo iuri canonico antiquo neganter respõdente, nempè quemcunque sortilegum, etiam hæreticum formalem, siue sæcularem, siue Ecclesiasticum, si confiteatur per sortilegia fecisse homicidium, & pœniteat, ac paratus sit corripi, non posse ab Inquisitoribus tradi curiæ sæculari, sed debere eum admitti ad reconciliationem, sicut admittuntur alij hæretici, dum non sunt relapsi.

500 Media tamen incedimus via ex vi iuris noui, seu nouissimæ Constitutionis Gregorij Papæ XV. edita 20. Martij 1623. incip. Omnipotens Dei, secundum quam tres conditiones concurrere debent, vt sortilegus faciens homicidiũ curię sæculari tradatur prima, vt procedat pactum eius expræssum cum dæmonæ, apostatando à fide. secunda vt homicidium ex sortilegio, & non aliunde fiat. Tertia vt de vtroque constet, & non tantum sint indicia; Si aliqua ex eis desit sortilegus homicida non pœna mortis, sed alijs pœnis mulctandus circa quas conditiones, vt cum Doctoribus præcipuè cum Carena dict. tit. 12. §. 31. & seqq. nonnulla dubia discutiamus, expedit tenorem ipsius constitutionis adducere; sic habet.

501 Qua propter, inquit, vt tam exitiosa scelera à Christi fidelibus arceantur, grauioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, vt constito, quod aliquis pactum cum diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs siue sortilegijs vnam, seù plures personas, ita læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam pro primo lapsu, curiæ sæculari tradatur, debitis pœnis puniendus, ita ibi.

502 Occurrit itaque primò discutiendum dubium, si post factum sortilegium alicui, adiuncta sit ei febris maligna morsque subsequuta, an ista tribui debeat sortilegio ad effectum tradendi sortilegum brachio sæculari? Placet mihi resolutio Carenæ dict. §. 31. num. 257. nempè si iudicio medicorum innotescat febrem non ex sortilegio, sed aliundè prouenisse ipsi febri, vt causæ proximiori mortem esse tribuendã, & consequenter sortilegum non esse vltimo supplicio afficiendum, ostenditur ex textu in l. Huic scripturæ, §. si seruus ff ad

503 leg. Aquiliam. Vbi deciditur, quòd cum seruus fuisset lętaliter vulneratus, & post vulnus superuenisset naufragium, non potuerit agi de occiso contra vulnerantem, quia seruus præsumitur mortuus ex naufragio vti ex causa proximiori.

504 Desumit confirmationem prædictę resolutionis idem Carena sequentibus verbis. Confirmantur, inquit, prædicta ex duabus pulcherrimus Rota decis. 220. & 239. inter decisiones Eminentissimi Cardin. Caual. contracta fuerat Societas, super periculo vitę cuiusdam fœminę, excepto casu partus, mulier hæc fuit pręgnans deinde in quinto mense correpta fuit febri maligna cum morbillis, & die 14. quæ critica est fecit abortum cum effusione magna sanguinis, & post septem horas mortua est. Decidit ibi Rota, quod mulier censeatur obijsse ex abortu vti ex causa proxi-

505 miori. Et quamuis, inquit, Rot. ibi n. 4. potuerit febris esse causa abortus, cum vt dicit Zachias in suis quæst. Medico legalis tit. 4. q. 4. l. 1. febris acuta soleat partum interimere, vel corrumpere, attamen ait Rot. de hoc non est curandum, quia febris est causa ęquiuoca. Igitur idem concludendum erit in casu nostro, quod scilicet mors intelligitur causata à febre acuta, & maligna, cum ex ea, vt plurimum soleat mors subsequi, non ex maleficio, quod febris causam fuisse non probatur, & illius causa esse non potest, nisi ęquiuoca hactenus ille, & rectè quidem.

506 Circa tertiam conditionem, expressam in Bulla Gregoriana per particulam constito; quòd debeat prius constare de duabus alijs conditionibus, dubitatur, an sufficiat ad infligendam pœnã vltimi supplicij sortilego iuxta dispositionem dictæ Bullæ, si per sola inditia indubitata innotescat, ipsum habere pactum cum Dæmone, & mortem maleficiati ex sortilegio fuisse secutam? Et coincidit cum dubio vniuersali pro alijs casibus, possit nequis ex inditijs tantum indubitatis ad capitalem, aut ordinariam pœnam dampari.

507 Pro legitima resolutione premittendũ primo, quod illa dicantur indubitata indicia, quibus mouetur animus Iudicis, imo vio-

violentatur ad credendum à reo tale delictum fuisse commissum. Ita cum Cantera ex alijs ab eo relatis in quæst. crim. tit. de probation. cap. 2. quæst. 6. num. 1. & Carena
508 dict. tit. 12. §. 32. num. 260. Secundo præmittendum, ex delictis alia esse occulta ex natura sua, & difficilis probationis, quale est sortilegium, de quo agimus; alia verò non occulta, & facilis probationis. ita idem Carena num. 261.
509 His sic præmissis, communis est, & verior resolutio, quòd in delictis non occultis, & facilis probationis à nullo Iudice possit reus condemnari ad pœnam mortis vel aliam ordinariam corporis afflictiuam ex solis præsumptionibus, seu indicijs indubitatis, Docent vt certum Angel. in l. 2. de furtis. Anani. consil. 59. col. 2. Castrens. Consil. 299. num. 3. par. 1. & præcipuè Innocent. in cap. quia verisimile, de præsumptionibus, vbi ait, quod quando quis condemnatur ex præsumptionibus in criminnalibus non habeat locum pœna ordinaria delicti, maximè si hoc non si occultum, & facile possit plenè probari.
510 Quando verò sumus in delictis atrocibus ex se occultis, ac difficilis probationis cuiusmodi censetur dict. sortilegium, seu maleficium, tunc distinguendum de Iudicibus, aut inferioribus, aut supremis (qualis est Sacra Congreg. sancti Officii Vrbis) Atque ab istis posse reos ex solis indicijs indubitatis affici pæna mortis, vel alia ordinaria corporali ob dictum crimen maleficij, aut hæresis, &c. certum est; ostenditque multis exemplis Carena dict. §. 32. num. 263. sic fuisse condemnatos reos per Iudices supræmos, nempè per Senatum Pedemontanum, per sacrum Concilium Regni Neapolitani, per Senatum Dolanũ, per magna Curiam Regni Siciliæ. per Senatum Mediolanum. per Regiam audientiam Regni Aragonensis, per nostrum Senatum Valentinum, &c. vide ipsum Carenam exprimentem casus particulares cum circumstantiis.
511 At probabilius, & verius censetur nõ posse vllum reum ex solis indiciis indubitatis, sine plena probatione delicti à iudicibus inferioribus damnari ad pœnam ordinariam mortis naturalis, & consequenter, nec posse maleficum à particularibus inquisitoribus virtute dictæ Constitutionis Gregorij XV. in casu proposito, pæna vltimi supplicij per brachium seculare mulctari; sed tunc esse illum torquendum vel pœna extraordinariam etiam corporali afficiendum, ita ex mente Innocentij in dict. cap. quia verisimile. Aug. Anan. & aliorum, qui negatiuam partem vniuersaliter tenent, tradit benè Carena ibi-
512 dem num. 264. Nec mirum quod id peculiaribus inquisitoribus denegetur, cum etiam quando adest plena probatio delicti nunquam soleant ipsi aliquem condemnare ad pœnam mortis naturalis, nisi de consensu, seu approbatione supræmi Tribunalis, vt iam alibi diximus, quanto magis quando tantum adsunt indicia indubitata.
513 Quamquam non omittam apponere hic doctrinam, quam cum Cantera, & Simancha citandis, vti fundatam in iure canonico affert Diana resolutionum Moralium par. 4. tract. Resolut. 116. per sequentia verba.
514 Sed his, inquit, obstantibus in casu hæresis contrarium dicendum est. Vnde Didacus Cantera in qq. crimin. cap. 2. de probation. per testes qu. 1. num. 60. sic asserit. In crimine hæresis probato facto, ex quo resultat indubitatum indicium, benè datur pœna ordinaria delicti v. g. aliquis facit aliquam ceremoniam iudæorum, cum sit ex eorum genere, & idem si faceret aliquam ceremoniam Mahometanam, cum sit de genere Maurorum, certè ex isto facto cum ille sit ex illo genere, resultat præsumptio indubitata, vel indicium, indubitatum, quod fuit propter obseruationem illius legis, vel sectæ, & sic si est negatiuus pertinax, datur pæna ordinaria hæresis.
515 per textum in cap. Ad abolendam de hæreticis. Ita Cantera & in his terminis loquitur Simanch. in Cathol. instit. tit. 49. n. 3. Vnde hęc menti teneant DD. inquisitores quia quotidiana erunt, vt obseruat Cantera loc. cit. qui etiam videndus est in qu. 6. vbi supra num. 2. hæc ille, qua vt probabilia, & scitu digna admitto.
516 Quid item si ex sortilegio non mors, sed aliud graue damnum personis, vel rebus proueniat? qualiter tunc sortilegus puniendus stando in terminis Constitutionis Gregorij XV. claram decisionem ab ipsa audiamus; sic prosequitur.
517 Qui verò, inquit, similiter apostatando pactum cum diabolo, vt præfertur fecerit & maleficium, seu sortilegium commiserit ex quo licet mors secuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentiam generandi siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, Muro claudi siue perpetuis carceribus in sancto inquisitionis officio vbi illud existit fabricandis, mancipari debeat; ita ibi.
518 Circa depositionem autem dictæ constitutionis occurrit graue dubium, an infligenda sortilego pœna per eam statuta, si post factum re ipsa sortilegium, seu maleficium ex aliquo accidente effectus eius nõ fuit secutus? Diffunditur valde in hoc Carena dict. tit. 12. §. 34. extendens ad plures casus diuersorum criminum, & sub dupliciti distinctione, de delictis atrocibus, vel non atrocibus, & de casibus quando peruenqum est in patrando crimine ad actum iam proximum, vel ad actum tantum remotum cum Cantera citat cap. 7. de homicidio n. 26. Farinac. qu. crimin. 124. n. 41. Guttier. pract. quæst. lib. 3. quæst. 7. & cum alijs, multa egregie resoluit, quę non sunt

nostri

nostri Instituti, & ideo apud eum videnda Lectori relinquo.

519 At quoad casum præsentem absolutè sine vlla distinctione afferendum non contrahi pœnam statutam per Gregorianam Constitutionem à Sortilego, nisi secutus fuerit effectus sortilegij, seu maleficij. ita Carena dict. §. 34. num. 290. & 291. Ostendit inde, quia ipsa constitutio requirit per modum conditionis, quod mors fuerit secuta ex sortilegio, vt patet ex illis verbis eiusdem. ita læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors sequuta fuerit. Ergo vt dispositio Bullæ habeat locum, debet purificari conditio in forma specifica: quod bene notat Barbosa Iuni. diction. 183. numer. 9. estque conforme traditis à Menoch. casu 360. num. 9. vbi ait, quod statuto puniente delictum, non puniatur conatus solus ad illud pœna talis statuti.

520 Nihilominus ex mente eiusdem Menoch. num. 110. & seq. ac Carenę ibidem, num. 292. atque ex certa doctrina, in huiusmodi casu, quando ex sortilegio facto non sequitur effectus à sortilego intectus, tunc pœna extraordinaria non ita graui mulctari debet.

521 Dubitatur tandem an mandans, vel consulens sortilegium fieri comprehendatur sub constitutione Gregorij XV. Ad decisionem huius casus, & similium conducit doctrina Bart. in l. Sed si vnus, §. seruus, numer. 2. ff. de Iniur. & in l. aut qui dicitur. §. fin. numer. 3. ff. quod vi, aut clam. quam approbant communiter Doctores, pręcipuè Clarus in praxi crimin. §. fin. quæst. 89. versic. sed quęro. & cum multis relatis Farinac. de consultoribus, & mandatoribus, quæst. 135. par. 3. num. 97 sub hac distinctione.

522 Nimirum, aut in lege, seu statuto est sermo in rem, vt si affirmet sortilegium tale homicidium hoc modo commissum, furtum cum his circumstantijs factum, & similia, puniatur mortis pœna, carceris, exilij, &c. tunc secundum Barth. & eius sequaces, sub lege, seu statuto compræhenditur etiam mandans, cum hic, & mandatarius sint correlatiua, & ab vtroque vnicum committatur delictum, vt ex Mastrillo per eum citato affert Carena dict. tit. 12. §. 33. num. 266.

523 Aut item in lege, seu statuto est sermo in personam, vt si dicatur ibi, quicunque sortilegium commiserit, homicidium patrauerit, furtum fecerit, &c. pœna capitali mulctetur, tunc ex mente Barthol. & reliquuorum mandans, vel consulens, nequaquam mulctandus pœna legis, seu statuti. Nam vt bene ait Farinac. loc. citat. num. 97. & 100. mandans, vel consulens non dicitur committere delictum verè, sed interpretatiuè. Hanc autem Barth. distinctionem iam Tribunalia deduxerunt ad praxim, vti deduxit Aragonense, vt testatur Portulas par. 4. verb. Mandatum, num. 11. & nostrum Melitense, vt audio.

524 Quare circa casum præsentem, cum Gregorij XV. Constitutio loquatur non in rem, sed in personam, vt patet ibi. Constito, quod aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs, siue sortilegijs vnam, seu plures personas, ita læserit. & infra, pactum cum Diabolo fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit; nullum dubium, quod iuxta dictam Bart. doctrinam, mandans, & consulens sub constitutione Gregorij XV. non comprehendantur, quia isti verè non dicuntur facere sortilegia, vel pacta cum Dæmone, sed tantum fictè, & interpretatiuè; ergo &c.

525 Potest desumi confirmatio huius nostræ decisionis ex alio casu à simili, quia committens homicidium proditorium non gaudet immunitate Ecclesiæ, patet ex cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiastica, & ex Bulla peculiari Gregorij XIV. incip. Cum alias verum cum tam in illo capitulo, quam in ista Bulla sermo sit in personam, ibi. Qui proximum suum proditoriè occiderit. benè sequitur ex tradita doctrina Barthol. quod mandans, & consulens fieri tale homicidium non priuentur immunitate Ecclesiastica. ita inter alios defendunt præcipuè Sanchez tom. 2. opusc. lib. 6. cap. 1. dub. 9. numer. 3. & Carena dict. tit. 12. §. 33. num. 269. ergo pari modo in casu præsenti.

526 Nihilominus mandantes, & consulentes taliter sortilegia, seu maleficia facere alijs pœnis, prout de iure, ordinarijs, vt triremium, fustigationis, exilij, pecuniarijs, &c. pro qualitate personarum maximè sequuto effectu puniri debent. ita ibidem Carena num. 271. cum Torreblanca de magia lib. 3. cap. 13. Diana part. 4. tractat. 7. resolut. 10. & Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 58. per totum. præsertim num. 14. & sequ. Atque his præsens Regula terminatur.

Quid de pœnis, ac pœnitentijs plurium casuum Sanctæ Inquisitionis in Bullis Pontificijs, aut alibi expressorum?

REGVLA CCCCCVI.

527 CVilibet obloquenti de DD. Inquisitoribus, aut de Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis, si fuerit persona vilis, fustigatio; si verò persona honesta, præter Correptionem, ac rem, pœna pecu-

528 cuniaria infligi potest. Frangentes item carceres Sancti Officij, & inde fugientes, non pœnis hæreticorum, sed alijs arbitrarijs ob fractionem, & fugam ab Inquisito-
529 re plectendi. Dein superioribus Religiosorum procedentibus contra Regulares subditos suos in causis hæresis, priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, &c. ac pœnæ statutæ contra fautores hæreticorum iniungendæ. Simili-
530 ter etiam & fautores hæreticorum quandoque tractandi, varijsque pœnis afficiendi, quandoque secus, qui arma, equos, &c. ad terras infidelium, & hæreticorum, transtulerant. Denique qualiter rei puniri debeant in multis casibus Sancti Officij proponendis in Decursu Regulæ præsenti expendetur.

---

531 Diuersis Regulis poterant adduci, & explicari casus isti per plures indicati, & indicandi ad Sanctum Officium spectantes, sed breuitati studens conuenientius duxi omnes sub vna Regula comprehendere, sequens in hoc vestigia Carenæ, qui comprehendit eos sub vnico titulo nempe 17. part. 2. et Castri Palai sub eodem puncto 16. disput. 8. trac. 4. Maioris tamen claritatis gratia per varios S. S. diuidemus.

§. I.

532 EGIMVS iam supra de punitione reorum, qui Inquisitorem, aut quemuis Ministrum Sancti Officii iniurijs realibus afficiunt, iuxta dispositionem Bullæ Pij V. incip. Si de protegendis. Nunc addenda pauca de punitione afficientium eosdem iniuriis verbalibus. Nullum est dubium, quod possit Inquisitor procedere contra obloquentes de se, et de suo Tribunali, seu de suis Ministris, eosque condignè punire. ita Zanchin. de haret. cap. 31. et ibi Campegius, Simanc. de Cathol. Iustit. tit. 34. num. 28. Farinac. de hæresi quæst. 182. numer. 79. et Carena dict. tit. 17. §. 8.

533 Punitio condigna ob talem oblocutionem, vt iudicat ipse Carena dict. §. 8. num. 27. est ista, nempe si obloquens sit persona honesta, quod condemnetur ad petendam veniam D. Inquisitori, aut ad correptionem acrem in plena Congregatione. vel coram multis, simul cum pœ-
534 na pecuniaria. Si verò sit persona vilis ad fustigationem adiuncta etiam ei aliquando pœna pecuniaria, vt in exemplo illius Iudæi, qui teste eodem Carena, ob libellum famosum factum contra D. Inquisitorem, et Tribunal Sancti Officij, de voto Congregationis Cremonensis ad fustigationem, et ad pœnam pecuniariam meritò fuit condemnatus.

535 Dictam autem doctrinam, quod iustè puniat Inquisitor obloquentes de se, vel de suo Tribunali, sequenti §. 9. idem Carena num. 28. confirmat multis exemplis supremorum Iudicum, qui idem sine dubio possunt, non verò Iudices inferiores, sed his recurrendum ad illos pro vindicta, et multis ostendit Don. Thom. Carleual. in tract. de foro competenti lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. numer. 785. et est secundum textum in Authentic. de defens. Ciuitatum, coll. 3. tit. 2. Nou. 15. cap. 5. ibi. Si verò egerint aliquid iniuriosum circa defensiones, officiales, tunc Prouinciarum Præsides vlcisci, et castigare officiales possint.

536 Sed hoc, vt ipsemet Carleual. ibidem num. 798. bene ait, non habet locum, quando iniuria fuit illata Iudici pro Tribunali sedenti cum magna notorietate. Quod adhuc limitat Carena loc. cit. num. 33. esse scilicet intelligendum de Officialibus tantum Regiis Maioribus, licet non supremis, secus in quibusuis Officialibus inferioribus Feudatarij cuiuscumque; cum isti vix vllius considerationis soleant esse. Ampliationem tamen quoad Inquisitores, et Iudices laicos supremos subiungit Carena num. 34. sequentibus verbis.

537 Benè verum est, inquit, quod tam Inquisitor, quam Iudices laici supræmi, cum iniuria est ipsis facta notoriè, puta in actu publico fidei, vel in loco, vbi pro Tribunali laici Iudices sedent, tunc potest iniurians puniri etiam sine processu, et sententia in scriptis lata, cum solo decreto oretenus lato; Carleual vbi supra num. 799. qui addit se ita vidisse sępius practicari in Tribunalibus supræmis Hispaniarum, et ibi multos D. D. allegat, quibus addo Ego Hieronym. Porteles in dicto verb. Iniuria num. 39. et seqq. hęc bene ille.

§. II.

538 MIRVM sanè, quod aliqui Viri docti, vt Zanchinus de hæreticis cap. 10. num. 4. ibi Campegius eius additionator, litt. B, & Mascardus de probat. tom. 2. conclus. 820. tam facilè in hanc sententiam inclinauerint, absque firmo fundamento, nempè carceratum quemuis ob præsumptionem hæresis, si frangat carcerem, & fugiat, pro conuicto esse habendum, & tanquam hæreticum damnandum ad pœnam ordinariam.

Op-

539 Oppositum tamen, vt certum docent Simanc. in annot. ad tract. Zanchini cap. 8. & de Cathol. instit. tit. 16. num. 23. Pegna 3. part. direct. comment. 35. Sousa lib. 2. Aphor. cap. 26. num. 37. Diana 4 par. tract. 7. resolut. 15. & allj communiter. Ostenditur, inde, quia tunc præsumendum est, quod reus fugerit ob metum turmentorum, aut falsorum testium, vel ob tædium carceris, & non quia haberet errorem in mente.

540 Propter dictam verò fugam insligenda est reo fugitiuo aliqua pœna; quænam? Sousa dict. cap. 26. num. 32. tantum in communi ait esse Inquisitori arbitrariam. At Pegna lo. cit. specificat, & aliqua doctrinaliter. ac benè adducit sequentibus verbis.

541 Qui dum custodiretur pro hæresi, e carceribus effugit, consuetudine potius, quam lege aliqua receptum est, præsertim in Hispania, vt si honestior sit is, qui fugit, vt si Nobilis, Doctor, Religiosus, aut alias honorabilis ciuis custodiatur arctius, & durius puniatur; quod si vilis sit, publice verberibus flagellandus, & causa hæresis in suo statu permanens tractatur; quamquam, & alijs pœnis arbitrarijs puniri possunt. In quo mitius est cum illis agendum, qui custodis negligentia euaserunt. hæc Pegna, cui adhærent Paramus lib. 3. quæst. 4. num. 82. & Sesse, tom. 4. decis. 471. num. 6.

542 Tandem aduertendum cum cit. Pegna & Rojas num. 185. quod quamuis carceratus cum pro hæresis præsumptione. Si fugiat è carceribus, vt diximus, non sit habendus pro confesso, neque pro conuincto; insurgit tamen ex tali fuga indicium contra eum, non solum ad torturam, teste Sousa allegato; sed etiam vt ex illo, & ex alijs indicijs, si non inueniatur, aut nō se præsentet, possit legitimè citari ad comparendum, quod si intra terminum 30. dierum, aut plurium assignatum non compareat, deueniri potest ad condemnationem pœnæ ordinariæ contra eum, etiam cum statuæ ipsius combustione. vt alibi iam traditum. legendi circa hoc Sesse vbi supra num. 8. & Diana part. 4. tract. 7. Resolut. 15. Nec aliud hic addendum.

§. III.

543 SEQVITVR casus de pœnis contra Superiores Religionum, qui de causis hæresis, aut spectantibus ad Sanctum Officium cognoscunt, & iudicant. Nam quamuis antiquitus id possent ipsi soli per priuilegia à Summis Pontificibus illis concessa; postea Pius Papa IV. anno 1562. die 1. Aprilis, constitutionem edidit, incip. Pastoris æterni, relatam per Pegnam in fine directorij, qua cognitio, & iudicium talium causarum committitur Inquisitoribus fidei reuocatis dictis priuilegijs, excepto casu præuentionis, in quo poterant adhuc superiores Religionum procedere. Quod si præter hunc casum in alijs de dictis causis cognoscere tentarent, in illa constitutione (ipsam attentè legi,) eis nulla pœna iniungebatur; puniendi tamen arbitrio erant.

544 Post longum verò tempus nempe anno 1606. Kal. Septemb. prodijt in lucem alia constitutio Pauli Papæ V. incip. Romanus Pontifex ea, per quam sub grauibus pœnis iniungit Superioribus Religionum, ne in posterum vllo modo audeant se intromittere in iudicandis causis fidei suorum subditorum, etiam in casu præuentionis, sed eas omnes totaliter remittant fidei Inquisitoribus, cum scripturis

545 causarum pendentium. Præcipit item sub eisdem pœnis ne dicti Superiores audeant, vel præsumant impedire quemcunque subditum volentem adire Inquisitorem ad denunciandum aliquem religiosum hæreticum, aut suspectum de hæresi, &c. pœnas autem ipsius Bullæ verbis accipe.

546 Quod si, inquit, Generalis, alijque prædicti præsentibus litteris non paruerint, eos omnes priuationis, quarumcunque Dignitatum, seu Prælaturarum, vel Officiorum suorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad easdem: necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij statutas, & inflictas pœnas, aliasque censuras ecclesiasticas, etiam excommunicationis maioris latæ sententiæ, à qua nonnisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præter quam in mortis articulo absolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrisse. ita ibi. §. 6.

547 Ad incurrendas autem dictas pœnas requiritur in transgrediente præceptum Bullæ, audacia, & præsumptio, vt patet ex verbis illius. Quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, vel præsumant. Nam verbum præsumant, denotat temeritatem, secundum Bald consil 486. num. 5. volum. 4. Menochium cons. 763. numer.

548 10 & alios. Vnde bene notant Bonac. de censuris in specie, disput. 2. quæstion. 9. punct. 7. & Carena dict. tit. 17. §. 10. numer. 35. mitius esse puniendum illum superiorem, qui ignoranter cum aliqua tamen culpa sufficiente ad contrahendam excommunicationem, deliquisse contra dictam constitutionem reperitur, quare curandum est ei de absolutione obtinenda, cum sit reseruata.

§. IV.

549 QVID item de punitione illorum, qui arma, equos, &c. ad terras infide-

fidelium, & hæreticorum deferunt? Si præsumatur, quod id faciant animo adiuuandi infideles, & hæreticos ad inferendum bellum Christianis, in detrimentum fidei, & Religionis Catholicæ, nullum dubium, in tali casu possint, ac debeant Inquisitores pro circumstantijs delicti, & qualitate reorum contra eos procedere, tanquam fautores, & defensores hæreticorum, &c. ipsis secundum gradum præsumptionis, torturam, abiurationem, & pœnas à iure statutas infligendo. ita optimè Diana tract. 7. Regul. 19. vers. Non desinam tamen.

550 Contra illos verò, qui transferunt arma equos, &c. lucrandi, & negotiandi causa, adhuc in Hispanica Inquisitione proceditur, vt docet ibidem Diana, vers. Aduersus supradictos, cum Cantera in qq. crimin. cap. 1. de hæret. num. 68. vbi ait, Inquisitores possunt cognoscere, & procedere contra deportantes arma, & cibaria prohibita Sarracenis. Cum Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 69. testante ibi. Que en los Reynos de Aragon procede el Sancto Officio dela Inquisicion contra los tales. Et cum Castro Palao tom. 1. tractat. 4. disput. 8. punct. 17. §. 10.

551 Qui specificat, quoad pœnas, quod olim hoc delictum committentes abiurarent de leui, & modo non fit in vsu. Si verò viles personæ fuerint, fustibus cædantur, sin minus mulctentur exilio, & pecunia in ea quantitate, qua equi, arma, &c. valebant, & insuper omnia illa confiscantur, quod si iam translata fuerint, pęna pecuniaria duplicatur.

552 Declarat magis, & exemplificat idem Castrus Palaus loc. cit. sequentibus verbis. Et scio, inquit, quendam Religiosum ob hoc crimen ex consilio supręmi Senatus condemnatum fuisse in sexcentis scutis, & in annua in suo Conuentu reclusione, & suspensione, interim ab officio; quam condemnationem adimpleuit, & pecuniam ex redditu sibi obuenturo duobus annis soluit. Ita illo, quem ibi videas.

553 Quocunque tamen modo, seu ex quauis causa deferantur ad terras infidelium, vel hæreticorum, arma, equi, cibaria vetita, &c. nequeunt deferentes liberari ab excommunicatione ipso facto lata, & reseruata in Bulla Cœnæ, vt patet ex clausula 7. quam benè explicat Bonacina loco cit. ad quem recurrendum.

§. V.

554 PERMITTITVR infidelibus, & hæreticis mercaturæ causa ad terras Catholicorum venire, sub pacto, quod in his, quæ ad fidem, & Religionem pertinent, non molestabuntur, nisi dato scandalo. Atque circa hoc fuit facta concordia inter Regem Hispaniæ, & Regem Angliæ, approbataque à Summo

555 Pontifice. Tunc verò tales infideles, & hęretici dicuntur prębere scandalum, quoad effectum, de quo agitur, quod possint puniri ab Inquisitoribus, quando tribuunt Catholicis occasionem ruinę, aut suadent eis transitum ad suam sectam. ita Sousa lib. 1. Aphorism. cap. 31. numer. 1. & 15. ac nos alibi diximus.

556 Verùm infideles, & hęretici ad terras Christianorum taliter venientes, si dent scandalum, non ob infidelitatem, aut hęresim, sed ratione scandali puniri possunt ab Inquisitoribus pœna arbitraria pro grauitate delicti, & qualitate delinquentis. ita ibidem Sousa num. 6. & sequen.

557 Debet tamen prius constare plenè de scandalo dato. Nam qualitatis iurisdictionem tribuentis debet præcedere plena probatio. Tradunt vt certum Castill. decis. Regni Siciliç 156 num. 5. resolut. 2. Sousa vbi supra num. 8. pro casu pręsenti, & Carena dict. tit. 17. §. 6. num. 20. & sequentibus.

558 E contra verò Regulares, si absque licentia superioris Ordinis ad partes vltra marinas proficiscantur, ibique commorantes, detrahant Sanctæ Romanę Ecclesię constitutionibus, & alia multa à fide deuia in suis sermonibus, & occultis collocutionibus euomere insanis ausibus non vereantur, fiunt de hæresi vehementer suspecti, vt deciditur à Ioanne XXII. in Extrauag. Ad nostrum, sub titulo, de Regularibus, affert Pegna, part. 2. direct. comment. 81. versicul. in extrauaganti, & Carena §. 7. numer. 26. Qui nihil attingit de excommunicatione lata contra dict. regulares in ea extrauagante, sed remittit Lectorem ad videndum Bonacin. de Clausura, quæst. 2. punct. 4.

559 At nos, qui tam pœnas spirituales, quàm temporales, & corporales contra reos Sancti Officii discutimus, non possumus non aliquid circa eam proferre cum eodem Bonacina, qui diuersa excitat dubia, præcipuè circa licentiam: primò an requiratur expressa, & in scriptis? Resoluit benè affirmanter, alioquin contrahitur excommunicatio. patet ex text. ibi, absque superioris Ordinis sui licentia sibi per ipsius litteras patentes concessa.

560 Secundò dubitat, an hæc licentia possit concedi quibusuis Religiosis subditis superiori ordinis? Resoluit etiam benè neganter, quia id expræsè prohibetur in dict. extrauagan. ibi: Superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui Ordinis fratribus, diu dumtaxat litteratis, prouidis, & expertis, huiusmodi licentiam imperiri præsumant. Triplex, itaque conditio requiritur, vt alicui

alicui Religioso talis licentia valide concedatur, nempe scientia, prudentia, & experientia sit prædictus. Quod si vna
561 ex tribus desit, tam superior licentiam sic inualide concedens, quam subditus ea vtens afficitur excommunicatione ipso facto; nisi forte id bona fide, aut ex ignorantia faciat; nam textus vtitur verbo, præsumant, quod supponit aduertentiam, ita ex mente aliorum Bonacina ibidem.

562 Ommissis autem reliquis, apud ipsum videndis, solum noto, quod dicta excommunicatio, sit Papæ reseruata. habetur expræsè in ipsa extrauagante, Ad nostrũ; ibi. Nos enim quoscunque præsumentes contrarium, quouismodo, excommunicationis subiacere sententiæ volumus ipso facto, à qua nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice possit (nisi dumtaxat in mortis articulo) absolutionis beneficium obtinere.

563 Præter dictam tandem excommunicationem contra tales Religiosos sine licentia vltra mare proficiscentes, tanquam de hæresi vehementer suspectos, vt traditum, possunt Inquisitores procedere, eosque pœna extraordinaria, vt reclusionis in Monasterio punire; quod si post legitimam citationem non comparuerint, ad sententiam condemnatoriam, vt contra hæreticos deuenire, etiam combusta eorum statua, sicuti diximus paulo ante ex omnium mente de fugientibus è carcere Sancti Officij.

§. VI.

564 QVID circa disputantes de fide in casu à iure prohibito, possunt ne ab Inquisitoribus puniri? Approbo responsionem affirmatiuam cum Michaele Zanardo in direct. Theol. par. 2. cap. 6. quæst. 32. Vmberto locato in praxi Inquisit. verb. disputare, num. 2. Farinac. de hæresi quæst. 78 num. 117. & cum Diana 4. part.
565 tract. 8. Resol. 56. Qui Auctores non exprimunt, quanam pœna sint puniendi, sed intelligitur arbitraria, pro grauitate delicti, & qualitate delinquentium, vltra excommunicationem, quæ habetur in iure, cap. Quicunque §. Inhibemus de hæret. in 6. accipe verba textus.

566 Inhibemus quoque, inquit, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica disputare. Qui verò contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur, ita ibi, & intelligitur etiam de laico docto, Glos. verb. innodetur, discutit hinc inde; an hæc excommunicatio sit lata ipso facto, an potius ferenda? & bene resoluit pro hac secunda parte, vti benigniori, & magis fundata cum Archidiac. & Ioann. Andrea per eam citatis; idem tenent alij, quos refert, & sequitur Sanctarellus tract. de hæresi cap. 8. dub. 2. num. 7.

566 Notant autem optime diuersi viri docti, vt idem Sanctarellus, Albertinus de agnoscend. quæst. 13. num. 12. Pegna par. 10. comment. 25. Becanus tom. 3. tract. de fide capit. 15. quæst. 7. numer. 6. Suarez de fide, disput. 20. sect. 1. num. 11. Turrianus in 2. 2. D. Thomæ, tract. de fide, quæst. 10. art. 7. disput. 50. quod in aliquo casu magnæ necessitatis, vel vtilitatis, non solum sit licitum laico litterato, sed etiam obligatorium disputare de fide, nempe si in aliquo loco adesset aliquis hæreticus, qui fideles peruerteret, & non reperirentur ibi Ecclesiastici docti, qui se illi opponerent, ad id teneretur laicus litteratus; nõ verò clericus ignarus, qui ex vi iuris naturalis à similibus disputationibus abstinere debet: sed de his iam nos alibi.

§. VII.

568 EXPLICANDA breuiter punitio violantium Bullas Pontificias Clement. VIII. incip. Cum sicut die xxvj. Iulij anni 1596. editam, & confirmatam, atque ampliatam per aliam Gregor. XV. incip. Romani Pontificis, ann. 1622. die 2. Iulij. Quænam prohibeantur in istis Bullis iam alibi à nobis complete explicata sunt cum Carena 2. par. tit. 17. §. 6. Vnde ne actum agamus, obiter tantum aliqua attingo ipsius Bullæ verbis omissis non necessarijs.

569 Ordinamus, vt de cætero nullus Italus audeat habitare, vel domicilium tenere in ciuitate, siue loco, vbi aliqua Ecclesia cum Parocho, seu Sacerdote catholico non existat, in qua libere, & sine omni periculo publice celebrari, & audiri possint Sacrosanctæ Missæ, & alia diuina officia, & conciones, ac sacramenta ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora sepeliri, & cætera fieri iuxta ritum S.
570 R. E. Vt quæ ijdem Itali abstineant à matrimonijs cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorum sepulturis, filios suos de sacro fonte leuari per hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæreticorum filios, nisi per catholicum Sacerdotem catholico more baptizentur, leuare præsumant. Medicorum, quoque hæreticorum opera, necessitate cessante, non vtantur. hæc ibi, & alia ibidem iniuncta.

571 Quoad punitionem sic habetur in Bulla Clementina. Quod si quis, inquit, propriæ salutis immemor, contra præmissa facere præsumpserit, possit aduersus eum per locorum ordinarios, & Inquisitores hæreticæ prauitatis, vti de hæresi suspectum procedi. hæc ibi, & intelligitur processio, vsque ad condemnationem, & punitionem, inflicta pœna delicto condigna

arbitrio Inquisitorum, &c.

572 Extenditur autem prohibitio in Bulla Gregoriana sic: Insuper, ne vllus hæreticus in locis Italiæ, & Insularum adiacentium, neque etiam sub commercij, & mercimonij, aut alio quouis prætextu domicilium contrahere, seu domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seu habitare, aut morari possit, earumdem tenore præsentium prohibemus, ac respectiuè statuimus, & ordinamus. hæc ibi.

573 Atque subiungitur statim de punitione in hunc modum. Contra prohibitionis autem, inquit, ac statuto, & ordinationi nostris huiusmodi non parentes, seu contrauenientes cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis existentes, iuxta formam iuris procedatur, & puniantur. Et simili modo eos, qui hæreticos prædictos receptauerint, eisque quoquomodo contra præsentium litterarum tenorem, fauorem, opem, seu auxilium præbuerint, vti fautores, & receptatores hæreticorum puniri &c. debere, &c. authoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

574 Quod ait puniri debere, intelligitur per ordinarios locorum, & Inquisitores hæreticæ prauitatis, vt exprimit Carena loc. cit. breuiter dicens. Tandemque contrafacientes, tanquam de hæresi suspectos puniri. ab Inquisitoribus, & ordinariis mandat, nempè Clemens VIII. & Gregor. XV.

§. VIII.

575 TRADITIS iam alibi per Nos circa diffinitionem, quoad Imagines, nondum à Sede Apostolica canonizatorum, vel Beatificatorum cum radijs splendoribus, laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum sepulchra apponenda, & cum attestationibus desuper præponendis recipienda, & asseruanda, siue eorum miracula in imponendis libris enarranda, quæ omnia ex vi decretorum Pontificalium prohibita sunt, addendum nunc aliquid circa pœnas violantibus talia decreta ab Inquisitoribus insligendas.

576 De his Carena dict. tit. 17. §. 12. nu. 37. solum in communi sic ait. Quoniam grauiter ab Inquisitoribus puniendi sunt, qui inconsulto Romano Pontifice, publicè defunctos nondum canonizatos, vel beatificatos venerari audent, &c. Post traditam doctrinam, decem conclusionibus huc spectantem, addit; cum violantes dict. decret. fiant suspecti, quod malè sentiant de potestate Summi Pontificis, vt testatur Zanchinus de hæreticis, cap. 22. nu. 8. de hac ab Inquisitoribus interrogari debent; Atque hinc iurisdictio Inquisitorum circa istos reos manifesta apparet, & quod possint eos punire: sed non exprimit in particulari Carena, quibus nam pœnis? Nec de hoc quidquam curandum, cum expressas habeamus in decret. Pontif. accipe eius propria verba.

577 Vt autem, inquit, præmissa diligentius obseruentur Vniuersis, & singuli iam ordinariis, quàm hæretica prauitatis Inquisitoribus districtè præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, vel Prouincia sedulo peruigilet, nè sine approbationibus prædictis imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaue contra superiùs disposita fiant.

578 Transgressores verò, Regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, nec non, & suspensionis à diuinis; si verò clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis à diuinis, & ab administratione sacramentorum, Exequutioneque suorum Ordinum respectiue, alijsque arbitrio predictorum ordinariorum, seù Inquisitorum pro modo culpæ insligendis pænis

579 plectendo. Qui autem libros impresserint, aut imagines pixerint, sculpeserint seù quoquomodo affinxerint, vel formauerint, cæterique artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insupèr pecuniariis, alijsque etiam corporalibus pænis, iuxtà criminis grauitatem eorumdem ordinariorum, seù Inquisitorum arbitrio afficiatur hæc ibi; nec quidquam addendum occurrit.

§. IX.

580 DVBITATVR, qualiter puniendus, qui se fingit ministrum Sancti officii, sub duplici distinctione huic dubio satisfiet. prima est secundum doctrinam Alex. in addit ad Bart. in l. eos, §. qui se pro milite, ff. ad leg. corneliam, de falsis, nempe vel aliquis se esse ministrum Sancti Officij fingit solum verbotenus, vt æstimetur ab aliis, aut ex alio fine; & in hoc casu, cum tale fictionis delictum meram iactantiam contineat, puniri debet pæna extraordinaria Inquisitoris arbitrio, ita bene Carena dict. tit. 17. §. 13. num. 53. citans se ipsum sub titulo de sortilegijs.

581 Vel item quis finxit se ministrum Sanctæ Inquisitionis, & fecit aliquos actus spectantes ad solos eius veros ministros, atque in hoc casu sic fingens puniri debet pæna falsi, de qua iam alibi dictum. Ostedit recte ibidem Carena ex traditis per Menoch. de arbitr. iudic. centur. 4. casu 318. nu. 21. & seq. Azeued. ad reg. Hispania constitutiones, tom. 1. lib. 2. tit. 11. l. 9. in princip. & per alios, quos refert Ximenes in concord. totius iuris ad dictum §. qui se pro milite.

Sub

582 Sub alia verò bimembri etiam distinctione procedit melius Castrus Palaus tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 7. num. 4. contra fingentem se esse ministrũ Sanctæ Inquisitionis, vel vsurpantem sibi munus eius aliquod, vt Notarii, Fiscalis, aut altioris ministri, nempe Inquisitoris, vt vsurpauit ille Sahabodra. Si vera est historia, de qua Ludou. Paramus lib. 2. de orig. Sancti Officij, tit. 2. cap. 15. & nos in Proleg. nostri operis, quamquam eam vt falsam varii auctores præsertim lusitani reiiciunt. Supponit, vt certum Palaus quòd taliter fingens, seù vsurpans debeat ab Inquisitoribus puniri, eo quod Sanctæ Inquisitionis iurisdictionem offenderit; qualiter verò puniendus sub distinctione sequẽtibus verbis declarat.

583

584 Sed qua, inquit, pæna puniatur, non constat. Examinanda enim est diligenter causa vsurpationis, nam si officium vsurpauit, vt se ab aliquo periculo in quòd fuit coniectus, liberaret, nec alicui nocuit, leuiter est puniendus, reprehensione aliqua verbali secretò in tribunali facta, & pæna aliqua pecuniaria, vel exilio per aliquos annos. sic colligitur ex ijs, quæ tradit Menochius de arbitr. lib. 2. casu 306. à nu. 14.

585 Vbi probat falsitatem, quæ nemini nocuit, nec nocere potest, non pæna falsi, sed aliqua extraordinaria puniri. ita in primo membro Castrus, & prosequitur sic:

586 At si officium Inquisitionis vsurpauit, vt aliquos terreret, & concureret, vel pecunias extorqueret, vel alia pœna præstaret, in actu publico est producendus, ibique legenda eius sententia, vt aliquoties vidi, sententia autem solet esse pecuniaria fustigationis, & triremis pro qualitate delicti sic docuit Simanchas cathol. instit. tit. 46. col. vlt. & in Enchirid cap. vlt. n. 75. & probat authoritate Iulii Clari lib. 5. recept. sentent. tit. ad leg. Corneliam, testamentariam, qui ita scriptum reliquit.

587 Qui insignibus altioris ordinis vtuntur, militiamue confingunt, quo quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in Insulam deportantur hęc ibi Castrus Palaus.

588 Potest confirmari traditum in primo membro, excitato dubio, an sit casus Inquisitionis, siquis fingens se ministrum Sanci officii, acclamaret, & diceret circumstantibus, Adguto al Sancto Officio. Adguto al Sãcto Officio, ad capiendum reum fugitiuum è carceribus peculiaris monasterii seù domus religiosæ? Saluo equidem meliori iudicio, crederem eum, qui taliter fingeret, & acclamaret (vt reuera aliquando contigit me fare presente) si denunciaretur Inquisitoribus vti videtur certe denunciandus, ab ipsis esse vocandum, & saltem acriter corripiendum.

§. X.

589 QVID de punitione Iudicis Laici in causis hæresis, seu Sancti Officii se ingerentis? Quamuis olim de iure ciuili potuerint Iudices sæculares de crimine hæresis cognoscere, vt constat ex Authent. de Sanctissimis Episcopis. §. si verò crimen, & l. 1. §. finali, C. de Summa Trinitate: hoc tamen illis fuit prohibitum iure canonico sub pœna excommunicationis ipso facto. Habetur expresè in capit. Vt inquisitionis officium, §. prohibemus, de

590 hæreticis in 6. vbi sic dicitur. Prohibemus quoque districtius Potestatibus, Dominis temporalibus, Rectoribus, eorumque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, cum merè sit Ecclesiasticum, quoquomodo cognoscant, vel iudicent. De excommunicatione post alia circa finem sic. Si quis verò, &c. Excommunicationis se nouerit mucrone percussum; quã si per annũ animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnatur.

591 Notat autem benè Glossa ibi, verb. percussum dictam excommunicationem non esse Papæ reseruatam, posseque per Episcopum absolui, imò per quemuis habentem facultaté absoluendi à censuris si violãs prohibitionẽ à pertinacia resilierit. Proinde meritò Bonac. disp. 2. de censuris in specie quæsti. 10. punct. 8. hanc excommunicationem dicti cap. Vt inquisitionis officium, inter non reseruatas ponit, nec de hoc vllus dubitat.

592 Verum successu temporis strictius agi cœpit contra tales iudices laicos in causis hæresis se ingerentes, inflicta eis alia excommunicatione latæ sententiæ, Summo Pontifici reseruata per Bullam Iulij III. Incip. licet à diuersis, editã anno 1550. 15. Kal Aprilis relatã à Pegna in fine direc. sic ibi.

593 Qui, inquit, monitis his nostris non obtemperauerint, quiue scienter in prædictis consilium, auxilium, aut fauorem dederint, nouerint se non solum per sacras dictorum Prædecessorum nostrorum constitutiones, verum etiam per hanc nostram sanctionem, siue sententiam, & declarationem perpetuò duraturam; (quam auctoritate Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra in ipsos non obtemperantes, quacunque illi fulgeant dignitate *in his scriptis proferimus*) communione *fidelium*, & omnium Ecclesiasticorum Sacramentorum participatione priuatos, ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos anathematisque, & maioris excommunicationis mucrone percussos, itaut nemo vnquam in præmissis delinquens, nisi à nobis, & successoribus nostris canonicè intrantibus, &c. præterquam in mortis discrimine, absolui possit. hæc ibi scitu digna.

Sed

594 Sed magis scienda, & non leuiter pensanda quæ sequûtur, attendant nunc DD. Episcopi, & Inquisitores: Quibus etiam, inquit, censuris ipsos Diæcesanos Episcopos, & Inquisitores subiacere volumus; Si laicos secum quomodocunque de ipso crimine cognoscere, aut iudicare permiserint ita ibi.

595 Solet autem strictè interpræteri textus tam dict. cap. Vt inquisitionis officium, quã Bullæ Iulij III. licet à diuersis, itaut contrahant excommunicationem Iudices laici si se ingerant in causis sancti Officij non solum principaliter, sed etiam incidenter. Vt benè notauit Glossa ibi in verbo quoquomodo, & tradunt Paris. lib. 4. consil. 2. n. 107 Farinac. de hæresi quęst. 186. num. 153. Sanctarell. tract. de hæresi cap. 40. dub. 4. nu 221 & alij communiter: hisque satisdictum.

§. XI.

596 VIDENDVM sequitur nam, & qualiter puniendi, qui vtuntur verbis sacrę scripturæ ad iocum, & res turpes videtur expresse decisum à sacro Concilio Tridentino sess. 4. in decreto de editione, & vsu sacrorum librorum in fine; accipe aliqua eius verba.

597 Post hæc, inquit, temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba & sententiæ sacræ Scripturæ ad scurrilia scilicet, fabulosa vana, adulationes detractiones superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos mandat, & præcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam, & contemptum nè de cætero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc, & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrij pœnis per Episcopos coerceantur. ita ibi.

598 Nihilominus certa, & communis est sententia, quod ab Inquisitoribus quoque puniri possint, qui verba sacræ scripturę ad vana, & iocosa, & alia expressa à Tridentino applicant, libellosque famosos componunt. Ita Pegna 3. par. direct. comment. 17 litt. B. vers. Postremo, Salzedo ad Diaz cap. 113. vers. sed locus iste Sanctarellus de hæresi tract. 3. de blasph. cap. 8. dub. 2. nu. 3. & Carena 2. par. tit. 7. §. 6. in fine num. 36. & tit. 17. §. 18 num. 62.

599 Sed quibus pœnis mulctandi, adeo scelerati homines, verbis sacræ scripturæ sic abutentes? Ex vltimis verbis Sacri Concilij Tridentini propositis, manifestè apparet pœnas contra eos debere esse arbitrarias, iure tamen regulatas; neç magis certum in communi quidquam dici potest. In particulari vero qualiter quisque in hac materia delinquens sit puniendus, poteris secundam partem eligere ex peculiari exẽplo, quod cum locat. post Iudiciale inquisitorum in casibus Romę decis. casu 1. fol. 417. refert Carena dict. num. 62. de quodam professo cuiusdam approbatæ Religionis, quòd iste commiserit delictum, res turpes, & scandalosas Hymno, iam Lucis Orto Sidere, immiscendo; ac propterea de Ordine supræmi Tribunalis sancti Officij Vrbis, fuerit fustigatus in Palatio Sanctæ Inquisitionis, voce actiua, & passiua per decennium priuatus cum ieiunio per triennium singulis sextis ferijs, &c.

§. XII.

600 PETES, an, & à quo, ac qualiter sit puniendus, qui dum maneret carceratus in sancto officio ipsum occidit, aut vulnere inflicto occidere tentauit? Supponendum ex certa, & communi doctrina, quam afferunt pręcipuè Prosper Farinac. cum multis relatis de homicidio, qu. 128. per totam, & Balth. Gomez lib. 1. de potestate hominis in se ipsum cap. 1. & 5. quod cum nemo sit dominus suorum membrorum, aut suæ vitæ, grauissimè delinquat quicunque se vulnerat, vel occidit, nisi ex aliquo capite insurgat excusatio, vt dicetur.

601 Supponendum item cum citatis Farinac. & Gomezio, ac alijs quòd dicta vulneratio, aut occisio possit prouenire ex duplici causa, nempè vel ex tædio vitæ, & doloris impacientia, vel ex conscientia delicti, propter quòd in carcere fuit coniectus.

602 Si ex priori causa certo proueniat, videtur se ipsum occidens, aut vulnerans in carcere sæpius omnino eximendus à punitione, per text in l. fin. §. si quis autem, ff. de bonis eorum, qui sibi mortem, &c. ibi nisi tædio vitæ, vel impacientia alicuius

603 doloris coactus est facere. Vbi Gothofred. plura exempla adducit huiusmodi se occidentium ex tędio vitæ, aut impacientia doloris nimij, & notant benè quod sint excusandi. Farinac. loc. cit. & Iul. clar. in praxi, §. final. quæst. 68. versic. se ipsum occidens.

604 Quid si sit dubium, an se occiderit, vel vulnerauerit ex tędio vitæ, aut ex conscientia criminis? Approbo cum Carena dict. tit. 17. §. 22. nu. 85. resolutionem Canteræ in quęst. crimin. par. 4 tit. de homicidio num. 54. versic. Primo casu, sic benè distinguentis; Si carceratus se occidit facta iam in iudicio semiplena probatione delicti, & ipse sciebat, se in carcerem coniectum ob illud delictum, præsumitur sine dubio ad fauorem fisci, se occidisse ex conscientia criminis: alias secus, maximè si adsit aliquod iudicium quòd carceratus se occiderit ex tædio vitæ, &c.

605 Quibus omnibus sic in communi decisis pro quouis carceratus in quocunque carcere; iam in particulare quoad carceratum

tum Sanctæ inquisitionis in istius carceribus si hic ex conscientia commissi, criminis ad sanctum officium spectantis, solummodo vulnus sibi ipsi incutiat, licet animo se occidendi illud incusserit, ab Inquisitore, qui in tali casu ex mente omnium censetur eius iudex competens, puniri debet ob istud delictum vulnerationis, non pœna mortis, sed alia extraordinaria, saltem ex generali consuetudine, vt testantur ibidem Farinac. num 35. & Gomez cap 21. num. 1. & seqq.

606 Si carceratus verò in sancto Officio ob crimen ad ipsum pertinens ex conscientia talis criminis se occidat, condemnandus ab Inquisitore ad confiscationem bonorũ. Docent pluribus ijdem Farinac. vbi supra num. 47. & 48. Gomez ibidem, cap. 23. n. 26.

607 Aduertens ibi benè ad hanc pœnam confiscationis tunc infligendam requiri de necessitate vt delictum ob quod qui se in carcere occidit, sit à iure punitum confiscatione bonorum qualiter puniri solet cri-

608 men hæreticæ prauitatis. Cantera etiam loc. cit. idem tenet, & addit non posse in tali casu pœnam istam publicationis bonorum infligi, nisi delictum sit saltem semiplene probatum à fisco vna cum occisione.

609 Tandem quid si in carcere sancti Officij aliquis se tædio tantum vitæ occidat, sed non sine malitia, ac propterea aliquando sit meritò puniendus ad quem spectabit hac punitio? Refert Carena dict. §. 22. num. 87. quòd D. Amidanus olim cremonæ Inquisitor sic teneret cognitionem huius causæ, & huiusmodi punitionem spectare ad iudices ordinarios illius se occi-

610 dentis, sed ipse Carena hoc non admittit & ait, posse spectare ad Inquisitorem, quia tunc reus est in carceribus sancti Officij, & subditus Inquisitori quoad delictum, pro quo reperiebatur carceratus, quãdo mortem sibi consciuit, ergo Iudex eius competens erit Inquisitor.

611 Nihilominus vltimo concludit in hac res se remittere decisioni Tribunalis supremi sanctæ Inquisitionis Romanæ; Ad quod consulendum in hoc, & in similibus expedit, frequens omnibus inquisitoribus sit recursus.

§. XIII.

612 GRAVISSIMVM censetur ab omnibus delictum frangendi confessionis sigillum; cum hoc enim fit de iure naturali, diuino, & humano, vt copiosè ostendunt Suarez tom. 4. in 3. par. D. Thom. disp 38 sect. 1. Becc. de Sacramen. cap. 30. n. 2. Coninc. de Sacram. to. 2. disp. 9 dub. 1. & alij, quicunque confessarius sigillum sacramenti pœnitentiæ violat, triplicis dicti, iuris violator existit, & reuelando audita in confessione magnam iniuriam, ac iniusti-

613 tiam pœnitenti infert. Hinc benè deducitur, quod ex omnium doctorum mente tradunt præcipuè Godofr. Abauo in prax. reatuum quæst. 6. num. 17. & Carena dict. tit. 17. §. 23. nu. 88. nempè quod potius debeat confessarius mori millies, quam peccata in confessione Sacramentali audita reuelare.

614 Maior autem grauitas huius delicti inde sine dubio sumenda, quod in violatione sigilli confessionis appareat manifestè aliqualis abusus sacramenti pænitentiæ: Et consequenter dubitari posse videtur, an tale crimen subsit iurisdictioni, & punitioni Inquisitorum? Pro sententia affirmante adest fundamentum, quia ex tali violatione, & abusu insurgit præsumptio contra credulitatem violantis, & abutentis, quòd malè sentiat de sacramento pœnitentiæ, & de eius sigillo ipsum frangendo, sicut insurgere solet præsumptio, quòd malè sentiat confessarius de eodem sacramento, ex alio abusu eius solicitudo in ipso ad turpia. Ob

615 istud fundamentum, & ob alia Alphon. de Leone, tom. 1. de offic. confessarij resol. 22. num. 12. casu 2. sic tenet talem scilicet confessarium fractorem sigilli esse denunciandum sancto officio, & ab Inquisitoribus puniendum, sicque communis vulgi opinio arbitratur.

616 Nihilominus absolutè, & per se loquendo sententia negans est vera, & communiter recepta apud auctores, tam iurisperitos quam Theologos, præsertim Molfes tom. 1. summ. tract. 7. cap. 23. num. 68. Dian. par. 4. tract. 9. resol. 95. & Carena dict. §. 23. nu. 91. & seqq. Probatur indè, quia nullibi hoc, neque in Tribunalibus supræmis Romanæ inquisitionis, aut Hispanicæ, reperitur praxis vlla, aut vsus, quod Inquisitores cõtra violatores sigilli confessiones procedant, eosque puniant, benè tamen penes Tribunalia Episcoporum, sine vlla oppositione inter ipsa, ergo signum, quòd ad hęc & non ad illa cognitio, & punitio talis delicti spectet.

617 Ostenditur à priori efficacius sic, quia Tribunalia sanctæ Inquisitionis, agunt de persequendis, & puniendis hæreticis suspectis de hæresi, impeditoribus sancti officij, ac aliquando committentibus crimina aliqua, vt crimen nefandum (de hoc paulo post) ex vi bullæ Pontificiæ. Sed ex violatione sigilli non insurgit hæresis, neque suspicio de hæresi, nec impedito sancti officij, nullaque lege Pontificia statutum, vt de illa Inquisitores cognoscant; ergo in puniendo delicto fractionis sigilli Inquisitores se se ingerere nequeunt.

618 Dixi absolutè, & per se loquendo, nam negari non potest, quod in aliquo casu fractor sigilli confessionis subsit iurisdictioni, & punitioni Inquisitorum, nempè si cum errorem formali intellectus credat licitam esse sigilli fractionem, & secreti sacramentalis reuelationem, quia tunc malè sentiret de sacramento pænitentiæ, ergo &c. ita

citati

citati auctores vbi supra Mosles. Diana, & Carena num. 93. & alij cum eis.

619 Prosequitur Carena ibidem hisce verbis: Sed an saltem, inquit, possint Inquisitores interrogare hunc confessarium, quid sentiat de sacramento pœnitentię, probabiliter potest controuerti. In qua etiam re ego distinguendum puto hoc modo. Vel sumus in confessario omnino alias probatę vitæ, nec consuetudinario in hoc delicti genere, & tunc arbitrarer nullo modo posse Inquisitores reum hunc citare, nec interrogare de fide circa sacramentum pœnitentiæ. Ratio est, quia ex vna parte delictum hoc fractionis sigilli ex natura sua non spectat ad sanctum officium, vt supra vidimus, & ex alia parte confessarius est omnino integræ vitæ, igitur Inquisitor nõ poterit confessarium hunc interrogare, &c.

620 Vel sumus in confessario malæ vitæ, & alias de hæresi suspecto, & tunc essem in voto, quid possit Inquisitor eum citare, & interrogare, quid sentiat de hoc pœnitentiæ sacramento, quia cum simus in persona alias de hæresi suspecta, & circa hoc pęnitentiæ sacramentum speciales adsint modernorum hæreticorum hæreses, non sine ratione in hoc casu sanctum officium potest dubitare, quod talis Confessarius sit de hæresi suspectus. hęc ille, & confirmat exẽplo sequenti.

621 Et ita in effectu in casu simili video sensisse nostram Congregationem sancti Officij Cremonæ sub die 9. Nouemb. 1587. apud Reuerendissimum Marcum Antoniũ Amidanũ in eius votis manuscriptis, apud me existentibus voto 34. nu. 9. tom. 2. cum enim in sancto officio tunc adesset quidam homo perditę vitæ grauatus de horrendis blasphemijs, & de contemptu censurarum de non seruato delictu ciborum, de non auditione Missarum diebus festis, & etiam de Adulterio, & concubinatu ex consuetudine, Congregatio censuit per omnes, attenta eius pessima vita, & alijs delictis, ex quibus alias iste erat de hæresi suspectus posse eum interrogari in tormentis, quid sentiat de sacramento matrimonij, cuius fidem (cum coniugatus esset) per adulteria violauit. ita ille.

622 Ex prædictis itaque solutum manet fundementum sententię affirmantis; superest vltimo attingendum, quòd, cum Menoch. de arbitr. lib. 2. Centur. 5. casu 414. & cum alijs ab eo relatis benè notarunt Coninch. de sacram. disp 4. num. 70. & Diana 4. par. tract. 8. resol. 95. nempe confessario sigillum confessionis frangenti, nullam à iure assignari pœnam, quam ipso facto incurrat; sed solum in cap. omnis vtriusque sexus, de pęnit. statuitur, vt debeat deponi à sacerdotali officio, & detrudi in arctum monasterium ad agendam pœnitentiam.

§. XIV.

623 DVBITATVR, an Inquisitor possit punire illum confessarium, qui dicit pœnitenti, vt reuelet sibi complicem, alias eum non posse, ac nolle absoluere. Medina in summ. lib. 2. cap. 4. §. 1. & cum eo Lopez in instruct. confess. par. 1. affirmanter respondent, & absolutè tenent talem cõfessarium esse denunciandum Inquisitori, ab isto puniendum, vt hæreticum, quia hæresis est affirmare, quod obligetur pœnitens eam circumstantiam aperire in cõfessione; sequeretur enim licitum esse infamare proximum.

624 Contrarium tamen vt prorsus certum meritò tenent plures alij, præcipuè Corio-lanus tract. de casibus reseru. par. 1. sect. 3. art 9. num. 3. Petrus Nauarra, per eum citatus, Diana dict. tract. 8. resol. 97. cum Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9. diffic. 38. n. 9. vbi ita asserit. Añade Medina, que si el confessor dize al penitente no oshe de absoluer, ni puedo hazerlo, si no me reueleis el complice, que el penitente en tal caso tiene obligacion à denunciarlo como herege en el sancto officio, porque es heregę dezir, que esta circunstancia es necessaria declararla en la confession; y por el consiguiente dize que si el penitente viene à confessarse con otro, y le dize lo que le passo con el primero, que no le ha de absoluer hasta que denuncie al santo officio, como de heregia y trayga recando como lo ha hecho. Pareceme que el Padre Maestro Medina estaua muy colerico, que el sentido de aquellas palabras no es tan rigoroso como el le haze que el dezir no puedo muchas vezes es el mesmo que no quiero, ita ille.

626 Reddit Diana vbi supra rationem, sic quia tametsi sit hęresis dicere non esse illicitum infamare proximum; Est tamen valdè controuersum inter Doctores, an per reuelationem complicis in confessione sacramentali factam infametur proximus? & pars negans est magis recepta. Vide circa hoc ipsum Dianam par. 1. tract. 7. resolutione 49.

§. XV.

626 COMMVNITER tenent doctores, quòd laicus sumens, præsertim mortis tempore, hostiam non consecratam, reddatur de hęresi vehementer suspectus (excipe nisi constet id ab eo factum ex magna ipsis reuerentia erga sacram Eucharistiam) & vt talis ab Inquisitoribus tractari, ac puniri debeat. ita Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumptione 6. num. 22. & 23. Albert. in rubr. de hæret. quæst. 13. num. 66. 69. & seq. Simanch. de Cath. in-

stit.

ſtit tit. 30. nu. 29. Farin. cum pluribus rela-
tis de hæreſi quæſt. 178. num. 49. & Carena
dict. tit. 17. §. 4. nu. 15.

627 Prædictum autem crimen diuerſo mo-
do reperitur in ſacerdote, qui miſſam ce-
lebrans fingeret ſe hoſtiam conſecrare, &
non conſecraret. Habetur caſus expreſſe
in cap. de homine, de conſecratione miſ-
ſarum, fieretque talis ſacerdos ſuſpectus de
hæreſi, maximè ſi ſæpius omitteret conſe-
crationem in miſſa, & poſſet ab Inquiſito-
ribus interrogari quid ſentiat de ſacrificio
miſſæ, atque condigne arbitrio puniri. ita
lucerna Inquiſitor. in verb. ſacerdos cele-
brans, & ibi Pegna in annot. Decian. in
tract. crimin. lib. 5. cap. 17. num. 41. locatus
in iudic. verb. ſacerdos, num. 4. & Carena
dict. §. 4. nu. 16.

628 Qui ibidem confirmat exemplo pecu-
liari, quod refert Bariola in Aphoriſ. vtri-
uſque iuris. verb. ſacerdos, nempe die 30.
Aprilis 1627. fuiſſe deciſum per Congre-
gationem Sanctæ Inquiſitionis Mediola-
nenſ. quòd poſſet hoc ſacrum Tribunal
Sancti officii procedere, & ad condignam
pœnam condemnare quendã ſacerdotem,
qui cum exiſteret in peccato mortali, fa-
ciens ſacrum, non conſecrauit hoſtiam, ſed
ſuper particulam iam conſecratam, è Ta-
bernaculo extractam verba conſecratio-
nis protulerat.

629 Fundamentum ſic decidendi tàm in
hoc exemplo, quam in caſu dict. cap. de
homine, ſine dubio eſt illud firmiſſimum,
quod talis ſacerdos celebrans, & non con-
ſecrans hoſtiam, cenſeatur abuti ſacremẽ-
to Altaris, & Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio,
& malè de eo ſentire; ergo erit ſuſpectus
de hæreſi. ita idem Carena cum Graff. in
aureis deciſion. par. 2. lib. 3. cap. 15. de cele-
bratione miſſarum num 6. 7. & ſeq. nec vl-
lus contradicit.

630 Excitat autem dubium Carena, qualẽ
nam hæreſis ſuſpicionem contrahat talis
ſacerdos per huiuſmodi abuſum ſacrificii,
miſſæ, & Altaris ſacramenti, an leuem, ſeù
potiùs vehementem? & dicit, non poſſe in
abſtracto determinari, ſed perpenſis facti
circunſtantijs, & intentione delinquentis
reſoluendum de qualitate eius, pro iniun-
genda grauiori, aut leuiori pœna. Crede-
rem tamen, quòd regulariter ſit iudicanda
vehemens, maximè cum dict. ſacerdos, ſic
delinquens præbeat cauſam Chriſti fideli-
bus hoſtiam non conſecratam adoranti-
bus in idolatriam, ſaltem materialiter,
incidendi: quod bene notauit idem Graff.
loc. cit.

631 Poterat hic aliquid addi circa dicentes
miſſam, vt vulgo dicitur ſiccam, ideſt ſine
conſecratione, cuius vſus valde receptus
eſt in nauigationibus, præcipue ſuper tri-
remes Hieroſolymitanas. Certiſſimum,
quod nulla inde inſurgat ſuſpicio contra
dicentes illam: legendus de eius vſu præ-
ſertim Durand. de ritibus Eccleſiæ lib. 2.
cap. 4. & Henriqu. lib. 9. ſumm. cap. 27. nu.
2. in Gloſ ſub littera A.

632 De punitione tandem ſacerdotis di-
centis miſſam ſuper rebus aptis ad facien-
da ſortilegia, & dicentis miſſas defuncto-
rum pro viuis, vt citò moriantur, legendi,
præ aliis Menoch. de arbitr. caſu 388. &
Diaz in prax. crimin. canon cap. 40. & 44.
nec aliud addendum.

§. XVI.

633 Ex vi Bullarum Pij IV. & Gregorii
XIII. in Regno Luſitaniæ ſpectat ad
Inquiſitores cognoſcere de crimine neſan
do, illudque punire, vt referunt Barboſa
de poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 40. num.
45. & Souſa lib. 1. Aphoriſ. cap. 59. nu. 10.

634 Atque idem ſeruari ex vi conſtitutionis
Clemen. VII. in Regnis Hiſpaniæ, Arago-
nio, Valentino, & Gotolano affirmant
Henriquez lib. 13. cap. 24. num. 2. in Gloſſa
litt. P. & Caſtrus Palaus tom. 1. tract. 4.
diſp. 8. punct. 12. Ac vtinam in tota chri-
ſtianitate ſic ſeruaretur pro extirpatione
huius enormiſſimi criminis, adhibito rigo-
re Tribunalium Fidei.

635 Committentes verò ipſum, abſque
vlla iniuncta abiuratione, ſi confiſcantur,
vel conuincantur commiſiſſe in actu pu-
blico traduntur curiæ ſæculari mortis pæ-
636 na mulctandi. Quòd ſi delictũ fuerit ſo-
lum attentatum, & non conſumatum, ad
flagella, & triremes condemnantur. ita
Emanuel de Moura opuſc. 1. de incant.
ſect. 3. cap. 1. num. 16. Caſtrus Palaus ibi-
dem. Diana 4 part. tract. 7. reſolut. 20. &
alij.

637 Sed quid in caſu, quando quis non ſo-
lum tentauit actum, ſed etiam intus mem-
brum immiſſit, licet extra ſemen effundat?
probabile iudicat Ioſeph Seſſe, in deciſ. Re-
gni Aragon. deciſ. 475. nu. 5. tom. 4. quod
poſſit puniri pæna ordinaria combuſtionis
638 & non diſſentit Diana loc. cit. Meliùs
Souſa lib. 1. Aphoriſ. cap. 59. nu 63. hoc
tantùm admittit non pro vnico actu, ſed
pro pluribus huiuſmodo repetitis: nam
quod deeſt ad complementum actus ſo-
domitici, ſuppletur per repetitionem a-
ctuum in fraudem legis.

639 Nimis verò ampliare videtur Freytas
in nonis addit. ad tract. de confeſſ. ſolicit.
quæſt. 24. nu. 756. affirmans ibi contra E-
manuel. Mouram citatum non poſſe ne-
fandum committentes ab Inquiſitoribus
brachio ſæculari relaxari, niſi ſint incorri-
gibiles: ſed de hoc vitio ſatis.

§. XVII.

640 TERMINAMVS, iam præſentem
Regulam, ſicut terminat Carena
titulum ſæpius citatum 17. caſu illo, (de
quo

quo iam nos alibi) ad Sanctum Officium spectante ex vi dispositionis Vrbani Papæ VIII. editæ 14. Aprilis 1633. quam in fine dict. tit. 17. num. 98. affert Catena sequentibus verbis.

641 Sanctissimus, inquit, D. N. Vrbansu Octauus mandauit in Generali congregatione Sanctæ Inquisitionis Romanæ, quod quilibet superior regularium cuiusuis ordinis, in perpetuum semel in anno videlicet feria 6. post octauam Assumptionis B. M. V. in publica mensa. vel Capitulo, & insuper in quorumque generali, vel prouinciali capitulo, dicta, & capitulari congressu teneatur suos subditos commonere de iniuncta omnibus obseruantia, & executione infrascriptarum litterarum Apostolicarum, ad Sanctæ Inquisitionis munus attinentium sub pœna priuationis officii, & vocis actiuæ, & passiuæ, ita ille.

642 Qui post citatas dictas litteras Apostolicas (vti nos iam alibi citauimus) addit, nullum esse dubium, quod superiores non obseruantes dict. Vrbani Papæ VIII. dispositionem iuditio, & punitioni Inquisitorum subsint, &c. Atq; hic Regulæ finis.

Propositiones temerarias, malè sonantes Scandalosas, pias aures offensiuas, &c. quiuis proferens, an, & qualiter à Sancto Officio plectendus?

REGVLA. CCCCCVII.

643 EX multis damnabilium propositionum gradibus, qui in materia Fidei communiter distinguntur, certum prorsùs, quod subsint iurisdictioni, & punitioni Inquisitorũ præter hæreticas, &c. etiam malè sonantes, temerariæ, scandalosæ, pias aures offensiuæ, iniuriosæ, impiæ, &c.

644 (Idem similiter dicendum de factis male sonantibus, temerarijs, scandalosis, impiis,

645 &c.) Quicunque autem aliquas ex istis protulerint, licet ad abiurandum nullo modo cogantur, debent tamen cogi ad retractandum se, & renoncandas tales propositiones, in loco si fieri potest, vbi pro-

646 latæ fuerunt, pro tollendo scandalo. Expediendi tandem huiusmodi rei in Sancto Officio cum correptione, & penitentiis salutaribus, nisi grauitas casus postulet, vt pæna aliqua, vti priuatio muneris concionandi, adiungatur.

---

647 LIb. 1. Nostri Operis, de materiis Tribunalium Fidei, c. 12. Regula 99. copiosè egimus de his gradibus propositionum damnabilium, vndecim distinximus ibi cum differentia vniuscuiusque ab aliis, ex concilio constantiensi, sess. 8. in sententia damnationis Articulorum Ioan. Vuicleph, & sess. 25. in sententia condem-

648 nationis Ioan. Hos. Supponimus omnino certum, quòd Inquisitores possint procedere contra proferentes Propositiones quasuis hæreticas, & erroneas, sapientesque hæresim, aut errorem & eos pro qualitate criminis, ac personæ punire. Constat ex traditio in prima Regula huius c. 8. cui per præsentem finem imponimus: ibi enim diximus, qualiter Inquisitores punire possint hæreticos, nempe qui sunt tales tàm in dictis, quam in factis. Nam quoad spectantia ad Sanctum officium parimodo proceditur in dictis, atque in factis, vt attingimus (per parentesim) in hac Regula, & attulimus iam in ille qq cap. 12. lib. 1.

649 Poterant verò olim dubitari, an subessent iurisdictioni, & punitioni Inquisitorũ proferentes propositiones malè sonantes temerarias, scandalosas, & similes? Ratio dubitandi inde proueniebat, quia iurisdictio illorum videtur se tantùm extendere ad casus hæresis, aut erroris contra fidem catholicam, sed tales propositiones non continent hæresim, nec saporem eius; ergo non spectat ad Inquisitores proferentes eas puuire.

650 Nihilominus posteà successu temporis dubium omnino sublatum, quando Paulus Papa III. protulit in lucem 14. Ianuarii 1542. constitutionem incip. In Apostolici culminis specula, quam refert Pegna in fine director. Per eam enim conceditur Inquisitoribus facultas procedendi contra proferentes propositiones non solum hæresim, vel errorem sapientes, sed etiam scandalosas, suspectas, &c. vt benè notauit Catena, 2. par. tit. 16. §. 4. nu. 15. Imò id ipsis Inquisitoribus iniungitur, ibi per sequentia verba.

651 Motu proprio, inquit, & ex certa scientia Volumus, statuimus, & ordinamus quod Inquisitores præfati, &c. contra omnes. & singulos, tàm sæculares, quam religiosos quorumuis ordinum etiam mendicantium professores, cuiuscunque sexus gradus, status, conditionis, dignitatis, & præheminentiæ, (non tamen Episcopalis) existent, qui propositiones suspectas, scandalosas periculosas, errores continentes, hæresim sapientes, ac alias catholicæ fidei minus consonas, christianæque pietati, & bonis, moribus minime conformes, huiusmodi, vel earum quaslibet in posterum asserere, seu publice proponere, aut populis prædicare audeant, vel præsumant, iustà auctoritatem, & potestatem eis Inquisitoribus à iure, aut alias quomodolibet traditam, & concessam procedere, & inquirere, suamque iurisdictionem exercere

652 debeant. Nec non eis contra illos iuxta prędictam potestatem, vt prę fertur procedendi, & inquirendi, & iurisdictionis huiusmo-

iusmodi exercendæ facultatem quatenus
opus sit, eadem auctoritate de nouo con-
cedimus. hactenus ex dicta constitutio-
ne vide Dian. 4. par. tract. 8. Reg. 94. id cũ
Petro Lorca bene tractantem.
Eodem fere tempore, vt asserunt Ioã.
653 Franc. Leo in Thesau. fori Eccles. par. 1. cap.
8. num. 12. Campanil. in diuers. Iuris cano-
nici; rubr. 22. cap. 13. num. 21. & alii per
Concil. Trident. sess. 5. cap. 2. vers. Si verò
concessa fuit Episcopis tanquam Sedis A-
postolicæ delegatis facultas procedendi
contra concionatores huiusmodi propo-
sitiones in publicis concionibus proferen-
654 tes. Quæ dispositio Tridentini non op-
ponitur illi Constitutioni Pauli III. Sed
vtraque stat, & datur locus præuentionis,
atque tam Inquisitores, quam Episcopi se
gerunt in hac talium delinquentium pro-
sequutione vti Sedis Apostolicæ Delegati.
ita Zanard. in summ. diuinor. præceptor.
part. 1. rubric. de Inquisitor. quæstion. 54.
versic. Nota quod, & Carena dict. §. 4. nu.
16. & 17.
655 Proferentibus autem similes propositiones scandalosas, temerarias; male so-
nantes, &c. nulla iniungi solet abiuratio,
vt iam traditum à nobis in proprio loco
lib. 5. Regul... Iniungitur eis tamen stricta
obligatio reuocandi dictas propositiones,
sensumque earum detestandi, secundum
Extrauag. Vas Election. de hæretic. & de-
bet hæc reuocatio fieri publicè ad tollen-
dum scandalum, si quod fuit personis sim-
plicibus datum. ita cum Ludou. Paramo
lib. de origine S. Inquisitionis quæst. 9. nu.
174. & cum aliis per eum relatis Carena
656 vbi supra num. 22. Qui affert Exempla
huiusce retractationis cum Henriquez lib.
6. sum. cap. 16. nu. 3. Nam cum duo con-
cionatores temere populo prædicassent,
per Bullam Cruciatæ posse absolui etiam
ab hæresi, iussu Inquisitorum id plublicè
retractarunt.
657 Vltra talem retractationem dictarum
propositionum, an eas proferenti sit in-
iungenda aliqua pæna arbitraria, vel sal-
tem pænitentia Salutaris? Non expendit,
nec attingit Carena loc. cit. & quidem
mirum, cum ex professo ibi hac de re agat.
658 Verum standum esse decisis in vltima
parte præsentis Regulæ, quod similium
propositionum prolatores sint expediendi
in Sancto Officio saltem cum acri correp-
tione, & pœnitentijs salutaribus, imo ali-
quando cum pœnis, vel à lege iniunctis,
vel arbitrarijs, deduco manifestè ex casi-
bus particularibus, iam alias in decursu
Operis nostri expensis: quibus nunc o-
missis ne nimis sermonem protrahamus.
659 Tantummodo attingo vnum, quem
rectè discutit ipse Carena 2. part. tit. 12. §.
11. cum Naldo in summ. verb. Conceptio,
Comitol. quæst. moralium lib. 6. quæst. 40.
Bonacin. de censuris in specie, disput. 2.
quæst. 3. punct. 34. & cum alijs, nempe
qualiter expediendi, & puniendi in San-
cto Officio Violatores Constitutionum,
& Decretorum plurium Summorum Pon-
tificum, præcipue Pauli V. quibus iniun-
gitur, ne quis temere in materia Concep-
tionis Beatę Marię Virginis, alterutram
partem, siue affirmantem, siue negantem
qualificet, quod sit hæretica, vel erronea
&c. Accipe decisionem Carenę proprijs
eius verbis.
660 Praxis autem, inquit, contra hosce
transgressores nostrarum constitutionum
esset, vt acceptata denunciatione in San-
cto officio, vel ad supremam Romanam
Inquisitionem mittatur denunciatio, ab
eoque supremo Tribunali expectentur ius-
sa ab Inquisitoribus in partibus exequen-
661 da. Vel si denunciatio commode Ro-
mam mitti non potest, fieri debet ab In-
quisitoribus diligens perquisitio scriptu-
rarum, & concionum in domo inquisiti,
& testes super contrauentione diligenter
examinandi, quibus peractis, si de con-
trauentione constat, declarare debent In-
quisitores, & ordinarii reos incidisse in
pænas, & censuras comminatas in dictis
Constitutionibus, ita ille.
662 Constat autem ex Bulla Sixti IV. in-
cip. Graue nimis, edita anno 1488. dictis
transgressoribus infligi excommunicatio-
nem ipso facto, Papę reseruatam, ex illa
Pij V. anno 1570. incip. Super speculam,
addi pœnam suspensionis, cum priuatio-
ne Dignitatis, vel administrationis ipso
facto incurrendam, etiam Papę reserua-
663 tam. Ex alia item Pauli V. anno 1616.
die 6. Iulij publicata adiungi, vt violato-
res dictarum Constitutionum eo ipso pri-
uati maneant facultate concionandi, pu-
blice legendi, seu docendi, ac interpræ-
tandi, voceque actiua, & passiua; nec ab-
solui, aut habitari possint, nisi à Romano
Pontifice, cuius arbitrio grauius puniri
valeant. Tandem ibi Paulus V. præter
Ordinarios locorum constituit Iudices
competentes DD. Inquisitoris contra
Violatores huiusmodi, vt istos pro delicti
qualitate prosequantur.
664 Verùm magis facit ad rem nostram,
quòd deciditur circa hunc casum de Mi-
sterio Conceptionis B. M. V. in Praxi illa
vulgari, manuscripta, quam audio editam
ab Eminentissimo Cardinali Scaglia, &
taliter à nobis in decursu operis sæpius ci-
tatam, cap. 19. vers. doppo l'emanatione,
&c. contra violantes dict. Bullas, & decre-
ta sic habetur.
665 Si de transgressione constet plene om-
nino, puniri debent per sententiam de-
claratoriam, quod inciderint in pænas dic.
constitutionum, & decretorum si verò nõ
constet de expressa transgressione, sed tan-
tùm fuisse prolata verba temeraria, aut
cum tali liuore, & mordacitate, vt malè
sonent, et sapiant transgressionem, qui
ea protulit, Solet Romæ in Congregatio-
Mm ne

ne Sancti Officij coram Eminentissimis Cardinalibus acriter corripi, & arbitrio concionandi, aut legendi munere priuari, ita in praxi illa; sed præstat verba ipsius, vt iacent adducere.

666 Doppo l'emanatione, inquit, di questo decreto alcuni, che hanno contrauenuto, ò per per predicare l'opinione affirmatiua, ò per confutarla, sono stati denunciati nel Santo Officio. Nel quale il modo di precedere sin hora è che fuor di Roma, l'Inquisitori prendono iudicialmente le denuncie, che li vengono date, e senza procedere più oltre ne mandano copia quà al supremo Tribunale, il quale se realmente vede, che si sia contrauenuto alla dispositione di detto Decreto, e Constitutione, Ordina all'Inquisitori, che facciano al transgressore la perquisitione delle prediche, ò scritture, nelle quali hanno asserito, ò confutato l'affirmatiua; & examino ancora alcuni testimonij, che sono stati presenti, i quali deuono per quanto più si può esser persone disinteressate, cioè non Frati di San Domenico, se il transgressore è Franciscano, ne' Frati di San Francesco, se il transgressore è Domenicano. I trangressori poi è solito di farli venire à Roma, oue si examino, e trouandosi, che espressamente habbino contrauenuto, si punischino, dechiarandosi incursi nelle pene delle Constitutio-

667 ni sudette. E non trouandosi la contrauentione espressa, ma solo, che habbino dette parole temerarie, liuorose, & mordenti, de' quali se bene non si può inferire la total assertione, ò confutatione di vna delle due sudette respettiuamente; ad ogni modo sonano male, & sapiunt contrauentionem, se li fà vn'acre monitione in Congregatione de' Signori Cardinali, e secondo la qualità del Caso se li prohibisce il predicare ad arbitrio. hæc ibi, atque eis, & caput 8. & Regulam 507 terminamus.

CAPVT IX.

De reuocatione sententiæ iam latæ, præsertim in Sancto Officio, vel de mutatione eius ex nouis probationibus, & indicijs. de dispensatione item in pœnis iam iniunctis saltem ex parte, Atque de absolutione totaliter ab eis.

PROOEMIOLVM

1 Vidimus iam alibi qualiter Iudex quiuis, aut Inquisitor hæreticæ prauitatis ex aliquo capite, vt ex incompetentia officij, ex carentia iurisdictionis, ex iusta recusatione à delinquente facta, & ex similibus, circa prosequutionem causæ contra reum, & circa prolationem sententiæ, ac condemnationem possit sæpius impediri. Vidi-

2 mus etiam præsertim toto ferè capite primo huius Libri Sexti, qualiter ob multiplices causas, vt ob defectum doli, aut malitiæ, ob credulitatem, vel ignorantiam, ob iracundiam aut dolorem iustum, ob ætatem minorem, vel è contra nimis senilem, ob furorem, aut amentiam, ob consuetudinem, ob iussum Superioris, & ob alias ibi expressas, valeat idem Iudex, aut Inquisitor pœnas infligendas, maxime extraordinarias, seu arbitrarias mi-

3 nuere, aut relaxare; vel secus. Superest modo videndum breuiter de potestate reuocandi sententiam iam iuridice latam, aut eam mutandi, maxime ex nouis probationibus, ac indicijs superuenientibus: quod peculiarem habet difficultatem penes nostra Tribunalia Sanctæ Inquisitionis, cum in eis, vt statim declarabitur, sententia etiam diffinitiua lata,

4 quocunque termino decurso, nunquam in iudicatum transeat. Videndum tandem de facultate, quam habet Iudex, aut Inquisitor, minuendi, vel relaxandi ex parte, aut in totum pœnas ipso facto incursus, aut per condemnationem inflictas. Atque hæc tribus tantum Regulis hoc loco, prout ordo executionis postulat cum nostro Baptista Fragoso, Cum Castro Palao, cum Sousa, & Diana, ac cum alijs citandis expendemus.

An Iudex Ordinarius, maximè Inquisitor possit sententiam à se latam reuocare aut corrigere, vel ob noua indicia mutare?

REGVLA CCCCCVIII.

5 NEquit Iudex Ordinarios sententiam definitiuam semel à se latam reuocare, aut corrigere, neque incontinenti: secus de sententia interlocutoria, quæ semper dum non mandatur executioni reuocari potest, etiamsi ab ea sit appellatum. 6 Vbi verba sententiæ diffinitiuæ sunt obscura, possunt ab eodem Iudice Ordinario declarari; non tamen à Iudice Delegato; imo nec ab Ordinario, quando ex tali declaratione insurgeret noua dispositio; quæ solum ad Summum Principem spectat; cum plena informatione per sententiam damnatus, casu quo de huius innocentia iucici damnanti constat. 7 Prædicta autem, quę communia sunt omnibus alijs Tribunalibus, vix habent locum, apud nostra Sanctæ Inquisitionis, cum in istis nunquam vlla sententia transeat in rem iudicatam, & Inquisitor iam absolutum reum, ex nouis indicijs, semper condemnare possit, &c.

8 PRo expressione completa doctrinæ pręsentis Regulæ, cum Fragoso par. 1. Regim. Reip. Christ. disput. x §. 4. lib. 4. distinguendum prius de duplici sententia diffinitiua, quæ vniuersam causam diffinit, & nullam aliam post se expectat. Altera verò interlocutoria, quæ super incidentibus, & emergentibus fertur, & diffinitiuam post se expectat. ita Barth. in l. Titia num. 4. vers. secundo modo. ff. de accusat. Aretin. cons. 106. in præsenti dubitatione num. 3. Pauin. cons. 157. numer. 21. lib. 5. idem Bart. & Angel. in l. properandũ §. & siquidem. C. de iudic.

9 Diffinitiuæ sententiæ talis est natura, vt regulariter postquam semel lata per iudicem fuit, nullo modo possit reuocari corrigi, aut mutari ab ipso, quicunque iste sit, siue superior, siue inferior, siue ordinarius siue delegatus, ac etiam arbiter. cap. in literis, officio delegati, & l. iudex posteaquam, ff. de re iudicata; estq; doctrina certa, & communis omnium sequentium. Glossam in l. actorum, ff. de re iudicata, & 10 ibi Bart. n. 1. Atq; debet intelligi, quod nõ possit, siue ante deceniũ, siue post, postquã sententia fuit lata, vt aduertunt idem Barth. & alij in l. post sententiam, C. de sententijs, & interlocut. omn. iudic. Efficax ratio pro ea sic desumitur ex citatis iuribus; quia Iudex post latam sententiam diffinitiuam, iam functus est officio suo; atque ita nihil vltra potest; cum non competat naturæ sententiæ diffinitiuæ, quod possit corrigi, &c.

11 Est autem non parum controuersum inter Doctores, an etiam incontinenti nequeat talis correctio, mutatio, aut reuocatio sententię fieri? Duæ sunt circa hoc opiniones, altera Baldi, & Angel. in l. Iudex posteaquam, ff. de re iudicat. Ancharan. cons. 208. num. 15. & seqq. Tiraquelli de retract. conuention. §. 1. num. 17. Gloss. in cap. prædicator. in verb. imo vero 16. quæst. 1. & aliorum asserentium, ex interuallo non posse reuocari, aut corrigi sententiam à Iudice; benè tamen incontinenti. Ducuntur eo principio, quia censentur inesse, quæ incontinenti fiunt.

12 Altera opinio est Felin. in cap. qualiter il 1. n. 31. de accus. Menoc. cons. 360. n. 2. Alexand. cons. 90. lib. 1. num. 2. Glos. in l. actorum, ff. de re iudicata, & aliorum affirmantium etiam incontinenti non posse sententiam à Iudice mutari, aut reuocari, postquam eam habitam, iam pro perfecta pronunciauit, ac publicauit. 13 (ante pronuntiationem eius, & publicationem omnes concedunt, quod possit corrigi, & emendari.) Probatur efficaciter, quia statim, atque recitata, et publiacata fuit sententia diffinitiua iudex incontinenti definit esse iudex, cùm functus sit officio suo, ergo &c. Item quia post sententiam pronunciatam incontinenti, fuit ius acquisitum parti, quod et per Iudicem non potest auferri, argumento l. huiusmodi, §. qui stichum, ff. de legat. 1. et l. apud Aufidium ff. de opt. legat. Ergo in casu præsenti non habet locum principium illud, quæ fiunt incontinenti censentur inesse, adductum pro prima opinione.

14 Vnde ea relicta amplector secundam vti certam cum Felin. Menoch. Alexand. citatis. & præcipuè cum Fragoso dict. §. 4. nu. 217. Quæ confirmatur argumento donationis irreuocabiliter factæ, quæ vbi primum perfecta, est, amplius reuocari non potest si fiat inter viuos, & acceptetur à donatario. l. velles, C. reuocand. donat l. perfecta donatio C. quæ sub modo. Flamin de resignat. lib. 1. quæst. 13. num. 7. & 8. vbi dicit quòd transferens, & cedens ius suum in alium non potest pænitere, cum id, quod à principio fuit voluntarium ex post facto efficiatur necessarium regula, quòd, semel, de regul. iuris. in 6. ergo similiter &c.

15 Nihilominus limitanda dicta resolutio, quod neque ex interuallo, neque incontinenti sententia definitiua à iudice possit corrigi, aut mutari, excepto quoad accessoria, & consequentia, in quibus etiam ex aliquo interuallo potest fieri sententiæ

correctio aut mutatio, l. Paulus ff. de re iudicat. vbi sic dicitur, Si suppletio fiat eodē die idque etiam notatur, l. in operis cum Glos. & ibi Bart. ff. locati, & affert Fragosus dict. num. 217.

16 Limitanda item quoad aliquid, quod à principio iudex expresse in ipsa sententia postea à se diffiniendum reseruauit. Ita cum Romano consil. 14. nu. 3. & cum Tuscho verb. iudex consil. 432. num. 4. & 15. idem Fragosus dict. §. 4. nu. 216. Ostenditur inde, quia iudex, licet functus sit officio suo ipsumque finierit, adhuc tamen est iudex quoad illud reseruatum in sententia postea definiendum, sicut quoad accessoria, & consequentia de quibus dictum nu. precedenti: vtraque, ergo limitatio satis probata manet.

17 De sententia verò interlocutoria prorsus certum, est quod possit reuocari, aut corrigi, vel mutari à quouis iudice quamdiu non fuit diffinitiua prolata, & ipsa interlocutoria executa, tametsi ab ista sit appellatum. Habetur de iure communi, l. quod iussit, ff. de re iudicata vbi Bart. in. 1. notabili Alexand. nu. 4. Ripa num. 10. Menoch. consil. 360. num. 2. & 3. absolutè affirmant sententiam interlocutoriam posse reuocari corrigi, & mutari. Ratio est, quia

18 post eius prolationem adhuc iudex perseueratur, quoad sequentia, vt deducitur ex l. post sententiam, C. de sententijs, secus post diffinitiuæ sententiæ prolationem: vide plura apud Fagosum dict. §. 4. à n. 228.

19 Quid si in sententia diffinitiua sint posita aliqua verba obscura, & ambigua? Sine dubio post eius prolationem etiam ex interuallo ad tollendam ambiguitatem possunt declarari à iudice ordinario, aut ab eius successore etiam parte non citata, vt notant Felin. in cap. qualiter, & quando il 1. de accusat. & Boer. decis. 172. num. 23. affirmantes nunquam esse exclusam declarationem, cum hæc nullus ius nouum afferat, sed tantum ambigua manifestet l. hæredes palam §. si quid post, ff. de testamentis, & ait Barth. ac Decius in l. edita nu. 48. C. de edendo.

20 At si dicta declaratio sententię secum afferat nouum ius, aut nouam dispositionem tunc nequit ab vllo iudice fieri, sed spectat ad supræmum Principem, vel ad summum Pontificem, aut ad alium, qui de nouo actum facere potest. ita tradunt de Summo Pontifice Decius in dict. l. edita num. 49. qui cum beneficia de nouo possit conferre, potest declarare concessionem iam factam. Similiter de summo Principe Tiraquellus in l. si vnquam, in verb. libertis nu. 15. C. de reuocat. donat. & Parisius cons. 50. in fine lib. 4. quibus adhæret. Fragosus ibidem num. 219.

21 Dictum autem de facultate declarandi verba dubia, & ambigua, iudici ordinario concessa, non habet locum respectu iudicis delegati, qui non potest suam sententiam, declarant, sed id competit deleganti dumtaxat, ex verbis tamen delegati. Ita Alciatus respon. 439. ad finem Bart. in l. edita C. de edendo, ibi Decius nu. 19. & diuersi auctores in cap. ex parte, il 3. de verb. significat. remitto lectorem ad Fragosum citat à num. 221, si plura desiderat.

22 Ex quo illud vltimo loco pro quibusuis Alijs Tribunalibus adduco, casu quo post latam sententiam criminalem constat manifestè iudici de innocentia condemnati ad pœnam corporalem maxime capitalem non solum potest, sed etiam expedit remittere causam ad Principem, aut hunc docere de innocentiam damnati, & inte-

23 rim executionem differre; Cum nequeat talem innocentem absoluere, secundum allegata, & approbata repertum nocentem. Constat ex l. acta, §. 1. ff. de re iudicata; & ex l. Diui, ff. de pœnis, traditque Panormit. consil. 92. contra sententiam vol. 1. Felin. in cap. Consanguinei col. 2. de re iudicata, & Couar. cum pluribus relatis in Epitome, de spons. 2 p. c. 8. §. vltimo n. 15.

24 Accedamus iam ad nostra Tribunalia sanctæ Inquisitionis, in quibus est valdè diuersa praxis ab alijs, circa varia, præcipuè circa hoc de mutanda, vel corrigenda sententia diffinitiua. Nam in fauorem fidei sententia diffinitiuam in causis hęresis nunquam transit in rem iudicatam, sed quouis tempore superuenientibus nouis probationibus, vel indicijs, possunt Inquisitores reum iterum examinare, & grauiori pœna etiam ordinaria afficere. Ita statutum per Bullam Pij V. Sanctæ Memor. editam anno 1567. cuius meminit Diana 4. par. tract. 7. resol. 35. Tradunt vt certum Pegna 3. par. direct. comment. 37. & 92. Simanch. de cath. instit. tit. 60. num. 13 Rojas de hęret. par. 2. nu 384. Sousa lib. 2. Aphor. cap. 36. num. 31. & alij.

25 Hinc cum citatis Pegna, Simanch. & Sousa benè inferunt Castrus Palaus tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 11. num. 10. & Diana vbi supra, quod in causa hæresis probationes superuenientes coniungi possint cum precedentibus insufficientibus ob quarum insufficientiam absolutus fuit ab instantia iudicij. Hæc videntur confirmari per instructionem quandam Hispalensem anno

26 1484. quę sic habet num. 3. Item acordaron, y Ordenaron, que los que fueren presos por esto delicto, que no sean fatigados en las carceles en la dilacion del tiepo, que luego se haga el processo con ellos, porque no haya lugar de quexarse, y no se detengan à causa de no hauer entera prouanza puesque es causa que quando subreuiene prouança, se puede de nueuo agitar no obstante la sentencia, que fuere dada.

27 Confirmantur magis ex his, quæ tradit Sousa lib. 2. Aphor. cap. 37. num. 7. Sic Abiurata, inquit, vehementi hęresis suspicione, si dentur nouæ probationes, non plenè conuincentes nouorum lapsuum, de iuris

ris rigore tales probationes coniungi possunt cum precedentibus, ad vnam constituendam probationem, cum sententia nõ transeat in rem iudicatam, hactenus tamen hoc practicari non vidi. hec ille, que approbo cum Diana loc. cit.

28 Sed est dubium non leuis considerationis, an indicia superuenientia contra reum sancti officij circa idem crimen sint coniũgenda cum indicijs, ex quibus ipse prius fuerat tortus? perdocte resoluit Farinac. in addition. ad eius opera post lib. 3. consiliorum ad q. 4 num. 29. ab ipsomet resolutionem audiamus.

29 Si quis, inquit, fuit absolutus ex eo quod in tortura perstiterit, & tunc sine dubio indicia, que per torturam fuerunt purgata, & sublata, nullam vim habent, mortua sunt, nec propterea coniungi possunt cum alijs superuenientibus indicijs, aut probationibus. Secus, si tortura non

30 illata, reus fuit absolutus, ex eo quod in iudicium contra ipsum deducta non sufficiebant ad condemnandum. Tunc enim imperfecta probatio primæ instantiæ, coniungitur cum superueniente probatione, secundum veram, communem, & vsu receptam sententia de qua est Bart. Host. Abbas Felin. Alex. & Alciat. in locis per eum relatis, testatur Simanch. Dathol. instit. tit.

31 18. rubr. de defunctis num. 20 Et hanc declarationem benè nota, quia (ni fallor) alibi non reperies in specie positam, sæpe habui in facto, & sic, vt supra iudicaui, & communiter iudicatum vidi. hæc Farinac. & ea meritò approbat Diana loc. cit.

32 Aliud multò grauius dubium restat discutiendum, num reo condemnato ad pœnam extraordinariam ob defectum probationum si nouæ superueniant probationes possit pœna ordinaria per Inquisitores infligi? Rojas par. 2. de heret. num. 592. ingenuè ait, quòd in huius dubij decisione potius discipuli officio, quam Magistri fungi vellet, & citatis pro parte affirmante Luca de Pegna, & Iacobo Bellouiso. Sic cum

33 distinctione, licet hæsitans, benè resoluit. Si pæna extraordinaria non fuit executioni mandato, tunc reus pœna ordinaria puniri potest, superueniente legitima probatione; secus, si fuit executioni mandata, Nam in hoc casu nequit reus plecti pena ordinaria, sed ab ista detrahendum, quantum extraordinaria, iam executa importabat, alioquin puniretur grauius, quam meretur. Ita sine vlla hæsitatione tenet Castrus Palaus loc. cit. punct. 11. num. 11, & ait se vidisse hoc practicari in Tribunali sancti officij Hispani.

34 Hoc idem defendit Sousa lib. 1. Aphoris. cap. 37. num. 8 dicens, quod condemnatus ob suspicionem hæresis ad pænam arbitrariam ex defectu probationis, superueniente plena probatione, debet pœna ordinaria puniri, dummodo, prima pœna adimpleta non sit, si autem adimpleta fuerit compensetur in secunda. Sic ille. Sed n. 9. optimè limitat pro casu, quo pæna ordinaria delicti est capitalis; tunc enim prima, & si corporalis, non minuet secundam, nec ista compensabitur cum primo, sed tota ordinaria imponi potest, cum talis pena indiuisibilis nequaquam sit.

36 Pro complemento nostri instituti in presenti Regula, accipe aliqua doctrinaliter ab eodem Sousa lib. 2. Aphoris. cap. 36. vbi num. 15. ait Inquisitor nullo modo potest condemnari illum, quem certò nouit esse criminosum, si iuridice talis non probetur, quia priuata notitia Iudicis non est sufficiens testimonium in iudicio. Cap. si Sacerdos de offic. iud. ord. hæc ille.

37 Sequenti num. 16. ita addit: Si innocens probetur nocens, tenetur Inquisitor aliqua via licita illum liberare, & examinando de nouo testes separatim, admonendo vt à falsa testificatione desistant, causam illam differendo, ostendendo innocenti viam, qua se defendat, & si est iudex inferior, remittat causam ad superiorem. S. Thomas 2. 2. quæst. 64. art. 6. ad 3. & qu. 67. art. 2. vbi Caiet. Aragon. Salon. & alij Soto de inst. lib. 5. quest. 4. art. 2. ita ille ibi.

38 At num. 17. subiungit: Si Inquisitor nullo modo possit innocentem liberare, & cogatur sententiam ferre debet iudicare secũdum allegata, & probata S. Thom. dict. qu. 67. art. 2. & alij proximè relati doctores. ita

39 idem concludens sic num. 18. Facta omni morali diligentia, vt innocens liberetur, non tenetur Inquisitor cedere officio suo, cum nulla sit lex, aut iustitiæ, aut charitatis, que ad hoc obliget. predicta omnia Sousa; Ex quibus nonnulla, vt patet, habent locum, etiam post latam sententiam, quæ vti diximus pænes Tribunalia sancti officij semper reuocari potest; Atque hic Regulæ finis.

Quid de dispensatione in pœnis iam iniunctis, saltem ex parte à iudice quouis præsertim ab Inquisitore facienda?

REGVLA CCCCCIX.

40 Regulariter loquendo sicut iudices, qui augent penas à iure statutas male agunt, & puniri debent pena, qua puniuntur iniustè iudicantes, ita è contra magistratus, qui nocentem quemuis impunitum relinquunt, tam in graue delictum committere censentur, quam ipsemet reus ac propterea eadem pena mulctandi. Vn-

41 de quamuis apud quæcunque alia Tribunalia possint iudices ex rationabili causa, antequam sententiam proferant, aliquid de pæna minuere, vel relaxare, non verò vt plurimum post sententiam prolatam.

42 Nihilominus in Tribunalibus Sancti Officij, tum ante sententiæ prolationem, tum post in pęnis tam incursis ipso facto, quam inflictis est locus aliqualis relaxationis, prout in bonum fidei D.D. Inquisitores expedire iudicabunt.

---

43 Vix ista indigebant expressione, cũ ex traditis iam alibi, pręcipue toto capite primo huius libri 6. facile deduci possent ad maiorem tamen lucem
44 dirigitur pręsens Regula. Vtrumque autem in prima eius parte propositum, constat esse prorsus verum testimonijs scripturæ sacrę, Prouerb. 12. Qui iustificat impium, & condemnat iustum abominabilis est, vterque apud Dominum, & Isa. 5 Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Quæ exponunt Vatam. Iansem. & alij de iudicio forensi, quo iudex, vel amore, vel odio, vel munere corruptus condemnat innocentem, & absoluit nocentem.
45 Pro primo, quod iudex augens pœnas, à iure præscriptas scelerate agat, & eandẽ pœnã incurrat, quã qui iniuste imponit, facit text. in l. Iulia, §. vlt. ff. ad l. Iuliã repe. quẽ adducit, & laudat Bald. in l. 3. col. 4. vers. & aduerte, C. ex delict. defunct. & Felin. in cap. accusasti, in principio, de accusat. Facit etiam text. in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. cum ex eo deducatur esse sub hac lege Cornel. iudicem iniuste punientem; quin et esse homicidam concludit Bald. in cap. 2. post medium, de re iudicata, si capitalem pœnam alicui infligat causa non examinata, Ita Fragos. citandus.
45 E contra verò iudex minuens pœnas, & criminosos impunitos relinquens, tam graue crimen committit, quam ipsi criminosi, ac proinde eadem pœna plectendus, qua illi, contrahitque infamiam. Est secundum textum in l. Seruas in fine. C. de vi pub. quem ad hoc propositum adducunt Decius, & Panhormit. in cap. de
47 causis, de officio delegati. Exemplificat Lucas de Pegna l. 1. C. de desert. lib. 12. in crimine læsæ maiestatis, quod Iudex non vindicans maiestatem læsam, teneatur læsæ maiestatis pœna per text. in l. 2. C. de Sepulch. viol. & in Authen. iubemus, C. de iudic. & ibi Bald. in vltim. notan. Quin
47 etiam per text. in dict. l. 1. C. de desert. lib. 12. Si iudex absque causa pœnas à lege, vel consuetudine statutas minuens, aut nocentem impunè remittens bonorum proscriptione, aut amissione puniri debet. ita Rom. in l. si vero, §. de viro, fall. 26. ff. solut. matrim. & Fragos. dict. lib. 4. disput. 11. §. 1. num. 238. & seqq.
49 Equidem prędicta duo adeo sunt de iure naturali, vt Tullius Cicero solo lumine naturæ ductus merito inuehat in quemdam iudicem, seu Præsidem, nempè Verrem, & in alios, qui turpissime in vtroque deliquerant. Eruditionis gratia accipe eius verba ex actione 2. in Verrem, ibi sic: Non istum maius in se scelus concepisse certum est, cum fana spoliaret, cum tot homines innocentes necaret, cum ciues Romanos morte cruciatu cruce afficeret, cum prædones duces accepta pecunia dimiserit, quam eos, qui istum tot tantis, tam nefarijs sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarent, hęc ille.
50 Sed ijs in communi præmissis iam proprius ad rem nostram, de qua in parte secunda Regulæ, accedendo, vidimus, & copiose indicauimus toto capite primo huius libri 6. qualiter ex diuersis causis, siue intrinsecis, seu cohærentibus delicto, siue extrinsecis ei possit iudices pœnas minuere delinquentibus: & quidem Iudices supræmi ex causis vtriusque generis; minores verò iudices ex causis tantum intrinsecis, nisi consulto Principe. ita Decius, in cap. de causis, de officio delegati, Blanch. in praxi crimin. fol. 73. à num. 71. & alij, qui dictam causarum distinctionem tanquam communem admittunt.
51 Verum talis decisio habet locum, si diminutio pœnæ fiat, antequam iudex sententiam proferat: nequaquam tamen: si post latam sententiam pœna minuatur, & procedit in quibusuis iudicibus, & magistratibus, qui tunc pęnam mutare, aut minuere nequeunt, inconsulto Principe. Ratio iam supra adducta, quia post latam sententiam iudex functus fuit officio suo, & non est amplius iudex quoad eam causam; Ergo non potest pœnam mutare, aut minuere. ita Glossa in l. quid ergo, § pœna grauior, in verb. onerasset, ff. de infam. & Couarr. cui relato adhæret Iulius Clarus lib. 5. §. finali quæst. 86. num. 10. ad medium.
52 Quod si objicias esse communem regulam (de ea nos alibi) secundum quam iudices à iure concessum habent arbitriũ minuendi, augendi, & altetandi pœnas delinquentium, etiam legales, & statutarias iuxta delictorum qualitates, & circumstantias, vt docent Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. Fulgos. consil. 124. col. finali, vers. cæterum eorum, Roman. consil. 429. Blanc. vbi supra, §. postquam vidimus, num. 71. & seqq. Menoch. de arbitr. quæst. 99. num. 16. lib. 1. & alij communiter.
53 Respondetur, quod dicta regula diuersas habeat declarationes, vt limitationes, vt notat, & copiosè adducit Fragosus citandus; attingo vnam, vel alteram. primo iudices minores non possunt ordinarias pœnas minuare, aut alterare, nisi cõsulto Principe, aut nisi ex causa cohærente delicto; & quidem sufficit altera ex his
54 duabus conditionibus, & non audiendũ, quod

quod minus benè ait Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 96. num 18. vtramque requiri. Ita Decius in dict. cap. de causis, num. 8. C. de precib. Imperat. offer. Carrer. in pract. crimin. num. 16. pagin. 252. Bald. in Authent. sed nouo iure, C. de seruis fugit. in Clar. in prædict. quæst. 85. vers. vlterius quæro.

55 Secundo, nequeunt iudices, quicunque illi sint, pœnas alterare, aut minuere, quando statutum expræsse affirmat, verba ipsius statuti esse intelligenda prout sonant, & iacent. Tradunt vt certum Bald. in l. vltim. C. de sacros. Eccles. Bonacos. in commun. opin. par. 1. pagin. 102. col. 2. vers. incip. Iudex ex causa, & Iacob. Nouell. re-

56 gul. 41. in 1. fallen. Similiter dicendum si lex, vel statutum manifeste prohibeat iudici, ne pœna alteretur, vel minuatur; sic decisum inuenies in l. final. C. ne sanct. Baptism. & tradit rectè Blanch. in practic. crimin. §. postquam vidimus, &c. num. 96. vers. Non obstat

57 Pari modo tenendum, quando verba statuti pœnalis imperatiuè ad iudicem feruntur, vt bene notauit Carret. in pract. crim. tract. de homicidio §. fin. n. 21. & Afflict. in constit. Rapinas in 1. notabili, quod tunc non possit à iudice, quouis pœna mi-

58 nui, vel augeri. Prosequitur Fragosus dict. lib. 4. disput. 11. § 1. à num. 250. alias declarationes, seu limitationes dict. Regulæ exprimere, videas apud ipsum, nobis dicta sint satis, vt iam ad ea quæ sunt propria Tribunalium Sanctæ Inquisitionis, quoad relaxationem, & diminutionem pœnarum transeamus.

59 Nullum dubium, concessum esse arbitrium DD. Inquisitoribus etiam post latã sententiam circa pœnas reis inflictis, vt possint eas minuere, vel augere, aut alterare. Patet ex cap. commissi, §. necnon de hæret. in 6. vbi in fauorem fidei expræsse id illis conceditur. Hinc inter hæresim, aut suspicionem eius, & alia crimina magna differentia de qua Sousa cum alijs Doctoribus, lib. 3. Aphor. cap. 30. num. 4. breuissime sic.

60 Quamuis, inquit, in alijs criminibus Iudex post latam sententiam non possit pœnam minuere inconsulto Principe; in crimine tamen hæresi, vel suspicionis illius, id Inquisitori licet. Ghirland. de hæret. tract. de relaxat. carceratorum, de senten. & pœnar. execut. quæst. 6 num. 3. Farinac. dict. quæst 17. num. 61. ita ille. Qui

61 idem repetit cap. 37. num. 11. Sed addit limitationem num. 12. quod quamuis attento iure hoc inferioribus Inquisitoribus competat, in Lusitania tamen, & in Hispania reseruatum est Generalibus Inquisitoribus.

62 De hac limitatione, sicut de alijs prædictis egimus iam supra cap. 1. huius lib. 6. Regul. 432. à num. 70 vsque ad 75. vbi excitaui dubium de Inquisitoribus inferioribus Italiæ, & dixi, quod crederem idem esse de his, atque de illis Lusitaniæ, &

63 Hispaniæ: sumpto argumento ex nostris Melitensibus, quibus prohibitum à Sacra Congregatione Sancti Officij Vrbis, minuere post sententiam latam, aut commutare pœnas per ipsos iam inflictas, sine licentia eiusdem, vt patet ex litteris ab ea huc transmissis 22. Maij 1625. & 28. Augusti 1632.

64 Circa finem autem dicti cap. 37. nu. 26. benè docet idem Sousa, quòd in pænis arbitrarijs, per sententiam iam inflictis, vt in pænis carceris, habitus pænitentialis, & similibus, non sit statim dispensandum, nec sine causa rationabili, perpensis circumstantiis quomodo pœnitens ad fidem reuersus, an statim, aut multo post tempore quibus signis contritionis, & humilitatis pænitentiam iniunctam ad impleuerit &c.

65 Atque subiungit num. 27. cum Eymer. 3. par. direct. quæst. 96. & ibi Pegna commen. 145. Rojas de hæret par. 2. nu. 102. & Farinacio de hæresi quæst. 193. §. 5. num. 104. quod non sit facilè concedenda dispensatio in pæna carceris perpetui; & quando conceditur non fiat, nisi post tres; annos si tamen carcer fuerit irremisibilis post octo ad minus concedatur.

66 Quoad pœnas, quas ipso facto hæretici, fautores, credentes, &c. incurrunt, quæque à iure sunt statutæ quid? Non habent Inquisitores particulares, imò nec generalis Inquisitor facultatem dispensandi in eis, cum hæc nullibi sit ipsis concessa.

67 Vndè nequeunt iidem dispensare in irregularitate ob hæresim, fautoriam, &c. contracta, nec possunt tollere infamiam eadẽ de causa incursam. ita Zanchin. de hæret cap. 38. & ibi Campeg. Girland. de relaxatione carcerat. tit. de beneficio, & indulgentia Principis. Pegna 1. par. direct. ad l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. & Sousa dict. cap. 37. nu. 13. ac. 14.

68 Descendẽdo iam magis ad particularia, potest dispensare Episcopus cum Apostatis ex grauimetu ficte apostatantibus, quo-

69 ad vsum inferiorum ordinum. Similiter dispensatio in irregularitate ob hæresim, fautoriam, &c. ab Episcopo potest tribui, quoad vsum ordinum iam susceptum, non verò quantum ad vsum sacerdotij in sacrificio Missæ. Tradunt vt certum Suarez tom. 5. de censuris disp. 43. sec. 1. num. 6. Sanchez in decal. lib. 2. cap. 25. nu. 14. Farinac. dict. §. 5. num. 78. & Sousa ibidem nu. 16. & 18.

70 Probabilius item posse per Episcopum dispensari absolute ad recipiendos quoscunque ordines in irregularitate contra-

71 cta ob hæresim occultam. Quidquid sit de absolutione à tali hæresi, & dubitetur, an ab Episcopo possit impertiri ob reseruationem eius in Bulla Cænæ, ita iidem

San-

Sanchez dict. cap. 25. nu. 18. Farinac. ibidem num. 79. & Sousa eodem cap. 37. num. 17.

72 Communis ferè est omnium sententia, quòd solus summus Pontifex possit dispensare cum apostatis, siue voluntariis, siue ex metu graui apostatantibus, quoad promotionem ad quouis ordines, & quoad vsum sacerdotij. ita Pegna 3. par. direct. in quæst. 113. commen. 162. vers. Postremo, quis, & in quæst. 126. commen. 175. vers. Hodie. Farin. dict. §. 5. nu. 77. Sanchez eodem cap. 25. num. 21. & Sousa ibidem num.

73 19. Qui num. 20. benè subiungit cum Deciano crimin. lib. 5. cap. 75. nu. 5. quòd vbi Papa dispensat cum prædictis, aut cum hæreticis, fautoribus, &c. ad ordines, vel ad honores, debeat intelligi, nisi aliud in dispensatione exprimatur quoad eos tantùm honores, quos illi antea habuerunt, & quo administrationē in ordinibus priùs susceptis, non verò quoad futuros honores, neque quoad ascendendum ad superiores ordines.

74 Quin etiam si fiat dispensatio cum prædictis à summo Pontifice ad ordines suscipiendos, vel vt clerici fiant, intelligi debet de solis minoribus ordinibus. sic Henriquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 30. nu. 2. Sayro, tom. 1. Thesaur. casuum conscien. lib. 6. cap. 11. num. 19. & Sanchez de ma-

75 trim. lib. 9. disput. 2. num. 26. Quamquam ipse ibi num 28. cum Suarez de censuris disput. 41. sect. 3. num. 3. benè ait, Quod si prędicti dispensentur absolutè in irregularitate, vel infamia, remaneant habiles ad omnes ordines, dignitates, & officia. Atque ijs Regulam terminamus.

Num in aliquo casu possit, & expediat alicui reo maximà Sancti Officij absolutio totaliter à pœnis tribui, consulto saltem prius Sanctæ Inquisitionis supræmo Tribunali, aut Summo Pontifice?

REGVLA CCCCCX.

76 Certissimum est, facultatem indulgendi delicta, & pœnas ex gratia reo iam damnato totaliter relaxandi, soli Principi superiorem non recognoscenti, & subdito, cui ipse concesserit abundanter competere; Sed multoties nequit eam exequi præsertim parte læsa reclamante.

77 Imò quando potest, sæpius valdè expedit ne sua facultate vtatur, cum talis indulgentia delictorum, & pœnarum, vt plurimum in damnum communitatis re-

78 sultet. Posito tamen vsu illius perpendenda verba gratię num sit totalis, quoad omnes pœnas, etiam quoad bona confiscata

79 recuperanda. Damnatis item peculiariter in Sancto Officio nullum dubium posse concedi relaxationem totaliter omniū pœnarum à suprçmo Tribunali, & multo magis à Summo Pontifice: quamquam etiam ab isto cum aliqua limitatione exprimenda.

80 Ostenditur breuiter per singulas partes doctrina huius Regulæ: prima constat ex text. in l. 2. C. de bon. damn. l. relegati, & l. ad bestias, §. ex prouincia, ff. de pœnis. Atque vt prorsus certum tradunt omnes, quod facultas indulgendi delicta, & remittendi pœnas maximè capitalem sit de regalibus, & Principi soli non recognoscenti superiorem reseruatur. ita Afflict. in tit. quæ sint regalia num. 13. & seqq. Mastrill. de indultis generalibus cap. 2. num. 1. Peregrin. de priuileg. fisci, lib. 5. tit. 2. num. 5. Marta in trac. de iurisdiction. par. 1. cap. 44. & alij.

81 Hinc deducitur, quod Principes inferiores non possint gratias concedere delictorum capitalium, nec eorum pœnas remittere; (cum id soli Regi, aut supræmo Principi competat) benè tamen pecuniarias, & alias, quæ illorum ærario applicantur. ita Bart. in l. acta. §. amplianda, ff. de re iudicata, Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 23. de constit. Baiard. ad Clarum, qu. 59. num. 31. & cum alijs relatis Farin. de Inquisit. quæst. 6. num. 2.

82 A fortiori indè etiam deducitur omnino certum, quod Iudices Ordinarij non habeant talem facultatem faciendi gratias, aut remittendi pœnas, delinquentibus. Patet ex textu in relegati. ff. de pœnis, & ostenditur inde, quia hæc non spectant ad eorum iurisdictionem. Secundū l. præses, C. de transf. l. pœnam. C. de pœnis,

83 & similia iura. Ac propterea, nequit iudex bannitum remittere, cum post sententiam latam functus suo officio fuerit, l. postquam. ff. de re iudicata, nec eam valet reuocare, neque in aliquo alterare, etiam si constet de innocentia condemnati, nisi consulto Principe, vt dixi Regula præcedenti, iuxta text. in l. 1. §. si quis vltra, ff. de quæstionibus, & tradunt ibi Bart. Marsil. num. 46. & alij.

84 Fundamentum autem triplicis prædictæ decisionis affert cum Osasc. decis. 101. num. 1. & 4. Fragosus dict. disputat. 11. §. 2. num. 264. his verbis. Quia remittere peccata est supra legem, Matth. cap. 10 Marc. cap. 1. Lucæ cap. 5. Remittere verò pœnas est, quid contra legem, & naturam. Innocent. in cap. cum P. Tabellio. num. 2. de fide instrument. sed à legibus solus supremus Princeps, seu qui supremi iura habet,

so-

solutus est, l. princeps. ff de legibus. l. digna vox, C. eodem. Ergo pœnas remittere, & gratias facere supremo Principi dũtaxat, non autem inferiori competit. hæc
85 ille addens benè facultatem indulgendi, non posse præscribi, nec consuetudinem sufficere ad eam acquirendam.
86 Princeps tamẽ supremus potest cõcedere subdito suo, siue Comiti, siue Marchioni, siue feudatario talẽ facultatem indulgendi, & gratiandi, Sed requiritur concessio specialis. & non est sufficiens si fiat per generalia verba. ita Iulius clarus §. fin. quæst. 59. vers. & hæc quidem Menoch, de arbit. quæst 92. num 7. Delrius, lib. 5, disqu. magicar. sect. 2. col. 5. Afflict. in tit. quæ sint regalia num 61. & Mastrillus de indult. ge-
87 neral. cap 2. num. 21. & 22. Qui duo cum alijs rectè notant, quod ista facultas indulgendi concessa subdito per mortem concedentis extinguatur.
88 Excitat hic dubium Fragosus dict. §. 2. num. 266. an si Princeps supremus suo feudatario tribuit merum, ac mixtum imperium, ac omnimodam, & perpetuam administrationem censeatur tribuisse facultatem indulgendi pœnas? Affert sententiam affirmantem, vt probabilem cum Decio, in l. principibus, num. 12. verb. non obstat, ff. si certum petatur. Iacobo de Sancto Georg. in sua inuestit. verb. & cũ
89 mero, & mixto imperio, num. 9. Sed magis inclinat, & meritò in sententiam negantem cum Bald. in l. Omnes populi, & ibi Iason in 1. lectura. ff. de iust. & iure, Alexand. in l. 1. ff. quod quisque iuris, & cum alijs. Probatur, quia Vassallus habens merum, ac mixtum imperium non potest aliquid statuere, vel disponere contra ius cõmune. cap. finali de offic. Archiepisc. vbi Ioan. Andr. & alij, nec legibus derogare ergo nec pœnas delictorum remittere.
90 Sequitur expendendum qualiter prædicta facultas indulgendi delicta, & remittendi pœnas sit limitata etiam in supremo Principe, & nequeat eam exequi respectu delicti grauis deliberati, vt homicidii, parte læsa non concordata, aut sine ipsius cõsensu. Hoc per se loquendo verum est, & ab omnibus receptum; ob eam rationem, quia committens crimen homicidij de iure diuino vtriusque testamenti pæna mor-
91 tis affici debet. Patet ex Genes. 9. ibi. Quicunque effuderit humanum sanguinẽ fundetur sanguinis illius. & Exod. 21. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. Item Matth. cap. 26. omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. & Apocal. 13. Vidi de mari bestiam Qui in gladio occiderit, oportet reum gladio occidi; ergo &c.
92 Quòd nequeat indulgere parte non concordata, probatur efficaciter, quia Princeps licet supremus, non potest etiam de potestatis plenitudine tollere ius tertii, sine causa, l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. ita Gabriel. in tit. de iure quæsit. non tollendo, concl. 1. Aymon cons. 7. nu. 10. Bald. Alexand. & Iason. in l. testamentum, C. de testam. & alii communiter.
93 At ex causa graui, nempè publicæ vtilitatis, seù pro bono pacis potest Princeps pænas, ac damna partis læsę, ea repugnãte, & non concordata remittere. & gratias de dilictis, & homicidijs deliberatis concedere. Tradunt vt certum Clar. in prax. quæst. 59. vers. Adde, quod in princip. Bossius, in tit. de remed. ex sola Clemen. Princip. num. 23. Hostien. Anton. & alij, in cap. 1. & cap. in nostra de iureiuran. Barth. in proemio digestorum, vers. item quæro. Alexand. cons. 215. lib. 2. Decius cons. 520.
94 num 5. Affirmans ciuitatem pro pace consequenda posse suorum ciuium bona concedere, absque illorum consensu. ergo Princeps propter vtilitatem publicam poterit res priuatorum auferre, ita illa, & communiter cæteri.
95 Quod si aliqui, vt Bald. in l. si domus, versic. item dicit. ff de ser. verb. præd. Anchar. et Imol. in cap. quarto, de iure iur. dissentire videntur, interpretandum est, eos loqui in dubio, quando non constat Principem vti dicta sua facultate ex causa pro bono pacis; nam in hoc casu non potest faciendo pacem cum hostibus damna, et iniurias illatas subditis remittere, tenenturque hæredes Principis damna subditis illata restituere; ita ex mente aliorum Fragosus disput. 11. §. 1. num. 253.
96 Limitando item ait optimè ipse Fragosus dict. disput. 11. §. 3. quod remissiones delictorum rarissimè sunt concedendæ, et non sine causa iusta, et Reipublicæ vtili. iuxta text. in l. relegati in fine, et l. ad bestias, eod. tit. §. planè institut. de iur. nat. & gen. & ciuil. tradit Farin. cum alijs relatis tom. 1. quæst 6. num. 19: Mastrill. de magistratib. lib. 3. cap. 7. num 6. vbi probat ex testimonio multorum Theologorum, quos ibi citat, grauissimè peccare Principem sine causa crimina remittentem. Cum facilitas in remittendis delictis delinquendi occasionem præbeat, vt ait Gloss. in cap. iniusta, 23 quæst. 4.
97 Vnde concludit idem Fragosus numer. 305. quod debeat cauere Princeps, ne facilis sit in remittendis delictis, eo quod maximopere expediat, vt gratia cum iustitia fiat, & cum causa. Pax enim populorum viget, & Respublica fœliciter gubernatur, regnante iustitia, vt testatur D. Cyprian. lib. 12. de abusionibus; terrentur namque mali, & conseruantur boni, iuxta l. capitalium, §. famosos, & l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis.
98 Pro maiori declaratione addidimus in Regula esse perpendenda verba, quibus remissio, seu indulgentia conceditur, vt appareat, qualis sit, simplex, aut plenaria, ita vt ad omnes pœnas, etiam ad pecuniarias, & ad recuperanda bona confisca-

fiscata se extendat. Si post latam sententiam dicat tantum in gratia se remittere delictum, nullo alio verbo addito, vel si vtatur sola particula, indulgemus. censetur simplex gratia, seu indulgentia, & remissam fuisse indulto pœnam tantum corporalem, non verò pecuniariam, nec pœnam infamiæ. ita Molin. tract. 3. num. 14. Clos. in l. 3. §. penultimo, varb. eximij ff. de postul. & pro non sublata pœna, infamiæ. facit textus in l. generalis, C. de sentent. pass.

99 Erit autem gratia, seu indulgentia plenaria. quoad omnes pęnas, etiam pecuniariam, & quoad recuperanda bona cōfiscata. Si dicat Princeps. restituimus, & indulgemus, seu ex indulgentia restituimus, siue restituimus, & gratiam facimus. ita, Ghirland. de relaxat. in tit. de benef. Princip. quæst. 1. num. 4. Angel. in l. fin. col. 2. versic. si autem dixit. C. de sentent. pass. & cum aliis Fragosus dict. disp. 11. §. 2. nu. 294. vbi concludit esse omnino tenendum (licet non desint, qui contradi-
100 cant.) Ex eo fundamento quod beneficia Principis sint latissimè interpretanda, l. fin. vbi Bart. ff. de constit. princip. vide plura si desideras apud eundem Fragos.

101 Quid tandem specialiter de dict. indulgentia, & remissione pœnarum totaliter in nostris Tribunalibus Sanctæ Inquisitionis? certissimi iuris est apud ea multo magis vigere misericordiam, indulgentiam, & remissionem delictorum, ac pœnarum omnium, quam apud quæcunque alia Tri-
102 bunalia etiam Ecclesiastica. Patet manifestè primo in communi ex duobus illis spontaneæ comparitionis, & temporis gratiæ statutis per aliqua vetusta concilia prouincialia celebrata in Gallia, præsertim Narbonense, & Bitterense cap. 2. ac postea vniuersaliter à tota Ecclesia receptis. Nempe, quòd spontè comparentibus in Sancto Officio, priusquam sint præuenti, vel intra tempus gratiæ venientibus, et manifestantibus complete. Inquisitori suas, hæreses, &c. Concedatur impunitas mortis, immurationis, Exilij, confiscationis bonorum, & aliarum pęnarum. Docet Eymer. par. 3. direct. num. 56 et ibi Pegna.

103 Tractat egregiè de prædictis duobus priuilegijs Carena par. 2. toto titulo 18. et cum magna extensione ait benè §. 6. quod eis gaudeant relapsi in hæresim, etiam illi ficté, de quibus Paulus IV. in sua constit. incip. Cum quorumdam, cum maiori item extensione ait par. 2. tit. 1. §. 33. quod habeant locum quandoque talia priuilegia respectu Hæresiarcarum, et dogmatistarum.

104 Verum quod peculiariter post latam sententiam in Tribunalibus Sancti Officij possit, indulgentia totaliter, ac remissio pęnarum concedi. Ostenditur ex cap. cōmissi, §. Necnon de hæret. in 6. vbi manifeste habetur concessa facultas Inquisitoribus in fauorem fidei, vt etiam post latam sententiam, circa pœnas arbitrandi, eas minuendo, alterando, etc. (quamquam hoc, vt vidimus Regula præcedenti sibi reseruarunt supremi Inquisitores) ergo isti, aut saltem, qui illud ipsis concesserunt, nempe Summi Pontifices poterunt totaliter dictas pœnas remittere; sicque exequuntur, quando iudicant expedire, et in hoc concordant Doctores omnes, præcipuę citandi.

105 Tametsi circa pœnas irregularitatis, etc. non debeat ipse Summus Pontifex cū hæreticis formalibus dispensare, vt ad superiores ordines ascendant, aut si nullū habent, vt prima tonsura initientur, ac beneficia Ecclesiastica obtineant. Nisi vrgens necessitas, vel euidens Ecclesiæ vtilitas id exposcat. ita cum D. Anton. tract. de censur. cap. 100. Syluest. Pegna, Mayolo, et alijs relatis docet bene Sousa lib. 3. Aphor. cap. 37. num. 24. et 25. Atque his Regula, et caput terminantur.

CAPVT X.

De Actu publico fidei celebrando, iniuncta omnibus obligatione assistendi, de Concione in eo habenda, ac de materia istius; de abiurationibus, & pœnis, ac pœnitentijs infligendis post lectionem Processuum De Constringendo Iudice laico ad executionem pœnæ relapsorum. Atque de reis non adimplentibus pœnas, & pœnitentias.

PROOEMIOLVM.

1 EN tandem ad Decimum, et vltimum caput Libri VI. peruenimus; En per hoc iam
ad finem nostri Operis, de Materijs Tribunalium Fidei, Deo duce properamus.
Cuncta in isto contenta, te iudice, Lector beneuole, ordine executionis iugiter seruato, tibi tradidimus, et ab eo non recedendo, pauca hæc, quæ supersunt indicata per titulum propositum huius decimi capitis, expedit breuissime tractemus. Ac primo loco de Actibus fidei, seu spectaculis publicis, meritò celebrandis, sermo nobis occurrit. Quam-
2 uis enim iuri, & rationi valde consonum sit, ne DD. Inquisitores vinctos in Carceribus diu
remorentur, squalore, & mærore confectos, dum futuras probationes expectant, vt disponitur l. 1. et fin. C. de cust. reor. l. 1. et l. 6. tit. 3. lib. 6. C. Theod. Vbi Imperator sic ait. De his, quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Constatque ex diuersis Instruct. ad Inquisitores Hispaniarum missis. Pincia 3. cap. 2. et 3. Hispalen. cap. 6. Tolet. cap. 6. Et exequendum ab illis ob eam præcipuè rationem, quia carcer est funesta Domus, eiusque damnum vinctis reparari non potest; cum interim fama eorum dispendium patiatur, & bona ipsorum multimodis dissipentur. Ex Simanc. de Cathol. Instit. tit. 44. num. 32. & ex alijs tradit Ludou. Paramus lib. 3. de orig. Sanctæ Inquisitionis, quæst. 4. num. 36. & à nobis obiter
3 sint dicta. Nihilominus propter varias causas bonum commune Reipub. Christianæ, &
priuatum ipsorum reorum respicientes, conueniens sæpius iudicatur, vt per aliquod temporis spatium in carceribus Sancti Officij retineantur, maximè propter Actum fidei publicum, seu spectaculum celebrandum, vt multi simul inquisiti prodeant, & ibi expediantur, vt ex prima Regula, quatuor in hoc capite proponendarum, illico patebit.

An, quando, vbi, & qualiter D. D. Inquisitores teneantur Actum fidei publicum celebrare? & iniungere omnibus obligationem illi quandiu sit assistendi?

REGVLA CCCCCXI.

4 ABsolute loquendo, non obligatorium sed valde conueniens censetur ad finem intentum, nimirum ad Exaltionem Catholicæ fidei, & exterpationem hæreticæ prauitatis, vt quandoque ab Inquisitoribus Actus fidei publicus, seu spectaculum, productis simul multis deliquentibus
5 celebretur. Equidem expedit, fiat die dominico, vel festiuo, & eligatur locus pro ipsius executione, quoad potest opportunus, vt templum maximæ capacitatis, aut platea aliqua amplissima, quo omnes de populo concurrere, et ibi commode
6 comprehendi valeant. Ad huiusmodi autem concursum excitandi sunt, et constringendi etiam sub censuris per edictum ipsorum Inquisitorum iussu in omnibus, et
7 singulis Paresis publicandum. Inuitandi tamen personaliter sigillatim Præsules capitula Ecclesiarum, magistratus, etc. vt comitentur, et assistant iuxta cuiusque loci consuetudinem.

---

8 PAuci valde ex nostris Scriptoribus tàm antiquis, quàm recentioribus, qui de materiis Sancti officij tractarunt, hoc punctum de *publicis* fidei Actibus seu spectaculis attingerunt, nempe Eymericus, Pegna eius comentator, Nauarrus, Paramus Salzedus, et Diana citandi, quod hactenus scire potuerim, et hi quidem pauca admodum circa ipsum adducunt.
9 Aliqua Regulæ prepositæ verba perpendenda, vt de doctrina eius facilius innotescat. dixi, Absolutè loquendo, non obligatorium, etc. Certum enim prorsus est, quòd In-

Inquisitores non obligentur ad celebrandum Actum publicum fidei pro quibuscũque Sancti officii causis, cùm ex praxi vniuersali constet manifeste plures quotidie expediri secretè, et non in Actu fidei publico, iniunctis abiuratione, et pœnis,
10 ac pœnitentiis debitis, Secundum veram decisionem, quam ex Pegna 3. par. direct. comment. 40. nu. 166. et ex Farin. de hæresi quæst. 194. §. 1. nu. 4. et seq. tradit Sousa lib. 2. Aphor. cap. 40. num. 5. quod abiuratio aliquando debeat fieri publice, aliquando verò secrete, secundum quod culpa publica, vel occulta fuerit prout Inquisitoribus videbitur.

11 Profectò causæ solicitationis ad turpia in Sacramento confessionis, cum hæc delicta sint occultissima, concordant omnes quod sint secretè, & non in Actu fidei publico expediendæ, & crederem, saluo meliori iudicio, esse obligationem sic faciendi, nè simplices personæ à Sacramento cõfessionis suscipiendo retrahantur, huiusmodi solicitationibus in Actu fidei publi-
12 co auditis. Imo Sousa, tract. 2. de confessar. solicit. cap. 16. num. 8. adeo strictè intelligit hoc de tractandis, & expediendis secretè istis causis solicitationis, vt condemnet ad mortale illum, qui adfuit alicuius expeditioni, & postea eam notificat alijs, qui non adfuerunt. Sed meri-
13 tò Diana 4. par. tract. 5. resol: 44. hanc doctrinam Sousæ nimis rigorosam iudicat, & simul ibi limitat eam cum Seraphino Freyta in addition. ad tractat. de confessar. solicitant. quæst. 24. num. 49. pro casu tantum, quo Inquisitor sub mortali, aut sub pœna excommunicationis talem notificationem prohibet, ne sequatur ex eo scandalum.

14 Verùm quidquid sic de illa Sousa nimio rigore, & de hac Dianæ limitatione, ex prędictis benè concludimus, quod non sit obligatorium, neque necessarium, pro causis delictorum occultorum Actum fidei celebrare: quinetiam libere, & audacter subiungo, quod nec pro causis criminum publicorum, sed tantùm censeatur valde conueniens ad exaltationem fidei catholicæ, & extirpationem hæreticę prauitatis,
15 vt pro istis quandoque celebretur. Ratio est, quia nulla citatur lex, quæ id Inquisitoribus iniungat; & quia iudicatur iuri, & rationi valde consonum, sicuti vidimus paulo ante in Procemiolo, vt quamprimum causæ Sancti Officij finitis processibus terminentur, & miseri rei ne ni-
16 mis in carceribus detineantur. Et quidem Eymericus auctor maxime antiquus 3. p. direct. in 9. modo terminandi processum, num. 197. videtur primus inuentor huiusmodi vsus celebrandi Actum fidei in causis hæreticorum relapsorum, quæ sunt admodum graues, ac proinde meritò pro
17 cis celebratur. Præcipue si aliquis ex relapsis sit ordinatus; cum tunc fieri etiam debeat degradatio Ordinũ cum maiori solẽnitate, vt ibi ab ipso Eymer. depingitur.

18 Dixi, equidem expedit, fiat die Dominico, vel festiuo circa hanc circumstantiã temporis aliqualis est controuersia inter auctores. Eymericus loc. cit. absolute defendit, non debere fieri similia spectacula dio Dominico, vel festiuo, sed alio die.
19 Et addit Pegna ibi commen. 45. vers. Quãtum ad primum in multis Europæ Vrbibus hanc Eymerici doctrinam obseruari, maxime si relapsi, aut impœnitentes, vel negatiui, etc. sint tradendi curię sæculari, vt vltimo supplicio afficiantur.

20 Nihilominus idem Pegna vbi supra optime suum sensum exprimit per sequentia verba. Verumtamen, inquit, hoc libere dicam, multum mihi probari earum Inquisitionum ritum in quibus huiusmodi sententiæ in diebus festiuis solus pronunciari. Cum enim (vt pulchre docuit Io. Andreas in cap. vt commissi. de hæret. lib. 6.) expediat multitudinem populi congregari ad videndos reorum cruciatus, & pœnas, vt indè discant timere homines, & à malo committendo auocari valde cõueniẽs videtur fieri hæc publice, & diebus festiuis: cum maior, tunc adsit confluentis populi multitudo. hæc ille. idem
21 sentiunt Paramus lib. 3. de origin. Inquisitionis quæst. 4. num. 36. Salzedus in prac. crimin. Diaz cap. 114. lib. 1. & Diana par. 4. tract. 8. resol. 98.

22 Consona in confirmationem Instructio Toletana ann. 1561. quam vulgari sermone Hispano affert sic Diana loc. cit. Estando los processos delos presos votados, y las sentẽcias ordenadas, los Inquisitores acorderan el dia feriado, que se deue hazer el Auto dela fe, el qual se notifique alos cabildos dela Iglesia, y ciudad, y adonde se halla Audiencia, Presidente, y oydores, los quales sean combidados paraque lo acompañen segun la costumbre de cada parte. ita ibi.

23 Similiter alia Instructio Madriliana eiusdem anni 1561. cap. 77. vel ferè eadem, in latinum translata, adducitur à Pegna, & à Paramo citatis, & sic habet. Vbi reorũ Processus conclusi fuerint, & ordinatæ sententiæ. Inquisitores diem feriatum, in quo fiat publica fidei Actio, assignabunt: quem diem significabunt capitulis Ecclesiæ, & consistorio ciuitatis. & ibi fuerit Regius Senatus, intimabitur etiam Præsidi, & Auditoribus, qui omnes inuitabuntur, vt fidei Actionem comitentur iuxta consuetudinem cuiusque loci. Curent autem Inquisitores, vt hæc tam commodo tempore fiant, vt executio sententiarum eorum, qui tradendi sunt curiæ sæculari possit fieri de die, ob vitanda inconuenientia. ita ibi.

24 Approbo itaque hanc sententiam, quod

Actus

Actus fidei publicus debeat die Dominico vel festiuo, seu feriato idest vacante à negotijs forensibus, & communibus actionibus, (in hoc sensu videntur loqui dictę instruct. Tolet. & Madril. alioquin sunt pro sententia Eymerici) eam expressius tradit citatus Salzedus hisce verbis; Fuit, inquit, aliquando controuersum, an in die festo traditio curiæ sæculari facienda est? Et omni prætermissa disputatione, semper mihi earum Inquisitionum ritus placuit, in quibus huiusmodi sententiæ diebus festiuis solent pronunciari. hæc ille, & confirmat ratione ex Ioanne Andrea iam supra addu-
25 cta. Nec quidquam obstat, quod die festiuo aliqui rei curiæ sæculari tradantur; cum non eodem die, sed sequenti, vel alio per eam vltimo supplicio sint afficiendi, & interim saluti animæ intēti magis ad mortem disponuntur.

26 Est etiam dubium inter prædictos Auctores circa loci circunstantiam, vbi nam celebrari debeat actus fidei publicus? Tuetur expresse idem Eymericus supra citat. in platea aliqua, vel simili loco, & nullo modo in Ecclesia esse celebrandum, præsertim quando reus aliquis est tradendus curię sęculari. Atque huius suæ doctrinæ, & simul pręcedentis de circunstantia temporis reddit rationem sub finem dicti noni modi terminandum processum per sequentia verba.

27 Considerandum, inquit, etiam est, quod tales sententia tradendi aliquem curiæ sæculari non consueuerunt fieri de die festiuo vel solemni, nec in Ecclesia, sed extra in aliqua platea, quia sententia est, quæ ducit ad mortem, & honestius est, quod feratur in die feriali, & extra Ecclesiam, cum dies festiua, & Ecclesia sint Domino dicata. hactenus ille.

28 Placet tamen mihi resolutio illa, quam ex Nauarro adducit Pegna his verbis. Verum, inquit, doctissimus, & multis nominibus Venerandus Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus in Enchyridio, seu Manuali, de oratione, & horis canonicis impræsso Romæ anno Domini 1578. cap. 5. dū hanc ipsam quæstionem tracta Suasu Fratris Pauli Constabilis Ferratiensis Sacri Palatij Magistri rationibus non vulgaribus verè contendit intra Ecclesiam posse hoc tractari contra quam hic velit Eymericus; cui sententiæ ob easdem illas rationes censeo subscribendum. ita ille. Vide ipsum Nauarrum citatum. Sed audi eumdem Pegnam sic benè prosequentem.

29 Hoc vnum, inquit, addiderim commodissimum esse ob rationem paulo ante à me allatam ex Ioanne Andrea, vt in ampla & latæ patenti platea, seu foro, ac in præaltis tabulatis hæc celebrantis, vt cunctus populus facilius, & apertius intueatur Raro enim tam commodè videntur huiusmodi spectacula intra Ecclesias quam in latè patentibus foris, ac plateis, & propterea in Hispania extra Ecclesiā solent huiusmodi publicæ fidei actiones celebrari, vt optime adnotauit idem Nauarrus præcitato loco in fine eius cap. 5. hactenus Pegna.

30 Dixi inuitandi tamen personaliter sigillatim Præsules, &c. Iam de hoc constat ex vtraque instructione Toletana, Madriliana, & ex eisdem innotescit magna ex parte qualiter celebrari debeat Actus fidei, & est tertium quod petitur in titulo Regulæ, nimirum qua solemnitate, & apparatu: pro quo præcipuè legendus Eymericus 9. modo terminandi processum in causis fidei num. 197.

31 Sed quid circa prædicta omnia penès nostrum Melitense Tribunal sanctæ Inquisitionis? Consueuit semper me teste oculato 43. circiter annorum spatio similia spectacula facere die Dominico, vel festiuo, & in templo Sanctissimæ Virginis Nuntiatæ, aut in alio sancti Laurentij, multò maioris capacitatis, Excepto quando traditi sunt aliqui rei curiæ sæculari, vt contigit 10. ab hinc annis tempore Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Inquisitori Ioa. Baptistæ Gorij Pañelini. Tunc enim in nostra Congregatione sancti Officij omnino conueniens iudicatum, vt Actio extra Ecclesiam in platea Ciuitatis victoriosæ ageretur, non ob rationem Eymerici, quod sentētia in Ecclesia prolata ducat ad mortem, & hinc non expediat in ea proferri, cum sit domino dedicata; sed ob præbendam commoditatem videndi Omnibus ex tota Insula illuc concurrentibus. Nam
32 publicato Edicto Illustrissimi Inquisitoris præcipientis ad actum fidei accedere, tantus fuit vndequaque vtriusque sexus personarum concursus, vt vix, ac ne vix quidem in illa capi possent; ex curiositate sine dubio videndi præter alios Ecclesię Catholicæ reconciliandos, duos Curiæ sæculari tradendos, & comburendos vti per signa ignis, & flammarum, quæ supra caput depicta gestabant, clarè innotescebat. Atquæ his finis Regulæ.

Habenda ne Concio initio Actus Fidei publici? à quonam, & de qua materia?

REGVLA CCCCCXII.

33 TAmetsi non sit prosus necessarium; conducit tamen non parum ad maiorem celebritatem publicæ Actionis Fidei & magnum fructum spiritualem, tum reorum reconciliandorum, tum quorumcunque præsentium, vt initio dictæ Actionis
34 Concio sacra habeatur. Pro ea autem prius paranda, & postea proferenda, eligendus est à D. Inquisitore aliquis ex Consul

sultoribus, vel qualificatoribus sancti officij, nisi forte ipse Inquisitor concionari ve-
35 lit. Materia verò talis concionis opportunè poterit esse de necessitate, & excellentia fidei Catholicæ, vel de miseria, & damno hæreticæ, & apostaticæ prauitatis, vel de simili, sed opportunius de ipsa reorum condemnatorum reconciliatione.

---

36 DOctrina huius Regulę tota ex se ipsa patet, nec est cur singulę eius partes à nobis probentur, aut magis exprimatur; imo neque id præstare possumus ab auctoritate doctorum, cum nullus ex citatis in Regula præcedenti, nec alius, quod sciam vllam de concione habenda in actibus fidei publicis mentionem faciat: Et miror quidem hoc ab eis fuisse prætermissum, cum vbique de vsu concionandi in similibus publicis fidei spectaculis manifestè constet.

37 Verum haud omittam illud aduertere, meritò statim, vt solet initio dicti actus fidei esse habendam sacram Concionem, nè fortè posteà prę multitudine sententiarum proferendarum, seu reorum expediendorum, desit tempus ad concionandum, ac propterea nequaquam videtur seruandum id, quod supra adductum ex instructione
38 Madriliana nempe. Curent autem, inquit, Inquisitores, vt hæc tam commodo tempore fiant, vt executio sententiarum eorum, qui tradendi sunt curię sæculari, possit fieri de die ob vitanda inconuenientia. ita ibi. Talis enim executio, comburendi scilicet relapsos, potest differri; imò expedit, pro reuerentia diei Dominico, vel festiuo debita, à iudice laico in alium diem non festiuum omnino differatur.

39 Prædicta quidem doctrina de differenda executione sententiarum in relapsis est secundum mentem Pegnę in citat. commen. 45. vers. Quantum ad primum, ibi, duobus, inquit, etiam, vel tribus diebus, antequam reus comburatur, solet, è domibus, seu carceribus Inquisitorum ad carceres iudicum sæcularium transferri: in quo nolo laudabilem, & consuetam cuiuslibet inquisitionis consuetudinem immutari. ita ille, cui adhæreo.

40 Nostrum autem Melitense Tribinal sancti officij nullam videtur habere circa hoc consuetudinem, cum rarissimè contigerit in eo tradi reos curiæ sæculari, nempe spatio 43. annorum, quibus munus consultoris in eo iugiter exercui, duos tantum simul decem ab hinc annis vt dictum supra, & tunc conueniens omnino iudicatum, vt traditi curiæ sęculari, per vnam solummodo noctem in eius carceribus manerent. Nam cum prope occasum solis diei Dominici actio fidei publica peracta esset, & sententijs omnium reorum perlectis ad finem vsqne fœliciter perducta, die sequenti, hora cum dimidia post initium eius transacta illorum duorum sententiæ fuerunt executę, vtriusque corpora combusta. Cui executioni, & combustioni, omnes, ferè, qui præcedenti die ad actionem publicam Fidei conuenerant interfuerunt.

41 Quod verò ad habendam sacram concionem sit ab Inquisitores eligendus aliquis ex consultoribus, vel qualificatoribus sancti officij, honor, & reputatio ipsius id requirit, vt indè omnibus patefiat, ad qualificandum, & consilium prębendū in omnibus spectantibus ad sacra fidei Tribunalia eos viros adeo habiles, & peritos ab illis adhiberi, qui sciant, & valeant talem actionem concionandi præstare.

42 Hinc credo factum, vt licet immeritus aliquoties electus fuerim à DD. Inquisitoribus, vt pro mea tenuitate in diuersis actibus fidei concionarer, pręcipuè in illo decem ab hinc annis celebrato, vt dictum. Tunc adiuuante Domino, breui tempore composui concionem, & habui de præcipua materia, nempe de reconciliatione, seu de renouata desponsatione spirituali per fidem reorum cum Deo, Ecclesiaque.

43 Cum autem sperem fore gratam lectoribus, sicut tunc fuit audientibus, operepretium duxi hic non italico idiomate, quo habuit, sed latino (vti iudicarunt conueniens viri doctissimi censores nostri Operis in concionibus pro publicatione edicti sanctę Inquisitionis eam apponere, vt sit in exemplarijs, qui ad similem functionem eligentur.

Concio sacra in Actu fidei publico habita anno 1639. vt sit exēplar pro similibus.

44 SPonsabo te mihi in sempiternum, & & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scias, quia ego Dominus. Oseæ cap. 2.

Verendus hic hodie tantorum virorum concessus (-) insuetus amplissimæ huius plateæ apparatus, noua huius loci facies, atque conspectus, terribilis denique illa tanti vndique forma non oratoris modo, sed spectatorum omnium terret oculos: quocunque enim inciderint siue in Quæsitoris Illustrissimi Maiestatem, siue in reorum crimina, siue in ministrorum omnium solertiam, sagacitatemque plena seueritatis omnia, plena timoris vident. Quare non immerito quidem doctissimi viri huius ætatis Pegna, atque Salzedo, vt refert P. Antonius Diana par. 4. tract. 8. Resol. 98. hodiernum diem cum horrendo illo orbis terrarum supræmo conferentes hoc iudicium

cium extremi illius, ac tremendi totius vniuersi quasi quandam imaginem esse voluerunt, sed tamen accidit non rarò, vt quę primò aspectu terrorem incutiunt, animum deinde paulatim confirment, ac recreent: atque hoc idem nobis in pręsenti, si rem benè perpendamus, continget; ac fœlicissimum sanè diem, alboque etiam signandum lapillo iudicabimus, quē tot ferè nuptiales faces clariorem, illustrioremque reddunt, quot ferè illi sunt, quorum animę ob nefaria scelera adhuc vsque à cælesti sponso repudiatæ eidem hodie ab hæresi expiatę communi hominum, cælitumque lætitia, & plausu conciliantur. Cui quidem lætitiæ his verbis Sanctissimus Vates Oseas videtur accinere sponsabo te mihi, &c. de quibus hoc loco mihi est, quā breuissimè agendum.

45 Sponsabo te mihi in sempiternum, &c. sub obscuram Prophetæ sententiam diuinæ sapientiæ oraculum eorum repetitione verborum sponsabo te mihi ter. 3. eadem inculcans, ita reddidit obscuriorem vt sacrarum litterarum interpraetes inter se non sine aliqua dubitatione pugnarint. & quidem D. Hieronymus ternas hic Domini nuptias significari putat; alteras ab initio bis cum Hæbreorum Synagoga per Abraham circumcisione primum, deinde per legem Moysi in Monte Sinai latam, alteras, quas per diuinam Hipostasim semel cum hominum genere, ac natura contraxit. Quam singulis pro temporum varietate varia itidem verba doctissimus vir aptare conatur. Atque adeò primis nuptijs illa. Sponsabo te mihi in sempiternum secundis alia. Sponsabo te mihi in iuditio, & iustitia &c. tertijs denique vltima. Sponsabo te Mihi in fide, & scias quia ego Dominus. Conuenire contendit. Optima sanè, vt eruditissimi, & sanctissimi hominis explanatio quam colo, & Venerabundus obseruo.

46 Sed tamen pręfulgentissimum illud Grę ciæ Sydus Theodoretus longe aliter sentire, magisque nobis fouere videtur: nullo enim pacto iudicat potuisse Dominum Hebręorum Synagogam per ea verba sibi spondere. Sponsabo te mihi in sempiternum. Cū multis eam ab hinc annis, ne dicam sæculis, repudiatam miserrimè, non sine aliqua commiseratione adhuc vsque lugemus. sed potius ea verba tanquam de Ecclesia Christiana pronuntiata interpraetatur, cui Cælestis idem sponsus diuinæ veritatis auctor ipse diuinus dono dedit æternitatem, spondens in Euangelio, (Ecce ego vobiscum sū omnibus diebus vsq; ad consumationem sęculi) perpetuamque incolumitatem, omni vacuam timore promittit Matth. 16. & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

47 Quam Theodoreti sententiam cōfirmat etiam Theophilatus in eadem. Sposabo te mihi. Verba sic addens: quid est mihi ipsi? quoniam non per Angelum, vel aliquem natu magnum, sed per se ipse Dominus nos seruauit; Patribus locutus est Dominus in Prophetis, nobis autem per filium: vel quia veterem Synagogam Moysi despoponderit. Vnde ad ipsum, Populus inquit, tuus inique egit, credentem autem incarnati Verbi Aduentui sibi Ecclesiam desponsauit.

48 Neque verò hic contra Theodoreti, ac Theophilati sententiam aliquis, vt Hieronymo faueat, ingeniosior omnem mihi verborum contextum causetur quasi non posset integrè ad literam Ecclesiæ, sed tantum Synagogę accommodari. Nam sæpius in sacris litteris non illi, cui pręditur, oraculum congruit, sed alteri, cuius ille figuram, atque personam gerit, vt optimè asserit D. Augustinus, lib. 7. de Ciuitate Dei, cap. 8. sic, Non de ipso Beniamin, cui pręedictum est à Parente Iacob. Lupus rapax manè rapuit prædam, & ad vesperam diuidet spolia. Sed potius de personato Beniamin, nimirum Apostolo Paulo ex eius tribu genus trahente vaticinatio comprobatur.

49 Sic neque de Salomone, quod cecinit Psalmista. Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sed de Mystico tantum Salomone, de Christo inquam, Rege Christianorum dici res ipsa ostendit, cuius imperium Togo, vel Gange, non Istro, vel Nilo terminatur, sed ad remotissimas vsque regiones, ad vltimas extremi Orbis partes, per insulas quoque transmarinas longè, lateque propagatum. Quod cum ita sit potiori iure Theodoretum sequitur Theophilatus, nosque ab eorum ne discedamus sententia, assentiri par est, per Osee vaticinium sub Hebræorum Synagogæ figura, atque persona, stabile perpetuumque cū Filio Dei Ecclesiæ Christianæ promitti connubium.

50 At enim rursus quid sibi vult, aut quorsum terna illa spectat eorum verborum. Sponsabo te mihi. repetito? interrogas? tu vero Rupertum Abbate in hæc ipsa verba consulas differentem: qui tibi fuse tres nuptiarum dies à filio Dei cum Ecclesia sponsa celebratos assignat. Sed tamen nè fortè molestus mihi sis interpellator, breuiter hic ego, quod Rupertus ibi longiori complexus est tractatione, perstringam. Primus igitur nuptialis est dies cum in Virginis vtero per suāmet hypostasim id semel assumpsit humani, atque corporei, quòd nunquam dimisit, ideoque Epithalamio illo celebratur. Sponsabo te mihi in sem-

51 piternum. Secundus nuptiarum est dies, quem vates longiore veluti cantione cōmendat. Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, in misericordia, & miserationibus. Cum nimirum amore languens in cruce tanquam in thalamo per gratiam sibi deuinxit Ecclesiam. Vnde idem ipse hoc Sāctissimo Matrimonio. Consumatum est,

inquit, & inclinato capite tradidit spiritum. Atque hic quidem spectat quod in Euangelio legimus Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ad iustitiam verò fecit illud Pauli ad Rom. 4. Crucifixus est propter delicta nostra resurrexit propter iustificationem nostram. Atque adeo Sponsabo te mihi, inquit, in iustitia, & iudicio. Nam id quod sequitur in misericordia, & miserationibus, Doctor ipse Angelicus in suis quodlibetis approbat, neque vsquam inquit, Melius Deum, quam in Christi cruciatibus, ac morte sciam erga nos exhibuis-
52 se misericordiam, apertissime docet. Tertius denique nuptialis est dies Pentecostes cui suum, & accinitur Epithalamium. Sponsabo te mihi in fide, & scias quia ego Dominus, cum scilicet adhuc recens Ecclesia diuino afflata spirito, sui sponsi sublapsa flamma, cælitus amore inardescens, eodemque collustrata lumine secum illo firmissima, atque incorrupta fide, perfectaque scientia copulauit. Sponsabo te mihi in fide, vt scias, quia ego Dominus. Atque hæc satis cum Ruperto.

53 Nec desunt Recentiores nonnulli, qui ex iisdem, quæ ter inculcat verbis. Sponsabo te mihi. non nisi certam, firmamque arguunt in sponso contrahendi connubij
54 voluntatem. Alij melius cum D. Bernardo tres inde intelligunt conditiones, quæ semper in matrimonio requiruntur, primũ vt stabile, atque insolubile perpetuo sit, iuxta illud quos Deus coniunxit homo nõ separet. Deinde vt sponsus iustitiam æque ac misericordiam, iudicium, ac miserationem præseferat. Et reuera quam iustus iste sit sponsus inde colligitur Quia Deus non est acceptor personarum, quàm verò misericors ex eo, quia non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, Tum demum vt sponsa eidem sponso, eiusque diuinis verbis tum habeat, tum præstet fidem, sponsamo te mihi &c.

55 Restat vt vltimam adhibeamus manum neque enim huius loci explicationem à doctissimo viro Hieronymo Guadalupe traditam; mihi verò in primis probatam, prætermittere vllo modo possum. Sic enim Prophetę, verba interpretatur. Quasi Dominus tum vniuersæ Ecclesiæ, tum etiam vnicuique animarum velit triplex sponde-re coniugium pro triplici temporis varie-
56 tate. Atque adeò incipientibus. Sponsabo te mihi, inquit, in fide, &c. Proficientibus. Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio in misericordia, & miserationibus. Perfectis, & iam ex hac vita migrantibus, ac dissolui cum Apostolo, & esse cum Christo cupientibus. Sponsabo te mihi in sempiternum.

57 Atque hoc quidem totum (si liceat exemplo confirmare) cum integerrima Virgine Catherina Senensi factum accepimus: quam Christus Dominus sibi per fidem primum, Deinde per anulum illi traditum Summo Angelorum opere perfectũ postremo per cælestem æternæ beatitudinis dotem, perfectissimè desponsatam ha-
58 buisse legimus; Hoc idem (ne longior sim finemque iam tandem attingam) cum cæteris etiam improborum hominum animabus facturum se benignissimus idem sponsus asseruit. Luc. 5. Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores, O verè lætum, ò fœlicissimum nuncium Auditores? Non veni vocare iustos, sed peccatores. O ter, quaterque beatos peccatores, qui ad cænam nuptiarum agni vocati sunt? Non veni vocare iustos, sed peccatores.

59 Vos ego hic peccatores (vt ad id vnde digressa est mea reuertatur oratio) vos, inquam, appello, quicunque à præteritis, siue Mahometti, siue Luthæri, siue Pseudo magistri cuiuscunq; Hæreticorum erroribus aborrentes deletisque corruptæ fidei per pœnitentiam maculis in huiusce conspectu multitudinis constituti non sine aliqua verecundiæ nota mihi attenditis peroranti vobis, inquam, præcipuè fœlicissimum hunc auguror diem, quo vos Sanctissimo Ecclesiæ sponso Christo vestras conciliaturi animas accessistis; faustamque & candidam hodiernam lucem, qua tanquam nouę nuptæ maritales manibus faces præferentes, tantaque comitante pompa in hoc loco comparuisse videmini pri-
60 mas quasi nuptias celebraturæ. Vobis nõ iam amplius probrosa illa verba Oseæ c. 2. Domino exprobrante iactata. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, Sed amica illa potius ab amantissimo sponso dicta credatis Reuertere ad me, & voca me dux Virginitatis tuæ. Virginitatis quidem; nam vt sanctus Hieronymus, ait Homo cum vxorem accipit de Virgine mulierem facit. Deus etiam Meretricibus copulatus eas mutat in Virgines. Reuertere ad me, & voca me dux Virginitatis tuæ. Liceat igitur, liceat Auditores quando bis, terq; iteratur. Spõsabo te mihi. Nobis quoque non semel, sed iterum, atq; iterum reddere Beati qui ad cœnam nuptiarum
61 agni vocati sunt. Simulque cum Choro plaudente cœlitum plausus dare. Dum ego 40. dierum indulgentia ex quæsitoris Illustrissimi auctoritate, omnibus tanquam voce præconis edicta conticesco.

Atque hactenus de sacra Concione, ac de Regula ipsius conditiones exprimente.

Lectis processibus, & iniunctis abiurationibus, ac pœnis, & pœnitentijs vnicuique reorum, qualiter astringendus iudex laicus ad Exequendam pœnam relapsorum?

REGVLA CCCCCXIII.

62 TEnentur Iudices laici non solum non impedire quoquomodo functiones Tribunaliter sanctæ Inquisitionis, sed ad earum etiam vsu, & exercitium, vt ad capturam reorum, &c. maximè ab Inquisi-
63 toribus requisiti promptè cooperari. Imò ad id sub censuris, & pœnis, vt pecuniarijs adstringi possunt; præcipuè ad executionem sententiarum, quando aliqui curię sæculari traditi sunt vltimo supplicio afficiendi: nec sententiæ executio differri ab illis valet, sub prætextu, quod sit iniusta.
64 Transacto autem termino quinque, vel sex dierum, si obediant declarandi sunt censuras, & pœnas incurrisse; Sicque ab ipsis Inquisitoribus absque metu irregularitatis ad infligendam reis pœnam mortis con-
65 stringi debent. Casu tandem quo nec sic adstricti ad obediendum inducuntur, procedant Inquisitores contra eos rigorosius, tanquam contra fautores hæreticorum; sed expedit supræmus senatus sanctæ Inquisitionis prius moneatur.

---

66 ACtus fidei publicus tres præcipuas continet partes, nempè sacram Concionem, de qua iam dictum Regula præcedenti. Secundò, lecturam processuum, & sententiarum, iniungendo abiurationem, & pœnas, ac pœnitentias vnicuique reorum, vt indicatur in titulo prę-
67 sentis Regulæ. Et circa eam nihil aliud aduertimus nisi quòd valde sit conueniens vt pro ipsius executione eligantur idonei ministri, saltem duo (solus vnus non videtur sufficiens, si plures sint sententiæ legendæ) qui vicissim clara, & perspicaci voce eas percurrant, quo tum ipsi condemnati, tum astantes omnes abiurationes, & pœnas inflictas, & ob quæ delicta facilè percipere possint. Tertio reorum, siue relapsorum, siue impœnitentium, siue negatiuorum traditionem curiæ sęculari: de qua ex professo agimus modo, & perpendimus qualiter adstringendus Iudex laicalis sententias Inquisitorum exequi, & illos morte afficere.
68 Cum autem iudex laicus nolens exequi sententiam Inquisitoris in numero impedientium sanctum officium enumeretur, quamuis iam alibi de impeditoribus sanctę Inquisitionis peculiari Regula comentantes Bullam Pij V. sanctæ Memor. incip. si de protegendis satis multa dixerimus, præstat tamen pro maiori luce loci pręsenti de impedientium officium Inquisitionis in communi aliqua attingere fortè ibi omissa.
69 Notat optimè ex Pegna par. 2. direct. ad quæst. 54. commen. 79. Anton. Sousa lib. 1. Aphor. cap. 28. num. 1. quod dupliciter possit impedire officium sanctæ inquisitionis, nempe directè, & indirectè. Dicitur impedire directè, qui non circuitu, vel per aliud medium, sed principaliter in id incumbit, ne fiat. At indirectè, si insinuatione, vtatur, vel alio modo procuret ipsum euertere, & num. 2. subdit cum eodem Pegna, & Farinac. de hæresi q. 182. §. 5. num. 84. non solum factis, sed etiam verbis comminatorijs, aut signis posse impedire.
70 Vnde concluditur, quod qui facit quouis modo, aut nititur, vt hæreticus, aut suspectus de hæresi non capiatur, aut iam captus liberetur, vt fugiat, vt non iudicetur, aut non puniatur inter impeditores sancti officij merito numerari debeat. Ita Eymer. par. 2. direct. qu. 53. & Pegna comment. 77. Farinac. dict. quæst. 182. §. 5. n. 69. & §. 7. num. 95. & seqq. ac Sousa vbi supra, num. 3.
71 Sed idem Eymer. 3. par. direct. quæst. 36. ad rem nostram propius accedens, ita excitat dubium sub titulo aliquantulum Vniuersali, vtrum Inquisitor possit procedere contra Dominos temporales, eorumque officiales, eius processum, iudicium, sententiam directè, vel indirectè impediẽtes, seù retardantes, vel ad hoc præstantes auxilium consilium, vel fauorem.
72 Respondemus, inquit, quod sic; iuxta cap. vt inquisitionis §. prohibemus lib. 6. vbi dicitur sic. Prohibemus quoque districtius potestatibus, Dominis temporalibus & rectoribus, eorũdemque officialibus supradictis ne ipsi de hoc crimine (cum merè sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum, siue inquisitorum, aut saltem alterius eorum licentia; vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano, vel inquisitoribus, seu inquisitore iniunctum, promptè (prout ad suum spectat *officium*) facere, seu adimplere detrectent, vel alias diæcesanorum, *aut inquisitorum iudicum* sententiam, seu processum directè, vel indirectè impedire pręsumant. ita ibi & cõfirmat idem Eymer. sic.
73 Ex litteris verò, inquit, Apostolicis Vrbani IV. & Clementis IV. Præ cunctis. §. cæterum, dicitur sic. Cæterum si fortè (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi

cedi liberè in eodem: imo nisi requisiti illud fouerint, & iuxtà officium, & posse suum singuli iuuerint studiosè, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas, freti, eadem auctoritate intrepide procedatis. ita ibi.

74 Ex prædicta verò Eymerici resolutione, firmiter fundata etiam rescripto Pontificio in cap. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6. hanc conclusionem prorsus veram bene deducit Pegna, sub dict. quæst 36. comment. 85. videlicet, quod obligentur iudices sæculares non solum non impedire aliquo modo operationes officij Sanctæ Inquisitionis, sed etiam ad earum executionem promptissime, maxime vbi requisiti fuerint, concurrere.

75 Et quod possint Inquisitores coercere iudices sæculares impedientes processus, aut sententias in hæreticos latas, aut eorum punitionem nimis differentes: nam cum hoc crimen sit mere Ecclesiasticum, de eo nullus laicus directe, vel indirecte se debet intromittere.

76 Fuit olim magna controuersia inter professores iuris ciuilis, & professores iuris canonici circa hoc dubium, an iudices sæculares. postquam ipsis ab Inquisitoribus traditi, vel relicti fuerant rei hæreseos relapsi, aut impœnitentes, mortis pœna feriendi, possent iterum examinare processum, & causam, ac sententiam, si res ita postulasset, mutare? Non pauci ex illis, & magni quidem nominis, vt Barth. Fulgosius, Paulus Castrensis, & alij in l. Magistratibus, ff. de iurisdict. omn. iudic. idem Bart. in l. non dubium, & in l. diuus, ff. de Custo. reor. ac Marcus Mantica, singul. 274. incip. cum hæresis, partem affirmantem saltem vti probabilem tenuerunt.

77 Nec inde videbatur aliquid rationi dissonum sequi, cum Illustrissima Religio Hierosolymitana iuxta propria statuta per sedem Apostolicam approbata, & confirmata, perpetuo seruare consueuerit in causis criminalibus suorum Religiosorum, vt post quam aliquis ex eis ob delictum enorme per Venerandum Concilium, vel Assembleam fuit condemnatus ad priuationem habitus, & curiæ sæculari traditus, iudex laicalis processum denuo formet, & causam contra eum tractet, vt ex deductis torturę subijciat, sicque ipsum liberet, aut vltimo supplicio afficiat: ergo nullum apparebat inconueniens, si post condemnatum aliquem ab Inquisitore, & traditum Curiæ Sæculari, huius iudex denuò illius causam discuterit.

78 Parti tamen neganti merito fortiter adhęserunt communiter Canonistæ, vt Abbas, & Ancharan. in cap. At si clerici, de iudicijs, Ioan. Imol. in cap. 1. de offic. ordin. Alberti. tract. de agnoscen. assert. qu. 25. num. 43. Bernard. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 141. Ioan. de Anania in cap. Excommunicamus il 1. de hæret. nu. 27. Alphons. de Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 23. Rojas singul. 107. Campeg. apud Zanchinum cap. 8. versicul. sed quid si iudex. imo multi ex Doctoribus iuris ciuilis, quos copiosè citat Fernandus Vasquius lib. 1. de succession. creatione, §. 6. num. 16. vers. denique, quamquam ipse ibi priorem affirmantem nimio affectu tueri conatur.

79 Verum tota hæc controuersia cessauit, veritas pro parte negante omnino stetit, postquam ista, vltra decisionem dict. cap. vt Inquisitionis, §. prohibemus, fuit decisa per Bullam Innocentii VIII. incip. Dilectus filius, & per aliam Vrbani IV. incip. Cum sicut. cuius meminit Bernardus Comensis in Lucerna, verb. executio, §. 7. vers. Imo Inquisitor. Per Bullam item Alexand. IV. Incip. Ad audientiam, cuius copiam sibi fuisse traditam ab Eminentissimo Cardinali Fœlici Peretto de Montealto, testatur Pegna dict. Comment. 81.

80 vers. Sed paucis. Ex quibus iuribus, & Bullis manifestè constat, vt ait idem Pegna, quod Inquisitor processum à se factum non debeat ostendere iudici laico, & quod hic indilatè, seu statim, id est sine mora, vt intelligit Glossa, in dict. §. prohibemus, sententiam illius, debeat executioni integre mandare.

81 Dein eisdem iuribus, & bullis, præsertim illa Alexandri IV. Ad audientiam, vti subiungit ibidem Pegna, tribuitur Inquisitoribus potestas amplissima aduersus Magistratus sæculares negligentes, aut differentes sententias latas in hæreticos executioni mandare, vt sub censuris, & pœnis possint illos ad eas exequendas constringere, si absque vlla legitima causa præter morem solitum requisitam executionem differant.

82 Sed quid si hæc dilatio, seu omissio executionis proueniat ex prætextu, quod sententia lata ab Inquisitore sit iniusta? Adhuc in hoc casu sine dubio est constringendus dicto modo ad exequendum, quia non spectat ad ipsum cognoscere sit necne iniusta, & notitia priuata iniustitiæ non excusat executorem ab executione, vt optimè adducit Fragosus par. 1. lib. 4. de obligat. moder. Reip. disput. x. §. 4. num. 227. his verbis.

83 Quod si sententia, inquit, si manifestè iniqua, æquiparatur nullitati, vt post alios responderunt Ruin. consi. 138. num. 22. lib. 1. variar. cap. 1. num. 10. Vantius de nullitate in tit de nullit. ex defectu processus, num. 127. vbi aiunt ex iniquitate notoria ex actis resultante, & ex iniustitia reddi sententiam nullam, prout est etiam, si ex causa notoriè falsa feratur; nam tunc est ipso iure nulla, prout asserit Abbas post Butrium, & Imolam in cap. inter cæteras, & ibi Felin. vers. secunda conclusio, col. 6. de

84 de re iudicata. In quo euentu (attende nunc Lector) executor requisitus, si cognoscat sententiam notoriam iniquitatem aut incompatibilem errorem continere, ex scientia particulari, potest, & tenetur illam exequi, vt in specie tenet Caiet. 2. 2. qu. 67. num. 11. hæc ibi, & plura.

85 Dixi præter morem solitum, quisnam iste solitus mos? Non eumdem, sed diuersum pro diuersitate regionum, seu sanctarum Inquisitionum ab ore Pegnæ dict. comment. 85. audiamus.

86 Verum, inquit, in hac consuetudo prouinciarum spectanda est, solent in Hispania quam primum lecta est sententia relapsorum, aut impœnitentium, aut quorumcũque, qui traduntur curiæ sæculari, iudices sæculares eosdem statim in suum forum recipere, & ad supplicii locum pronunciata mortis, seu combustionis sententia recta,

87 deferre. In Italia in multis vrbibus, quas vidimus iudices sæculares reos sibi per inquisitores relictos, aut traditos per tres, aut quatuor dies antequam vltimo supplicio afficiant, in suis carceribus detinent, inde certo die non festiuo publice educunt & comburunt. Quod videtur fieri auctoritate Innocentij IV. in Bulla incipiente Ad extirpanda relata in Bullario in fine huius operis, vbi ita scriptum est. Damnatos verò de hæresi per diœcesanum, vel eius Vicarium, seu per Inquisitores prædictos, Potestas, vel Rector, vel eius nuncius specialis, eos sibi relictos recipiat, statim, vel infra quinque dies adminus, circa eos constitutiones contra tales editas seruatu-

88 rus, hactenus ibi. hæc ille. Et inde etiam mos hispanus dictus per particulã statim in iure fundatus innotescit.

89 Quin etiam postea longiorem terminũ, nempe sex dierum pro executione facienda à iudice laico circa damnatos ipsi relictos, assignauit Innocentius VIII. per Bullam citatam dilectus filius, per sequentia verba; Eisdem officialibus sæcularibus sub excommunicationis pœna, & aliis censuris Ecclesiasticis præcipitatis, atque mandetis, vt infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra huiusmodi hæreticos promptè exequantur, appellatione remota. hæc ibi, ergo ante terminum sex dierum iudex sæcularis non est censendus negligens aut iniuste differens exequtionem sententiæ.

90 Sex diebus vero transactis postquam reus fuit traditus curiæ sæculari, huius iudicem potest Inquisitor dicto modo sub censuris, & pœnis ad sententiam exequẽdam constringere. Sed est dubium, qualiter id facere seu quibus verbis ipse Inquisitor vti debeat pro euitanda irregularitate; adquem effectum DD. Inquisitores quã do reos brachio sæculari tradunt, adhibẽt solitam protestationem, dequa in cap. nouimus de verbor. significat, iteranda ne eadem protestatio? aut quidnam aliud faciendum?

91 Citat, Pegna dict. comment. 85 versic. quæsitum est, tacito nomine quendam nõ imperitum, vt ipse ait, qui asseruit, quod possit tunc Inquisitor præcipere iudici sæculari verbis manifestis, & expressis. absque vllo periculo irregularitatis, vt pœnam mortis, vel combustionis hæreticis sibi traditis insligat, cum talis pœna similibus delinquentibus itfligi soleat. ita Felin. in cap. ad abolendam circa finem, extra de hæret. quamquam cap. Vergentis de hæret. circa hoc hæsitat, absolutè tenẽt maiolus lib. 2. de irregularitate. cap. 10. Tabiena in summa, verb. irregularitas, 2. §. 9. num. 10. & §. 15. num. 16. ac idem Pegna citans se ipsum 2. par. direct. super cap. Nouimus de verbor. significat. §. quamquam autem. Atque hoc probabile iudico.

92 Verum ad tollendum omnem scrupulum, expediet, vt Inquisitor verbis communibus vtatur, & in genere præcipiat iudici sæculari sub pœnis dictis sententias à se latas executioni mandet. Habetur expræsse hic modus dicendi in Bulla citat. Alexandri IV. incip. Ad Audientiam, & similiter in rescripto Leonis X. incip. Ho-

93 nestis petentium Votis. Et hic modus securè vsurpatur, & sufficit ad euitandam irregularitatem iuxta cap. Episcopus, ne clerici, vel Monachi. lib. 6. & notat benè ibidem ipse Pegna, qui prosequitur sic.

94 Potest etiam, inquit, Inquisitor in proposito casu, iubere Magistratui sæculari sub censuris Ecclesiasticis, vt seruet constitutiones, & leges contra hæreticos editas, & hic modus præscribitur non obscurè ab Innocentio IV. in Extrauagante, Ad extirpanda, §. damnatos verò, cuius verba paulo ante retulimus in hoc eodem comment. Atque hi quidem modi tuto seruari possunt. ita ille.

95 Postremò, quid si adhuc postquam iudex laicus declaratus fuit ab Inquisitore, quod contraxerit dictas censuras. & pœnas ob non executas sententias contra hæreticos ipsi traditos, renuat eas exequi & nolit obedire? nullum dubium, quod possit idem Inquisitor iuxta facultatem per citatas Bullas Pontificias ipsi traditam procedere contra illum, & formare processum, tanquam contra fautorem, aut defensorem hæreticorum. ita ex mente Omnium idem Pegna dict. comment. 85.

96 in fine. Qui benè addit, vt id Maturius peragatur supremæ Inquisitionis Senatui esse significandum, & ab eo expectandum responsum ego addo. Atque his Regulæ finis.

Quid

Quid de condemnatis non adimplentibus pœnas, aut pœnitentias? Quomodo contra eos ab Inquisitore denuò procedendum?

REGVLA CCCCCXIV. *& Vltima.*

97 QVicunque in Sancto Officio condemnati, dum pœnas, aut pœnitentias adimplent, iurisdictioni Inquisitorum subsunt in causis solũ ad ipsum S. Officiũ spectantibus; secus in non spectãtibus, siue
98 ciuilibus, siue criminalibus. Condemnatus item ob hæresim, vel suspicionem eius ad carcerem perpetuum, aut temporalem, si ab ipso fugiat, non est censendus relapsus, nec curiæ sæculari tradendus; nisi adsint signa prioris, vel alterius hæresis; sed probabilius, & tutius, neque in hoc casu esse tractandum, vti relapsum, benè tamen grauiori pœna afficiendum. Omit-
99 tens verò pœnas, aut pœnitentias iniunctas, & nolens eas prosequi, aut ab initio acceptare, vt impœnitens tradi debet brachio sæculari, vltimo supplicio mulctan-
100 dus. At si desistat à malo animo omittendi, & velit eas exequi, tametsi in abiuratione se iuramento obligauerat ad pœnam relapsi, nequaquam hanc contrahit, sed aliam pro qualitate delicti, & personæ.

---

101 COncordant circa hoc omnes Doctores, quod quilibet condemnatus in Sancto Officio propter hæresim, vel suspicionem eius, quamdiu pœnas, & pœnitentias iniunctas adimplet, quoad hanc ipsas adimplendi, & quoad quasuis alias causas ad idem Sanctum Officium pertinentes, subsit iurisdictioni Inquisitorum, & quod isti possint procedere contra illum eas violantem, aut aliud fidei oppositum agentem. ita Simanch. de Cathol. Institut. tit. 48. num. 29. & 30. Eymer. 3. par. direct. quæst. 97. & ibi Pegna comment. 146. vers. Et quantum ad primam, & seqq. Farinac. de hæresi, quæst. 193. §. 7. num. 123. & Sousa lib. 3. Aphoris. cap. 29. num. 1. Nec est cur in probanda hac re adeo per se certa quidquam immoremur.

102 Quoad causas verò tam ciuiles, quam criminales, non spectantes ad Sanctum Officium, diffident aliquantulum inter se auctores; ex quibus Augustinus Berous in cap. de his, extra de accusation. Hostieus. in summ. tit de foro competent. Repertor. Inquisitor. verb. pœnitentia, §. nota quod. Antonius Butrius, in cap. 2. de foro compotent. ac nonnulli alii indistincte tenent prædictum condemnatum, & publicè pœnitentem Sancti officii in omnibus subesse iurisdictioni Inquisitoris, & nullo modo posse cognosci à iudice laico, etiam si talis condemnatus sic laicus, & solemniter pænitens, cui peculiariter applicat Calderinus, cons. 7. tit. de iudiciis huiusmodi doctrinam: quæ fundari videtur in cap. aliud, 11. quæst. 1. vbi sic habetur (Si quis pœnitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expedit Ecclesiasticum, quam forense iudicium.)

103 Nihilominus contraria sententia est communior, & magis recepta, quod in causis tàm criminalibus, quam ciuilibus pœnitentiũ publicorum Sancti officii (hispanice, Sanbenitados) non spectantibus ad ipsum, etiam tempore pænitentiæ durante, non possint Inquisitores se intromittere; conuenirique debeant ipsi pœnitentes, aut carcerati apud iudicem sæcularẽ, vel etiam Ecclesiasticum, si talis pœnitens vel carceratus sit persona Ecclesiastica,

104 Qualis censetur ille, de quo in dict. cap. aliud 11. quæst. 1. vt obiter sit responsum ad fundamentum contrariæ sententiæ. docent absolute Panorm. in cap. 2. de foro competen. Couar. cap. 34. practic quæst. num. 3. Rojas singul. 98. Siman. cathol Instit. tit. 47. num. 19. Sousa loc. cit. num. 2. Pegna ibidem vers. cæterum & alij.

105 Firmum fundamentum habet hæc sẽtentia in iure nempe cap. accusatus, §. sane, de hæret. in 6. vbi nominatim id iniungitur Inquisitoribus, ne extra causas hæresis, alia negotia, & delicta tractent, ergo nequeunt ipsi se intromittere in causis suorum carceratorum vel pœnitentium ad Sanctum Officium non spectantibus. Vide alias probationes huius sententiæ apud Pegnam citat qui eam parum limita hisce verbis.

106 Illud tamen, inquir, non omittam non videri absurdum, vt tunc Inquisitores in huiusmodi pœnitentes animaduertant, cum leuiter illi inter se delinquerit, vt si leuiter rixati, fuerint, aut conuincia alter in alterum dixerit, aut quid simile, dum sunt in perpetuis, aut temporalibus carceribus patrauerint, quòd nullo modo inter graues causas possit computari hæc ille, quæ benè admittit Diana 4. par. tract. 8. Resol. 69.

107 Dein maius extat dubium circa condemnatos in Sancto officio ad pœnam carceris perpetui, aut temporalis an si inde fugiant, aut non stet per eos, quominus fuga liberentur, censeantur relapsi, curiæ sæculari tradendi? Affirmanter tenent Ioan. Andr. Ancharan. Domin, & alii in cap. Vt commissi, § nec non, de hæret. lib. 6. Zanchin, tract. de hæret. cap. 10. num. 4. Felinus in cap. Excommunicamus, il 2. & plures, ob eam rationem, quia sic à carcere fugiens, præsumitur ficte conuersus, & in veteri errore permanere: Vnde cùm nun-

nunquam censeatur ab hæresi, quam ab iurauerat recessisse, meritò velut hæreticus impænitens, & relapsus, seù recidius, damnari potest.

108 Opposita tamen sententia vti benignor ita & verior est, quam benè defendit Siman. de cathol. Instit. tit. 16. num. 25. sequentibus verbis. Ego vero, inquit, ab illorum opinione vehementer, dissentio, quia is, qui è carcere fugit, impænitens, est, non relapsu; indeoque si pœnitere velit, audiendus, & recipiendus est. Quippe relapsus non est, nisi, qui iterum in hæresim labitur, quod, vel ex ipso relapsi nomine quiuis facile intelliget. Ille autem, qui fugit nullam hæresim fuga ipsa committit. nec iudices præsumere, aut fingere debent quempiam esse relapsum, quē lex nominatim relapsum esse nō dicit. Itaque quamdiu ille in fuga fuerit, & iniunctæ pænitentiæ non satisfecerit, comdemnari poterit tanquam impænitens, Si vero ipse redierit, vel comprehensus fuerit, & paratur fit Ecclesiæ satisfacere, tunc maiori pęnitentia corripiendus propter fugam: Sed tamen Ecclesiæ gremio benigne excipiendus est. l. aut damnum, §. quisquis ff. de pœnis ita ille: cui merito adhærent Pegna dict. commen. 146. vers. verumtamen. & seqq. Farin. dict. §. 7. nu. 136. Sousa ibidem num. 4. & alii magis recentiores.

109 Sed quid si dictam fugam, à carceribus sanctæ Inquisitionis, saltem iam executioni mandatam procedant, commitentur, aut subsequantur signa, vel coniecturæ siue prioris, siue alterius hæresis quamuis alias non sufficerent ad reum conuicendū de lapsu, condemnandusne talis fugitiuus tanquam relapsus? Probabilis est sententia affirmans, vt ait Sousa dict. cap. 39. n. 6. & eam à fortiori tuentur Ioan. Andreas, Ancharan. Dominicus, Zanchin. Felynus, & alij supra num. 106. relati. Si enim absque istis signis ob fugam tantum secundum eorum mentem contrahitur pæna relapsus, quanto magis ipsis concurrentibus, cum inde multum augeatur præsumptio, quod fugiens è carcere nunquam ab hæresi destiterit?

110 Verum sententia negans probabilior, & tutior iudicatur à Doctoribus præcipuè à Sousa dict. nu. 6. & à Pegna eodem comm. 146. vers. Atque probatur hac ratione, quia ob nullas culpas, aut coniecturas, vel indicia, quisquam est iudicandus relapsus, quæ à iure non approbentur, & iudicentur sufficere ad conuincendum illum de relapsu incurso.

111 Hinc limitando benè deducitur quod sit relapsus, & curiæ sæculari tradendus vt vltimo supplicio afficiatur quisquis post fugam è carcere committit culpam, ex qua iuris præsumptione iudicatur relapsus, vt si visitet hęreticos, fauorem eis impendat, receptet, dedueat, afficiet, dona, vel munera eis donet, vel mittat, aut similia, quę ex vi iuris cap. Accusatus de hæret. lib. 6. talem præsumptionem vt plurimum semper inducunt. ita Sousa ibidem num. 9. Pegna dict. comment. 146. vers. quod si, & Faria dict. §. 7. num. 144.

112 Sequitur agendum in communi de omittentibus, vel non adimplentibus quascunque alias pœnas, aut pœnitentias ab Inquisitoribus iniunctas, an isti sint relapsi, & curiæ sæculari tradendi? Absolutè, & indistinctè, affirmanter respondent huic quæsito Ioan. de Imola in clemen. 3. de hæret. verb. propagine Federicus de Senis consil. 157. incipiente Alexander Episcopus, & Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 30. incipien. inter cætera, quos sequi videtur Campegius ad Zanchinum cap. 10. versic. detrusus in carcerem, quod isti non adimplentes pœnas, aut pænitentias pro relapsis iu heresim sint habendi, & velut tales mulctandi. Ducuntur fortè inde ad sic respondendum, quod abiurans se obliget sub iuramento ad pœnam, de quo dicam statim, sed vndecunque ducantur dicti auctores, generaliter loquendo eorum sententia nimis rigorosa apparet, nec admittenda.

113 Responsio autem Calderini in cap. litteras, de presumption. vti referunt Squillacensis tract. de fide cathol. cap. 19. & Report. Inquisitor. verb. pœnitentia §. sed posset queri moderatior est, & procedit sub distinctione, nempe aliquando iniungitur pœnitentia, quæ directè est contra hæresim vt detestari eam, prædicare contra ipsam item quod non conuersabitur cum hæreticis, & similia. Atque in hoc casu si reus iniunctum ipsi non adimpleat, velut hæreti-
114 cus relapsus habendus, & mulctandus. Aliquando verè imponitur pœnitentia, quæ non est contraria directè hęresi, vt ieiunare, peregrinari ac similia, & huiusmodi, si quis non adimpleat, non censetur relapsus.

115 Maiori tamen, & magis opportuna distinctione nobis vtendum. Sed præmittendum, id quod omnino certum apud omnes admittitur, nimirum quicunque pœnitentias iniunctas non solum non adimpleuerunt, sed animo indurato adimplere recusant, nisi resipiscant, vt impenitentes sunt iudicandi, & curię sæculari tradendi.

116 Quod pari modo habet locum respectu illorum, qui pro heresibus probatis renuūt pœnitentias recipere sumpto argumento ex text. in cap. Excommunicamus il 1. §. qui autem, & in cap. ad abolendam. §. præsenti, vers. & errorem suum extra de hæret. traduntque Pegna ibidem vers. cæterum. Farinac. dict. §. 7. num. 140. & Sousam ibidem num. 7.

117 His sic premissis, optimè distinguit Pegna eodem comment. 146. vers. Quod, si nempè, aut reus post acceptatas pœnitentias non adimplet eas per meram omissionem eius, quod promiserat, aut simul per omissionem, & commissionem alterius de-

licti

licti, si priori modo nequaquam est censendus relapsus, sed impœnitens, & vt talis relaxandus brachio sęculari, & vltimo supplicio afficiatur, si nolit resilere à tali omis-
118 sione. Quod si resiliat, pro grauitate culpæ omissionis aliqua pœna graui ob eam plectendus, nisi excusationem omittendi alleget, vt quod ægrotauerit; nam tunc iuxta qualitatem executionis à culpa, & à
119 pœna liberabitur. Quæ liberatio magis secura erit, & facilius effugiet omnem culpæ suspicionem, si occurrente impedimẽto aut necessitate consulerit inquisitores. Hęc omnia doctrinaliter tradunt citatus Pegna dict. vers. Quod si, & vers. & hęc Farin eod. §.7. n.141. & 148. ac Sousa ibidem n. 8.

120 Si secundo autem modo reus non ad impleat pænitentias iniunctas, nempe simul per omissionem earum, & commissionem alicuius delicti; sunt sub distinguẽdũ de delicto, si enim hoc sit coniunctum aliquo modo cum hæresi, & ex eo iuris præsumptione iudicatur relapsus, vt in exemplis supra allatis, visitare hæreticos, fauorem illis impendere, receptare, deducere, associare, dona, vel munera ipsis donare, aut mittere, vel similibus, sine dubio in tali casu, non adimplens inflictas pœnas aut pænitentias, vti relapsus tradendus est curiæ sæculari vt pœna mortis plectatur. ita ijdem Pegna dict. comment. 146. vers. Quod si. Farinac. eod. §.7. nu. 144. & Sousa ibidem, num. 9.

121 Quòd si reus Sancti officii committat in non adimplendo pænitentias delictum aliquod, quod nec hæreticum sit, nec sapiens hæresim, neque id ipsum vitandum esse se obligauit, tametsi alios tale delictum rectè prohibeatur, neque relapsus, neque impænitens iudicandus. ita ibidem Pegna,
122 vers. si autem, & Sousa nu. 10. Imo etiã casu quo se obligauit specialiter ad aliquod crimen vitandum, vt ad non exercendas vsuras, quando abiurauit illam hæresim, quæ docet non esse peccatum vsuras exercere nequaquam iudicatus relapsus, quia attento iure ex hoc delicto relapsia non concluditur; sed interrogandus per torturam, quid de ea resentiat, & iuxta confessionis qualitatem vt relapsus, vel vt deficiens in pænitentia puniri debet. ita ibidem Pegna & Sousa num. 11.

123 Superest tamen adhuc difficultas non leuis considerationis, quod abiurantes in Sancto officio soleant cum iuramento se obligare ad pænam, relapsus si contra abiurata aliquid faciant, aut pænitentias non adimpleant, vt affert. Eymeric. 3. par. direct. in 8. modo terminandi processum fidei nu. 191. & patet ex vniuersali vsu omnium Tribunalium Sanctæ Inquisitionis, Ergo si faciunt contra talem obligationẽ, videntur esse relapsi, & curiæ sæculari tradendi.

124 Nihilominus merito negantur resolunt ibidem Pegna, vers. Et quamuis, ac Sousa num. 12. ob eam efficacem rationem, quia obligatio, & promissio abiurantis non extenditur extra iuris dispositionem, nec potest amplius operari, quam ipsum ius permittat; quo cum in actis legitimis vnusquisque se conformare censetur. l. si duo ff. de acquiren. vel omitt. hæredit. Ergo cùm à iure statuti sint casus, quibus in pœnam relapsus incurritur dict. cap. Accusatus de hæret. in 6. de istis abiurantium obligatio intelligi debet: Atque his iam Regula caput, ac liber 6. terminantur.

---

125 POST ingentes, ac valdè tempestuosas vastissimi pelagi superatas difficultates, post maximos, & penè innumeros longissimæ, ac periculosissimæ nauigationis exantlatos labores: En tandem diuina fauente aura, salua naue cum mercibus, portum optatissimum lætantes, ac plaudentes ingredimur. En opus de Materijs Tribunalium Fidei, seu de Regulis multiplicibus pro formando, quouis eorum ministro, præsertim Consultore, spatio 13. annorum, & 3. mensium elaboratum, in sex libros, triaque volumina diuisum, post acceptum nuncium de facta iam Romæ quinque illorum reuisione, & de obtenta tum à Domesticis, tum ab externis Illustrissimæ Religionis Domenicanæ censoribus approbatione, ac de fœlici progressu, ibi editionis primi voluminis, pro Sexto Libro elaborando, & perficiendo, etiam de quiete, & somno non parum detrahentes, totum prorsus absolutum hodierna die Sanctis Cosmæ, & Damiano, primordijsque, seu Natalijs Nostræ Societatis IESV dicata cum non exiguo animi gaudio cunctis fauendum impertimur.

126 Hæc autem fruitio, vt maior existat, pro vltimo Colophone, pauca hic breuissimè attingenda. Primum circa combinationem Librorum, vt innotescat, qualiter Opus nostrum non solum D. D. Inquisitoribus, & Ministris Sancti Officij, sed etiam alijs Iudicibus, & Officialibus, quorumcunque Tribunalium sit profuturum. Quis enim non videtur ex eis, Primum de Qualificatione, Tertium de Intentione

tione, seù de inuestigando errore mentis, & Quintum, de Abiuratione ad tribunalia tantum Sanctæ Iuquisitionis spectare? Secundum verò de Carceratione, Quartum, de Quæstione, seu tortura, Et Sextum, de Punitione, seu de Pœnis, quibuscunque Tribunalibus, tam Ecclesiastic.s, quam Laicalibus communes esse? Sed cur in tria volumina diuisum? inde Origo, cum vltimam manum Secundo Libro imposuissem, contenta in eo, & in primo iudicatum à Superioribus à P. Rectore Nicolao Vrso prius, & à P. Prouinciali Cæsare del Bosco postea, esse sufficientia ad completum Volumen illicò in lucem prodendum, id mihi ab ipsis persuasum, vt animos adderent, ad elaborandum, ex duobus sequentibus Libris, secundum Volumen, & tertium ex vltimis Quinto, & Sexto. Quare iussu admodum Reuerendi P. Nostri Generalis Mutij Vitelleschi Sanctæ Memor. post præstitam recognitionem, & approbationem à Nostris quinque Censoribus, viris doctissimis in Collegio Romano existentibus. Secundum eorum censuram, bene emendatum, & correctum hoc primum Volumen fuit transmissum Venetias, vt ibi sub protectione, & auxilio Illustrissimi D. D. Fr. Scipionis Papafaua Sacræ Religionis Hierosolymitanæ Prioris Messanensis in lucem prodiret.

127 At vndenam retardatio huiusce editionis? paucis indicabo: casu contigit, vt Sacra Congregatio Sancti Officij Vrbis, dum per annum, & dimidium, in manibus Ordinarij, seù Inquisitoris Veneti dictum Volumen mansit, pro alia reuisione eius, & approbatione ab ipso præstanda, prout de iure requiritur, in notitiam talis editionis venerit, & iuxta Decretum non multis ab hinc annis ab ea latum, quo disponitur, ne quidquam in lucem prodeat de materijs, & casibus Sanctæ Inquisitionis, nisi prius de ipsius Ordine à Ministris eiusdem fuerit reuisum, & approbatum. Proindè statim datæ litteræ ad Inquisitores Melitensem, & Venetum cum strictissimo præcepto, aut illud suspendendi, prohibita eius publicatione, si iam esset editum, aut si secus, transmittendi Romam ad prædictum effectum: Excusauit se ille respondens non Melitæ typis excudi, nec ideo posse mitti duo exemplaria, quæ nomine Sanctissimi Papæ INNOCENTII X. petebantur, vti vidi in dictis litteris; hic verò nimis per octo ferè menses executionem præcepti, illud transmittendi distulit: eo tamen executo, à Sacra Congregatione subitò Reuerendissimo Patri Martinenghi Illustrissimæ Religionis Domenicanæ, Commissario Sancti Officij iniuncta cura nouæ reuisionis, & approbationis; quam ipse, etsi post longi temporis spatium, ob ingentes quibus præmitur, occupationes, non solum honorificè præstitit, sed omnino etiam voluit, vt Romæ typis cuderetur, quod mihi valdè in votis erat; atque ipsemet typographum quæsiuit: quo cum circa editionem, meo nomine pactum initum hinc, inde productis conditionibus ab admodum Illustri, & Reuerendo D. Fra Laurentio de Aztiria S. R. H. cooperante ad omnia summa cum vigilantia, & solicitudine; cooperantibus item maxima cum liberalitate ad superandam peculiarem conditionem à typographo productam, his quatuor ex eadem S. R. H. videlicet Illustrissimo D. Fratre Don Thoma de Hozes Baiuliuatus Loræ Baiuliuo, ac Commendæ de Tossina Commendatario, Illustrissimo Domino Fratre Don Ioanne de Villarroel Baiuliuatus Sancti Sepulchri Tauri Baiuliuo, ac Commendarum de Alcolea, & de YeKenes Commendatario, Perillustri Domino Fratre Don Henrico de Roccafful Commendarum de Ambel, & de Ascon Commendatario, & Perillustri Domino Fratre Luca Bono S. Theol. Doctote Commendæ del'Almunia Commendatario, & Vicecancellarij Religionis Hierosolymitanæ Coadiutore, atque Eminentissimi, ac Reuerendissimi Magni Magistri à Secretis.

128 Verum, quisnam finis huiusce nostri Operis, & Laboris? quisnam petis? nonne fidei Catholicæ exaltatio, atque hæresim extirpatio? nonne bonum commune totius Ecclesiæ Christianæ, ac præcipuè nostrorum Tribunalium Sanctæ Inquisitionis? nonne ingens augmentum gloriæ, & honoris Dei Opt. Max.? Absit à nobis inde ne tantillus quidem gloriolæ vanæ appetitus, absit vlla propriæ æstimationis intentio. Vt id ipsi Deo referamus, à quo totum accepimus. Ad hoc inducimur peculiari exemplo Sanctissimi Patris Nostri Ignatij, qui semper fixum

in

in Corde, & frequenter in ore, ac in scriptis habebat. Ad Maiorem Gloriam Dei, ad Maius obsequium Altissimi. hoc millies ferè in Constitutionibus ab eo editis repetitum: æstimationis sui ipsius, & gloriolæ vanæ adeò exactus contemptor extitit, vt soleret dicere, ex omnibus vitijs hoc peculiariter à se minus timeri, habetur, expræsse in vita ipsius à P. Petro Ribadeneira edita.

Absolutum hoc Opus, Deo beneiuuante, anno 1649. die 27. mensis Semptembris, regimen tenentibus, totius Ecclesiæ Catholicæ Sanctissimo Domino Nostro D. INNOCENTIO PAPA X. Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, & istarum Insularum Eminentissimo ac Reuerendissimo Magno Magistro, ac Principe Domino Fratre Ioanne Paulo Lascari de Castellar; atque nostri Tribunalis Melitensis Sanctæ Inquisitionis Illustrissimo, ac Reuerendissimo D. D. Carolo Caballetto, &c.

FINIS.

Laus Deo Opt. Max. ac Sanctissimæ Deiparæ Virgini Mariæ.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quae in hoc tertio Tomo continentur:

A

Abbas.

ABBATES, an Episcopi nomine intelligantur? l.6 cap.3 fol. 239 num.81

Abbates ab Episcopis in consecratione tantum differunt. ibid. num.83

Abiurans, Abiuratio.

Abiuratio quomodo sit Iudaeis iniungenda l.5 c.5 fol.46 num.70 Quibus casibus Iudaeis imponenda? ibi. fol. 47 num.82 Non fit nisi in materia abiurabili. ibi. fol.48.num.100

Abiurantes haeresim Deum glorificant. Proem. l.5 fol.6

Abiuratio iuridica, propria Tribunalis S. Inquisitionis. Proem.fol.6. Eius gradum assignare, difficile. ibidem

Abiuratio ob solam familiaritatem cum haereticis debet fieri. l.5 cap.2 fol.16 n.75 Eius vsus, Tribunalis S. Inquisitionis proprius. l. 5. cap. 3 fol. 27 num.6.

Abiuratio, an sit poena, vel signum in fideli requisitum? ibi.fol.18 num.14.Secundum essentiales, vel accidentarias particulas in diffinitione positas dicitur poena, vel non. ibi. fol.19.n.23.

Abiurationis vsus à quo tempore initium sumpserit? ibidem num. 27 Cur etiam institutus? ibi. fol.20.num.37.

Abiurationis gradus quotuplex? ibidem n.39 Qualis publicè, & qualis secrete facienda sit? ibi fol.21 num. 50 & seq. Quo idiomate, & quibus circumstantijs fieri debeat? ibi. fol.22 n. 64.

Abiuratio, cur continere debeat detestationem omnium haeresum? ibid.n.73.

Abiuratio à quonam iudice iniungi debeat? ibi.fol. 24 num.98 & seq.

Abiuratio, & abiurare quid sit? l. 5. cap. 3 fol. 18. num.7.

Abiurans de leui, si in eamdem, vel diuersam haeresim incidat, quid? l.5. cap.4 fol.30 n.17

Abiuratio de vehemẽti disponit reum ad hoc quod si denuo incidat, sit relapsus. l.5 cap.4 fol.31 n.37

Abiurans de leui, si in eadem, vel diuersa haeresi, denuo haereticus formalis existit, non censetur relapsus. l.5 cap.4 fol.32 n.45 & seq.

Abiurans de vehementi, si denuo in vehementem suspicionem incidat, quomodo cum ipso agendum? ibid. n.49

Abiuratio qualis iniungenda Apostatis, vel schismaticis? l.5.c.5.fol.49.n.104.& fol.50 n.123 Fautoribus haereticorum qualis debet iniungi? l.5 cap.5 fol. 54 num.175 & seq.

Abiuratio an sit poena? l.5 cap.3.fol. 18.n.13.

Absens.

Absens contumax qualiter tractandus? l.5 cap.7 fol. 143 n.150

Absens inditiatus de haeresi, an sit expediendus? ibi. fol.146 n.181 & seq.

Absentis contumaciter modus terminandi processum, ibi. fol.143 n.148 & seq.

Absentis contumaciter plene conuicti statua tradi potest, vt comburatur. ibi. fol. 144 nu.166.

Absolutio, Absoluere.

Absolutio ab haeresi externa non denuntiata, an dari possit vi rtute alicuius priuilegij, vel Bullae? l. 6.cap.3 fol.241 n.99

Absoluendi facultas Episcopis concessa, per Bullam Coenae reuocata, in foro conscientiae intelligitur l.6, cap.3 fol.240. n.94.

Absolutio Inquisitorũ ab excommunicatione, datur in foro iudiciali. l.6.c.3.fol.238 n.73 & seq.

Absoluere, in foro conscientiae, quando Inquisitores possunt? ibidem n.75

Absolutio ab excommunicatione an prius impertienda, quam fiat abiuratio, vel è contra? l. 5 c. 3.fol.27.n.142.& seq.

Absolutio ab excõmunicatione, an cuilibet abiuranti danda sit? ibi fol.28.n.146 & seq.

Absolutio iuridica cui denegatur l.6.c.5. fol. 303. n.24. à non reseruatis, quando potest directè accipi, & indirectè ab haeresi? l.6. cap. 3. fol. 242. num.112

Absolutio dupliciter potest ab Inquisitoribus practicari. l.5.cap.8.fol.148.n.10. & seq. Quando est deneganda Polygamis? l.5.cap.8.fol.164. nu.201. & seq. Quibus item deneganda? l. 5. cap. 8. fol. 168. num.242.

Absolutio ab excommunicatione à quo possit impendi? l.6.cap.3.fol.238.n.66.& seq.

Absoluere audentes ab excommunicatione reseruata, excommunicantur, l.6 cap.3 fol.238.n.70.

Absolutio ex superuenienti probatione delicti remouetur. l.5 cap.1.fol.7.n.23.

Absolutionem, vel condemnationem sententia continet. ibidem n.12.

Abusus, Abutens.

Abutens sacramentis, qua poena plectendus? l. 6 cap.8 fol.377 n.266

Abusus Confessionarij, an inducat suspicionem haeresis? l.5 cap.5 fol.67 num.318

Abusus cuiusuis Sacramenti vehementem praesumptionem inducit in abutente. l. 5 cap. 5 fol. 72 num.386

Abusus Sacrificij Missae, quam suspicionem inducit? l.6 cap.8 fol.409 n.630

Abutentes Sacra Scriptura, quibus poenis mulctandi? l.6 cap.8 fol.406 n.599

Abusus Sanctissimae Eucharistiae, quibus modis fiat? l.6 cap.7 fol.342 n.42

Abutens Sacramento Poenitentiae, quis dicatur? ibidem n.43

Accusatio, Accusator.

Accusatione firmata, an valeat alienatio à delinquente facta? l.6 cap.4 fol.291 n.440.

Accusator quando non probat? l.5 cap.2 fol.11.n. 8

Accusatore non probante reus absoluitur. ibidem.

Accusationem à fiscali, quando Inquisitores recipient? l.5.cap.6 fol.146. n.192

Accusatori falso non conceditur, quod solet haeretico condemnato concedi. l. 6 cap.8 fol. 375 num.244.

INDEX

Accusator falsus, quando curiæ sæculari traditur capite plectendus? ibidem.

Acham.

Tria subripiens Anathema fuit in Israel. Procem. fol.5 Propter ipsum iratus est Dominus contra Vuinersum Israel. ibidem

Acham ad confitendum inducit, velut Inquisitor Iosue. ibidem.

Acquisitus.

Acquisita intermedio tempore à commisso crimine vsque ad condemnationem, an publicentur? l.6 cap.4 fol.250 n.93.

Acquisita post reconciliationem non confiscantur. ibid.num.90

Actio.

Actiones reuocatoriæ, quo tempore tollantur? l.6 cap.4 fol.294 num.478

Actiones, quæ Inquisitoribus prohibentur. l.6 cap.4 fol.264 num.157

Actio, quæ tota fit simul, terminata ad diuersa obiecta, vnicum est peccatum, l.6 cap.8 fol.384 num.351

Actio contra hæreticum defunctum nullo tempore impeditur. l.5 cap.7 fol.148 num.209

Actiones, & iura non confiscantur, mobilibus, & immobilibus bonis confiscatis. l.6 cap.4 fol.257 num.7

Actiones distinctam speciem bonorum à mobilibus constituunt. ibidem

Actiones, & iura sub confiscatione bonorum semouentium non includuntur ibid.fol.258.n.71

Actor.

Actor, & Reus partes sunt litigantes apud Iudicem l.5 cap.5 fol.91 num.605

Actum, Actus.

Actum Idolatriæ, quis saltem exlrinsece, exercet? l.6 cap.8 fol.390.num.413

Actus criminosi natura in furioso est ponderanda, l.6 cap.1 fol.203.n.305

Actus qualiter præsumendus? ibi. fol.204. nu.313. De sua natura illicitus, qua via fit licitus? ibidem. num.322

Acta omnia per hæreticum nulla. l.6 cap.3.fol.249 num.216

Actus mere internus non sufficit ad pœnas incurrendas Constitut. Pij V.l.6 cap.8 fol.369 n.164

Actus Fidei.

Conuenienter valde videtur celebrari ad extirpationem hæreticæ prauitatis. l.6 cap.10 fol.422. num.14

Actus fidei, an expediat die dominico celebrari? ibidem num.18 Vbi celebrari debeat? ibi. fol. 423 n.26 Ad ejus celebrationem Præsules inuitandi. ibidem n.30

Actus fidei publicus tres præcipuas continet partes l.6 cap.10 fol.427.num.69

Administratio, Administrans.

Administratione bonorum non interdicta, an possit fieri eorum alienatio? l.6.cap.4 fol.296.n.460

Administrans laicus pœnitentiæ sacramentum, quomodo abiurare debet? l.5 cap.5 fol.71 n.369

Admonitio.

Admonitiones cum comminationibus quando faciendæ? l.5 cap.7 fol.135 num.37

Admonitioni Episcopi super errore non acquiescens, an sit hæreticus? l.6 cap.8 fol 356.n.20.

Admonitio ad pertinaciam erroris demonstrandã, an sit necessaria? l.6 cap.8 fol.355 n.11.

Alexander.

Alexandri IV. constitut. ad Inquisitores Ordinis Minorum. l.6 cap.6 fol.333 n.29.& seq.

Alienatio.

Alienationes necessariæ, quæ dicantur? l.6 cap.4 fol.295.n.491

Alienatio remuneratoria, necessaria. ibidem.

Alienatio à delinquente facta licita est, l.6 cap.4 fol 296 num.495 Pro dotandis filiabus, an inter necessarias reponenda? ibi.fol.295 n.487

Alienatio bonorum, quæ ipso iure publicantur, an valide fiat? ibi. fol.293.n. 458. Post sententiam condemnatoriam facta, an valida? ibi. fol. 292 num.447

Alienatio contumaci prohibetur? ibidem nu.443. Quando irreuocabilis est? ibi.fol.291 num.434. Post delictum fraudem indicat, l.6.c.3 fol.259.n. 85. De Alienatione vide fol.275

Alimentum.

Alimenta, an sint reseruanda filijs committentis crimen hæresis? l.6 cap.5 fol.318.n.192

Alimenta iure naturali sunt debita. ibidem.

Alimenta in casu necessitatis retineri possunt. ibid. num.196

Amens, Amentia.

Amentiæ tempore delinquens à pœna excusatur. l.6 cap.1 fol.202 n.294

Amens etiam cum ad sanitatem redierit non est puniendus. ibidem num.296

Amens in atrocissimis delictis, an sit puniendus? ibid. nu.297. & sequen.

Amor

Amor est causa remittendi pœnam, l.6 cap.1 fol. 214 n.438

Amoris impetu dæmonem inuocans mitius punitur. ibid. n.440

Anathema.

Anathema apud Concilia tribuitur hæreticis. Prooem. lib.5 fol.5

Anglus.

Angli hæretici, an possint commercij causa ad Insulam Meliten. accedere? l.5.c.5.fol.95. nu. 653.

Anglorum cum Rege Catholico conuentio super commercio. ibi.fol.94.n.641.

Animus.

Attendendus in delictis, an exitus? l.6 cap.1 fol. 220 num.513.

Animum delinquendi Appius Claudius non habuit, ideo non punitus. ibid.num.511.

Animum malum habens, si fœlix sit euentus, non in totum pœna excusandus. ibid.n.514

Annotatio.

Annotatio confiscatio, & incorporatio quomodo describuntur? l.6.cap.4 fol.252.n. 3. Procem.

Annus.

Anno elapso post declarationem hæresis, contumacis

cis absentis confiscari possunt omnia bona. l.6 cap 4 fol.288 n.402. Anno elapso à sententia confiscationis, an audiendus reus ad recuperandum? ibid. num.403

Apostasia, Apostata.

Apostasia propriè dicta quid sit? l.5 cap. 5 fol.50 nu. 117
Apostata, quam abiurationem facere debet? ibi. fol.49 nu.104.
Apostata ab Obedientia, quis dicatur? ibidem. num. 109. à fide quis dicendus? ibid. n.111
Apostata à fide materialiter quo modo expediendus? ibid. num.112.
Apostata à fide, mancipium remanet post abiurationem, l.6 cap.7 fol.348 n.106. Quando libertatem consequitur? ibid. n.116. Sæpius ad portandum habitum pœnitentialem damnatur, in perpetuum, l. 6 cap.7 fol.352 n.160
Apostata, & hæreticus in quo differant? l. 5 cap. 5, fol.49 n.105

Arbitrium.

Quotuplex, & quid sit? l.6 cap.1 fol.186 n.94. Quando iure dicitur regulari? ibidem n.97
Arbitrium efformare, difficile. l.6 cap.1 fol.101 num. 160. Iuri, & æquitati conformandum, l.6 cap.7 fol. 349 num.128
Arbitrium Inquisitoris in puniendo blasphemo quousque extendi potest? l.6 cap.8. fol.381 n.305.

Area.

Area domus dirutæ sale seminanda, l.6 cap.4 fol. 300 n.542 In area domus dirutæ ob hæresim, columnella erigenda in monumentum punitionis. ibidem nu. 543 In area domus Dogmatistæ Cazzalla columnella erecta in perpetuum illius vituperium. ibid.

Arma.

Arma ad infideles portantes, qualiter puniantur? l. 6.cap.8 fol.402. n 549
Arma ad illos portantes iurisdictioni Inquisitorum subsunt. l.5 cap.5 fol.90 n.588 Eorum delatio in destructionem Chistianitatis tendit, ibidem n. 589
Arma ad prædictos deferens, an abiurare debeat? ibi. fol.91 n.596

Arrha

Dupliciter accipitur. l.6 cap. 5 fol. 319. num. 209.
Arrhæ pro donatione sponsi ob dotem sponsæ acceptam, non confiscantur. ibidem.
Arrhæ pro signo complendi matrimonij, alijs confiscatis, etiam confiscantur. ibidem n.210
Arrha, quæ ad dantem redit. ibidem

Ars

Ars sortilegiaria cooperatione Dæmonis exercetur, l.6 cap.8 fol.394 n.497
Artis peritia, an delinquentis pœnam minuat; l. 6 cap.1 fol.216 n.460

Astrologia, Astrologus.

Astrologiæ iudiciariæ libros retinens ab Inquisitoribus puniendus. l.5 cap.5 fol.83 n.519
Astrologus prędicere potest in quantum astra inclinant. l.5 cap.5. fol.119 n.933
Astrologi iudiciarij pœnæ, l.6 cap.8 fol.396. nu.486.

Auctor.

Auctores principaliores delicti, puniendi rigorosius. l.6 cap.1 fol.207. n.353
Auctoris hæretici liber, licet non sit damnatus legi non potest. l.6 cap.8 fol.387 n.379
Auctor scelerum non solum punitur, sed etiam eius progenies, l.6 cap.5 fol.302 n.11

Audientes.

Audientes blasphemum, omnes tenentur ipsum denunciare. l.6 cap.8 fol.381 n.309
Audientes blasphemum non hæreticalem, cuicũque iudici possunt ipsum dennnciare. ibidem.
Audientes confessionem, qui Sacerdotes non sunt, qua pœna puniendi? l.6 cap.8 fol.389 n.407

Augmentum.

Augmentum rei alienatæ, qualiter possit à fisco vendicari? l.6 c.4 fol.298 n.522
Augmentum intrinsecum, & extrinsecum rei datur. ibidem.
Augmentum rei intrinsecum potest a fisco vendicari, solutis expensis in augmento factis. ibidem. num.523

B

Baptizatus.

Baptizatus verè in infantia, & inter infideles educatus, quando pertinax in sua secta dicendus? l.6 cap.8 fol.356 n.19

Bartolus.

Bartoli qualis opinio reprobãda? l.6 c.8. fol.382 n.327

Beneficium.

Beneficia Principis latissimè interpretanda. l. 6 cap. 9. fol. 420. n.100. In Rempublicam collata pœnam delinquentis minuunt, l.6 cap.1 fol.217 n.471. Ritè possessa, an ipso iure ob hæresim absque sententia perdantur? l.6 cap.3 fol.243 n.127
Beneficium hæretici impetrans non obligatur exprimere requisita iuxta regulas Cancellariæ. l. 6 c.3 fol.244 n.145
Beneficium non potest hæreticus in fauorem alicuius resignare. ibidem n.246
Beneficium obtinens hæreticorum precibus, ipso iure, illo priuatur. ibid. fol.245 n.160
Beneficium prælationis contra alios creditores hæretico mutuanti denegatur. l.6 c.3 fol.149. n.215
Beneficijs obtentis, ob hæresim parentum, clerici fautorum filij priuandi sunt. l.6 c.5 fol.306 n.52

Berlina.

Berlinæ pœna, qualis? l.6 cap.2 fol.225 n.53. Magnã infert infamiam, ibidem n.54
Berlina morti æquiparatur. ibidem n.55
Berlinæ pœna quibus infligitur? ibidem n.58

Blasphemia.

Blasphemias hæreticales non absoluat confessarius, absque facultate. l.5 cap.8 fol.167 n.241. Illas proferẽs ad abiuratione cogẽdus. l.5 c.5. fol.68. n.332
Blasphemias non hæreticales, an inquisitor punire possit? ibi fol. 70 num.358. Plures, vno impetu prolatæ, an vnica pœna puniendę l.6 cap. 2 fol.232 num.135
Blasphemia in hæreticalem, & non hæreticalem diuiditur. l.6 cap.8 fol.380 n.299
Blasphemiæ sapientes hæresim ex consuetudine prolatæ, triremibus puniendæ. ibi. fol.381 n.311
Blasphemias graues proferens publice puniendus in exemplum. ibi. fol.382 n.320.

Blasphemans, Blasphemus.

Blasphemantes ex consuetudine, qui dicantur? l.5 cap.5 fol.68 n.333
Blasphemantes pluries, qui? ibidem. num.338
Blasphemantes ex consuetudine abiurare debent. ibidem num.339
Blasphemantes lapidibus opprimebantur. l.6 cap. 8 fol.380 n.302
Blasphemantium pœnæ arbitrariæ. ibi fol. 381. num.304
Blasphemantium pœnas ius canonicum limitat. ibid n.306

Blasphemantes ex Lateran. Concil. corrigendi. ibid. num. 307
Blasphemis iuxta qualitatem Personæ pœna infligitur. ibid. n. 311 Eorum pœna non minuitur ob consuetudinem loci. ibid. n. 313
Blasphemo hæreticali, quando mortis pœna infligenda? ibid. n. 315
Blasphemus supra alias, qua etiam pœna mulctandus? l. 6 c. 7 fol. 352 n. 167

Bona.

Bona Reorum non publicantur, nisi in duobus casibus. l. 6 cap. 4 fol. 253 n. 15
Bonorum publicatio qualiter cum hæreticis fiat? ibi. fol. 254 n. 28
Bona ipso iure confiscata propter delictum, manent fisco obligata. ibidem n. 32
Bona Clerici hæretici, cui debent applicari? ibi. fol. 254 num. 21
Bona omnia hæretici ipso iure publicantur. ibi. fol. 257 num. 66
Bonorum confiscatorum nomine, quæ bona veniant? ibidem. num. 69
Bonis mobilibus, & immobilibus confiscatis, actiones, & iura, quæ delinquenti competunt, non cõfiscantur. ibi. fol. 257 n. 70
Bona ante commissum hæresis delictum acquisita, & alienata, cuius sint? ibi. fol. 258. num. 83 Post sententiam acquisita, an confiscentur? ibi fol. 259. num. 90 Proprio labore ab hæretico acquisita, lata sententia ad fiscum pertinent. ibi. fol. 264 n. 146
Bona Ecclesiastica quadruplicia sunt, ibidem n. 153
Bona Ecclesiæ, vel eius intuitu donata non confiscãtur. ibidem n. 154 Intuitu Personæ comparata fisco subijciuntur. ibi fol. 267 num. 182
Bona patrimonialia confiscantur Ecclesiasticis. ibid.

Brachium.

Brachio sæculari, qui sunt pro primo lapsu relaxandi? l. 6 cap. 7 fol. 341 n. 50

Bulla.

Bullæ Pontific. prohibentes reconciliationem aliquorum. l. 5 cap. 4 fol. 40 n. 153
Bulla Greg. XIII. contra Iudæos. l. 5 cap. 5 fol. 46. num. 62
Bulla Clem. 8. contra ipsos, ibidem
Bullæ Pontif. contra abutentes sacramentis. l. 6 cap. 8 fol. 377 num. 267
Bullæ Cœnę censuram incurrunt ipso facto Schismaticorum fautores. ibi. fol. 363 n. 103

Bursa.

Bursa fisci si communis non sit, quid operatur circa confiscationem in alieno territorio? l. 6 cap. 4 fol. 200 n. 421

C

Calceamentum.

CAlceamentis, & Pallio quis debet spoliatus existere? l. 6 cap. 7 fol. 352 n. 165

Candela.

Candela accensa, quibus in pœnam præforibus Ecclesiæ tenenda? l. 6 cap. 7 fol. 352 n. 168

Canonizatio, Canonizatus.

Canonizatio Sanctorum ad quos iudices, vtpote legitimos pertineat? l. 5 cap. 5 fol. 108 n. 801
Canonizati, vel Beatificati solummodo publice venerandi. l. 6 cap. 8 fol. 404 n. 576

Capitalis, Capitis pœna.

Capitalis pœna triplex. l. 6 cap. 2 fol. 221 n. 10
Capitalis pœna pro qua morte in lege accipienda? ibi fol. 222 n. 15
Capitales pœnæ antiquæ l. 6. cap. 2 fol. 224 n. 43
Capitis pœna in dubio pro morte ciuili accipienda. ibi. fol. 222 n. 15

Capitulum.

Capitulum Sede Vacante, an Episcopi nomine intelligatur? l. 6 cap. 3 fol. 239 n. 79 An possit delegare iurisdictionem absoluendi ab hæresi? ibidem An possit per se ipsum ab hæresi occulta absoluere. ibidem num. 80

Carcer.

Carcer prout pœna vsitatissimus l. 6 c. 7 fol. 344 n. 65
Carcer perpetuus, & ad tempus. ibidem num. 66
Carcer breuior quibus iniungendum. ibidem nu. 70. Qualis debet esse? ibi. fol. 345 n. 75
Carcer prout custodia, & prout pœna, l. 6. cap. 2 fol. 226 n. 62
Carceris perpetui pœna, an de iure ciuili prohibita? ibidem nu. 63 Pro grauibus delictis infligitur. ibid.

Carceratus.

Carceratus ob hæresim se occidere tentans, a quo, & qualiter puniendus? l. 6 cap. 8 fol. 406 n 600
Carcerati in Sancto Officio in triplici statu considerandi. Lib. 5 cap. 8 fol. 154 n. 88 Frangentes carceres, an pro confessis habendi. l. 5 cap. 5 fol. 88 n. 560. Aufugientes a S. Officio fracto carcere, nõ statim, vt hæretici condemnandi, ibid. num 562. Se occidere tentans qualiter præsumendus? ibi. fol. 89 nu. 581

Carnes.

Carnibus vescens diebus vetitis fit suspectus de hæresi. l. 6. cap. 8 fol. 391. num. 49
Carnes his diebus comedentes qualiter abiurare debeant? l. 5 cap. 5 fol. 79 n. 469
Carnes comedentes diebus vetitis, an peccent simul comedentes pisces? ibi. fol 80 nu 481

Castrense.

Castrensia bona, an ob delictum filij confiscari possint? l. 6 cap. 4 fol. 285 n. 366 & seq. An patri ob delictum filij deferantur? ibid. n. 369
Castrensia bona, an ob crimen læsę Maiestatis a filio perpetratum publicentur? ibid. n. 374

Casus.

Casus rarus non est in consequentiam trahendus. l. 6 cap. 1 fol. 199 num. 252
Casus, quo iudex laicus potest de causa hæresis cognoscere l. 5 cap. 5 fol. 84 n. 533
Casus diuersi, quibus aliquis dicatur, vel non relapsus. l. 5 cap. 6 fol. 124 n 47. & seq.

Catholicus.

Si vxorem hæreticam ducat, an pœnam confiscationis bonorum incurrat? l. 6. cap. 5. fol. 322. n. 326
Catholici in locis hæreticorum non peccant communicando cum eis. l. 6. cap. 3. fol. 235. n. 26

Causa.

Causæ delictum excusantes. l. 6 cap. 1 fol. 195 n. 208
Causæ carceratorum in S. Officio, quæ ad fidem non spectant a quibus tractandæ? l. 6 cap. 10 fol. 430 n. 102
Causæ sollicitationis secretè expediendæ. ibi fol. 422 n. 11 Causa duplici stante contra hominis vitam, si mors eueniat, cui attribuenda? l. 6 cap. 8 fol. 397 n. 502
Causa legitima existente potest iudex in pœnis à iure statutis dispensare, l. 6 cap. 1. fol. 183 n. 53
Causa commutandi pœnam, an debeat in sententia declarari? ibi. fol. 187 nu. 102.
Causæ expressio in sententia qualiter exquenda? ibid. nu. 107

Causa doli augeri potest pœna . ibi. fol. 189 n. 125
Causæ fidei non attendunt circa pœnas, causas includentes, vel excludentes dolum. ibi. fol. 192 n. 179

Censura.

Censuram Bullæ Cœnæ ipso facto incurrunt Schismaticorum fautores, l.6.cap.8 fol.303. n.103.
Censurarum contemptus, negatiuus vnus, positiuus alius. l.5 cap.5.fol.74.n.406. & seq.

Charta.

Charta in qua peccata sunt scripta, an publicari liceat? l.5 cap.5.fol.113.n.855

Circumstantia.

Circumstantiæ lucrandi dotem, & satisfaciendi luxuriæ, erroris suspicionem minuunt, l.6.cap.8.fol. 372.n.207.
Circumstantiæ in materia librorum prohibitorum ponderandæ. l.5.cap.5.fol.81.n.496.

Citatio.

Citationis forma pro fugitiuo. l.5.c.7.fol.143.n.153
Citatio reorum specialis debet fieri ad sententiam. l.5.cap.1.fol.8.n.35

Ciuitas.

Impediens, quod puniantur hæretici, qua pœna afficienda? l.6. cap.1.fol.208.n.360

Clemens 8.

Clemen.8. Constitutio contra non Sacerdotes celebrantes. l.6.cap.8.fol.390.n.413
Clem.8. Constitutio, quod Itali ad terras hæreticorum non adeant. l.5.cap.5.fol.93.n.622.
Clem.8. quos casus adiunxit pro non reconciliandis. l.5.cap.1.fol.8.n.35

Clericus.

Clerici contrahentes matrimonium, quas pœnas incurrunt? l.6.cap.8.fol.372.n.214
Clerici quicumque a pœnis Constitutionis Pij V. non excluduntur. ibi. fol.369.n.166
Clericorum bona, quasi patrimonialia confiscari possunt. l.6.cap.4.fol.267.n.283.
Clericorum bona ratione beneficij Ecclesiastici acquisita, an fisco subijciantur. ibid.n.284
Clericus hæreticum sepeliens quas pœnas incurrat? l.6.cap.3.fol.252.n.230
Clerici hæretici bona, cui applicanda? l.6.cap.5.fol. 328.n.704.
Clericus hæreticus, si conuertatur ex corde, an beneficio priuandus? l.6 cap.3.fol.244.n.151

Collatio.

Collationes à Schismatico factę ipso iure nullę sunt l.6.cap.8.fol.362.n.86.
Collatio beneficiorum hæretico factæ, nulla. l. 6. cap.3.fol.250.n.233.

Columna.

Columna marmorea in monumentum iustæ punitionis, quo loco erigenda? l.6.cap.4.fol.300. n.143.

Complices.

Complices, quo casu creduntur adfuisse? l.5.cap.4. fol.35.n.96.
Complices testes secure possunt confrontari. l.5.c. 7.fol.135.n.43

Concilium.

Concilij Lateran. præceptum de corrigendo blasphemo. l.6.cap.8.fol.381.n.307
Concilium Toletanum, quibus pœnis clericum ad mores sæculi redeuntem punit? l.6.cap.8.fol. 373. n.221. Narbonense cuiusnam priuilegij Inquisitorum mentionem facit? l.5.cap.4.fol.38.n.126.

Concio, Concionator.

Concio ab vno ex Consultoribus in actu fidei facienda. l.6.cap.10.fol.424.n.41
Concio in Actu fidei prædicata. ibid.n.44.
Concio vna ex præcipuis partibus Actus fidei, l. 6. cap.3.fol.249.n.216.
Concionatores dicentes posse virtute Bullę Cruciatæ, quemuis etiam ab hæresi absolui, coguntur se retractare, l.5.cap.5.fol.47.n.86.

Conditio.

Conditiones requisitæ, vt Sortilegus Curiæ sæculari tradatur puniendus. l.6.cap.8.fol.397.n.500.
Conditio triplex requisita, vt Religiosus partes transmarinas adire possit. l.6.cap.8.fol.402.n.560
Conditionis genus triplex. l.6.cap.4.fol.260.n.106
Conditionis implementum in vltimis voluntatibus non retrotrahitur, ibid. n.110.
Conditio post condemnationem impleta, quid operatur in iure delinquentis? ibidem. Ante condemnationem impleta quid? fol.261.n.115
Conditio potestatiua non retrotrahitur. ibi. fol.262 num.125
Conditiones requisitæ, vt possit de insurdescentia inferri suspicio. l.5.cap.5.fol.74.n.408.
Conditiones ad negatiuum hæreticum requisitæ, l.5. cap.7.fol.133.n.22.& seq.

Confessarius.

Confessarius dicens pœnitenti, se non posse illum absoluere, nisi complicem reuelet, an denunciandus? l.6.cap.8.fol.408.n.623.
Confessarius, an debeat reclusis in causa fidei concedi? l.5.cap.8.fol.152.n.46. An Reo S. Officij non petenti offerri? ibidem n.58
Confessarius Reo in tortura non adstet. ibi. fol. 153. n.62.
Confessarius *compellenti manifestare*, quæ in cõfessione audiuit, non obediat. ibid n.70. Quid possit manifestare? ibid.n.71.
Confessarius, quid cum carceratis in S. Officio debet agere? ibi. fol.255 n.93.
Confessarius, an possit Reos probatos, sed negatiuos absoluere? ibi. fol.156.n.105. An possit absoluere Reum conuictum, qui negatiuus persistes damnatur ad mortem. ibidem.
Confessarius officio iudicis, & medici fungitur. ibi. fol.158.n.128. Quomodo cum hæreticis in S. Officio, vel extra se gerere debet quoad absolutionẽ? ibidem n.130. Qualiter cum sortilegis? l.5.cap.8. fol.162.n.176
Confessarium sollicitans in confessione, an possit à quolibet Confessario absolui? ibi. fol.166.nu.221
Confessarius quomodo cum sollicitante, & sollicitata in confessione se habebit? ibidem num.222. Circa varia crimina quomodo? ibi.fol. 167.n.1. per tot. regul.
Confessarius nullam habet iurisdictionem in foro externo. l.6.cap.8.fol.382.n.328. Qualiter cum Polygamis se gerere debeat? l.5.cap.8. fol.164.n.201
Confessarius ad turpia sollicitans, facultate administrandi Sacramentum, priuandus. l.6. cap. 8. fol. 378.n.279
Confessarij sollicitantis pœnæ. ibi. fol.377.n. 269. Quando per sollicitationem debeat brachio sęculari tradi? ibidem n.283
Confessarius ad delicta non venerea sollicitans Inquisitioni S. subiacet. ibi. fol.378.n.287
Confessarius loquens de auditis in confessione abso; manifestatione pœnitentis, an frangat sigillum? l.5.cap.5.fol.113.n.859. Negans absolutionem nolenti complicem declarare, an erroris præsumptionem præbeat? ibi.fol.115.n.878
Confessarius in actu confessionis sollicitans, quam suspicionem incurrat? l.5.cap.5. fol.64.n.294.

Con-

Confessio.

Confessio facta absenti per literas prohibita. l.5.c.5.fol.48.n.99.
Confessio criminis veridica dat gloriam Deo. l.5. Procem.fol.6.
Confessionem audientes non Sacerdotes vltimo supplicio puniendi. l.6.cap.8.fol.389.n.407
Confessio Sacramentalis, an valide in casu hæresis possit dimidiari? l.6.cap.3.fol.241.n.100
Confessionem audientes per iocum, quomodo tractandi? l.5.c.5.fol.73.n.399

S. Confessor.

Confessor plura quam Martyr pro Canonizatione requirit. l.5.cap.5.fol.108.n.797

Confiscatio.

Confiscatione bonorum à Iudice Ecclesiastico facta ius etiam patronatus ad hæredes extraneos transiens, confiscatur. l.6.cap.4.fol.268.n.196
Confiscatio bonorum ex se, res valde odiosa. ibi. fol.253.n.8
Confiscationis pœna per ius antiquum nimis extendebatur. ibidem n.9
Confiscationis bonorum exequtio per leges Ecclesiasticas facienda. ibi.fol.254.n.23
Confiscatio bonorum, cur specialiter hæreticis instituta? ibi.fol.255.n.25.
Confiscatio fieri potest post mortem delinquentis, ibi.fol.256.n.57
Confiscatio bonorum vltra pœnam mortis committenti crimen læsæ Maiestatis iniungitur? ibi. fol. 253.n.16
Confiscatio bonorum per leges tam ciuiles, quam canonicas hæreticis iniungitur. ibi.fol.254.n.18
Confiscationis pœna ipso facto ob crimen hæresis fit.ibi.fol.254.n.29.
Confiscatio bonorum in Regnis Hispaniarum ob crimen sodomiticum iniungitur. ibidem.n.30.
Confiscationis pœna erga hæreticum habet locum etiamsi ad breue tempus in hæresi persistat. ibi. fol.256.n.48.
Confiscationis pœna, quando ex misericordia remittitur? ibid.n.50.& seq.
Confiscationis pœna non iniungitur ob solam suspectionem hæresis, ibid.n.59.
Confiscationis pœna fautoribus hereticorum iniungitur, etiamsi non sint formales hæretici. ibi. fol.257.n.60.
Cõfiscationi, quæ bona subiecta sint? ib. n.66. & seq.
Confiscatio iura personalia non includit. ibi. fol. 258. n.72
Confiscatio non fit de bonis, quæ ad hæredes extraneos non transeunt. ibid.n.74.
Confiscatio, bona, quæ sub conditione donata sũt, includit, ibidem n.76. Quæ vxori ablolutè donantur ante commissum crimen confiscationi non subiacent. ibid.n.78
Confiscatio de bonis viro ab vxore donatis, fit post commissum hæresis crimen. ibidem n.81
Confiscatio non fit de bonis ante commissum hæresis crimen alienatis, ibid.n.83.
Confiscationi subiecent, quæ in fraudem fisci donata sunt, ibid.n.8.& seq.
Confiscationi non subiacent acquisita post diffinitiuam sententiam. ibi.fol.259.n.90.
Confiscationi, an subiaceãt acquisita intermedio tempore à crimine commisso ad condemnationem? ibid.n.93
Confiscationi, an iura conditionalia tam ex vltima voluntate, quam ex contractu delinquenti debita, subiaceant? ibi.fol.260.n.108
Confiscatio cur fit de debitis ex contractu, & non de debitis ex vltima voluntate? ibi. fol. 261. n.119.
Confiscationi subiacent relicta hæretico à cognoscente ipsum esse hæreticum, ibi.fol.263.n.142.
Confiscatio, an fiat de relictis hæretico ab eo, qui eius hæresim ignorabat, et quando? ibidem num. 143. & seq.
Confiscationi subiacent, quæ labore proprio hæreticus acquirit. ibi.fol.264.n.146.
Confiscatio non fit de Alimentis, quæ in futurum debentur. ibidem n.148
Confiscatio, an de bonis Ecclesiasticis fiat? ibi. fol. 264. n.154
Confiscationi subiacent bona patrimonialia Clericorum ibi. fol.267. n.182.
Confiscatio, an fieri possit de acquisitis ratione beneficij Ecclesiastici? ibidem n.184
Confiscatio iurispatronatus, an fieri possit? ibidem n.190.
Confiscatio à Iudice Ecclesiastico facta, quid operatur in confiscatione circa ius patronatus? ibi.fol. 268.num.196.
Confiscatio indirecta iurispatronatus, quando fit? ibi n.199.
Confiscatio a Iudice laico facta, quid circa iuspatronatus operatur? ibid. nu.201
Confiscatione iurispatronatus à Iudice laico facta, an possit Iudex Ecclesiasticus idem ius confiscari? ibi.fol.269.num.210.
Confiscatio bonorum, an pensiones Ecclesiasticas comprehendat? ibid.n.215
Confiscatione omnium bonorum, comprehenduntur prædia, ex quibus census Ecclesiæ soluitur. ibi. fol.271.n.231.
Confiscatio non comprehendit Emphyteusim, quæ ad hæredes extraneos transire non potest. ibidem. num.234.
Confiscatio, an comprehendat commoditates, & fructus Emphyteutæ, perceptos ex Emphyteusi? ibid. num.236.
Confiscatio Emphyteusis, quoad dominium directum quando fit? ibi.fol.273.n.258.
Confiscatio circa feudum fit sicut in Emphyteusi, ibid num.259.& seq.
Confiscatio, an comprehendat bona fidei commisso subiecta? ibi.fol.274.n.277.
Confiscatio, an Maioratus comprehendat? ibi. fol. 278.n.290.
Confiscatio, an de peculijs filijfamilias fiat? ibi.fol. 282. n.334
Confiscatio legitimam non comprehendit? ibi. fol. 283.n.346.
Confiscatio, an peculium aduentitium comprehendat? ibidem n.355.
Confiscationi, an bona castrensia propter filij delictum subiaceant? ibi. fol.284.n.365.
Confiscatio omnia bona vxoris viduæ hæreticæ comprehendit. ibi.fol.286.n.381.
Confiscatio, propter vxoris delictum, marito viuente, de quibus bonis est facienda? ibi.fol.286.n.383
Confiscatio, iure regio Castellæ spectato, si vxor delinquat constante matrimonio ad quæ extenditur? ibidem n.386.
Confiscatio, quæ dotem vxoris comprehendit, an ad vsumfructum, & proprietatem extendatur? ibidem num.389.
Confiscatio, an comprehendat dotem, si precessit pactum inter coniuges, vt ad alterum transeat propter delictum? ibi.fol.287.n.397
Confiscatio bonorum hæretici absentis post iuridicã citationem fit. ibi.fol.288.n.402. & seq.
Confiscationi subiacet domus in qua hæretici prædicant. l.6.cap.4.fol.299.n.536.

Confrontatio.

Confrontatio testium cum reo, quando facienda? l.5 cap.7.fol.135.n.41
Confrontatio testium cum reo, quando secure fieri potest? ibid. n.43.
Confrontatio testium non simul, sed sigillatim fiat. ibid. n.44.

Con-

INDEX

Confrontatio testium adhibito peritorum consilio, & consulto supremo senatu fiat. ibid.n.45.

Coniugatus, Coniux.

Coniugatus, qui sine licentia vxoris in sæculo degentis sactis initiatur, qualiter puniendus? l.6. cap. 8. fol.363.n.223.
Coniugis vnius bona propter alterius delictum non publicantur. l.6.cap.5.fol.319.n.197
Coniux innocens, quid capere potest publicatis bonis alterius delinquentis. ibi.fol.320.n.215
Coniux innocens. non debet puniri. ibi. fol. 319. num.206.

Connexio.

Connexio necessaria inter delicta commissa ad productionem effectus quid operatur? l.6. cap. 2. fol. 230 num.117.

Conscientia.

Conscientiam bonam contemnentes, naufragium circa fidem faciunt. l.5.cap.5.fol.50.n.122.
Conscientia bona contempta, liberius quisque viuit. ibi.n.121.

Consilium.

Consilium ad polygamiam præbens, maiorem hæresis suspicionem incurrit, quam exequtor. l.5.cap. 5.fol.62.n.262.
Consilium dantes ad polygamiam de vehementi abiurare debent. ibidem. Consilia praua dantes magis videntur ad errorem mentis accedere quam opera praua exequentes. ibidem. n.266.
Consilium dantes ad secundas nuptias, etsi in ipsas non influat, abiurare debent. ibidem n.267.
Consilium datum reuocans religione motus, à suspicione liberatur secundum Trasmieram. ibi. fol.64 n.285.
Consilium dantes ad sollicitationem, an comprehēdantur in Constitut: Gregoriana? ibi. fol 65. num. 305.
Consilium à viris doctis peti debet circa discretionē spiritum. l.5.cap.5.fol.102.n.730.

Constitutio.

Constitutiones Pontif. contra fautores hæreticorem. l.6.cap.8.fol.363.n.104.
Constitutio Pij V. Columna Tribunalis S.Inquisitionis. ibi fol.366.n.140. An ad terrorem, vel ad executionem condita? ibi fol.367.n.142.
Constitutionem circa celebrationem Missæ quis violare dicatur? l 6.cap.7 fol.341.n.38.
Constitutio Pij V. contra impedientes S.Officium. l.5 cap.5.fol.52.num.209.
Constitutiones legendæ feria 6. infra octauam Assumpt. l.5.cap.5.fol.106 n.579.

Consuetudo.

Consuetudo facti quomodo describatur? l.6. cap. 1. fol.204.n.315.
Consuetudinis natura, vt est quid iuris. ibid.n. 320.
Consuetudo si a multis sit recepta. quid? ibid.fol.205 num.330.
Consuetudo delinquēdi pœnam auget. ibidem.n.333.
Consuetudo delinquēdi valde nocet Reo. ibi.fol.205 num.339.
Consuetudo quo genere delicti interpretanda? ibid. num.340.
Consuetudinem habere in delinquendo, quis dicatur? ibidem n.341.

Consulentes,

Consulentes delictum, eadem pœna, qua delinquēs, puniendi. l.6.cap.8.fl.372.n.204. Quo casu maiori pœna puniantur? ibidem n.205.
Consulentes poligamiam maiorem hæresis suspicionem incurrunt, quam contrahentes l.5. cap. 5. fol.62.n.264.

Contemnens, Contemptus.

Contemnentes indulgentias, Campanas, & alia similia puniendi, sicut contemptores Censurarum. l.5. cap.5.fol.77.n.44.
Contemnentes positiuè censuras, sunt de hæresi suspecti. ibi. fol.76.n.439.
Contemptus censurarum negatiuus vnus, positiuus alter. ibi. fol. 74. nu.406.
Contemptus quantitas, qualitatem suspicionis commensurat. ibi. fol.76.n.442.
Contemptus negatiuus est, cum quis de re aliqua nullam curam habet. ibi fol.74.n 407.
Contemptus censurarum negatiuus, est insurdescentia circa ipsas. ibidem.

Contractus

Contractus Catholicorum cum hæreticis Anglis initi, validi, & legitimi iudicantur. l.6.cap.4 fol 293 num.461.
Contractus onerosus, quid in vendicatione rei alienæ operatur? ibi. fol.297.n.508.
Contractus per fiscū pōt rescindi. ibi.fol.298.n.518.

Contumax

Contumax verus, quis censendus? l.5.cap.7.fol.143 num. 148.
Contumax pro confesso habetur insuti solius præiudicium. l.6.cap.5.fol.304.n.32.
Contumax in causa fidei, si absens sit, nec comprehendi possit, qualiter vocandus? ibi.fol.144.n.168
Contumax per annum post accusationem a fiscali factam, declarandus hæreticus. ibi. fol.146. n. 190.
Contumax quocumque tempore resiliens a contumacia si comparere velit, est audiendus. ibi. fol. 147. num.198.

Conuentio.

Conuentio super accessu hæreticorum ad Christianorum terras, debet à Sum. Pontifice approbari. l.5.cap.5.fol.94.n.462.

Conuersantes.

Conuersantes cum hæreticis sunt generaliter de hæresi suspecti, & abiurare debent iuxta gradum suspicionis. l.5.ca.5.fol.94.n.637.
Conuersantes cum hæreticis, qui debeant intelligi? ibid.n.631.

Cooperantes.

Cooperantes ad polygamiam qualiter abiurare debeant? l.5.cap.5.fol.62.n.261.
Cooperantes ad sollicitationem, an sint suspecti, & abiurare debent? ibi. fol.65.n.303.
Cooperantes præcipui procuratores sunt. ibi. fol.62 n.262.
Cooperantes sunt consulentes polygamiam. ibid. num.264.

Corporalis

Corporalis pœna mitius est nobili infligenda. l. 6. cap.1.fol.215.n.452.
Corporales pœnæ aliæ capitales, aliæ non capitales sunt. l.6.cap.2.fol.227.nu.10. & seq.

Correctio

Correctio fraterna, an sit præmittenda ad denunciandum in S.Officio? l.5.cap.5.fol.57.n.209.

Credens.

Credens suam opinionem non esse contra sensum Ecclesiæ, an sit hæreticus, si admonitus non resipiscat? l.6.cap.8,fol.356.n.20.

Cre-

Credulitas.

Credulitas triplici ex capite causari potest. l.6.cap. 1.fol.193.n.185.

Credulitas excusans, arbitrio Iudicis remittitur. ibidem. num.189.

Credulitas, quando delinquentem excusat? ibidem nu.185.

Credulitas quando à dolo, & pœna credentem excusabit? ibi. fol.194.n.199.

Credulitas ex viro fide digno proueniens qualiter excusare potest? ibi. fol.193. n.192.

Crimen.

Crimen delinquentis committit, relinquens criminosum impunitum. l.6. cap.9. fol.416. num. 46. & seq.

Crimen nefandum ex vi Bullarum ad Inquisitores Hispaniæ punire spectat. l.6. cap.8. fol.409.n.635.

Crimen hoc committens, qua pœna puniendus? ibidem n.635. & seq.

Crimen calumniæ committens qua causa excusatur? l.6. cap.1. fol.195. n.213.

Crimen læsæ Maiestatis committens, quibus pœnis afficiendus? l.6. cap.4.fol.253.n.16

Crimen Ecclesiasticum per leges Ecclesiasticas punitur. ibi. fol.254. n.23.

Crimen celebrantis Missam, cum Sacerdos non sit, qualiter constare debeat? l.5. cap.5. fol.71. n.376

Crimina qui patrauit, quando à iudice ipsa certissime cognoscente condemnari non potest? l.6.cap.9 fol.415. n.36. & seq.

Crux.

Cruces habitus pœnitentialis cuius coloris conficiendæ? l.6. cap.7. fol.351. num.150.

Cruces in detestationem veteris erroris portandæ. ibidem.

Circa Crucis deportationem non facile dispensandum. ibi. fol.352. n. 163.

Cruces renouandæ in parœcijs si vetustate labantur. ibidem.

Culpa.

Culpa quomodo generice diffinitur? l.6. c.1.fol.183 num.119.

Culpæ diffinitio prout culpa dolum includit. ibid.

Culpa prout à dolo separata. ibidem.

Culpæ species, seu gradus quot sint? ibi. n. 120.

Cultus.

Cultus solemnis, & publicus qualis? l.5.c.5.fol.107 num.790.

Cultus Sanctorum falsorum præcauendus. ibid. 789.

Cultus Ecclesiæ nomine exhibitus, hominibus mortuis canonizatis, vel beatificatis solum præstatur. ibidem n.791.

Cultus priuatus nondum Beatificato exiberi potest. ibidem n.792.

Cultus publicus est aliquem in Litanijs, & officio sacro inuocare. ibid. fol.108. n.794. & seq.

Cultum præseferentia amoueri debent à nondum Beatificatis. ibi. fol.109. num.818.

Cultum nondum Beatificatis exhibentes iurisdictioni Inquisitorum subsunt. ibi. fol.111. n. 826.

Cultum latriæ continet inuocatio. l.5. cap.5.fol.118. num.914.

Cultu nullo exhibito, an possit fieri dœmonis inuocatio? ibid. n. 915.

Cultum, & venerationem nondum Beatificatis exhibentes quibus pœnis afficiendi? l.6. cap.8. fol.404. num.576. & seq.

D

Debitus. a. um.

Debita criminosi ante crimen contracta fiscus satisfacere tenetur. l.6. cap.5. fol.323. n. 245.

Debita si contracta sint post delictum ad quem spectet probare. ibid. n.248.

Debita dos vxori, quæ pars quarta dicitur, an debeat publicari, bonis viri confiscatis? ibi. fol. 321. num.223.

Debitum filijs post mortem patris quale sit. ibidem.

Debita quartæ partis, & legitimæ filiorum in quo differunt? ibidem, n.225.

Debita defuncti hæredem, condemnati vero fiscum obligant. ibi. fol. 323.n.245

Debita delinquentis vndecumque proueniant fiscus soluat. ibid. num.246.

Debitum integrum quo casu non possunt creditores petere a debitore? ibid. n.254.

Debita in vno territorio contracta soluat fiscus ex confiscatis inibi. fol.324. n.260.

Debitis delinquentis prius fiscus satisfacere tenetur, quam fideiussor. ibid. n.264.

Debitum ex damno à delinquente illato prius fiscus soluere tenetur, quam bona sibi delinquentis applicet. ibidem n. 768.

Debitorum obligatio post confiscationem manet in delinquente extincta. ibi. fol.325. n.273.

Debita delinquentis, si ex confiscatis non plene soluantur, ex denuo acquisitis delinquens soluere tenetur. ibid. num.274.

Debitum, aut ius conditionale ex vltima voluntate descendens, si sit passiuum transit in fiscum. l.6. cap.4. fol.261. num.116.

Debita hæretici conditionalia ex contractu prouenientia, an transeant in fiscum? ibid. n. 117.

Debita translata in fiscum, quando ad debitorem redeunt? l.6. cap.5. fol.325. num.277.

Debita, quando creditores ius exigendi amittunt? ibid. fol.326. num.280.

Declaratio.

Declaratio sententiæ si nouum ius inferat, nequit ab vllo iudice nisi à supremo Principe fieri. l. 6. c. 9. fol.414. num.20.

Declaratio fieri potest ab ordinario iudice super verbis obscuris in sententia positis. ibid. n.19.

Declaratio nunquam excluditur cum nouum ius non afferat. ibidem.

Declaratio fieri non potest super sententia, a iudice delegato ibid. n.21.

Decretum.

Decreta, quibus non canonizatis, vel beatificatis cultus prohibetur. l.5. cap.5. fol.109. n.816. Horum violatores, an abiurare debeant? ibid.fol.112 num.827.

Decretum quid sit, & quomodo a sententia differat? l.5. cap.1. fol.7. num.12.

Decreta Societatis Iesu circa paruitatem materiæ in re venerea. l.5. cap.5. fol.116. n.892. & seq.

Defectus.

Defectu alicuius requisiti in re lapso, ad reconciliationem relapsus admittitur. l. 5. cap. 6. fol. 122. num.29. & seq.

Deffectu causæ, quæ excogitari nequit dolus excluditur. l.6. cap.1. fol.191. n.165.

Defendens Defensor.

Defendentes libros hæreticorum, fiunt de heresi suspecti. l.6. cap.8. fol.388. num.393.

Defensores nomine fautorum indicantur. l.5.cap.5. fol.51. num.133.

Defensoris hereticorum pœnam, impeditor S.Officij incurrit. ibid. fol.53. num.159.

Defensores hæreticorum excommunicationis pœnā incurrunt. l.6. cap.8. fol.363. n.102.

Defensores vltra abiurationem pœnis pecuniarijs mulctandi. ibi. fol.365. n. 124.

Defensores librorum hereticorum, qui dicentur? l.6. cap.8. fol.388. num.395.

Defensio

Defensio.

Defensiones concedendæ sunt hæretico impœniten ti relapso. l.5.cap.6.fol.131.n.144. & seq.

Degradatio.

Degradatio quid sit? l.6.cap.2.fol.228.n.89.
Degradatio genericè sumpta actualem, ac verbalem continet. ibidem.n.88.
Degradationis pœna in iure verbalem dicit. ibid. num.92.
Degradatio actualis, quibus casibus potest imponi? ibid.n.94.

Delectatio.

Delectatio in re venerea, an possit esse venialis? l. 5.cap.5.fol.115.n.886.
Delectatio venerea paruitatem materiæ non admit tit. ibi. fol.116.n.888.
Delectatio quantumuis modica, si est de obiecto mortali, est mortalis. ibid.n.890.
Delectatio deliberatè quæsita, puritati morum plurimum obest. ibi. n.892.

Delectus.

Delectus ciborum ab hæreticis in ieiunijs reprobabatus. l.6.cap.8.fol.391.n.429.
Delectus ciborum, cæremonia quædam Iudaica à sectarijs asseritur. l.5.cap.8.fol.78.n.558.
Delectu ciborum, Baptistæ ieiunium gratissimum Deo. ibidem. n.459.
Delectum ciború in ieiunio superstitiosum asserens, hæreticus est formalis. ibidem. n.461.

Delictum.

Delicta qualiter sint punienda? l.6.cap.1. fol. 181. num.33.
Delicta grauiora seueritatem legum cum temperamento benignitatis sentiant. ibi. fol.182.n.35.
Delictorum punitione morum rigorem iudex seruare tenetur. ibidem n.37.
Delicto eidem si duas pœnas inæquales, iudex imponere potest, in dubio minorem imponat. ibi. fol. 185.n 76.
Delicta, quando irrationabiliter impunita maneant? ibi. fol.184.n.60.
Delictorum qualitas tribuit iudici occasionem, maiorem, vel minorem pœnam arbitrandi. ibi. fol. 185.n.78.
Delictorum pœnas arbitrarias quando potest iudex extendere ad mortem? ibidem.n.98.
Delictorum pœnæ si à iure communi sunt indictæ, quid agere potest iudex? ibi. fol.166.n.86.
Delicta, alia facilis, alia difficilis probationis. l.6. cap.8.fol.398.n.508.
Delicta Iudæorum contra veritates fidei communes illis, & nobis ab Inquisitoribus puniri possunt l.5.cap.5.fol.46.n.75.
Delictum parentum, in quo filijs non nocet? l. 6.c. 5.fol.315.n.157.
Delictum blasphemiæ nobilitatem obscurat. l.6.c. 8.fol.381.n.312.
Delictum fatentes ante publicationem testium, carcere perpetuo ne damnentur. l.6.cap.7.fol. 344. num.69.
Delictorum genera, quæ possint Iudæi committere tria sunt. l.5.cap.5.fol.46.n.70.
Delicta Iudæorum contra propriam ipsorum sectam ab Inquisitoribus non puniuntur. ibidem.n.71.
Delicta Iudæorum contra nostram fidem, pro veritate habenda punienda sunt. ibid.n 73.

Delinquens.

Delinquens crimine confiscationem requirente, num maneat priuatus ipso facto, bonorum dominio? l.6.c.4.fol.255.n.33.
Delinquens si substituatur alteri in legato; quid de confiscatione? l.6.cap.4.fol.261.n.114
Delinquens, credens non delinquere, excusatur. l.6. cap.1.fol.193.n.186.
Delinquens iracundia commotus, non in totum excusatur à pœna. ibi. fol.195.n.310.
Delinquens, cuius bona confiscantur, quando creditoribus satisfacere tenetur? l.6.cap.5. fol. 325. num.277.
Delinquens, cuius bona ipso iure confiscantur, si interrogetur de ipsis, debet ea fisco tradere. l.6.c. 4.fol.292.n.455.
Delinquens hæresi, an ante condemnationem possit bona sua valide alienare? ibi. fol.293.n.458.
Delinquentem contra fidem non denunciantes, an de hæresi sint suspecti? l.5.cap.5.fol.55.n.182.
Delinquentis pœnam potest Princeps, parte læsa repugnante, remittere, publicæ vtilitatis intuitu. l.6.cap 9.fol.417.n.93.

Denunciatio.

Denunciationem omittens qualiter puniendus? l.5. cap.5.fol.58.n.227.
Denunciationem omittens non excommunicatur ipso facto per extrau. Greg. IX. l.6.cap. 8. fol. 383. num.336.
Denunciationem hæretici omittens, an reddatur fautor? ibid.n.338.
Denunciationem omittens, an sit ad abiurationem cogendus? l.5.cap.5.fol.58.n.225
Denunciationem facere, an complices delicti teneantur? l.5.cap.5.fol.56.& 57.a n.202. per seq.
Denunciationis obligatio, an teneat in casu paruitatis materiæ? ibid.n.200.
Denunciatio in casu sollicitationis propter veniale an facienda? ibi. fol.55.n.189.

Depositio.

Depositio, est verbalis degradatio l.6.cap.2.fol.228 num.88.
Depositionis pœna in cuius locum subrogatur de iure canonico? ibid.n.93.
Depositio duorum testium contestium, an ad hæresis probationem sufficiat? l.6.cap.8.fol.357.n.26.
Depositio falsa, ob quam inquisitus delictum non perpetratum fatetur, an pœna talionis punienda? ibid.fol.375.n.247.
Depositionem falsam persuadentes, vel mandantes eisdem pœnis puniendi, ac deponentes. ibi. fol. 376.n.254.
Depositio falsa non inficit infamia filios deponentis. ibi.fol.376.n.257
Depositio falsa coram Ministris S. Officij, fautorum pœnis castiganda, idid. n.258

Diaconus.

Diaconus nimio rigore immuratus. l. 6. cap. 7. fol. 346.n.83.

Dicere.

Dicere absolutè, licitum est proximum infamare hæresis est. l.5.cap.5.fol.115.n.881.

Diffamatus.

Diffamatus de aliqua hæresi vehementer, & ab ipsa purgatus, nisi in eamdem recidat non dicitur relapsus. l.5.cap.4.fol.32.n.50.
Diffamatus huiusmodi, si recidat non in ipsam, acriter coercendus. ibidem.n.55
Diffamatus leuiter de hæresi, a qua se purgauit, si in eamdem, vel aliam incidat, quid? ibidem. num.44.

Diminutio.

Diminutio pœnæ fieri potest ante sententiam latam. l.6.cap.9.fol.416.n.51.

Diminutio pœnarum, qua criminosi manent impuniti. à iure punitur. ibid.n.45.& seq.
Diminutio pœnæ, quando a iudice fieri non potest? ibi. fol.417.n.55.
Diminutio pœnarum etiam post sententiam latam ab Inquisitoribus fieri potest. ibid.n.60.
Diminutio pœnæ post sententiam Inquisitoribus Generalibus reseruatur. ibid.n.62.

Dispensatio.

Dispensatio qualiter describatur? l.6.cap.1.fol.181 num.30.
Dispensatio quotuplex sit? ibid.n. 32. dispensatio, sine causa est nulla. ibi. fol.183.n.49.
Dispensatio facta ad ordines suscipiendos, de quibus intelligi debeat? l.6.cap.9.fol.418.num. 74.
Dispensatio cum Apostatis ad quosuis ordines solum potest fieri à Sum. Pontifice. ibid.n.72.
Dispensatio ab irregularitate ob hæresim occultam contracta, per Episcopum fieri potest. ibi. fol.417 num.70.
Dispensatio pœnarum, an ab Inquisitoribus fieri possit? ibidem. n.66
Dispensatio, in quibus ab Episcopo fieri potest? ibid.n.68.& seq.
Dispensatio pœnarum non statim, sine rationabili causa facienda. ibid.n.64.
Dispensatio perpetui carceris post tres annos fiat. ibid n.65.
Dispensatio valida, sed iniusta, qualis? l.6. cap. 1. fol.183.n.50.
Dispensationis potestas circa hæreticos strictè interpretanda. ibi. fol.182.n.46.
Dispensatio circa habitum pœnitentialem difficilis l.6.cap.7.fol.352.n.162.

Dispositio.

Dispositio nulla conditionalis in vltimis voluntatibus circa hæreditatem transmittitur ad hæredes. l.6.cap.4.fol.261.n.111.
In dispositionibus cōditionalibus vltimis factum disponentis interuenit tantum. ibidem. nu.120.

Distinctio.

Distinctio numerica peccatorum difficilè assignatur. l.6.cap.8 fol.384.n.348
Distinctio inter bonorum dominium, & vsum non fit iuxta Clem.de hæret.l.6.cap.4.fol.266.n.176.
Distinctio numerica peccatorum, & excommunicationum, quæ illis sunt annexæ ex quibus desumēda? l.6.cap.8.fol.385.n.354.

Diuisio.

Diuisio hæreticorum in affirmatiuos, & negatiuos. l.5.cap.7.fol.132 n.6.
Diuisio bonorum Ecclesiasticorum assignatur. l. 6. cap.4.fol.264.n.153.
Diuisio in se est quædam bonorum alienatio. l.6.c. 4.fol.275.n.278

Doctrina.

Doctrina circa Iudæos, & Infideles. l.5.cap.5. fol. 45.num.55.
DoctrinamCatholicam a fidelibus remouere tentans hæreticus cum scandalo, an possit ratione hæresis ab Inquisitore puniri? l.5.cap.5.fol.95.n.646

Dogmatista.

Dogmatistæ, qui dicantur? l.6.cap.7.fol.340.n.27.
Dogmatistæ, an mortis pœna afficiendi? ibidem.

Dæmon.

Dœmonis inuocatio absque cultu ipsius fieri potest l.5.cap.5.fol.118.n.915.
Dœmonem credens ad amorem posse amassij voluntatem cogere, qualiter puniendus? ibi.fol. 119. num.923.
Dœmonis potestas in sublunaria. l.6.cap.8.fol.394 num.467.
Dœmon quomodo hominum corpora transformare potest? ibi. fol.395.n.470.
Dœmon, naturæ ordinem mutare nequit. l.6.cap.8. fol.395.n.476.
Dœmon morbos omnes, qui naturaliter sanari queunt curare potest. ibidem.n.471.
Dœmon, quid circa animam corpori coniunctam potest? ibidem. n.477.
Dœmonem vti Deum exteriori tantum actu adorans, quando adiurare debeat? l.5. cap.5.fol.50. num.119.
Dœmonis fraudes multiplices.i bi. fol.97.n.668
Dœmonis reuelationes, quales censendæ? ibi. fol. 96.n.662.
Dœmon, & caro fontes falsarum reuelationum. ibidem. n.661.
Dœmon diuersas illusit personas.ibidem n.663.
Dœmon lucis Angelum mentitus, cuidam virgini se commiscuit. ibidem n.665.
Dœmon quandoque inducit ad bonum. ibi.fol. 97. num.673.
Dœmon quomodo quemdam in idoneum ad concionandum reddidit? ibid. n.674.
Dœmonis illusionem altera ex duabus reuelationibus oppositis continet. ibi.fol.99.n.695.
Dœmonis illusione qualis via sit libera? ibi.fol.98. nem.687.
Dœmonis reuelationes, vt cognoscantur, quæ perpendenda? ibi. fol.99.n.699.
Dœmonem suum, quælibet passio profundata habet. ibi. fol.100.n.707.
Dœmoni se mulier in famulam dedicauit. ibidem. num.7013.
Dœmon sub forma sororis Claretæ apparens. ibi. fol.101.n.719
Dœmonis astus, in via spiritus exercitati cognoscunt. ibi.fol.102.n.730.
Dœmonem inuocans sortilegium hæreticale committit, circulos in terra faciendo l.5. cap. 5. fol. 1617. n.9008.

Dolor.

Dolor iustus delinquentem excusat. l.6.cap. 1. fol. 1095.n.211.
Dolorem temperare difficillimum. ibidem.
Dolore intenso affectus extra plenitudinem intellectus, quasi transportatur. ibidem.

Dolus.

Dolus quid sit? l.6.cap.1.fol.183.n.108.& 1014.
Dolus quomodo à fraude differat. ibidem. n.1015.
Doli diuisiones quot sint. ibi.fol.189.n.125.
Dolus verus à præsūpto, quomodo differat? ibidem num.134.
Doli carentia an minuat pœnam? ibidem.n. 138.
Dolus si adsit in delicto nequit pœna omitti. ibi. fol.196.n.139.
Dolus præsumtus mitius debet puniri, quam verus. ibidem.
Dolus, & fraus, quot præsumptionibus probentur? ibidem. num.152.
Dolus, vel fraus non præsumendi. sed potius culpa aliqua. ibidem. n.146.
Doli præsumptiones exclusiuæ. ibi.fol.192.n.173.
Dolus in impuberibus Christum Crucifixum negantibus est præsumendus l.5.cap.5.fol.42.n.19.

Dominium.

Dominium directum à die commissi criminis ad quē pertineat; l 6 cap.4.fol.256.n.47.
Dominium vtile, apud delinquentem remanet. ibidem.

Dominium vtile, & directum in consuarium transfertur. ibi fol.270. n.220.
Dominium vtile cum directo consolidatur. ibi fol. 271. num.238.

Dominus.

Domini sæculares quando possint possessione priuari? l.6. cap.8. fol.364. num.120.
Domini siue Ecclesiastici, siue temporales schisma, aut hæresim excitantes, morte puniendi. l.6.c.7. fol.343. num.53.
Domini temporales si in exequendis Inquisitorum mandatis negligentes sint, quomodo tractandi? l.6. cap.5. fol.330.num.322.
Domino non consentiente feudum alienari non potest. l.6. cap.4. fol.270. num.232.
Dominus directus quando commoditates emphyteusis percipiat? ibi. fol.271. num.238.
Dominus directus est, ad quem emphyteusis aliquando reuertitur. ibi. fol.272. num.243.

Domus.

Domus hæretici confiscanda. l.6, capit.4. fol. 299. num.536.
Domus destructio ex quo capite impediri potest? ibi. fol.301. num.552.
Domus vbi prædicationes hæreticorum fiunt, penitus destruenda. ibi. fol.300 num. 338.

Donatio

Donationis reuocandæ ius an transeat in fiscum? l.6. cap.4. fol.258. num.73.
Donatio ab hæretico sub conditione facta nulla est ibidem num.77.
Donatio hæretici sub confiscatione veniens. ibidem num. 76.
Donatio à viro facta vxori firma manet. ibidem. num.78.
Donatio ab vxore facta viro non manet firma. ibidem. num.81.
Donatio omnium bonorum fraudis præsumptionẽ inducit. ibi. fol.259. num.86.
Donatio si facta est personæ iure sanguinis coniunctæ fraus præsumitur. ibidem num. 89.
Donatio hæretico facta, an sit valida? ibi. fol. 263. num.144.

Donatus, a, um.

Donata hæretico ab eo, qui hæresim nouerat transeunt in fiscum. l.6. cap.4. fol.263. num.142.
Donata hæretico ab ignorante hæresim, an in fiscũ transeant? ibidem. num.143.
Donata, hæreticus, an contra ius acquirat? ibid. num.144.
Donata, sub conditione donantis sunt, dum non adimpletur conditio. ibi. fol.258. num. 76.
Donata bona hæretici, cur confiscantur? ibidem. num.77.
Donatum vxori quomodo transit in fiscum? ibidem num.78.

Dormiens.

Dormiens delinquens nullo modo punitur. l.6. cap.1 fol.213. num.429.
Dormiens delinquens quando puniri debet? ibidem num. 433.
Dormiens vt delinquat non excusatur. ibi fol.214. num. 435.
Dormiens, qui deliquit, si excitatus delictum ratificat, puniendus erit. ibidem num.437.
Dormiens pater, vel mater, qui infantem suffocat an culpandus? ibi. fol. 213. num.434.

Dos.

Dos an possit confiscari, si inter maritum, & vxorem præcessit pactum de transitione propter delictum? l.6. cap.4. fol.287. num.397.
Dos vxoris non confiscatur ob crimen mariti. l. 6. cap.5. fol.319. num.[illegible]
Dotis confiscatio vt impediatur in crimine mariti, quid requiritur? ibi. fol.320.num.211.
Dos vxoris, quando cum bonis mariti publicatur? ibi. fol.321. num.228.
Dotis publicatio quando fieri debet? ibi.fol.286.numer.384.
Dotis confiscatio an ad proprietatem, & vsumfructum extendatur? l.6. cap.4. fol.286. num. 389.
Dotis pars iure Castellę spectato, quando confiscationi subiacet? ibidem num.386.
Dote pereunte, an maritus teneatur alere vxorem? ibi. fol.287. num.396.

Dubius.

Dubius quocumque modo fiat hæreticus, si relicto dubio redeat recipiendus est. l.5. cap. 5. fol. 45. num.57.
Dubius in fide, infidelis est, seu hæreticus. ibi. fol.44 num.38.
Dubius circa fidem quinque modis dici potest. ibid. num.39.
Dubius in fide, si non sit pertinax, non est hæreticus. ibi. fol.45. num.57.

Duplex.

Duplex infamia, scilicet iuris, & facti. l. 6. cap. 3. fol.748. num.199.
Duplex lapsus requiritur, vt aliquis iuridice relapsus dicatur. l.5. cap.7. fol.123. num.33.
Duplex semiplena probatio, an sufficiat vt aliquis pœna ordinaria puniatur. l.6. capit. 8. fol. 357. num.35.
Duplex arbitrium, plenum scilicet, & regulatum. l.5. cap.1. fol.186. num.94.
Duplex ratio iudicem impedit, ne reum a pœna absoluat. ibi. fol.182. num.39.

E

Ebrietas.

Ebrietatis gradus in blasphemante distinguendi. l.5. cap.5. fol.69. num.343. & seq.
Ebrietas, causa est relaxandi pœnas l.6. cap.1. fol. 200. num.271.
Ebrietatis gradus triplex. ibidem n.267.
Ebrietas magna prorsus tollit mentis vsum. ibidem num.274.
Ebrietas non à toto, sed à tanto excusat. ibid. fol. 202. num. 288.

Ebrius.

Ebrius quando ab extraordinaria pœna excusatur? l.6. cap.1. fol.200. num.275.
Ebrius, quando ordinaria pœna puniendus? ibid. fol.201. num.280.
Ebrius, an Inquisitori subsit? ibidem num.282.

Ecclesia.

Ecclesiæ ingressus, cui debet interdici? l. 6. cap. 7. fol.352. num. 166.
Ecclesia potestatem à Christo Domino habet infligendi mortis pœnam. ibi. fol.339. num.9.
Ecclesia clemens mater dupliciter potestatem moderatur infligendi mortis pœnam. ibidem.

Ecclesiasticus.

Ecclesiastici iudices, an ad perpetuos carceres possint reos damnare? l.6. cap.2. fol. 226. num. 65.
Ecclesiasticis reis S. Officij quando pœna pecuniaria potest imponi? l.6. cap.6. fol. 331. num. 10.
Ecclesiastica pœna maior excommunicatio est. l.6. cap.2. fol.227. num.79.
Ecclesiasticis sæcularibus, & Regularibus prohibetur. quod ab hæresi absoluant. l.6. cap.3. fol.238 num.60.

Ecclesiasticorum beneficiorum priuatio, est pœna hereticorum præcipua. ibi. fol. 242. n. 122. & seq.
Ecclesiastica Sepultura, qui careant? Ibi. fol. 250. n. 233. & seq.
Ecclesiasticæ leges spectandæ in exequtione confiscationis l. 6. cap. 4. fol. 254. n. 22.
Ecclesiasticum crimen per leges Ecclesiasticas puniendum. ibidem.
Ecclesiastica bona quadruplicia sunt. ibi. fol. 264. num. 153.
Ecclesiastica bona, an confiscari possint? ibidem. n. 154. & seq.
Ecclesiasticum bonum iuspatronatus æstimatur. ibi. fol. 267. n. 190.
Ecclesiastico iudice confiscante, cum omnia bona confiscantur, ius etiam patronatus cõfiscatur. ibi. fol. 268.
Ecclesiasticus iudex. an possit iterum confiscare, quod a iudice laico confiscatum est? ibi. fol. 269. num. 210.
Ecclesiasticæ pensiones, an confiscationi subiaceant? ibidem. n. 215.
Ecclesiastica Emphyteusis, an confiscari possit? ibi. fol. 272. n. 243. & seq.
Ecclesiasticis beneficijs filij hæreticorum priuandi. l. 6. cap. 5. fol. 306. n. 52. & seq.
Ecclesiastica beneficia filij hæreticorum obtinere non possunt. ibidem. n. 55.
Ecclesiastica officia inter publica comprehenduntur ibi. fol. 310. n. 101.
Ecclesiastico fisco, quæ bona erant confiscanda secundum ius antiquum? ibi. fol. 327. n. 296.
Ecclasiasticus non eximitur a iurisdictione inquisitorum ratione status. l. 6. cap. 6. fol. 331. n. 10.
Ecclesiastica potestate priuantur schismatici. l. 6. cap. 8. fol. 361. n. 76. & seq.
Ecclesiasticus iudex, aut sæcularis blasphemum nõ hæreticalem punit. l. 6. cap. 8. fol. 381. n. 309. & seq

Effectus

Effectus quiuis in rerum natura apparens tripliciter fieri potest. l. 5. cap. 4. fol. 30. n. 25.
Effectus ab infamia prouenjens. l. 6. cap. 3. fol. 449. n. 209. & seq.
Effectus meleficij nisi sequatur, pœnis a Greg. XV. statutis non punitur. l. 6. cap. 8. fol. 399. num. 519. & seq.
Effectus, qui expectatur a dœmone, si eius potentiam superet præstigiatorius est. ibi. fol. 395. n. 476.

Elæmosina.

Elæmosinã tribuens hæretico in necessitate non dicitur fautor l. 6. cap. 8. fol. 365. n. 130.
Elæmosina propœnitenti salutari Reis S. Officij iniungenda. ibi. fol. 366. n. 136.
Elæmosinis pauperum pœnas reis iniunctas applicare, opus ædificationis est. l. 6. cap. 6. fol. 331. n. 14.

Emphyteusis.

Emphyteusis, quid sit? l. 6. cap. 4. fol. 270. n. 223.
Emphyteusis quomodo a censu differat? ibid. n. 224.
Emphyteusis duplex est. ibidem. n. 225.
Emphyteusis quæ confiscari non potest. ibidem num. 234.
Emphyteusi quando Emphyteuta priuatur? ibi. fol. 271. n. 235.
Emphyteusis, quando ad Dominum directum riuertitur. ibi. fol. 272. n. 245.
Emphyteusis Ecclesiastica an possit ad fiscum transire? ibidem. n. 244.
Emphyteusis, quando quoad dominium directum confiscatur? ibi. fol. 273. n. 258

Episcopus.

Episcopi, quando deponendi? l. 6. cap. 8. fol. 364. num. 119.
Episcopus, quando puniat falsum deponentes de morte prioris coniugis? ibi. fol. 372. n. 208.
Episcopus, & inquisitor ad turturam falsò deponentis concurrere debent. ibi. fol. 374. n. 232.
Episcoporum nomine, qui intelligentur? l. 6. cap. 3. fol. 239. n. 78.
Episcopus, quando vsum inferiorum ordinum cum Apostatis dispensare potest? l. 6. cap. 9. fol. 417. num. 68.
Episcopus, & inquisitor permittentes laicum de hæresi cognoscere, excommunicantur. l. 6. cap. 8. fol. 406. n. 594.
Episcopis est concessa facultas procedendi contra concionatores proferentes propositiones temerarias. ibi. fol. 411. n. 653.
Episcopus, an possit alicuius festum non Canonizati introducere? l. 5. cap. 5. fol. 108. n. 808. & seq.
Episcopus, an possit sine inquisitore ad abiurationẽ cogere? l. 5. cap. 3. fol. 25. n. 182.
Episcopus Ministris S. Officij salaria deputata non habentibus prouideat. l. 6. cap. 6 fol. 332. n. 25.
Episcopus dum munus inquisitoris exercet sportulas non accipiat. ibidem. n. 24.
Episcopus, & inquisitor, an possint separatim sententiam absolutoriam ferre? l. 5. cap. 2. fol. 13. n. 43.
Episcopus, & inquisitor, si inter se dissideant circa inquisiti sententiam, quid agendum? l. 5. cap. 3. fol. 26. n. 118.
Episcopis, quæ facultas a conc. Trident. concessa l. 6. cap. 3. fol. 239. n. 77.
Episcopis absolutio ab hæresi prohibetur. ibi. fol. 238. n. 69.
Episcopis concessum priuilegium a Concilio derogari potest per sum. Pontificem. ibi. fol. 340. n. 94.

Eques.

Eques Hierosolimitanus simplici sortilegio ad medicandum vtens, quomodo in S. Officio expeditus? l. 5. cap. 4. fol. 30. n. 23.

Errans. Error.

Errores non denuncians, videtur tacite illos approbare l. 5. cap. 5. fol. 58. n. 217.
Errorem consulens magis ad errorem accedit, quam exequtor. ibi. fol. 62. n. 266.
Errans ex ignorantia affectata, cur non sit verè hæreticus? Ibi. fol. 43. n. 28.
Errans in fide ex ignorantia, dummodo non sit inuincibilis, abiurare debet. ibi. fol. 44. n. 35. & seq.
Errans per simplicitatem eo modo tractandus ac per ignorantiam errans. ibidem. n. 37.
Errorum expressio in sententijs absolutorijs omittitur. l. 5. cap. 1. fol. 10. n. 69.
Error contra fidem, cur in Personis ignaris non sit formalis? l. 5. cap. 4. fol. 30. n. 103.
Error formalis in materia fidei abiurationem formalem poscit. l. 5. cap. 5. fol. 42. n. 8. & seq.
Error specialis in sententia exprimendus l. 5. cap. 1. fol. 9. n. 40.
Error notorius rusticum non excusat. l. 6. cap. 1. fol. 212. n. 362.

Esculenta.

Esculenta a reis inquisitores non recipiant. l. 6. cap. 6 fol. 332. n. 23. & seq.
Esculenta cur Episcopi potiori ratione recipere non debent? ibidem. n. 24.

Euentus.

Euentus felix in crimine Reum a pœna liberat. l. 6. cap. 1. fol. 220. n. 508.
Euentus bonus in re prohibita non excusat à punitione perpetrantem, secundum opinionem. ibidem. n. 511.
Euentus bonus in delictis contra fidem non minuit præsumptionem hæresis. ibidem. n. 516.

Euen-

Euentus bonus, dum adest animus delinquendi, non in totum, reum à pœna liberat. ibidem. n. 514.
Euentus bonus, si non adest animus delinquendi, in totum liberat. ibidem. n. 515.

Excommunicatio.

Excommunicatio, pœna maior Ecclesiastica. lib. 6 cap. 2. fol. 227. n. 79.
Excommunicatio maior quibus bonis priuat? ibidē.
Excommunicatio maior duplici modo infligitur. ibi. fol. 228. num. 82.
Excoommunicatio non comprehendit eos, ad quos non extenditur. l. 6. cap. 4. fol. 265 n 160.
Excommunicatio Inquisitores comprehendens. ibid. num. 162 & seq.
Excommunicatio, vt ab Inquisitoribus contrahatur, quæ circumstantiæ debent concurrere? ibidem. numer. 165. & seq.
Excommunicationem incurrit sepeliens hæreticos l. 6. cap. 4. fol. 252. n. 248.
Excommunicatio quibus casibus incurritur, quibus non? ibi fol. 236. num. 41.
Excommunicationem non incurrit hæreticus tantum interior ibid num. 36.
Excommunicationem ipso facto incurrit, delinquentes contra fidem non denuncians. l. 6. c. 8. fol. 383. num. 333.
Excommunicationem Bullæ Cœnæ contra fautores incurrit, qui denunciare omittit. ibidem n. 339.
Excommunicationes plures, an possint vnico ictu incurri? ibi. fol. 385. num. 353.
Excommunicatio Bullæ Cœnæ, quos schismaticos comprehendit? ibi. fol. 361. num. 72
Excommunicatio hæreticorum, an sit pœna de iure diuino? l. 6. cap. 3. fol. 233. n. 8.
Excommunicatio hæreticorum quando cœpit reseruari? ibi fol. 234. num. 14.
Excommunicatio Papæ reseruata contra euntes ad partes transmarinas absque sui Superioris licentia. l. 6. cap. 9. fol. 403. num. 562.
Excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt legētes libros prohibitos. l. 6. cap. 8 fol. 387. n. 378.
Excommunicatio lata in legentes libros prohibitos quando non ligat? ibidem. num. 384.
Excommunicatio non reseruata in legentes libros secundi, & tertij gradus. ibi. fol. 388. n. 388.
Excommunicationem per annum cōtemnentes, qualiter abiurare debent? l. 5. cap. 5. fol. 74. n. 405.
Excommunicatio, quando in Episcopum fertur? l. 6. cap. 8. fol. 406. n. 594.
Excommunicationis grauitas quanta? l. 6. c. 3. f. 234. num. 15.
Excommunicatio crimini annexa, an declaranda, vt vitetur delinquens condemnatus? ibid. num. 17. & sequente.
Excommunicationem incurrit, qui hæresim, quam mente tenet per iocum narrat. ibi. fol. 236. n. 43.

Excommunicatus.

Excommunicatus per annum non ex causa hæresis, an Inquisitoribus subsit puniendus? l. 6. c. 8. fol. 386. num. 364.
Excommunicatus insurdescens per annum, de fide male sentire videtur. ibid. n. 365.
Excommunicatus vitandus, qualis? l. 6. cap. 3. fol. 234. num. 16.
Excommunicatus declarandus etiamsi declaretur hæreticus. ibi. fol. 235. n. 22.

Excusatio.

Excusatio nulla à vero dolo datur. l. 6. cap. 1. fol. 189. n. 135.
Excusatio, quæ datur à dolo, dari potest à pœna. ibi. fol. 193. n. 187.
Excusatio pœnæ est credulitas quæuis ex facto proueniens. ibidem. n. 191.
Excusatio, quæ fit propter fidem datam, simplicis personæ debet esse. ibi. fol. 194. n. 193.
Excusatio, quæ datur propter credulitatem ex ignorantia iuris prouenientem, an liberet à pœna? ibi. n. 197.
Excusationes pro delinquente irato, & dolore affecto. ibi. fol. 195. n. 208. & seq. per tot.
Excusationes pro delinquente ex parte ætatis. ibi. fol. 197. n. 233. & seq. per totam.
Excusationes varias pro minuenda delinquentis pœna. vide à fol. 193. vsque ad 220.

Executio.

Executio punitionis, quando differri debet? l. 6. c. 1. fol. 203. n. 308.
Executio sententiæ, quando differenda? l. 6. cap. 9. fol. 414. n. 22.
Executio pœnæ, legis auctoritati reseruatur. l. 6. c. 1. fol. 182. n. 38.
Executio confiscationis propter hæresim per quos facienda? l. 6. cap. 5. fol 388. n. 308.

Exilium.

Exilium loco relegationis datur. l. 6. cap. 7. fol. 349. n. 125.
Exilium frequentius, quam relegatio infligitur. ibidem. n. 130.
Exilium dupliciter solet imponi. ibidem. n. 131.
Exilium frangens quomodo puniendus? ibidem. num. 135

Exitus.

Exitus delicti, an attendendus: l. 6. cap. 1. fol. 220. n. 513.
Exitus, quando in se delictum non habet, etiamsi voluntas sit delinquendi, attendendus secundum aliquos. ibidem. n. 514.
Exitus in maleficijs non spectatur, sed voluntas, ait Adrianus. ibidem. n. 508.

Extensio.

Extensio de casu, ad casum, non de Persona ad Personam conceditur. l. 6. cap. 8. fol. 367. n. 148.
Extensio excommunicationis ex Clem. 2 de hæret. ad quos vsque perueniat? l. 6. cap. 4. fol. 264. n. 158. & seq.
Extensio pœnarum, committentium crimen læsæ Maiestatis diuinæ. & humanæ, an filios comprehendat? l. 6. cap. 5. fol. 311. n. 114. & seq.
Extensio infamiæ Patris hæretici, an perueniat ad filios? ibi. fol. 309. num. 90. & seq.

Extraordinarius, a. um.

Extraordinaria pœna, qui veniunt puniendi? l. 6. cap. 1. fol. 208. n. 362.
Extraordinaria pœna non excusatur, qui ab ordinaria in multis excusatur. ibi. fol. 213. n. 424.
Extraordinaria pœna suum delictum ante publicationem testium fatentibus, a S. Officio est imponenda. l. 6. cap. 7. fol. 343. n. 69.
Extraordinaria pœna communior, & grauior, qualis? ibi. fol. 346. n. 90. & seq.
Extraordinaria pœna condemnato, quando potest ordinaria imponi. l. 6. cap. 9. fol. 415. n. 32. & seq.

Extrauagans.

Ad euitanda scandala. Quid circa hæreticos vitandos requirit? l. 6. cap. 3. fol. 234. n. 18.
Extrauagantis huius priuilegium omnibus fidelibus concessum. ibidem. n. 16.
Extrauagantis virtute, quæ sunt deducenda, vt certa? ibi. fol. 235. n. 26. & seq.

F

Factum.

FActo atroci blasphemiam committens in imaginem Saluatoris. N. mortis pœna puniri potest. l. 6.

l.6.cap.8.fol.381.n.316.
Factum confitens, se offerens non delatus, si negat intentionem credendus est. l.5.cap.7.fol.143.nu. 141.& seq.
Factum, manifestam hæresim sapiens, quale? ibi. fol.382. num.317.
Facta hæreticalia exercens, si de eis non sit conuictus, quomodo tractandus? l.5. cap. 7. fol. 142. num.130.
Factum, vel dictum, an ex aliqua affectione proueniat, considerandum est. ibid.n.136.
Factum criminosum pœnam vltimi supplicij lucratur. l.5.cap.4.fol.35.n.92.
Factum si æqualiter sit in probatione dubium, reus absolui debet. l.5.cap.2.fol.12.nu.20.

Facultas.

Facultas indulgendi delictis, & remittendi pœnas maximè capitales, Regibus reseruatur. l.6.cap. 9.fol.418.n.80.
Facultas indulgendi qualiter possit subdito concedi? ibi. fol.419.n.86.
Facultas Episcopis concessa ad absoluendum, an per Bull. Cœnæ reuocetur? l.6.cap.3. fol. 240. num.90.
Facultas concessa Clericis ad testandum in Regnis Castellæ, Episcopis interdicta. l. 6. cap. 4. fol. 267.n.189.
Facultatis virtute Minoribus concessæ, quid alij Mendicantes possunt? l.6.cap.3.fol.241.n.103.

Fallatia.

Fallatia cuius species sit? l.6.cap.1 fol.188.n.118
Fallatia loquendo committitur. ibidem.
Fallatia est finis doli. ibi. fol.189.n.131

Falsus. a, um.

Falsum deponentes de morte prioris coniugis ad Tribunal S. Inquisitionis spectant. l.6.cap.8.fol. 372.n.208
Falsi testis causæ, an detur casus præuentionis? ibidem. n.210
Falsum deponens in S. Officio a solo Inquisitore puniri potest. ibi. fol.374.n 235.
Falsum coram Inquisitore deponentes, qua pœna puniendi? ibidem.n.236.& seq.
Falsus Accusator, quomodo puniendus? ibi. fol. 375.n.244.
Falsum deponens contra iam hæresi damnatum, vel antea non damnatum, an differat? ibidem.n.252

Fama.

Famæ. & honoris priuationem incurrunt hæretici. l.6.cap.3.fol.248.n.194.
Fama, & mala vita infectus per delationem duorũ testium puniri potest. l.6.cap.8.fol.357.n.32.

Familiaritas.

Familiaritas cum hæreticis sufficit, vt abiuratio iniungatur. l.5.cap.2.fol.15.n.74
Familiaritas cum hæreticis suspicionem hæresis inducit. ibidem.
Familiaritatem solam cum hæreticis, suspicionibus iam purgatus, etiam abiurare debet. ibi. fol. 16. n.75.

Fautor.

Fautores hæreticorum, qualiter abiurare debeant? l.5.cap.5.fol.51.n.135.
Fautores hæreticorum pœnam infamiæ contrahunt l.6.cap.3.fol.248.n.197.
Fautores hæreticorum, quando ab excommunicatione Bull. Cœnæ liberantur? l.6.cap.8.fol.365. n.126.
Fautores Scismaticorum, & hæreticorum æquiparantur. ibi. fol.363.n.101
Fautor hæresis, quam abiurauit relapsus dicitur. l.5 cap.7.fol.123.n.42.& seq.
Fautor hæreticorum, postquam sponte comparuit, & de vehementi abiurauit, an relapsus dicendus? ibi. fol.126.n.75.
Fautores hæreticorum excommunicantur. l.6.cap. 3.fol.237.n.57
Fautores Ecclesiastica sepultura careant. ibi.fol.250 n.233. & fol.251.n.237
Fautores hæreticorum, etsi formales hæretici non sint pœna confiscationis puniendi. l.6.cap.4.fol. 257. n. 90.
Fautorum filij, quibus bonis priuandi? l. 6. cap. 5. fol.306.n.53.& seq.per tot.
Fautorum Filij, an infamiam contrahant? ibi. fol. 309.n.90.per tot.
Fautoribus pœna pecuniaria imponenda. l.6. cap. 6.fol.332. n.21.
Fautores, an incapaces ex testamento succedendi? ibi. fol.333.n.38.& seq.
Fautores, an facultate testandi priuentur? ibi. fol. 336.n.69.& seq.
Fautorum filij, quibus bonis succedere possunt? ibi. fol.337.n.83.& seq.
Fautores hæreticorum varijs pœnis puniri ab Inquisitoribus possunt. l.6.cap.8.fol.365.n.124.
Fautores violatorum Bull. Pij V. pœnis violatorũ puniuntur. ibi. fol.367.n.161.
Fautorum pœnis, qui sunt puniendi? ibi. fol. 376. n.258.& seq.
Fautores an sint, qui hæreticum denunciare omittũt? fol.383.n.338.
Fautores iudicantur, libros hæreticorum imprimentes. ibi.fol.388.n.393

Feudatarius.

Feudatarius, qui pensionem aliquam Domino directo tenetur soluere, qualis? l.6. cap. 4. fol. 270. n.228.
Feudatarius est, qui seruitium personale præstare adstringitur. ibidem n.229.
Feudatarij, iuramentum de seruanda Domino fidelitate emittunt. ibidem.n.230.
Feudatarij bona cum confiscantur cui erit feudum tunc applicandum? ibi. fol 273.n 260
Feudatarij delinquentis vita durante, cuius erunt feudi fructus? ibi. n.263
Feudatarius quomodo ab Emphyteuta differt? ibi fol.274.n.268.

Feudum.

Feudum, Emphyteusis naturam imitatur. l.6.cap.4. fol.270.n.228.
Feudum duplex est. ibidem.
Feudorum proprietates. ibidem.n.230
Feudum ad heredes masculos transit in infinitũ ibidem.n.231.
Feudo, cur fœminæ non succedunt? ibid.n.232.
Feudum sine Domini, & agnatorum consensu alienari non potest. ibidem.
Feudum, quando improprium dicitur? ibid.
Feudum, quando ad fiscum transire non potest. ibi. fol.273 n.259.
Feudum cui nam applicandum, cum bona feudatarii confiscantur? ibid.n.260
Feudi commoditates, potest Vassallus eius vita durante, alienare. ibi. fol.274.n.264.
Feudi, cui iniuncta est prohibitio alienandi, ad quē fructus deueniant, delinquente feudatario? ibidem. n.266.

Fideicommissum.

Fideicommisso subiecta bona non confiscantur. l.6. cap.4 fol.274.n.277.
Fideicommissum, quando ad fiscum transit? ibi.fol. 275 n.279.

INDEX

Fideicommissum, quando transit ad substitutum? ibid. n.234.

Fideiussor.

Fideiussor delinquentis non prius obligatur creditoribus, quam fiscus. l.6. cap.5. fol.324.n.264.
Fideiussor condemnati, casu, quo fiscus non satisfaciat, tenetur creditoribus satisfacere. ibi. fol.326 num.281.

Fides.

Fides Diuina, generalis vna, specialis alia. l.6. c.3. fol.237. num.47.
Fides, cui sit adhibenda? l.6. cap.8. fol.365. n.128.
Fides nostra tum verbis, tum factis violatur. l.5. cap.5. fol.48. n.92.
Fides Catholica per abiurationem hæresum exaltatur. Procem. l.5. fol.6.

Filia.

Filia ex bonis hæretici, Curiæ sæculari traditi non consequitur dotem. l.6. cap.5. fol.304. n.36.
Filiabus, quid ex bonis parentis delinquentis debeatur? ibi. fol.318. n.189.

Filius.

Filij ob hæresim parentum in quo puniendi? l.6.c.5 fol.302. n.10.
Filij hereticorum an alimentis priuandi? ibid.n.14.
Filij, & nepotes fautorum quomodo puniendi? ibi. fol.303. num.28.
Filij condemnati in contumaciam, an puniendi? ibi. fol. 304. n.32.
Filij hæreticorum sub distinctione temporis, quo crimen committitur, puniendi. ibid. n.39.
Filij reuelantes patrem hæreticum non puniuntur. ibi.fol.305. n.45.
Filij hæreticorum fideles possunt in bonis succedere. ibidem n.47.
Filius hæretici an posit ex testamento vel ab intestato succedere? l.6. cap.6. fol.337. n.83.
Filius hæretici, quibus bonis succedat? ibid. n.85.
Filius, quando a maioratus successione non excluditur? l.6. cap.5. fol.313. n.136.
Filij hæreticorum, an sint beneficijs ipso iure priuati l.6. cap.5. fol. 306. n.57.
Filius hæretici beneficium permutare non potest. ibi. fol.308. n.76.
Filius in peculio profectitio nullum habet dominiũ l.6. cap.4. fol.282. n.331.
Filius quid iuris in alijs bonis habeat? ibid. n.332. & seq.
Filius quibus modis a patria potestate eximitur? ibid. n.336. & seq.
Filii legitima an confiscari posit? ibi. fol.283. numer.346. & seq.
Filij peculium aduentitium quoad proprietatem non confiscatur. ibidem n.357.
Filij hæreticorum ad obtinenda beneficia inhabiles. l.6. cap.5. fol.306. n. 55.
Filij, an ob heresim parentum sint infames? ibi.fol. 309. n.90. & seq.
Filij committentium crimen lęsę Maiestatis, an nobilitatem perdant? ibi. fol.311. n. 112. & seq.
Filiorum peculia, an ob heresim parentum publicationi subiaceant? ibi. fol. 315. n. 155. & seq.

Fiscus.

Fisco, qualiter delinquentis bona sunt a die commisi criminis obligata. l.6.cap.4 fol.254 n.30.& seq.
Fiscus, an omnia bona hæretici habere debeat? ibi. fol. 257.n.66.& seq.
Fiscus quando alienationes in fraudem sui factas via executiua reuocare non potest? ibi. fol. 290. n.433.
Fiscus rem alienatam vendicans, an debeat aliquid possessori dare? ibi.fol.297.n.507.
Fiscus an posit idem ab emptore vendicare nullo restituto prætio ibi.fol.298. n.515. et seq.
Fiscus non est propriè hæres. l.6. cap.4. fol. 262 num.122.
Fiscus, quæ debita criminosi satisfacere tenetur? l.6 cap.5. fol. 323.n.245.
Fiscus vltra vires bonorum confiscatorum non tenetur soluere. ibi.fol.324.n.257.
Fisco Regio bona hæretici applicantur in Hispania ibi.fol.329. n.316.& seq.
Fiscus ad quid tenetur dum bona occupata vxori innocenti non restituit? ibi. fol. 320. n.217.
Fiscus iuribus delinquentis succedit. l.6.cap.4.fol. 271.n.233.

Forma.

Forma prima terminandi processum fidei, per dispositionem hæretici (confessi, ac pœnitentis, sed non relapsi) ad abiurationem faciendam. l.5.c.4. fol.36. num.108.
Forma cedulæ legendæ in publico, continentis crimen illius, qui habet hæresim abiurare. ibi. fol. 37. n. 110.
Formæ disponendi reos ad pœnas. ibi. fol.33.n.65. et seq.
Forma abiurandi omnem hæresim. ibi. fol.37.n.112.
Forma habitus pœnitentialis. l.6. cap.7.fol.352. n.159.

Fraus.

Fraus cur non præsumenda? l.6.cap.4 fol.290.n 427
Fraus, quid sit, et quomodo differat a dolo? l.6. cap.1.fol. 188. n.115.
Fraus, et dolus, an in dubio præsumendi? ibi.fol. 190.n. 143.
Fraus, et dolus, qualiter probantur? ibidem n.150.
Fraus in Fiscum quando præsumitur? l.6.cap.4. fol. 259.n.85.
Fraus quando de venditione bonorum non præsumitur? ibidem n.87.

Frequentia.

Frequentia Sacramentorum, quibus imponitur obseruanda. l.6.cap.7. fol.354.n.180
Frequentia Sacramentorum pro salutari pœnitentia iniungenda. l.6. cap.8. fol.366. n 136.

Fructus.

Fructus, an teneatur hæreticus ante sententiam restituere? l. 6. cap. 3. fol.244. n.149.
Fructus ex re confiscata proueniens, an vendicetur a Fisco? l.6. cap.4. fol. 298. n.524.
Fructus, pars rei censentur. ibi fol.290.n.430.
Fructus Emphyteutæ condemnati ad quem pertinent? ibi fol 271.n. 236.
Fructus feudi ad quem spectant delinquente feudatario? ibi.fol.27.n.263.

Fugiens fugitiuus.

Fugiens fracto carcere, si statim supremis iudicibus se præsentet, quomodo tractandus? l.5. cap.5. fol.89. n. 577.
Fugiens e carcere præsumitur ficte conuersus. l.6. cap. 10. fol. 430.n.107.
Fugitiuus, an sit pro conuicto habendus? l.6.cap.8. fol.400.n.538.
Fugitiuus pro qualitate Personæ puniendus. ibi.fol 401. n.540. et seq.

Fundus.

Fundus dotalis vxore consentiente venditus, quando potest ab vxore repeti? l. 6. cap.5. fol.320. n. 218.
Fundo dotali, quando succedit vxor? ibidem n.219

Fu-

INDEX

Furiosus. furor.

Furiosus conuitium dicens, iniuriam non facit. l.6. cap.1. fol.202. n.294

Furorem allegans, probare debet. ibi.fol.204.n.311

Furor in crimine parricidij excusat. ibid.fol.202. n.298.

Furiosus habens lucida internalla, an excusetur à culpa? ibi.fol.203.n.300. & seq.

Furorem incurrens post delictum, quomodo tractandus? ibidem.n.308.

Furtum.

Furtum, quando capitali pœna puniendum? l.6.cap.1. fol.206.n.336.

Furta tria committens in diuersis territorijs qualiter puniendus? ibidem.

Furtum, vel aliud crimen in confessione consulens, S. Officio subiacet.l.6.c.8. fol.379.n.287

Fustigatio.

Fustigatio moderata iniungenda. l.6. cap.7.fol.347. n.95.

Fustigationis pœna, qualis? l.6.cap.2.fol.225.n.53.

Fustigationis, & Mitræ pœna, quibus infligitur? ibi.fol.226. n.58.

Fustigationem blasphemi ex consuetudine puniendi. l.6.cap.8. fol.381.n.311.

Fustigatio recepta penes tribunalia S. Officij.l.6. cap.7. fol. 346. n.89.

Fustigatio, loco triremium iniungenda l.6.cap.7. fol. 346. n.92. & seq.

Fustigatio, cur grauior omnibus pœnis.ibidem.

G

Gandensis.

GAndensis virgo, quam Dæmon varijs reuelationibus, superbiæ Spiritu inflauerat.l.5.cap.5 fol.96. n.664

Gandensis virgo persuasa, separem meritis virgini Deiparæ esse. ibidem.

Gandensis per aliquot annos confessionem intermisit, nec a sacra Sinaxi abstinuit.ibid.n.665.

Gandensi Dæmon persuadet, se de cælo grauidatam. ibidem.

Gandensis dæmoniacus partus. ibidem. n.667.

Genebaldus.

Genebaldi Episcopi incauta cum vxore familiaritas. l.5.cap.5. fol 96.n.668.

Genebaldi pœnitentia asperrima. ibidem.

Genebaldi oratio a Deo exaudita. ibid. n.669.

Genebaldus per Angelum confortatus.ibi.fol.97. n.670.

Genebaldus miraculo omisso, ad maiorem certitudinem per obedientiæ signum currit. ibidem n.671.

Gens.

Gens Iudęorum, quauis alia infamior. l.5.cap.5. fol. 47. n.86.

Gradus.

Gradus hæreticorum negatiuorum triplex.l.5.cap. 7. fol.133. n. 16.

Gradus plures qualificationis eidem propositioni competunt. lib.5.cap.5. fol. 49. n.102.

Gradus librorum prohibitorum quatuplex l.6.cap. 8.fol.387.n.377.

Gratia.

Gratia cum iustitia fieri expedit. l.6.cap.9.fol.419 n.97.

Gratia simplex pœnam corporalem remittit, non pecuniariam. l.6.cap.9. fol.420.n.96.

Gratia plenaria, quid secum importet? ibid.n.99.

Gratiæ tempore ad tribunal S. Officij venientibus impunitas conceditur.ibid. n.102.

Gregorius.

Gregorij XV. Constitutio contra sortilegos. l.6. cap. fol.397. n.101.

Gregorij XV. prohibitione stante, per conuersantes cum hęreticis, qui intelliguntur? l. 5. cap.5. fol.94.n.635.

Gregorij XIII. Bulla contra Iudæos, et alios infideles. l.5. cap.5. fol. 46. n.62

H

Habitus.

HAbitus pœnitentialis, Auitello, Italice, Sanbenito Hispanice nuncupatus.l.6.cap.7 fol.351. n.147.

Habitus pœnitentialis, quibus imponendus? ibid. n.152.

Habitus origo antiquissima, cum fundamento ex Sac. Scriptura. ibi fol.350. n.146.

Habitus forma, pro Tribunali S. Inquisitionis iam vsitata tempore, quo cępit ipsum institui contra Albigenses. ibi. fol.351. n. 148.

Habitum pœnitentialem spectantia. vide ibidem. per tot. regulam.

Hęreditas.

Hæreditas hæretico delata, restitui debet ab intestato venientibus. l.6.cap.6.fol. 334. n.45.

Hæreditatem repudiare an valide possit hæreticus? ibi. fol.335.n.55.

Hæreditate ex testamento, seu ab intestato, hæreticus priuari debet. ibi.fol.334.n.40.

Hæreditate priuantur, crimen lesæ Maiestatis committentes. ibid. n.43.

Hæreditatem, Apostata iuxta legem Regiam non accipiat. ibi. n.48.

Hæreditatem, cuius incapax est hæreticus, quando fiscus non habet locum capiendi? ibi. fol. 335. num. 52.

Hæreditatis repudiatio, quid sit? ibi. n.56.

Hæres.

Hæredem Catholicum potest hæreticus instituere secundum ius ciuile, non Canonicum. l.6. c 6. fol.336. n. 74.

Hæredes hæretici, quando tenentur bona parentis restituere, & quæ? l.6. cap.4 fol.292. n.457.

Hæredes, quando ad probandum pro patre suspecto admittuntur? l.5. cap.7. fol.148 n 206.

Hæreditate paterna, filij ob hæresim parentum priuantur. l.6. cap.5. fol.302. n.10.

Hæreditate, ac legitima, etiamsi filij ob hæresim parentum priuandi, non tamen alimentis. ibid. num. 14.

Hæresiarcha.

Hæresiarchæ, quomodo tractandi, si sponte compareant? l 5. cap.4. fol.41. n.170.

Hæresiarchis quamuis errorum magistris, comparitionis causa, non denegatur gratia? ibidem.

Hæresiarchæ, si ex corde pœniteant aliquando reconciliandi. ibidem n.171.

Hæresiarcha, quando ad reconciliationem non est admittendus? l.6. cap.7. fol.341. n.33.

Hæresiarchæ Regem conantes peruertere, ob immanitatem criminis non reconciliantur.ibidem num.35.

Hæresis.

Hæresis sola pœnitentia tollitur. l.6. c 6.fol.336. num. 68.

Hęresim manifestans signo insufficienti, excommunicationem non contrahit. l. 6. cap. 3. fol. 236. num.4.

Hęresis duplex, duplici fidei opposita. ibi. fol.237. num.48.

Hæresi

INDEX

Hæresi durante inhabilis est hæreticus ad beneficia & officia. ibi 242. num. 123.
Hæresis crimen imponens, mortis pœna quando plectendus? l.6. cap.8 fol.374. n. 237. & seq.
Hæresis diffinitio qualis? ibi. fol.355. n.9.
Hæresis nulla sine pertinacia est ibidem.
Hæresis pertinacia per quid impeditur. ibid. n.14.

Hæreticus.

Hæreticus formalis in secundo lapsu deprehensus, qui de leui abiurauit, quomodo tractandus? l.5. cap.4. fol.30. n.18.
Heretici omnes, secundum aliquos, nominatim excommunicati. l.6. cap.3. fol.234. n.15.
Hereticus nominatim excommunicatus solus est vitandus. ibid.n.16.
Hereticus condemnatus sine mentione excommunicationis, eritne vitandus? ibidem n.17.
Hereticus pure mentalis, in quo differat a pure externo? ibi fol.236. n.38.
Hereticus discredens diuinæ reuelationi speciali, an excommunicationem incurrat? ibi. fol. 237. num.50
Hæreticus fructibus ex beneficijs, perceptis priuatur. l.6. cap.3. fol.244. n 148.
Hæreticus agere non potest, sed conueniri. ibi. fol. 249. n.217.
Hereticus non potest esse iudex. ibid. n. 220.
Hæreticum denunciare omittens, ipsi fauendo quot excommunicationes incurrat? l.6. cap.8. fol.384 num.348. & seq.
Hæreticus, errores in iudicio manifestans, si confiscationem reuocet, qua pœna puniendus? l.6. cap.7. fol.339. n. 17.
Hereticus conuentione approbata, ad Christianorum terras accedens, quomodo ratione scandali puniendus? l.5. cap.5. fol. 95. n.64. & seq.
Hereticus abiurans de formali heresim, & in fautoriam incidens, relapsus constituitur. l.5. cap.6 fol.123. n.43.
Hæreticus impœnitens, quis dicatur? ibi. fol.127 n.86. & seq.
Hereticus affirmatiuus, vel negatiuus, quis? l. 5. cap.7. fol.132. n.7. & seq.
Heretici totaliter negatiui primi gradus qualiter expediendi? ibi. fol.134. n.32. & seq.
Hereticus negatiuus secundi gradus, qualiter? ibi. fol.137. n.70. & seq. & fol. 138. n. 85. & seq.
Hereticus diminutus, quis censendus? ibi. fol. 136. num.60.
Hereticus sine actibus internis reperiri non potest. ibi. fol.139. n.96.
Hereticorum credentes sunt in triplici differentia. l.5. cap.5. fol.54. n.175. & seq.
Hereticos non denuncians, velut hereticus puniendus? ibi. fol.58. n.219.
Hereticus e carcere fugiens, & hereticos visitans vltimo supplicio puniendus. l.6. cap.10. fol.431. num.111.
Hereticus fugiens nullam heresim fuga ipsa committit. ibidem n.108.
Heretici ad terras Christianorum venientes, ratione scandali ibi patrati puniri possunt. ibi. fol. 402. n. 556. & seq.
Hereticus formalis post abiurationem de vehementi deprehensus, relapsus habetur. l.5. c.4. fol.32 n.48. & seq.
Hereticus quando ad reconciliationem admitti debet. ibi. fol.38. n.129. & seq.
Hereticus ad tabulatum productus, si resipiscat, an sit reconciliandus? ibi fol.39. n.137. & seq.
Hereticus idem est, quod diuisus. l.5. cap.5. fol.45 num.58.
Hereticus non punitur nisi precedente sententia. l.5. cap.1. fol.7. n.18.
Hereticus, an successionis ex testamento incapax? l.6. cap.6. fol.334. n.41. et seq.
Hereticus, an donationis inter viuos sit capax. ibi. fol.335. n.62. et seq.
Hereticus testari non potest. ibi. fol.336. n.73.
Hæreticus post reconciliationem, an possit de acquisitis testari? ibidem n.80.
Hæretici delectum ciborum in ieiunijs reprobant. l.6. cap.8. fol.391. n.429. et seq.

Hierosolymitanus.

Hierosolymitana Religio, quid iuxta propria statuta seruare consueuerit in causa criminali? l.6. cap.10. fol.428. n.77.
Hierosolymitanorum causę non possunt sine Episcopo ab Inquisitore tractari. l.5. cap.3. fol.26. n. 120. et seq.
Hierosolymitani Diaconi immuratio horrenda. l.6. cap.7. fol.346. n.83.

Hispalensis.

Hispalẽsis instructio, quid super reincorporato ad Ecclesiam doceat? l.5. cap.4. fol.38. n. 125.

Hispania.

Hispaniarum Inquisitionis praxis circa hæreticum ad misericordiam recipiendum. l.5. cap.4. fol.39 n.136.
Hispaniarum Inquisitionis Tribunal, qualiter Polygamos puniat? l.6. cap.8. fol.371. n.199.
Hispanię mos in exequenda sententia in hęreticos lata. l.6. cap.10. fol.429. n.86.
Hispanię tribunal, quid circa pœnarum mutationem obseruat? l.6. cap.9. fol.417. n. 61.

Homicidium.

Homicidium sortilegio committens, an brachio sæculari tradendus? l.6. cap.8. fol.396. n.496. & seq.
Homicidium in confessione sollicitatione persuadens, S.Officio subest puniendus. ibi. fol. 379. num.287.
Homicidium proditorium committens Ecclesiæ immunitate non gaudet. ibi. fol.399. n.525.
Homicidium consulens, an immunitate, Ecclesiæ gaudeat? ibidem.
Homicidium plurium vnico ictu factum, an multiplex sit peccatum? ibi. fol. 385. n.353.

Homo.

Homo vilis leui suspicione trahi potest in iudiciũ. l.5. cap.4. fol.29. n.9.
Homo probus non ita leui trahi potest. ibidem.
Hominum corpora dæmon transformare potest. l.6. cap.8. fol. 395. n.470. De vna in aliam regionem etiam transferre. ibi. fol.394. n. 465.

I

Idolatria.

IDolatriæ crimen, quando ignoranter incurritur l.6. cap.8. fol. 390. n. 413.

Ieiunium.

Ieiunium rectè, & iuste sub præcepto a fidelibus suscipitur. l.5. cap.5. fol.78. n.457.
Ieiunium ab Ecclesia institutum superstitiosum affirmans pertinaciter, formalis est hæreticus. ibid. num.461.
Ieiunium iniungendum erit comedentibus carnes diebus vetitis. l.6. cap.8. fol. 391. n.438.
Ieiunium hæretici improbarunt. l.5. cap.5. fol.77. num.454.
Ieiunium in pane, & aqua, quibus imponendum? l.6. cap.7. fol.352. n.165.
Ieiunium quadraginta dierum in pane, & aqua Polygamis imponendum. l.6. cap.8. fol.371. nu. 189.

Ignorantia.

Ignorantia prout est mala, sumpta stricto modo multiplicitet diuiditur. l.5. cap.5. fol.43. n.21.

Ignorantia in crimine hæresis, qualis excusat? ibid. num.22.

Ignorantia affectata, an excuset reum ab hæresi, & effectibus eius? ibidem n.28.

Ignorantia iuris diuini circa explicite credenda, vel iuris naturæ primario non excusat externo foro. ibi. fol 44. n.35. & seq.

Ignorantia potius, quam dolus, & malitia, in dubio præsumitur. l.5. cap.7. fol.139. n.99.

Ignorantia pertinaciam excusans qualiter intelligenda? l.6. cap.8. fol.456. n.15.

Ignorantia quæuis pertinaciam excusat. ibi. fol. 355. n.14.

Ignorantia, quando fautores ab excommunicatione liberat? ibi. fol. 365. n.126.

Ignorantia dolum non committit. l.6. cap. 1. fol. 192. n.168.

Imago.

Imaginem Christi Domini, ac Sanctorum percutiens, data opera, manifestam hæresim sapit. l.5. cap.4. fol.35. n.92.

Imaginem Christi percutiens, si animum hæreticalem fateatur & misericordiam petat, reconcilietur. ibidem n.95.

Imagines sacras percutiens, qua pœna puniendus? l.6. cap.7. fol.343. n.54. & seq.

Imaginem conculcare sapit hæresim. ibi. fol. 343. num.55. & seq.

Imaginem Saluatoris ausu temerario percutiens, brachio sæculari tradendus l.6. cap. 8. fol. 382. num.318.

Imagines nondum Beatificatorum contra Decreta venerantes, qualiter puniendi? l.6. cap.8. fol.404 num. 576. & seq.

Immuratio.

Immurationis ritus antiquus. l.6. cap. 7. fol. 345. num.80

Immuratio, & perpetuus carcer synonima. ibid. num.79.

Immuratio Diaconi rigorosa nimis. ibi. fol. 346. num.83.

Impediens.

Impediens sententiam, & contumaciter absens, qualiter debet expediri? l.5. c. 7. fol.146. n.183.

Impediens iudicium postquam fautor extitit, & citatus in absentia non comparuit, an curiæ sæculari tradendus? ibi. fol.144. n.196.

Impedientibus S. Officium, an iniungenda sit aliquando abiuratio. l.5. cap.5. fol.53. num.157.& seq.

Impedientes S.Officium, quando, & super quibus torquendi? ibidem n.162.

Impedientes S.Officium, quomodo ex vi Bullæ, si de protegendis puniendi? l.6. cap. 8. fol. 366. num.140. per totam reg.

Impedimentum.

Impedimentum non comparendi probans, insurdescentię culpa non punitur. l.6. cap.8. fol.385 num.360.

Impedimentum iustum non comparendi contingere potest. ibidem n.159.

Impedimentum non probans, quibus pœnis ob insurdescentiam puniendus? ibidem n. 361.

Impetratio, impetrans.

Impetratio beneficij, quo priuatur hæreticus, quando fieri potest? l.6. cap.3. fol.244. n.141. & seq.

Impetrans beneficium hæretici non obligatur exprimere requisita iuxta regul. Cancellariæ. ibid. num.145.

Impœnitens.

Impœnitentibus morte afficiendis lingua alliganda. l.6. cap.7. fol.339. n.13.

Impœnitens hereticus quis dicatur? l. 5. capit. 6. fol.127. n.93. & seq.

Impœnitens reputandus, qui condemnatus ad abiurandum, abiurare non vult. ibi. fol.128. n.106

Impœnitens non relapsus, quis dicendus? ibi fol. 128. n.107.

Impœnitens non relapsus, quomodo tractandus? ibidem. num.109.

Impostura.

Impostura, cuius sit species? l. 6. cap. 1. fol. 188. num.118.

Impuber.

Impuberes nulla pœna iuridica afficiuntur. l.6. cap.1. fol.198. n.247.

Impuberibus nulla est iniungenda abiuratio. l.5. cap.3. fol. 28. n.91.

Impuberes abiurare debent, si doli sunt capaces. ibi. fol.24. n.95.

Impunitas.

Impunitas mortis, & aliarum pœnarum, cui conceditur apud Tribunal S.Officij? l.6. cap.9. fol. 420. n.104.

Impunitas pœnarum post latam sententiam concedenda. ibid. n.104.

Impunitas delictorum irrationabiliter esset, si iudicibus pœnas relaxandi facultas adesset. l.6.c.1 fol 184. n.60.

Incapax.

Incapax successionis ex testamento, an sit hæreticus? l.6. cap.6. fol.334. n.41. & seq.

Incapax testandi fit hæreticus. ibi. fol. 336. n.73.

Indiciatus.

Indiciatus de crimine hæresis, post indicia purgata non est tanquam innocens absoluendus. l.5.c.2. fol.12. n.29.

Indicium.

Indicia leuia, quando in vehementia transeunt? l.5. cap.4. fol.30. n.20.

Indicia magna, vrgentia, & probata præcedant abiurationem de vehementi. ibi fol.31. n. 35.& seq.

Indicia contra reum, per contraria manent euacuata. l.5. cae.2. fol.11. n 9.

Indicia per torturam euacuantur, & pro reo sententia absolutoria proferenda est. ibidem. n.12.

Indicia indubitata, quæ dicuntur? l. 6. cap.8. fol. 397. n. 507. & seq.

Indicia superuenientia contra reum S.Officij, cum indicijs, ex quibus fuit tortus possunt coniungi. l.6. cap.9. fol. 415 n.28. & seq.

Indicia probabilia sufficiunt respectu doli præsumpti l.6. cap.1. fol.191. n.158.

Indicia perspicua, quæ dicantur? ibidem. n.156.& sequent.

Indicia magis vrgentia, quando requiruntur? fol. 27. n.130.

Indignatio.

Indignationis Principis pœna, a quibus incurritur? l.6. cap.2. fol. 227. n.70.

Indignationis pœna in quo consistat? ibidem. n.71 et seq.

Infamia, infamis.

Infamia duplex, scilicet iuris, et facti. l.6. cap.3 fol.248

fol. 148. n. 199. et seq.
Infamia iuris vt contrahatur, quid requiritur: ibid. n. 204.
Infamis propter hæresim etiamsi pœniteat, famam non recuperat nisi dispensetur. ibidem. n. 205.
Infamia Polygami filios non inficit. l. 6. cap. 8. fol. 370. n. 182.
Infamiæ pœna non tollitur simplici gratia. l. 6. cap. 9. fol. 410. n. 98.
Infamis quis perpetuo sit? l. 6. cap 4. fol. 301. n. 549.
Infamia totaliter sublata, potest reus ad honores, et officia promoueri. l. 5. cap. 2. fol. 16. n. 77.
Infamiam an filij hæreticorum contrahant? l. 6. c. 5 fol. 309. n. 90. et sequent.

Infans, infantia.

Infantes a pœna iuridica excusantur. l. 6. cap. 1. fol. 198. n. 250.
Infantia, prima ætas est, quæ ad septimum annum procedit. ibi. fol. 197. n. 234.
Infantię proxima dicitur ætas secunda, quæ duditur vsque ad annum decimum. ibidem.
Infantiæ proximi etiam a pœna iuridica excusantur. ibi. fol. 198. n. 150. et seq.

Infidelis.

Infideles, et hæretici, quando dicuntur Catholicis probare scandalum. l. 6. cap. 8. fol. 401. n. 555
Infideles an possint ab inquisitoribus puniri? ibi. fol. 393. n. 446 et sequent.

Ingratitudo.

Ingratitudinis casu feudum ad dominum deuoluitur. l. 6. cap. 4. fol. 273. n. 260.

Inhabilis.

Inhabiles ad beneficia Ecclesiastica obtinenda filij hæreticorum sunt. l. 6. cap. 5. fol. 306. n. 55.
Inhabiles ad conferenda beneficia schismatici sunt. l. 6. cap. 8. fol. 362. n. 85.

Inhabilitas.

Inhabilitas ad beneficia, schismaticorum est pœna l. 6. cap. 8. fol. 361. n. 80.
Inhabilitas ad beneficia præcise obtinenda, obtentis non priuat. l. 6. cap. 5. fol. 307. n. 61. et seq.
Inhabilitas iniuncta per Constit. Clem. VIII. non est pœna actualis delicti. ibi. fol. 308. num. 82.
Inhabilitas non est proprie infamia. ibi. fol. 309. num. 93.

Iniuria.

Iniuriam publice iudici inferens, potest ab ipso sine processu puniri. l. 5. cap. 5. fol. 92. n. 617. & seq.
Iniuriarum crimen committens, qua via excusatur? l. 6. cap. 1. fol. 196. n. 218. et seq.

Innocens.

Innocens propter delictum alterius non punitur, nisi sit a iure statutum. l. 6. cap. 5. fol. 319. n. 203
Innocens, si probetur nocens, quid ab Inquisitore faciendum? l. 6. cap. 9. fol. 415. n. 37.

Inobediens.

Inobedientes vt Ecclesia coerceat, qua potestate prædita? l. 6. cap. 7. fol. 339. n. 9.

Inquisitor.

Inquisitores processum a se factum iudici laico nō debent ostendere. l. 6. cap. 10. fol. 428. num. 80
Inquisitor quibus verbis ad euitandam irregularitatem, vsurus? ibi. fol. 429. n. 90. & seq.
Inquisitor si non potuerit innocentem liberare, secundum allegata iudicet. l. 6. cap. 9. fol. 415. n. 38
Inquisitores pro quibuscumque S. Officij caussis nō tenentur actum fidei publicum celebrare. l. 6. cap. 10. fol. 422. n. 9.
Inquisitor quid possit in sortilegos virtute Constit. Gregorianæ? l. 6. cap. 8. fol. 398. n. 511.
Inquisitores peculiares etiam dumadest plena probatio delicti non possunt morte damnare per se. ibidem n. 512.
Inquisitor punire potest iniuriantem se, vel alium ex Ministris S. Officij. l. 6. cap. 8. fol. 400. n. 532 & seq.
Inquisitores, quo casu contra violantes sigillum Confessionis procedant? ibi. fol. 407 n. 618. & seq.
Inquisitores, quando insurdescentes in excommunicatione non ex causa hæresis expediunt? ibi. fol. 386. n. 372.
Inquisitores possunt vltra excommunicationes incursas, legentes libros prohibitos, pœnis alijs etiam punire. ibi. fol. 388. n. 390.
Inquisitor de iure nouo sortilegos simplices punire potest. ibi. fol. 396. n. 484.
Inquisitor etiam particularis contra iniuriantes verbis ipsum, potest procedere. l. 5. cap. 5. fol. 92 n. 612. & seq.
Inquisitor, an possit aduersus delatos absentes procedere? l. 5. cap. 7. fol. 144. n. 155. & seq.
Inquisitor, quomodo contra absentes conuenientius aget? ibi. fol. 147. n. 197.
Inquisitores non possunt post mortem aduersus fautores procedere. ibi. fol. 143. n. 210. & seq.
Inquisitor, qualiter contra defunctos reos in crimine hæresis procedere debet? ibi. fol. 147. n. 225.
Aduerte hic duplicem esse numerum. 147.
Inquisitores absque cognitione fori externi, non possunt absoluere in foro interno. l. 5. cap. 8. fol. 149. n. 18. & seq.
Inquisitor congruentius iurisdictionem delegat ad forum internum, quam per se exercet. ibi. fol. 150. n. 29. & seq.
Inquisitores contra Apostatas a fide procedant. l. 5 cap. 5. fol. 40. n. 113.
Inquisitor post latam sententiam ad quid se potest extendere, noua probatione adueniente? l. 5. c. 2. fol. 13. n 31.
Inquisitores non pro omni leui culpa pecuniariam pœnam imponant. l. 6. cap 6. fol. 332. n. 18. & seq.
Inquisitores Prouinciales nihil grauibus dubijs proprio Marte decidant. l. 5. cap. 4. fol. 35. n. 87. & seq.
Inquisitor, an abiuraturum debeat interrogare, item ne in veritate, quæ fuerint lecta? ibi. fol. 37 n. 110. & seq.
Inquisitor, si omittat in sententia exprimere retentionem suæ facultatis circa eius mutationem adhuc mutare potest. ibi. fol. 28. n. 127.
Inquisitor, cum possit iudex laicus prolationi sententiæ adesse, non debet eius præsentiam subterfugere. l. 5. cap. 1. fol. 10. n. 65.
Inquisitor si indebite reum insontem pronunciet, noua probatione illum damnare potest. l. 5. c. 2. fol. 13. n. 42.
Inquisitores pœnnam pecuniariam sibi non applicent. l. 6. cap. 6. fol. 351. n. 15. & seq.
Inquisitor sicut post definitiuam sententiam, pœnam augere, ita etiam liberati causam nouo indicio pertractare potest. l. 5. c. 2. fol. 12. n. 26. & seq.
Inquisitore Illustriss. ac Reuerendiss. D. Fabio Chigio Tribunalis Meliten. existente, qui nunc gloriose summum regit Ecclesiæ clauum, cuidam regulari sacerdoti pœna triremium inflicta est. l. 6. cap. 7. fol. 347. n. 100.
Inquisitor solus, an falso deponentes de morte prioris coniugis, punire queat. l. 6. cap. 8. fol. 373. n. 230. & seq.
Inquisitori non denuncians delinquentes contra fidē ipso facto excommunicatur. ibi. fol. 383. n. 333.

Inquisitores arbitraria pœna polygamos puniunt. ibi. fol. 370. n.188.
Inquisitori, post latam sententiam pœnam minuere licet. l.6. cap.9. fol.417. n.60.
Inquisitor etiam generalis non habet facultatem dispensandi quoad pœnas, quæ a iure sunt statutæ. ibid. n.66.
Inquisitoribus est concessa facultas remittendi totaliter pœnas l.6. cap.9. fol.420. n.102.

Inquisitus.

Inquisiti confessio, & hæresis probatio requiruntur ad abiurationem de formali. l.5. cap.4. fol. 26. num.128.
Inquisitus in S. Officio per nullum actum, ita rigorose agrauatur, ac per abiurationem. ibi. fol.27. num. 131.

Instrumentum.

Instrumenta ante lapsum in hæresim facta, an post lapsum reddantur inualida? l.6. cap.3. fol.250. n.224.
Instrumenta ab hæretico facta, nulla. ibi. fol. 249. num.222.

Insurdescens.

Insurdescentium per annum in excommunicatione pœnæ. l.6. cap.8. fol.385. n.356. & seq.
Insurdescens quando Curiæ sæculari tradendus? ibid. n.361.
Insurdescens in excommunicatione per annum per iudicem laicum puniri potest. l.5. cap.5. fol.75. n.430. & seq.
Insurdescens non dicitur, qui post sex menses ad reincidentiam absoluitur, licet per alios sex menses in censura permaneat. ibi. fol.74. n.409.

Insurdescentia.

Insurdescentiæ veræ, præcipuæ circumstantiæ, & conditiones. l.5. cap.5. fol.74. n.408. et seq.
Insurdescentia in excommunicatione per causam ciuilem latam, an ad inquisitores punire spectet? ibi. fol.75. n.421. et seq.
Insurdescentia eo modo, quo crescit, præsumptionem inducit. ibi. fol.76. n.436.

Intentio.

Intentionem negans, si verba hæretica confiteatur, an relaxari debeat? l.5. cap.7. fol.140. n.101.
Intentio ex qualitate facti probatur. ibidem. n.105

Interpretatio.

Interpretatio omnis facienda ad exclusionem culpæ. l.6. cap.1. fol.190. n.149.
Interpretatio benignior amplectenda. l.6. cap. 3. fol.243. n.128.

Ioannes.

S. Ioannis Baptistæ reuelatio pro custodienda Meliten. insula. l.5. cap.5. fol.98. n.684. et seq.

Iordanus.

B. Iordani exemplaris casus. l.5. cap.5. fol. 97. n. 674. et seq.

Iosue.

Iosue verus iudex, et inquisitor. Procem. l.5. fol. 5
Iosue stratagema in expugnanda Hierico. ibidem.

Ira.

Ira an sit causa minuendi pœnam? l.6. cap.1. fol. 195. n.208.
Ira excusans, qualis esse debet? ibi. fol.196. n.220 et seq.
Ira cuius non est pœnitentia, siue parua, siue magna sit, non excusat. ibidem. n.225.

Irregularis, irregularitas.

Irregularitas ab inquisitore vitanda, & quomodo? l.6. cap.10. fol.429. n.90. & seq.
Irregularitas ob hæresim occultam contracta, potest per Episcopum dispensari ad omnes ordines recipiendos. l.6. cap.9. fol.417. n.70.
Irregularitatis pœna etiam à Sum. Pontifice non debet hæreticis formalibus dispensari, nisi necessitate vrgenti. ibi. fol.420. n.105.
Irregularitatem hæreticorum non incurrunt, qui ab Inquisitoribus coguntur abiurare de vehementi. l.6. cap.3. fol.247. n.188.
Irregularitas, quæ ad notorietatem criminis enormis sequitur, ob suspicionem contra fidem incurritur. ibidem. n.189.
Irregularitas, quę ex notorietate delicti prouenit. l.6. cap.8. fol.262. n.84.
Irregulares, an filij hæreticorum sint? l.6. cap.5. fol.310. n.99.
Irregularitatem contrahit ficte negans fidem. l.6. cap.3. fol.246. n.179. & seq.
Irregularitatem hæretici non contrahit ficte negans fidem. ibi. fol.247. n.180.
Irregularitas non contrahitur ob heresim solamente retentam. ibi. fol.246. n. 175.
Irregularilas ratione infamiæ contracta, sublata infamia per vitæ emendationem tollitur. ibidem. n.173.
Irregularitas nulla statuitur crimini occulto, in Concil. Trident. Decreto. ibidem. n.170.
Irregulares, an sint abiurantes de leui aut de vehementi? ibi. fol.247. n.186.
Irregularitas in hæreticos lata, etiam ad defensores, &c. extenditur. ibid. n.184.
Irregularitas nulla inducenda, nisi in iure sit expressa. ibi. fol.245. n.169.
Irregularitas hæretici, quamuis ipse sit emendatus, non cessat. ibidem. n.173.
Irregulares fiunt hæretici, ac Apostatæ quantumuis occulti sint. ibid. n. 172.
Irregularitatem non infert infamia ex solo crimine alieno dermata secundum Toletum. l.6. c.5. fol. 310. n.100.
Irregularitatem incurrere filios hęreticorum probabilius censetur. ibidem. n.101. Ad contrahendam hanc irregularitatem non requiritur sententia iudicis parentes condemnantis. ibid. n.102.
Irregularis fit Polygamus. l.6. cap.8. fol. 371. n.189
Irregularis fit Clericus, si sacris initiatus matrimonium contrahat. l.6. cap. 8. fol. 373. n. 220.
Irregularitas a filijs hęreticorum contracta, non extenditur ad descendentes ex Mauris, vel Iudęis ante rationis vsum baptizatos. l.6. cap.5. fol.310 num.105.
Irregulares sunt Neophiti, hoc est, a natiuitate non baptizati. ibidem.
Irregularitas Neophytorum per quot annos duret? ibidem. n.107. & seq.
Irregularitatum dispensatio ex delicto occulto prouenientium commissa est Episcopis a Sac. Conc. Trid. l.6. cap.3. fol. 239. n. 77. Possunt etiam Prælati Regulares super irregularitatibus dispensare circa sibi subditos ex Concessione Pij V. ibidem. n.85. & seq.
Irregularis, beneficiorum Ecclesiasticorum est incapax. ibi. fol.243. n.125
Irregularitatis dispensatio per hæresim contractæ potest fieri ab Episcopo quoad vsum Ordinis iá suscepti, non tamen quoad vsum sacerdotij in sacrificio Missæ. l.6. cap.9. fol.417. num.69.

Italia, italus.

Italię consuetudo in exequenda sententia a S. Officio lata. l.6. cap.10. fol.429. n.871.
Itali ne matrimonium cum hęreticis mulieribus contrahant. l.5. cap 5. fol.93. n.623.

Italos receptantes hæreticos, veluti fautores Pontifex puniri iussit. ibidem. n.629.
Itali ne medicamenta ab hæreticis accipiant, nec eos ad medicandum vocent. ibidem nu. 623. & seq.
Italus Clementis VIII. Constitutionem non seruans iurisdictioni Inquisitorum subditur. ibidem. num.627.

Iudæus.

Iudæus Christianus effectus, an possit puniri propter delicta anteriora? l.6 cap.1. fol.217. n.478. & seq.
Iudæus Christianus effectus restituere tenetur ante ablata. ibi. fol.218. n.485.
Iudæus, quando post baptismum non tenetur restituere male ante ablata. ibidem. n.486.
Iudæi, an sint hæretici? l.5. cap.5. fol. 45. n.56. & seq.
Iudæi, et infideles iurisdictioni Inquisitorum, an subiecti? ibi. fol.45. n.60.
Iudæi quibus casibus puniri ab Inquisitoribus possunt? ibi. fol.46. n.63.
Iudæi quomodo puniendi? ibi. fol.48. n.94.
Iudæi non possunt spiritualibus pœnis ab Inquisitoribus puniri. l.6. cap.8. fol.393. n.448.
Iudæi Ecclesiæ Catholicæ magnam perniciem libris Thalmudicis inferunt. ibi. fol.394. n. 458.
Iudæorum gens, quauis alia infamior. l.5. cap.5. fol.47. n.86.
Iudæi non dicuntur ab Ecclesia diuisi, quia ipsi non fuerunt vniti. l.5. cap.5. fol.43. n.58.
Iudæus super Crucem immunditias proijciens, non debet à Iudice sæculari, sed ab Inquisitoribus puniri. ibi. fol. 46. n.64.
Iudæi, si in die Veneris Sancti tripudient possunt ab Inquisitoribus puniri. ibidem. n.66.
Iudæis inseruientes in die Sabathi puniri possunt ab Inquisitoribus. ibid. n.67. et seq.

Iudex.

Iudices laicos in causis hæresis se ingerentes S. Inquisitionis Officium punit. l.5. cap.5. fol.84. n. 543.
Iudex laicus non potest de causis hæresis cognoscere. ibi. fol.83. n.526.
Iudex, et pars, non potest idem esse in eadem causa. ibi. fol.91. n.606. et seq.
Iudex, qua ratione reum absoluere non potest? l.6 cap.1. fol.182. n.39.
Iudex in dubio minorem pœnam imponat. ibi. fol. 185. n.76.
Iudex laicalis, quando processum ab Ecclesiastico iudicatum denuo format? l.6. cap.10. fol.428 n. 77. Ad iudicem exequutorem non spectat cognoscere, sit necne iniusta sententia. ibidem. num.82.
Iudex laicus, si post declarationem censurarum obedire nolit, quomodo puniendus? ibi. fol.429 n.95. et seq.
Iudex Ordinarius non intelligitur delegatus. l. 6. cap.9. fol.414. n 21.
Iudex pœnas a iure præscriptas augens scelerate agit. ibi. fol.416. n.45.
Iudex pœnas minuens, delinquentis crimen committit. ibidem. n.46.
Iudices Ordinarij facultatem non habent faciendi gratias delinquentibus. ibi. fol.418. num.82. et seq.
Iudex in delictis facilis probationis non potest indicijs indubitatis reum morte afficere. l.6. cap.8. fol.398. n.509.
Iudex ex quibus casibus cognoscere potest indicia violentæ suspicionis? l.5. cap. 4. fol. 34. num.80.
Iudex aliorum à S. Officio Tribunalium post diffinitiuam sententiam sicut nec minuere condemnati pœnam, ita nec liberati causam reassumere potest. l.5. cap.2. fol 12. n.24.
Iudices laici olim de crimine hæresis cognoscebāt. l.6. cap.8. fol.405. n.589.
Iudices laici in causis hæresis se ingerentes, excomunicatione reseruata innodantur. ibidem. n.592
Iudex competens carceratorum in S. Officio, se ex conscientia criminis vulnerantium, est Inquisitor. ibi. fol.407. n.605.
Iudex Ordinarius carceratos in S. Officio se ex tædio vitæ vulnerantes, punit. ibid. n.609.
Iudex violantis sigillum Confessionis est Episcopus. ibid. n.616.
Iudex Ecclesiasticus, vel sæcularis blasphemos punit. l.6. cap.8. fol.381. num.309.
Iudex laicus delinquentis bona confiscans, an iuspatronatus confiscare possit? l.6. cap.4. fol.268. num.198.
Iudex Ecclesiasticus, quando indirecte censetur iuspatronatus confiscare? ibidem. num. 199.
Iudex inferior, Principe non consulto, mortis pœnam non potest arbitrari. l.6. cap.1. fol 185. n 84
Iudex in alijs ab hæresi criminibus post latam sententiam non potest minuere pœnam inconsulto Principe. ibi. fol.184. n.70.
Iudici, quando est licitum pœnam augere? ibi. fol.185. n.76.
Iudici pro qualitate delicti facultas conceditur arbitrandi pœnas. ibid. n. 73.
Iudex generaliter in arbitrandis pœnis non potest recedere ab eo, quod est solitum. ibidem. nu.81.
Iudex, si haberet facultatem sine iusta causa pœnas relaxandi totaliter, delicta irrationabiliter manerent impunita. ibi. fol.184. n.60.
Iudicis inferioris a supremo Principe differentia ibid. n.63.
Iudex pœnam, quæ pro satisfactione parti læsæ debetur, contra voluntatem eius, remittere non potest. ibidem n.65.
Iudici si concedatur arbitrium moderandi pœnas, an possit mortem reo infligere? ibi. fol 186. n.85
Iudex duplici arbitrio pœnas relaxare, minuere, vel augere potest. ibid. n. 94.
Iudex, quid peculiariter præstare debet, vt recte ac legitime arbitrium efformet? ibid. n. 97.
Iudex secundum consuetudinem introductam, pœnam mortis in aliam corporis afflictiuam commutare potest, si arbitrari pœnam conceditur. ibi. fol.187. n.100.
Iudex, si in arbitrio pœnæ a iuris dispositione ex causa iusta recedat, tenetur in sententia illam exprimere? ibid. n.102. & seq.
Iudex iuxta præsumptionem arbitratur pœnam. ibi. fol. 192. n.178.
Iudicis arbitrio punitur dolus extra ordinem si nominatum delictum non habet coniunctum. ibi. fol.190. n.142.
Iudicis arbitrio coniecturæ doli remittuntur. ibid. num.151.
Iudicibus difficile est discernere, qualia adsint inditia doli. ibi. fol.191. n.160.
Iudex, in quibus pœnis non habet arbitrium? ibi. fol.192. n.179.
Iudicis arbitrio remittitur, quæ sit credulitas excusans a dolo, & contumacia. ibi. fol.193. n.189
Iudex, aut Inquisitor credentem afferenti non verosimilia, tanquam inexcusabilem prout de iure punit. ibi. fol 194. n.195.
Iudex delinquentem ex iracundia, aut intimo dolore mitius puniat. ibi. fol.195. n.205. & infra seq.
Iudex etiam hæreticalem blasphemum iracundiæ calore permotum mitius debet punire. ibidem. num.215.
Iudex mitiores pœnas corporales senibus infligat. ibi. fol.197. n.237.
Iudex minores ætate delinquentes mitius puniat. ibi. fol.198. n.242.

Iudi-

Iudices, quid obseruauerint circa adolescentes permittentes se ab alijs carnaliter cognosci. ibi. fol. 199. n. 260.
Iudex qualiter ebrios delinquentes punire debeat? ibi. fol. 200. n. 272. & seq. per tot.
Iudex furioso homicidæ pœnam potest dissimulare. ibi. fol. 202. n. 293. & seq. per tot.
Iudex, quid circa delinquentes ex consuetudine agere debet? ibi. fol. 204. n. 319. & seq.
Iudex vnius loci nequit contra delicta alibi patrata procedere. ibi. fol. 205. n. 335. Quomodo hoc venit intelligendum? vide ibi. & per seq.
Iudex quo modo circa multitudinem delinquentiũ se gerat? ibi. fol. 207. n. 350. & seq.
Iudex in mitiorem partem pro reo in dubijs inclinet. ibidem. n. 353.
Iudex, si aliquid iniuste agat, non excusatur a pœna ob Superioris mandatum. ibi. fol. 210 n. 388.
Iudicis sententia circa fœminas puniendas mitior sit. ibi. fol. 211. n. 404. & seq.
Iudex qualiter delinquentes somni, vel amoris causa debet punire? ibi. fol. 213. n. 429. et seq. per tot.
Iudex delinquẽtes nobiles, vel in arte peritos quomodo puniet? ibi. fol. 215. n. 448. et seq.
Iudex, an ob merita delinquentis, vel parentum posset mitius illum punire? ibi. fol. 217. n. 471. et seq.
Iudex filium a patre in carceribus constitutum, non pœna ordinaria puniat. ibi. fol. 219. n. 496. et seq.
Iudex, an propter bonum euentum in delicto, debet delinquentem excusare? ibi. fol. 220. n. 506. et seq.
Iudex si in sententia pœnam capitalem exprimat, de qua nam intelligi debeat? l. 6. cap. 2. fol. 222 num. 11.
Iudicum assessores, quid circa pœnas capitales obseruent. ibidem. n. 17.
Iudici omnes pœnæ sunt arbitrariæ iuxta facti, et personarum qualitates. ibi fol. 223. n. 29.
Iudicis sententia si membri amputationem exprimat, de quo debeat intelligi? ibi. fol. 224. n. 47. et seq.
Iudex secularis, an pœnam carceris perpetui possit imponere? ibi. fol. 226. n. 63. et seq.
Iudicibus Ecclesiasticis quandoque pœna pecuniaria interdicta. ibi. fol. 229. n. 103.
Iudice non potest hæreticus agere. ibi. fol. 249. num. 220.
Iudicem dirigit lex vt pœnam confiscationis imponat. l. 6. cap. 4. fol. 254. n. 28.
Iudici laico dispositio de re spirituali non competit ibi. fol. 268. n. 201.
Iudicis officio, quod filius acquirit peculium Castrense, vel quasi Castrense dicitur. l. 6. cap. 4. fol. 281. n. 327.
Iudice Ordinario præsente filius a patre emancipatur. ibi. fol. 282. n. 335.
Iudex inæqualia delicta equaliter puniens contra iustitiam facit. ibi fol. 289. n. 414.
Iudex proferens contra hæreticum sententiam confiscationis bonorum, quæ in alieno territorio sunt sita, illam non exequitur. ibidem. nu. 420.
Iudici reuelans, quæ contra fidem in domo sua fiunt, facit vt nec ipse puniatur, nec domus destruatur. ibi. fol. 301 n. 554.
Iudici confiscanti, quando bona confiscata applicentur, quando vero non? l. 6. cap. 5. fol. 326. n. 238. & sequent.
Iudicibus sæcularibus aufertur facultas ferendi sententiam super crimine hæresis, & confiscatione bonorum hæretici. ibi. fol. 327. n. 298.
Iudices Ecclesiastici non solent pœnam mortis exequi. l. 6. cap. 7. fol. 339. n. 12.
Iudicum sententia super immuratione cuiusdam Diaconi, non secundum Canones lata. ibi. fol. 346. n. 84.
Iudices Ecclesiastici pęnam damnationis ad triremes imponere possunt. ibi. fol. 347. n. 98.
Iudicibus fidei licitum est duorum testimonio aliquem damnare. l. 6 cap. 8. fol. 357. n. 30.
Iudicibus inferioribus, & supremis non est eadem facultas. ibi. fol. 398. n. 510.
Iudex post definitiuam sententiam latam, quid possint circa ipsam? l. 6. cap. 9. fol. 413. n. 9. et seq.
Iudex quilibet sententiam interloqutoriam potest reuocare. ibi. fol. 414. n. 17.
Iudex pœnas a lege statutas minuens, qua pœna puniendus? ibi. fol. 416. n. 47.
Iudices laici possunt reorum combustionem in aliũ diem non festiuum differre propter diei reuerentiam. l. 6. cap. 10. fol. 424. n. 38.
Iudex non potest sententiam ferre absque reorum citatione. l. 5. cap. 1. fol. 8. n. 34.
Iudex condemnare non potest, quem certo scit commisisse delictum, si hoc iuridice non probetur. ibi. fol. 9. n. 51.
Iudex, quid agere debet cum illo, quem certo scit esse innocentem? ibidem. n. 52. et seq.
Iudex laicus si exequi sententiam renuat velut fautor hæreticorum excommunicatur de facto. ibi. fol. 10. n. 66.

Iudicium.

Iudicium laturus circa reuelationes sibi factas, periculose agit. l. 5. cap. 5. fol. 101. n. 725.
Iudicium circa reuelationes facturus donum discretionis enixe a Deo postulet. ibi. fol. 102. n. 726.
Iudicio suo stare non possunt illi, quibus modus experimentalis discretionis non est concessus. ibidem. num. 728.
Iudicium laturus circa reuelationes alterius, modo doctrinali discernendi spiritus eget. ibidem. n. 729 & sequent.

Iulius.

Iulius II. prohibet hæreticos ad Italiam accedentes, domum apertam quouis prætextu habere. l. 5 cap. 5. fol. 93. n. 628.

Iurisdictio.

Iurisdictio Inquisitorum potest in foro Poli exerceri. l. 5. cap. 8. fol. 148. n. 8.
Iurisdictionem quasi Episcopalem Superiores Regularium habentes, an possint contra suos subditos in exequtione aliquarum Bullarum procedere. l. 5. cap. 5. fol. 105. n. 773.
Iurisdictionem quasi Episcopalem habere dicuntur Guardiani, Priores, &c. ibi. fol. 106. n. 774.
Iurisdictioni Maioratus, an hęretici filij succedere possint? l. 6. cap. 5. fol. 313. n. 138. & seq.

Ius.

Iuris præsumptio pro vera probatione habetur. l. 6 cap. 7. fol. 140. n. 108.
Ius ad hæredes extraneos transiens confiscatur. l. 6 cap. 4. fol. 268. n. 196. & seq.
Ius patronatus, quod transit ad hęredes, an possit a iudice laico confiscari? ibidem. n. 201.
Ius naturale, & diuinum immutabile. l. 6. cap. 1. fol. 205. n. 325.
Ius patronatus taliter fundatum, vt ad extraneos non transeat, non transit ad fiscum. l. 6. cap. 4. fol. 268. n. 195.
Ius canonicum pœnas limitat blasphemantium. l. 6. cap. 8. fol. 381. n. 306.
Iure ipso, quis absque alia sententia habendus pro hæretico? ibi. fol. 385. n. 357.
Ius ciuile quibus pœnis Polygamos puniat? ibi. fol. 370. n. 183. & seq.
Iure canonico pœna capitis qualiter accipitur? l. 6. cap. 2. fol. 224. n. 31.
Ius nouum authenticum corrigit antiquum. l. 6. c. 4. fol. 253. n. 11.

Ius

Ius nouum confiscationem bonorum non extendit ad casus iuris antiqui. ibidem. & seq.
Iura Canonica circa pœnas in filios hereticorum statutas indistincte de ijs loquuntur. l.6. cap. 5. fol.305. n.41.
Ius possidentis in re, præualet iuri fisci ad rem. l.6 cap.4. fol.296. n.517.
Ius Castellæ regium super hæreticis l.6.c.6.fol.336 n.63.
Iure ciuili attento, quomodo hæreticus testari poterat? ibi. n.74.
Ius habens recuperandi, si negligentia sua non recuperet conueniri potest. l.6. cap. 5. fol. 326. n. 278.
Iure antiquo, cui applicabantur bona propter hæresim confiscata l.6. cap.5. fol.327. n. 296.
Ius legitimę filij, an confiscari possit? l. 6. cap. 4. fol.288. n.347.
Ius Regium Castellæ circa delinquentem vxorem. ibi. fol.286. n. 336.
Iura Pontificia, quid circa primum lapsum in hæresim disponunt? l.5. cap.4. fol.35. n.91.
Ius ciuile, mortis penam imponit, imaginem Christi Domini, vel Virginis Mariæ percutienti. ibidem. n.93.
Ius patronatus annexum rei confiscabili, accessorie confiscatur l.6. cap.4. fol.269. n.206.
Ius patronatus a iudice laico confiscatum, an possit ab Ecclesiastico confiscari? ibidem. n. 210.
Ius patronatus, an confiscari possit? l. 6. cap. 4. fol.267. n.190.
Iura conditionalia delinquenti debita, an confiscentur? ibi. fol.260. n.108.
Iura actiua condemnati, ex contractu, ad fiscum transeunt. ibi. fol. 262. n. 123. & seq.

L

Laicus.

Laicus non habet iurisdictionem directam, nec indirectã circa spiritualia. l.6.c.4.fol.268.n.198
Laicus iudex, an confiscatis bonis alicuius, censeatur simul ius patronatus, quod transit ad hæredes confiscare? ibid. n.201.
Laicus iudex non potest pensiones Ecclesiasticas sub confiscatione comprehendere. ibi fol. 269. num. 215.
Laici Missam celebrantes vltimo supplicio puniēdi. l.6. cap.8. fol.389. n.407. et seq.
Laicus, aut Ecclesiasticus non Sacerdos, audiens confessiones, et non absoluens quomodo tractandus? l.5. cap. 5. fol.72. n.387.
Laicus, vel quiuis non sacerdos ad celebrandum indutus non tamen celebrans, an puniendus? ibi. fol.73. n.391. et seq.
Laicus nullus debet se intromittere circa hæresis crimen. l.6 cap.10. fol.428. n. 75.
Laici de fide Catholica publice disputantes, ab Inquisitoribus puniri possunt. l.6. cap.8 fol.403. n.564. et seq.
Laici quando publice disputari possunt? ibidem num. 566.
Laicus iudex in causa hæresis se ingerens qualiter puniendus. ibi. fol. 405. n. 590.
Laicus hostiam non consecratam mortis tempore sumens an sit de hæresi suspectus? ibi. fol. 408. num. 626.

Lapsus.

Lapsum in hæresim Deus permittit, vt humiliores deinceps lapsi fiant. l.5. cap.4. fol.37. n.120.
Lapsus primus circa aliqua hereticalia vltimo supplicio punitur. ibi. fol.40. n 153.
Lapsus circa abusum Diuinissimi Eucharistiæ Sacramenti, an pro relapso habendus. ibid.n.158
Lapsus primus quoad Religiosos, inhabilitatem ad dignitates Religionis inducit. l.5. cap.3.fol.27. num. 132.
Lapsus secundus in hæresim formalem pœna ordinaria punitur. l.5. cap.4. fol.30. n.18.
Lapsus in hæresim si in eamdem, vel aliam incidat, an inter relapsos enumeretur? ibi. fol.32 nu.44.
Lapsus in quamcumque hæresim, postquam hæresim abiurauit vt vehementer suspectus, relapsorum pœna punitur. ibidem. n. 52.
Lapsus primus, & secundus vnam relapsorum differentiam constituunt. l.5. cap.6. fol.120.n.4.
Lapsus duplex non plene probatus relapsis præsumptos indicat. ibidem. & fol.121. n. 11.
Lapsus præsumptus si antecedat, vel subsequatur lapsum certum, nihil refert. ibidem. n.13.
Lapsus duplex externus distinctus requiritur, vt quis sit iuridice relapsus. ibi. fol.123. n. 33. De lapsis & relapsis vide in regulis eiusdem capitis. 6 a fol. 120. vsque ad 128.

Legatum.

Legata ex vltima voluntate descendentia non publicantur, quando conditio post condemnationem impletur. l.6. cap.4. fol.260. n.110. Circa legata nulla dispositio conditionalis transmittitur ad hæredes. ibi. fol 261. n.111.
Legatum, cui fuit substitutus delinquens, cur non publicatur? ibidem n.114.
Legatum alimentorum non confiscatur. ibi. fol.164 num. 147.
Legatum alimentorum si sit implicitum sub nomine vsusfructus, quando venit confiscandum? ibid. num.148.
Legati alimentorum, an sit hæreticus capax? l.6. cap.6. fol.335. n.58.
Legata tot reputantur, quot sunt in perpetuum vocati. l.6. cap.5. fol.313. n.137.

Legens.

Legentes libros prohibitos excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt. l.6. cap. 8. fol. 387. n. 378.
Legentis libros prohibitos vltra excommunicationem possunt arbitrio Inquisitorum puniri. ibi. fol.388. n.390.

Legislator.

Legislatores, aliquando sanciunt ea, de quibus ratio reddi non potest. l.5. cap.4. fol.32. num. 52

Legitima.

Legitimæ dominus, per assignationem patris, filius remanet. l.6. cap.4. fol.283.n.350.
Legitima est pars hæreditatis, debita filio, mortuo parente. ibi. fol.281. n.330.
Legitima filio assignata confiscari potest. ibi. fol. 288. n.350.
Legitima filij, an possit, viuente patre confiscari? ibi. fol.283. n.346. & seq.
Legitima filio debita ex bonis parentis, an illis publicatis, ipsa etiam cum illis publicetur? l.6. cap.5. fol.316. n.179.
Legitima quibus casibus non debetur? ibi. fol.317. num. 182.
Legitima a quo die filio debetur? ibidem. n.180.
Legitima an sit filiabus conseruanda, patris delinquentis bonis publicatis? ibidem. n.138. & seq.
Legitima, quasi Castrense peculium reputatur, dum filius sub potestate, sit patris, l.6.cap.4. fol.283 num.352.
Legitimam sibi debitam, non potest filius ob hæresim parentum petere. l.6. cap.5. fol.302. nu.12.

Lex.

Lex circa bona delinquentis quid statuerit? l.6.c 4. fol. 275. n.236.
Legum dispositioni, testator non potest locum impedire. ibidem.

Legis.

INDEX

Legis, & hominis prohibitio, plusquam simplex operatur. ibi. fol. 276. n. 289.
Legibus Castellæ, & Lusitaniç attentis, filius sub solius patris potestate viuit. ibi. fol. 282. n. 336.
Lex vnius, & alterius territorij, quando communis dicitur? ibi. fol. 289. n. 416.
Lege prohibente, non potest iudex pœnam mutare. l. 6. cap. 9. fol. 416. n. 56.
Lex ponens alternatiue pœnas, quomodo intelligenda? l. 6. cap. 1. fol. 185. n. 76. & seq.
Lex quomodo differat vel in rem, vel in personam loquens? l. 6. cap. 2. fol. 231. n. 122.
Lex communiter loquendo pœnam confiscationis imponere potest. l. 6. cap. 4. fol. 254. n. 28.
Leges circa nobiles delinquentes, seruandæ. l. 6. c. 1. fol. 215. n. 451.
Leges ciuiles mortis pœnam hæreticis imponunt. l. 6. cap. 7. fol. 339. n. 11.
Leges ciuiles, & canonicæ hæreticos bonorum confiscatione mulctant. l. 6. cap. 4. fol. 254. n. 18 & seq.

Libri.

Librorum prohibitorum gradus quadruplex. l. 6. cap. 8. fol. 387. n. 377. & seq.
Libros hæreticorum defendere quid sit? ibi. fol. 388 num. 394.
Libri res turpes continentes, quo gradu prohibiti? ibidem. n. 396.
Libri Talmudici perniciosi. ibi. fol. 394. n. 458.
Libros prohibitos legentes qualiter abiurare debeant? l. 5. cap. 5. fol. 81. n. 496. & seq.
Librorum prohibitorum retentio sæpius suspicionem inducit. ibidem. n. 510.

Lingua.

Linguæ impudentia in blasphemo punienda. l. 6. cap. 7. fol. 353. n. 169.
Lingua impœnitentibus obstinatis, quando & quomodo alliganda? ibi. fol. 339. n. 13.

Lis.

Litis contestatione facta, an valeat alienatio a delinquente facta? l. 6. cap. 4. fol. 291. n. 440.

Locatio.

Locationes, & feuda, quando ad Ecclesiam reuertuntur? l. 6. cap. 4. fol. 271. n. 239.
Locatio, emphyteusim continet. ibidem.

Locus.

Locus pro sepultura hæreticis deseruiens, Christianis nunquam deseruiat. l. 6. cap. 1. fol. 291. n. 347
Locus reconciliationis negatur quibuscumque relapsis. l. 5. cap. 4. fol. 36. n. 100.
Locus reconciliationis, quibus non conceditur ex vi Bullarum Papalium? ibi. fol. 40. n. 153. & sequent.

Lucidus.

Lucida interualla habens, si delinquat, quid? l. 6. cap. 1. fol. 203. n. 300.
Lucida interualla habens in dubio, si delinquat, præsumendus furiosus. ibidem. n. 302.
Lucida interualla habens ex qualitate actus celebrati iudicandus. ibid. n. 307.

M

Mahometismus.

Mahometismum sumens, a fide Catholica recedens, solet etiam post torturam intentionem negare. l. 5. cap. 5. fol. 49. n. 114
Mahometismum asserens, se tantum exterius amplexatum fuisse, si tamen fateatur, se ex corde a fide Chatolica recessisse, de formali debet abiurare. ibi. fol. 50. n. 115.
Mahometismum amplectens etiamsi non sit cum adhæsione cordis, Apostata dicitur si a fide Catholica recedat. ibidem. num. 117.
Mahometismo potest quis non adherere, & a fide Chatolica recedere. ibid. n. 118
Mahometismum homo prauus amplectitur, vt contempta bona conscientia liberius viuat. ibidem. num. 121

Magia Magicus.

Magiæ dœmoniacæ materiam tractantes. l. 5. cap. 5. fol. 162. n. 173
Magica in arte horrendissima crimina reperiri solent. ibidem. n. 174. & seq.
Magica instrumenta penes sortilegum inuenta sufficiens sunt indicium ad torturam. l. 5. cap. 5. fol. 120. num. 937
Magiæ, vel sortilegij professoribus quænam abiuratio iniungenda? ibi. fol. 117. num. 905. per totam reg.
Magia dæmoniaca omnes pene Nationes sunt infectæ l. 6. cap. 8. fol. 394. n. 466
Magia, ars execrabilis, cooperatione dęmonis exercetur. ibid n. 967

Magistratus.

Magistratus, an possit, verbaliter tantum degradatum capere? l. 5. cap. 7. fol. 145. n. 173. & seq.
Magistratus sæculares si executionem pœnarum a Sancto Officio inflictarum differant, qualiter constrigendi? l. 6 cap. 10. fol. 418. n. 81
Magistratibus non seruantibus leges contra hæreticos latas, penæ ab Alexandro 4. assignatę infligendæ. l. 6. cap. 8. fol. 364. n. 123
Magistratibus potest Inquisitor sub censuris iubere, vt leges contra hæreticos æditas seruent. l. 6. cap. 10. fol. 429. n. 94. & seq.

Maioratus.

Multiplex distinguendus. l. 6. cap. 4. fol. 276. n. 291
Maioratus an vltra tertiam, & quartam partem possit institui? ibi. fol. 280. n. 309.
Maioratus institutio, quando non extat firma? ibid. n. 311. & seq.
Maioratus successio, quo casu potest in dubium verti? l. 6. cap. 5. fol. 312. n. 132.
Maioratus tot donationes includit, quot sunt vocati ibi. fol. 313. n. 137
Maioratus habens iurisdictionem cum titulo, dignitas iudicatur. ibidem n. 138.
Maioratus qualiter confiscari possit? l. 6. cap. 4. fol. 276. n. 290

Maleficium. Maleficus.

Maleficium, a quo homicidium prouenit, quomodo puniendum? l. 6. cap. 8. fol. 398. num. 496
Maleficorum materia copiosior præ cæteris apud Tribunal fidei. ibi. fol. 394. n. 466
Maleficio hominem necare, plus est quam necare ferro. ibi. fol. 397. n. 497
Maleficia in corpore, vel extra corpus conficiens, vt homicida habetur. ibidem n. 498.
Maleficium non potest a particularibus Inquisitoribus, vltimo supplicio affici. ibidem. n. 511
Malefica persona difficiliter excitatur ad Contritionem. l. 5. cap. 8. fol. 162. n. 181
Maleficus, iuramentum Confessario prestet de non exercendo maleficio ibi. fol. 163. n. 191
Maleficijs debet Confessarius medicamentis occurrere, vt Medicus. ibidem n. 194.
Maleficus pactum cum dæmone iniens negandi Baptismum, formalis hæreticus constituitur. l. 5. cap. 5. fol. 117. n. 905
Malefici interrogandi sunt, vt ab eis mala credulitas

tas eruatur. ibi. fol.119.n.922

Malitia.

Malitia est a qua declinatio voluntaria a bono, procedit. l.6.cap.1.fol.188.n.119.
Malitia aucta, expedit pœnam augeri. l.6.cap.8. fol.381.n.314
Malitia delicti ex aliquo capite sic minui potest, vt delinquens cum salutaribus solis pœnitentijs expediendus sit. ibi.fol.382.n.325.

Mandans.

Mandantes sortilegia fieri puniri debent. l.6.cap.8 fol.399.n.526
Mandantes percutere clericum, non secuta percussione, excommunicationem non incurrunt. l.6. cap.8. fol.366. n.134
Mandans, & consulens sub constitutione Greg. XV. non comprehenduntur. ibi fol.399.n.524
Mandans homicidium non priuatur immunitate Ecclesiastica. ibidem.n.525
Mandantes, & Mandatarij correlatiui sunt. ibidem. n.522.
Mandans non dicitur vere committere delictum, sed interpretatiue. ibidem. n.523

Mandatum.

Mandata Sacræ Congregationis super insurdescentia facta, l.6.cap.8.fol.386.n.369
Mandatum Superioris obedienter exequendum. l.6.cap.1.fol.209.n.371
Mandato Superioris iniusto non est obedientia præstanda. ibidem.n.372.& seq.
Mandato Superioris obediens, etiam iuri positiuo contrario excusatur & consequenter a pœna. ibid. n.376
Mandato Superioris obediens cum graui præiudicio tertij, sine dubio delinquit. ibidem n. 377.
Mandato Superioris obediens, minis adiunctis, an in atrocioribus excusetur? ibidem. n.380. & sequentibus.
Mandatum Superioris non excusat Iudicem iniuste agentem. ibi. fol.210.n.388
Mandatum Inquisitorum Iudex sæcularis exequi debet in causis fidei, & si iniustum appareat ibid.n.391
Mandatum superoris de laborando in fundo alieno, non excusat operarios, si fundum alienum esse sciant. ibid.n.392.
Mandatum parentum in filios, Mariti in vxorem, Tutoris in pupillum, & Domini in seruum, an illos excuset. ibidem a num.394. vsque ad 399
Mandatum de sollicitatione abiuratione corrigendum. l.5.cap.5.fol.65.n.306

Manifestare, Manifestatio.

Manifestatio delicti per sacramentalem confessionem facta nullum effectum ad torturam delinquentis operatur. l.5.cap.7.fol.154.n.78
Manifestanti delictum sibi in confessione patefactum, credi non debet. ibid n. 79.
Manifestatio de auditis in confessione fieri non debet, etiamsi Confessarius compellatur. ibi. fol. 153.n.70
Manifestare in confessione audita, quando expedit? ibid.n.71. & seq.
Manifestatio secreti iniusta damni reparationem inducit. l.5.cap.5.fol.111.n.833
Manifestatio delicti in confessione auditi, potest pœnitentem infamiæ nota inurere. ibid.n.834
Manifestans peccata sua, quando obligationem inducit seruandi sigillum. ibi. fol.112 a.num.840 per seq.

Manus.

Manus amputatio non est pœna capitalis. l.6.cap.2 fol.225.n.45.
Manus, an veniat intelligenda sub nomine membri in communi? ibidem. n. 47. & seq.
Manus per sententiam amputanda, qualis debet esse, si non exprimatur? ibid.n.50

S. Maria.

Mariæ purissimę virginitatem negantes, morte pro primo lapsu puniendi. l.6.cap.7. fol.343. n.51. & seq.
Mariæ immaculatam Conceptionem pertinaciter de fide credentes ante deffinitionem Ecclesiæ, puniri debent. l. 5. cap.5.fol.103.n.739
Mariæ purissimæ conceptionem peccato infectam affirmantes hæretici reputandi. ibid.n.742.
Mariam Dei Matrem, Iudæi, vel alij infideles Virginem esse negantes, sancto Officio subijciuntur. l.5.cap.5.fol.46.n.73

Mater.

Matri dormienti sine debita cura, suffocatio infantis imputatur, l.6.cap.1.fol.213.n.434.
Mater hæretica tenetur dotare filiam Catholicam, licet aliàs non teneretur. l.6.cap.7.fol.249.n.313
Mater si sola sit hæretica, soli filij hæreditate puniendi. l.6.cap.5.fol.302.n.7
Mater delinquens, si a Filio carceribus constituatur mitius punienda l.6.cap.1.fol.219.n.499
Matris ob vindictam filia clericum percutiens, vbi nam esset, cursori Inquisitoris indicantem, non incurrit pœnas Bullæ, Si de protegendis. l.6.cap8. fol. 367. n.149
Mater, eadem pœna, qua filia punita propter consilium. l.6.cap.8.fol.372.n.206

Materia.

Materiæ paruitas in diuersis delictis ad sanctum Officium spectantibus, non datur. l.5.cap.5. fol.56. n.193
Materiæ paruitatem non admittit Magia. ibidem num.194
Materiæ paruitas in aliquibus delictis S. Inquisitioni subiectis inuenitur. ibid.n.195.
Materiæ paruitas in lectura librorum prohibitorum, an dari possit? ibidem.n.197.& seq.
Materia non excedens peccatum veniale, an sit sufficiens inducere obligationem reuelandi? ibi.fol. 55. n.189
Materię paruitas in delectationibus venereis non reperitur. ibi. fol.116.n.888. & sequent.

Matrimonium.

Matrimonij versatilis gladius in eius violatores, opus Trasmieræ. l. 5. cap.5.fol.59.n.235
Matrimonium duplex legitimum contrahens, Poligamiæ speciem constituit, quæ dicitur Bigamia. ibid.n.237.
Matrimonium secundum consulentes primo viuente coniuge, quomodo puniendi? l.6. cap.8.fol.372 num.206.& seq.
Matrimonium duplex contrahens, neutrum, vel illorum alterum inualidum, secundam speciem Bigamiæ constituit, quæ interpretatiua dicitur. l.5. cap.5.fol.59.n.238.
Matrimonij spiritualis vnius, Christi cum Ecclesia vera deest representatio in Bigamo. ibid. n. 237
Matrimonium contrahens sacris ordinibus initiatus speciem Bigamiæ similitudinariam constituit ibid.n.240.
Matrimonij Sacramentum, Polygamum non bene credere vehementer præsumitur ibi fol. 60. n.244
Matrimonij Sacramento Polygamus abutitur. ibid. num.247.
In duobus casibus reputatur Polygamus vehementer suspectus de mala credulitate circa Matrimonij Sacramentum in Sac. Tribunali Hispanię ibid.

ibid. n. 249

Matrimonij Sacramento, quis magis abutitur? Ibid. fol. 61. n. 251

Matrimonium sæpius per Procuratorem contrahitur. ibi. fol. 62. n. 262

Matrimonio primo durante, si Procurator mandantis nomine secundas celebret nuptias, de heresi suspectus est. ibidem.

Matrimonij Sacramento abutendo, magis quam mandantis, animus Procuratoris deprauatus ostenditur. ibid. n. 263. & seq.

Matrimonium duplex contrahendum consulens pessimum factum illud suo intellectu approbare videtur. ibidem. n. 266

De matrimonij Sacramento, quando videntur testes malam credulitatem habere? ibid. a num. 268 ad num. 278.

Matrimonij impedimentum nomine criminis significatum, Polygamus incurrit. l. 6. cap. 8. fol. 371 num. 189

Matrimonium contrahentes primo viuente coniuge vel sacris Ordin. initiati; quas pœnas incurrunt? ibi. fol. 370. a num. 179. per seq.

Matrimonium ter, aut quater contrahens pœna triremium ad decennium punitur. ibi. fol. 371. num. 193.

Matrimonium clandestinum contrahentes Religiosi, vel Clerici, non incurrunt excommunicationem Clement. ibi. fol. 373. n. 218

Maurus.

Mauri post rationis vsum baptizati ad sacros adhuc ordines promoueri possunt. l. 5. c. 5. fol. 310. n. 107

Mauri, an S. Inquisitionis Officio subsint, & de eorum punitione si delinquerint contra fidem. l. 6. cap. 8. fol. 392. n. 446. & seq.

Mauri quibus casibus possint ab Inquisitore puniri? l. 5. cap. 5. fol. 46. n. 76. & seq.

Melioramentum.

Melioramenta Emphytheusis confiscatæ ad quem pertineant? l. 6. cap 4. fol. 272. n. 252.

Melioramenta si post delictum commissum facta sunt, ad ea non extenditur confiscatio. ibid. n. 253

Si ante delictum sint facta ad Dominum directum pertinent. ibi. fol. 273. n. 254

Melioramentorum proprietas ad prædij Dominum spectat. ibidem. & num. seq.

Mendicatio.

Mendicationi filij hæreticorum sunt cogendi. l. 6. cap. 5. fol. 303. n. 15

Meritum.

Merita delinquentis possunt esse causa minuendi pœnam. l. 6. cap. 1. fol. 217. n. 471.

Merita maiorum, aut coniunctorum possunt etiam esse causa pœnas minuendi. ibidem. n. 472.

Merita maiorum ad posteros transeunt. ibidem.

Meritis delinquentis non inducitur iudex ad pœnam minuendam in atrocibus delictis. ibidem. num. 473.

Merita si in delictis annexa sint, ad minuendam pœnam, vel secus, animus delinquentis aduerti debet. ibidem. n. 476. et seq.

Miles.

Militis officium exercere non potest hæreticus. l. 6. cap. 3. fol. 250. n. 227.

Minister.

Ministri S. Officij per Bullam si de protegendis, a nullis cuiuscumque dignitatis personis debent molestari. l. 6. cap. 8. fol. 367. n. 146. et seq.

Minister S. Inquisitionis absque actuali sui officij exercitio, an si impediatur, vel molestetur ab aliquo, intelligatur iuxta Bullam impeditus? ibid. n. 150. et seq.

Ministrum S. Officij iam munere functum offendens probabile est quod Bullæ pœnis nõ subiacet. ibi. fol. 368. n. 153. et seq.

Ministrum S. Officij iam munere functum offendens intuitu gestorum in officio, a Bullæ pœnis subiacet. ibid. n. 156.

Ministros S. Officij ex priuata inimicitia offendens, non incurrit Bullæ pœnas. ibid. n. 157.

Ministros S. Inquisitionis offendentium pœnæ. ibi. fol. 469. n. 165. et seq.

Ministros S. Officij verbali iniuria afficientes puniri ab Inquisitore possunt. l. 5. cap. 5. fol. 92. n. 612. et seq.

Ministros S. Officij offendens, quo casu ad abiurandum cogendus. ibid. n. 618.

Ministrum S. Inquisitionis se fingens qua pœna puniendus. ibi. fol. 87. n. 546. et seq.

Ministrorum S. Officij perterrefactio, an sufficiat ad incurrendas pœnas in Bulla Pij V. contentas? ibi. fol. 52. n. 149. et seq.

Ministros S. Officij impedientes an debeant abiurare. ibi. fol. 53. n. 158. et seq.

Minor.

Minorum, et fœminarum instructio in materia fidei a quibus fiat perpendi debet. l. 5. cap. 5. fol. 42. num. 19.

Minor ætas in blasphemo pęnas minuit. l. 6. cap. 8 fol. 382. n. 323.

Minores, vt pęna ordinaria plectantur, quæ requiruntur? ibi. fol. 369. n. 169.

Minores ætate quomodo excusentur? l. 6. cap. 1. fol. 198 n. 242.

Minor si recte pęniteat in crimine hæresis mitius punitur. ibi. fol. 199. n. 262.

Misericors.

Dominus Deus, cur nonnullos prolabi in hæreses aliquando permittat. l. 5. cap. 4. fol. 37. n. 117. et seq.

Missa.

Missam celebrans, cum Sacerdos non sit, qua pęna puniendus. l. 6. cap. 7. fol. 342. n. 49.

Missam in forma pęnitentis audire, quis debeat? ibi. fol. 352. n. 164. et seq.

Missam celebrantes, non sacerdotes, an ad Inquisitores spectet punire. l. 6. cap. 8. fol. 389. n. 402.

Missam taliter celebrantes idolatrare faciunt. ibi. fol. 390. n. 413.

Missæ, quæ vulgo dicitur, seca, vsus receptus in triremibus. ibi. fol. 4 9. n. 631.

Missam celebrantes non sacerdotes ad abiurandum cogi debent. l. 5. cap. 5. fol. 71. n. 374. & seq.

Mitra.

Mithræ pœna non est capitalis. l. 6. cap. 2. fol. 225 num. 53.

Mithræ pœna grauis admodum reputatur, & morti æquiparatur. ibid. n. 54. & seq.

Mithra vilibus personis solet imponi. ibid. n. 58.

Mithra infami sortilegi induendi. l. 6. c. 8. fol. 396. num. 491.

Mobilia.

Mobilium, & immobilium bonorum confiscatio sub simplici, & absoluta forma publicationis venit. l. 6. cap 4. fol. 257. n. 69. & seq.

Mobilibus, et immobilibus confiscatis, iura, et actiones, quæ reo competunt non confiscantur. ibid. n. 70.

Mobilia, quæ diuersi sunt fisci, pertinent ad fiscum in cuius loco facta fuit confiscatio. ibi. fol. 290. num. 422

Modus.

Modus puniendi vilem, vel honestam personam diuersus fit. l. 5. cap. 4. fol. 29. n. 12.

Modus terminandi processum absque abiuratione vlla. ibi. fol. 30. n. 21.

Modus terminandi processum per Canonicam purgationem. ibi. fol. 31. n. 39. et seq.

Modus terminandi processum per abiurationem ab hæretico pœnitente faciendam. ibi. fol. 36. n. 107 et seq.

Modus expediendi relapsos in S. Officio. l. 5. cap. 6 fol. 122. n. 20.

Modi fabricandi processum contra absentes. l. 6. cap. 8. fol. 390. n. 413.

Modus, quo Inquisitores contra hæreticos ad terras Christianorum venientes, procedere debent. l. 5. cap. 5. fol. 94. n. 640.

Modus duplex discernendi Spiritus. ibi. fol. 102. num. 726. et seq.

Monogamia.

Monogamia penes infideles accepta, polygamia prohibita. l. 6. cap. 8. fol. 370. n. 180.

Morbus.

Morbos immittere potest dæmon, qui arte medica sanari nequeant. l. 6. cap. 8. fol. 395. n. 471

Morbos item dæmon curare potest, qui naturaliter sanari queunt. ibidem.

Mors.

Mortem, quando Inquisitores peculiares iniungere possunt. l. 6. cap. 8. fol. 398. n. 514.

Mortis genus duplex. l. 6 cap. 2. fol. 222. n. 18.

Mortis mentio si in contractibus fiat de morte naturali debet intelligi. l. 6. cap. 2. fol. 222. n. 18.

Mors cum per modum pœnę nominatur, ciuilis intelligitur. ibid. n. 19.

Mors naturalis varijs terminis exprimi solet. ibi. fol. 223. n. 20.

Mors ciuilis damnatione in metallum, vel exilio, triremibusue exprimitur. ibid. n. 25. et seq.

Mortis pœna quando plectendus, qui crimen hæresis alicui imponit? l. 6. cap. 8. fol. 374. nu. 237.

Mors naturalis, iure antiquo blasphemis infligebatur. ibi. fol. 380. n. 302.

Mortem naturalem, ius ciuile vltimum supplicium appellat. l. 6. cap. 7. fol. 338. n. 6.

Mors naturalis ob varia crimina infligitur. ibid. n. 8

Mulier.

Mulieres sortilegæ qualiter puniendæ? l. 6. cap. 7. fol. 349. n. 133.

Mulier si scienter hæretico nubit dotem amittit. l. 6. cap. 5. fol. 321. n. 228.

Mulier quando vltra amissionem dotis condemnāda? ibid. n. 232. et seq.

Mulier mitius punienda. l. 6. cap. 1. fol. 211. n. 404. & seq.

Mulier ex minore malitia delinquit. ibid. nu. 405.

Mulier in multis iure excusatur. ibid. n. 406. et seq.

Mulier aliquando easdem, quas masculus pęnas subit. ibi. fol. 212. n. 411.

Mulier Clericum percussit, indicantem S. Officio, vbi nam esset eius mater. l. 6. cap. 8. fol. 367. num. 149.

Mulier hęretica quid amittit? l. 6. cap. 3. fol. 249. num. 212.

Mulieris cuiusdam reuelationis falsæ, l. 5. cap. 5. fol. 100. n. 710.

Mulier veritatem celans punita. ibi. fol. 58. n. 227.

Murus.

Muro claudi debet, notabile damnum maleficio inferens. l. 6. cap. 8. fol. 398. n. 517.

Mutus.

Mutorum causæ in materia fidei peculiariter non exprimi possunt. l. 6. cap. 1. fol. 218. n. 491.

Mutus si reus sit, est causa sufficiens ad mitigandum, vel remittendum pęnas. ibid. nu. 490. et seq.

Mutus si quoquomodo signis mentem suam demonstret an delinquens debeat puniri? ibid. n. 492. et seq.

N

Natio.

Nationes omnes arte sortilegiaria inficiuntur. l. 6. cap. 8. fol 394. n. 466

Natura.

Hominis ponderanda, vt possit de ipso haberi præsumptio. l. 5. cap. 7. fol 137. n. 68. & seq.

Natura actus criminosi in furioso videatur. l. 6. cap. 1. fol. 203. n. 305

Nauta.

Nautis, & stabularijs fides adhibenda. l. 6. cap. 8 fol. 365. n. 129

Necessitas.

Necessitate occurrente circa pœnitentiæ adimpletionem, Inquisitor est consulendus. l. 6. cap. 10. fol. 432. n. 219

Necessitatis tempore omnia sunt communia. l. 6. cap. 5. fol. 318. n. 195.

Necessitatis tempore potest filius necessaria ad sustentationem abscondere. ibid. n. 196.

Necessitatis tempore probabilissimum teneri fiscū ad elargiendam eleemosynam hæreticorum filijs. ibidem.

Negans.

Fidem ficte non incurrit irregularitatem specialem huius delicti propriam. l. 6. cap. 3. fol. 246. n. 176 & seq.

Negans ex parte errores, an vt negatiuus condemnandus? l. 6. cap. 7. fol. 339. n. 14. & seq.

Negantibus verum ab Inquisitore interrogatis, an insit obligatio abiurandi? l. 5. cap. 5. fol. 62. numero 269. & seq.

Nepos.

Nepotes hęreticorum, qui catholici obeunt, an puniendi? l. 6. cap. 5. fol. 303. n. 20. & seq.

Nepotes hæreticorum Clerici ex sola paterna linea beneficijs priuantur. ibi. fol. 306. n. 54.

Nobilis, nobilitas.

Nobiles si in hæresim incidant, vt viles puniendi. l. 6. cap. 3. fol. 248. n. 194. & seq.

Nobilitas ob delictum blasphemiæ pœnam auget. l. 6. cap. 8. fol. 381. num. 312.

Nobilitas propter periurium amittitur. l. 6. cap. 1. fol. 216. n. 459.

Nobilitas duplex. l. 5. cap. 5. fol. 311. n. 109.

Nobilitas priuilegij propter delictū hæresis amittitur. ibid. n. 118.

Nobilitas priuilegij ob propria filij merita, tacito parentis delicto nihil ei prodest. ibi. fol. 311. n. 121

Nobilitas priuilegij, quando propter parentis delictum non amittitur. ibi. fol. 312. nu. 124. & seq.

Nobilis quando mitius puniendi? l. 6. cap. 1. fol. 215 num. 452.

Nobilis quia nobilis quando debet durius puniri? ibid. n. 454.

Nobilis non eximitur a pœna per legem taxata. ibid. n. 448. & seq.

Naemus.

Noemi, & Lot differentia in ebrietate. l. 6. cap. 5. fol. 201.

fol.201. n.277.& seq.
Noe post diluuium inebriatus excusatur a peccato ibidem. num.278

Notitia.

Iniustitiæ priuata non excusat executorem ab exequtione pœnę.l.6.cap.10.fol.428.n.82

Numerus.

Compurgatorum quatuordecim assignantur. l. 5. cap.2. fol.15.n.69
Numerus locorum in quibus Reus diffamatur numerum compurgatorum mensurare solet. ibidem.n.70. & seq.
Numerus testium in causis fidei quantus debet esse?

O

Obedientia. Obediens.

SVperiori exhibita dolum in agente excludit. l.6.cap.1.fol.192.n.171
Obedientia debet Superiori præstari. ibi fol. 209. num.371
Obedientia, quando est delictum? ibid.n.372.& seq.
Obediens non excusatur a pœna delicti in rebus fidei præcipue. ibi fol.209.n.374

Obligatio.

Obligatio, se, & complices denunciandi, an sit? l.5.cap.5. fol.56.n.202. & seq.
Obligatio reuelandi in S.Officio an ex materia veniali sufficienter oriatur? ibi fol.55.n.188
Obligatio denunciandi sub pœna communicationis iungitur. ibi fol.56.n.190
Obligatio denunciandi in S.Officio, an teneat, correctione fraterna non præmissa? ibi.fol.57.n.210 & seq.
Obligatio non occultandi bona quando currit? l. 6. cap.4.fol.292 num. 443.
Obligatus cedere bonis suis potest retinere necessaria ad sustentationem. l.6.cap.5. fol.318.n.197
Obligatio seruandi sigillum prouenit ex triplici iure. l.5.cap.5. fol.111. n.833. & seq.
Obligatione sigilli, quando quis non tenetur? ibi. fol.112.n.840.per seq.

Obliuio.

Obliuio non præsumitur in grauibus delictis. l.5. cap.7.fol.137 n.61
Obliuionis exceptio, quando opponi non potest? ibid.n.62.
Obliuio præsumi potest in multis ibid. n.63.
Obliuio, vt præsumatur, decem annorum tempus requiritur. ibid. n.64
Obliuio in stupidis, & obliuiosis præsumitur. ibid. num.69.
Obliuionem allegantes conuicti, si memorosi sint non facile se tuentur ibidem.

Obloquens.

Obloquentes contra Iudicem an possint ab ipso puniri? l 5.cap.5.fol.91.n.606
Obloquentes iniuriose contra supremum Principem puniri possunt ab ipso. ibid.n.608
Obloquentes de quadam curia triplicis funis ictu puniti. ibid.n.610
Obloquentes contra S. Officium iniuriose a particulari etiam Inquisitore puniuntur. ibid.n.612 & seq.
Obloquentium contra S.Officium pœnę. ibi. fol.92 n.914.& seq.

Occultus.

Occultum delictum iuris infamiam non inducit. l 6 cap.3.fol.248.n.202
Occultus hæreticus fingens se velle confiteri, vt Confessarium in errorem inducat denunciandus est. l.5.cap.5.fol 1 2.n.846
Occulta, & publica peccata in confessione manifestata sub sigillo tenenda. ibid n 848. Ex occulto delicto prouenientes irregularitates per Episcopum dispensatur, excepta ex voluntario homicidio proueniente. l. 6. capit. 3. fol. 239. num.77.
Occultis casibus etiam reseruatis delinquentes potest Episcopus absoluere. ibid.

Offendens. Offensa.

Offendentes Ministros S. Officij electos tantum, an pœnas Bullæ Pij V. incurrant? l. 6. cap. 8. fol.367. n.150.
Offendentes Ministros S. Officij plures incurrunt pœnas. ibi. fol.366. n.146.
Offendens Ministrum iam officio functum, an illas pœnas incurrat? ibi. fol.368. n. 153. & seq.
Offensa Ministro S. Officij facta, quando in contemptu Tribunalis præsumitur? ibid. n.160.
Offendens officialem occasione officij præteriti, pœnis statutis puniendus. ibid. n.156.

Officium

Officij necessitas dolum in agente excludit. l.6.cap.1 fol.192.n.171.
Officij, vel artis peritia est causa sufficiens minuendi vel remittendi pœnas. ibi.fol.216.n.460

Omissio. Omittens.

Omissio, quando vnica est, vnica etiam transgressio lib.6.cap.8.fol.3 4.n.349
Omittens denunciationem hæretici, etiamsi alter prius denunciet excommunicatur. ibi. fol. 383. num.334
Omittens denunciationem hęretici non incurrit ipso facto excommunicationem extrau.Greg.IX ibid.n.336
Omissio pręcisa denunciandi hæreticum non redit omittentem fautorem. ibid. n 340. & seq.
Omittens denunciare si fauere intendat heretico pœnas fautorum incurrit. ibi fol.384.n.343
De omissione vide fol. 57.n.213. & fol. 432.n.118

Onus.

Onera, quæ in Fiscum transferri non possunt.l.6. cap.4.fol.274.n.268
Onus probandi pretium in vtilitatem delinquentis conuersum, ad quem spectet? ibi.fol.297.n.515.

Opera. Operarij.

Operibus pijs pœnę pecuniariæ a S. Officio applicatę sæculares ædificant. l.6.cap 6.fol.331.n.14.
Operarij in fundo alieno laborantes, ob ignorantiam excusantur. l.6.cap.1,fol.210.n.391

Opinio.

Opinionem circa confessionem in absentia tenens, quo modo eam debet abiurare? l.5.cap.5. fol.49 num.103
Opinione duplici ęqui probabili stante illam sequatur Inquisitor, quæ Reo fauet. l.5.cap.2.fol.12. num.19
Opinio Immaculatę conceptionis. fol.103.n.738. & seq.

Ordinarius.

Ordinarię pœnæ dicuntur, quæ a iure sunt determinatæ. l.6 cap.1. fol.180.n.15
Ordinariam pœnam sine causa remittens, plura contrahit incommoda. ibi fol. 182. n.40.& seq.
Ordinarias pœnas Summus Pontifex relaxare potest. Ibi fol.183.n.52

Ordi-

INDEX

Ordinarias pœnas potest quilibet Index relaxare, legitima causa existente. ibid. n. 53.
Ordinaria pœna liberatur absque dolo delinquens? ibi. fol 193. n. 186. & seq.
Ordinaria pœna mortis non est pubertati proximis infligenda. ibi. fol. 198. n. 245.
Ordinaria pœna impuberes liberi, ab extraordinaria tamen non liberantur. ibi. fol. 199. n. 256
Ordinaria pœna ebrius non punitur. ibi fol. 200. num. 272
Ordinaria pœna debet hic puniri, qui delinquens, scit se solitum in ebrietate delinquere. ibi. fol. 201 n. 280
Ordinaria pœna puniendus fingens amentiam, vt delinquat. ibi fol. 202. n. 299
Ordinaria pœna non liberat delinquentem consuetudo male introducta. ibi. fol. 205. n. 331
Ordinaria pœna non puniuntur, existentes domi, vbi fuit aliquis occisus, si ignoret occisor. ibi fol. 206. n. 363

Orthodoxus

Orthodoxi filij ob parentum hæresim non possunt legitimas petere. l. 6. cap. 5. fol. 302. n. 12

P

Pactum.

Pacti expressio cum Dæmone non fit nisi apostatando a fide. l. 5. cap. 5. fol. 117. n. 905.
Pactum sortilegi cum Dæmone duplex. l. 6. cap. 8. fol. 395. n. 479. & seq.
Pacto etiam tacito extante, si in sortilegijs adhibentur res sacræ, formalis abiuratio debet fieri. l. 5. cap. 5. fol. 118. n. 918
Pactum tacitum cum aut absque sacrorum abusu, cum salutaribus pœnitentijs expediendus est sortilegus ibid. n. 920.

Paraphernalia.

Paraphernalium vxoris ob hæresim mariti non fit confiscatio. l. 6. cap. 5. fol. 319. n. 206.

Parens.

Parentes in peculio aduentitio filij solum vsumfructum habent. l. 6. cap. 5. fol. 315. n. 152.
Parens in profectitio peculio filij vsumfructum, & proprietatem habet. ibidem.
Parentum ob hæresim bona Castrensia filiorum publicationi non subiacent ibid. n. 157.
Parentis delictum non infert confiscationem peculij aduentitij, quoad proprietatem. ibid. n. 158.
Parentis ob delictum, quæ bona filij confiscanda? ibid. 162. & seq.
Parentum ob hæresim, an filij a maioratus successione excludantur? ibi. fol. 313. n. 134. & seq.
Parentum filij crimen læsæ Maiestatis committentium, an nobilitatem amittant, necne? ibi. fol. 311. n. 113. & seq.
Parentis hæretici filij non sunt infames. ibi. fol. 309. num. 91. & seq.
Parentum hæreticorum filij quibus beneficis priuandi? ibi. fol. 306. n. 52. per seq.
Parentum ob hæresim filij hæreditate priuantur. ibi fol. 301. n. 16. & seq.
Parentis primi abiuratio. fol. 20. n. 31.

Pars.

Parte bonorum confiscata, pro parte etiam tenetur fiscus satisfacere. l. 6. cap. 5. fol. 323. n. 252.
Parte non citata, sententia ferri non potest. l. 5. cap. 1. fol. 8. n. 83. & seq.
Parte vtrinque æque probabili, reo fauendum est. ibi fol. 12. n. 19.
Partes præcipuæ causarum Ordinarijs sunt communicandæ. l. 5. cap. 2. fol. 24. n. 101.
Partes abiurationis intrinsecæ, & essentiales. ibi. fol. 20. n. 31.
Partes apud iudicem litigantes duæ. l. 5. cap. 5. fol. 91. num. 605.

Particula.

Particula (sciens, & volens) quid in insurdescente denotet. l. 5. cap. 5. fol. 74. n. 410.

Pater.

Pater si sit hæreticus; filij, & nepotes puniendi. l. 6 cap. 5. fol. 302. n. 7. & seq.

Patrimoniale.

Patrimonia bona Clerici hæretici, cui applicanda? l. 6. cap. 5. fol. 328. n. 306.

Paulus.

Pauli V. & Sixti dispositio contra audientes confessiones absque presbiteratus ordine. l. 5. c. 4. fol. 40. n. 158.
Pauli IV. decreta circa abutentes altissimo Eucharistiæ sacramento. ibid. per seq.

Pauper.

Pauperes in pœnam blasphemantis suis sumptibus reficiendi. l. 6. cap. 7. fol. 352. n. 66.

Peccatum.

Peccatorum distinctio numerica difficile assignatur. l. 6. cap. 8. fol. 384. num. 348.
Peccata manifestata sacerdoti in ordine ad confessionem sub sigillo cadunt. l. 5. cap. 5. fol. 111. num. 838.
Peccata, ad quæ ipsa natura homines trahuntur. l. 5 cap. 7. fol. 140. n. 106.
Peccatorum numero multiplicato, excommunicatio multiplicatur, si sit eis annexa. l. 6. cap. 8. fol. 384. n. 346.
Peccata manifestata scienter non sacerdoti, obligationem sigilli non inducunt. ibi. fol. 112. n. 840
Peccata manifestata fingenti se sacerdotem esse, sigilli obligationem inducunt. ibid. n. 841.
Peccata etiam publica in confessione audita obligant ad sigillum. ibid. n. 848.

Peculiaris.

Peculiares pœnæ pro peculiaribus fautoribus. l. 6. cap 8. fol. 364. n. 117.
Peculiares quicumque a pœnis Constitut. Pij V. non excluduntur. ibi. fol. 369. n. 166.

Peculium.

Peculium aduentitium filij, an possit confiscari? l. 6. cap. 4. fol. 283. n. 351. & seq.
Peculium profectitium filij, bonis parentis publicatis ad quem spectet? l. 6. cap. 5. fol. 316. n. 169
Peculium aduentitium quoad proprietatem non confiscatur. ibi. fol. 315. n. 158. & seq.
Peculium aduentitium quid sit? l. 6. cap. 4. fol. 281 num. 324.
Peculium profectitium quid? ibid. n. 323.
Peculium Castrense, & quasi Castrense. ibid. n. 325
Peculia filij emancipati publicantur. ibi. capit. 5. fol. 316. n. 168.

Pendulus.

Pendulus manens perpensis rationibus contra fidē sibi occurrentibus, quando non censetur hæreticus? l. 5. cap. 5. fol. 43. n. 50.
Pendulus suspendens iudicium, sentiens tentationem contra fidem, non est hæreticus. ibid. n. 49.

Penso

Pensio.

Pensione Ecclesiastica, an filij hæreticorum priuandi. l.6. cap.5. fol.307. n.64.
Pensiones ante parentum heresum habitæ, an sint a filijs auferendæ per sententiam? ibid. n.67.
Pensionibus, an filij hæreticorum ipso iure priuati ibid. n.68.
Pensiones Ecclesiasticæ, an fisco subijciantur? l.6. cap.4. fol.269. n. 21[illegible]. & seq.

Periurium.

Periurij peccatum grauius homicidio, & tamen mitius punitur. l.6. cap.8. fol.376. num.262.
Periurium in nobili efficit, vt nobilitas amittatur. l.6. cap.1. fol.216. n.459.

Periculosus.

Periculosum est hominem honestum ob leues suspiciones in iudicium trahere. l.5. cap.4. fol. 29. num.9.

Persona, personalis.

Persona nulla, hæresi infecta, vel suspecta cuiuscumque sit dignitatis ab abiuratione eximitur. l.5 cap.3. fol.23. n.86. & seq.
Personæ blasphemantis qualitas inspicienda. l.5. cap.5. fol.69. n. 343. et seq.
Persona iniurijs Inquisitorem afficiens, punienda. l.6. cap.8. fol.400. n.533. & seq.
Persona coniuncta dolum in actu excludit. l.6.c.1. fol.192. n.170.
Personalia iura condemnati non transeunt in fiscum. l.6. cap.4. fol.258. n.272. et seq.

Pertinacia, pertinax.

Pertinacia, qua quis, hæreticus constituitur. l.6. cap.8. fol.355. n.10.
Pertinacia hæresis diffinitionẽ ingreditur. ibid.n.9
Pertinaces formaliter, qui dicantur? ibid.a num 8 per seq.
Pertinacia vt sit, an requiratur admonitio? ibid. n.12 et seq.
Per quamcumque ignorantiam, etiam affectatam impeditur; & quomodo? ibid. n.14. Et quod hoc intelligitur in foro conscientiæ. ibi. fol.356. n.15.
Pertinax dicendus, quamuis paratus corrigi, quis, et in quo casu? ibid. n.16.
Pertinax, an censendus, qui ab Inquisitore admonitus, in errore, quo credit posse saluari, perseuerat? ibid. n 19. et seq.
Pertinax Apostata vt pena ordinaria mulctetur, quid requiritur? ibi. fol.357. n. 25. et seq.
Pertinacia respectu impenitentiæ quomodo se habeat? l.5. cap.6. fol.127. n.87.
Pertinax, et impenitens si conuerti velit, quomodo expediendus? ibi. fol 129. n. 115.
Pertinax in dubio, non est pertinax. ibi. fol. 130. num.128. et 129.
Pertinax impenitens, et relapsus, non est ad abiurationem admittendus. ibid. n. 135.
Pertinacia nisi sit obstinata nullus pertinax dicitur communiter. ibid. n. 129.
Pertinacia ad [illegible] requisita, sufficit si instantanea sit. ibi. fol.127. [illegible]
Pertinacia ad speciem impenitentiæ contracta per obstinationem declaratur. ibid. n.89.
A pertinacia erroris resiliens ante latam sententiã ad reconciliationem admittendus. l. 5. capit. 4. fol.38. n.130.
Pertinax in hæresi mulier non est mitius punienda. l.6. cap.1. fol.211. n.410.
Pertinaci animo, errorem rustici non defendentes, mitius puniendi. ibi. fol.212. n.420.

Plus adiect.

Plures blasphemiæ hæreticales vno impetu prolatæ, vnica pena puniendę. l. 6. cap. 2. fol. 232. n. 135. et sequent.
Plura delicta pluribus penis plectenda. ibi. fol 229. n.107. et seq.
Plura delicta eiusdem generis ex interuallo commissa, qualiter punienda? ibi fol.230. n.113.
Plures falsificationes ad eumdem vnius causę finem factæ an vnica pena plectendæ? ibi. fol.231. nu. 130. et seq.
Plura delicta eodem tempore ad eumdem finem commissa vnica pœna maiori delicto debita, punienda. ibi. fol.230. n.114.

Pœna.

Pœnæ a iure statutæ non possunt ab Inquisitoribus dispensari. l.6. cap.9. fol.417. n.66. & seq.
Pœna pecuniaria an possit ab Inquisitoribus imponi? l.6. cap.6. fol.331. n.7. Et ipsi S.Officio, an possit applicari? ibid. n.12. Quando reis imponenda? ibid.n.17. Quibus a S.Officio infligenda? ibi. fol.332. n. 20. Quæ a fisco imponitur delinquenti pro damno illato, præsenda pœnæ fisco applicandæ. l.6. cap.5 fol.324. n.268.
Pœna a S. Officio propter particularia delicta Iudæis infligenda. l.6. cap.8. fol.393. n. 453. Ordinaria quando debet puniri ad extra ordinariam damnatus? l.5. cap. 2. fol.13. n.35. & seq. Ordinaria, si vltimi supplicij sit, an compensanda cum prima? ibid. n.37.
Pena infligenda est, indicijs leuibus plene probatis. l.5. cap.4. fol.29. n.15. Minor infligenda abiurantibus de leui, quam aliter abiurantibus. ibid. n.12. Augenda, noua probatione adueniente. l.5. cap.2. fol.13. n.35. & seq.
Pœna propter hæresim ad priuationem paternæ hereditatis extenditur, circa filios. l.6. cap.5. fol. 303. num.28.
Pœnæ, quas incurrunt iudices laici se ingerentes in causis hæresis. l.5. cap.5. fol.84. n. 543.
Pœnæ diffinitio, & diuisio. l.6. cap. fol.180. n.8.
Pœna tria essentialiter continet. ibid. n. 11. Arbitraria describitur. ibid. n. 18. Contraria debet esse delicto. ibid. n.21.
Pœnæ spirituales, quæ dicantur? ibi. fol. 181. n.23. Statutas per legem Iudex minuere non potest. ibi. fol.182. n.37. Arbitrariæ, an possint a Iudice dispensari? ibi. fol.184. nu. 65. An possint ad mortem extendi? ibi. fol.185. n.79.
Pœna pecuniaria de vtroque iure frequens. l.6.c.1 fol. 429. n.101.
Pœnæ plures de iure canonico. ibi. fol.227 n.78. Arbitrarię, plus sint medicina, quam venenum. l.6. cap.1. fol.180. n.20.
Penarum executio legis auctoritati seruatur. ibi. fol.182. n.38.
Penarum dispensatio etiam a iure statutarum fieri potest legitima causa. ibi. fol.183. n.53. & seq.
Penas arbitrarias iudex dispensare non potest sine causa. ibi. fol.184. n.60. & seq. Illarum dispensatio a Principe facta sine causa, valida est. ibid. num. 62.
Pena parti applicanda dispensari non potest. ibid. n.66 & seq. Arbitraria potest causa existente dispensari. ibid. n.68. & seq.
Penæ duæ si a lege taxentur, quid? ibi. fol. 185. num.76.
Penæ omnes in Principe arbitrariæ sunt. ibid.n.82. In Iudice inferiore an arbitrarię sint? ibid. n.83.
Pena mortis, an possit arbitrari, si lex arbitrium moderandi concedat? ibi. fol.136. nu.85. & seq. Ab inquisitore potest arbitrari, etiam in casibus a iure non expressis. ibid. n. 88.
Penam mortis quomodo in aliam posit Iudex cõmutare ibi. fol.187. n.99. & seq. Eius commutationis

tationis causa, in sententia quando exprimenda? ibid. n.103. & seq.

Pęna locum non habet, vbi dolus non est. ibi. fol. 189. n.138.

Pęna iuxta præsumptionem doli, augeri, vel minui potest? ibi. fol.189 n.138. & seq. & fol.192. n.178.

Pęna ratione credulitatis potest minui. ibi. fol. 193 num.186. & seq.

Pęna pro modo culpæ arbitranda. ibid. n.191.

Pęna, an debeat ratione iracundiæ excusari? ibi. fol.195. n. 208. & seq.

Pęnam non minuit iracundia de qua delinquens non pęnitet. ibi. fol. 196. n.225.

Pęna corporalis ratione ætatis minui potest. ibi. fol. 197. n.237. & seq.

Pęna ordinaria non est puniendus ebrius si delinquat. ibi. fol. 200. n. 272. et seq. A quauis pęna furor, seu amentia delinquentem excusat. ibi. fol.202. n.293. et seq.

Pęna, an ratione consuetudinis augeri, vel minui possit? ibi. fol.204. n.319. et seq.

Pœnæ diminutionem multitudo delinquentium inducit. ibi. fol. 207. n.250. et seq.

Pœna, quando minui debet multitudini delinquentium contra fidem. ibi. fol. 206. nu. 358. et seq.

Pœnam delicti, an mandatum superioris excuset? ibi. fol.209. n.372. et seq.

Pœnam fæminea fragilitas minuit. ibi. fol 211. nu. 404. et seq.

Pœna propter rusticitatem hominis minuenda. ibi. fol.212. n.417.

Pęna somni causa excusatur. fol.213. n.429. et seq.

Pœnam minuit amoris causa. fol. 214. n. 438. et seq. Ab ea, delinquens propter nobilitatem non eximitur. ibi. fol.215. n.448.

Pœna corporali nobiles mitius puniendi? ibidem. n.452.

Pœna grauiori, quando mulctandi? ibid. n.453. et seq.

Pœna ob artis peritiam, vel remittenda, vel minuenda. ibi. fol.216. n.460. et seq.

Pœna ob beneficia in Rempublicam collata, minuenda. ibi. fol. 217. n.471. et seq. Iudæo, vel infideli, quando mitius infligenda? ibi. fol. 218. n.481. Surdo, et muto, quando mitius debet infligi? ibid. n.490. et seq.

Pœna ob fęlicem criminis euentum delinquenti nõ infligitur. ibi. fol.220. n.507. & seq.

Pœnæ corporales, aliæ capitales, aliæ non capitales. l.6 cap 2. fol.221. n.9. et seq.

Pœna capitalis triplex. ibid. n.10.

Pœna capitis in iure pro qua debet sumi? ibi. fol. 222. n. 11. et seq.

Pęna capitis magis ignominiosa, est, furca. ibi. fol. 223. num.23.

Pęna capitis pro morte ciuili. ibid. n. 25.

Pęna capitis in iure canonico, dignitatis amissio. ibi. fol.224. n.31.

Pęna ignis inter capitales maxima. ibid. n.39. Quibus infligenda? ibid. n.40. et seq.

Pęnæ capitales, quæ non sunt in vsu. ibid. n.43.

Pęna amputationis membri. ibi. fol.225. n.45. et seq.

Pęna fustigationis, mithræ, et berlinæ. ibid. nu. 53 seq.

Pęna torturæ frequens. ibi. fol.226. n. 60. et seq.

Pęna carceris Tribunalis S. Inquisitionis propria ibid. n 62. et seq.

Pęna indignationis Principum. ibi. fol. 227 n.70. et seq.

Pęna stellionatus arbitraria est. ibid. n.74. et seq.

Pæna excommunicationis alijs spiritualibus maior ibid. n.79.

Pæna excommunicationis duplici forma infligitur. ibi. fol.218. n 82.

Pæna priuationis officij, dignitatis, etc. ibid. n.84. et seq.

Pæna degradationis, aut depositionis. ibid. nu.88. et seq.

Pœna suspensionis & eius a depositione differentia: ibi. fol.229. n. 96. & seq.

Pœna pecuniaria maxime habetur in vsu. ibid. n. 101. & seq.

Pęnæ singulę singulis imponuntur delictis. ibi. nu. 108. & seq.

Pœnarum multiplicatio quando fit, & quando non fit. ibi. fol.230. n.113. & seq.

Pœna excommunicationis, an sit de iure diuino? l.6. cap.3. fol.233. n.8. & seq.

Pœna excommunicationis contra hæreticos per Bull. Cœnæ reseruata. ibi. fol.234. n.14.

Pœna excommunicationis qualiter declaranda ad euitandos excommunicatos? ibid. n.15. per seq.

Pœnam excõmunicationis hæreticus internus incurrit. ibi. fol.236. num. 36. & seq.

Pœnæ excommunicationis absoluti a quibus sit facienda? ibi. fol.238. n.64. & seq. per tot.

Pœna priuationis officiorum, & beneficiorum hæreticorum præcipua. ibi. fol.242. n.122. & seq.

Pœna irregularitatis, an sit hæresi annexa? ibi. fol.245. n.168. per seq.

Pęna infamię damnantur hæretici. ibi. fol. 248. n.194. & seq.

Pœna infamiæ duplex. ibid. n. 199. & seq.

Pęna infamiæ puniti, priuilegijs priuantur. ibi. fol.249. n.210. & seq.

Pęna priuationis sepulturæ, quibus infligitur? ibi. fol.250. n.232. & seq

Pœna confiscationis quibus imponenda. l.6. cap.4 fol.253. n 9. & seq.

Pęna confiscationis dupliciter iniungi potest. ibi. fol.254. n. 28. & seq.

Pęnæ, quibus ob hæresim parentum subijciuntur filij. l.6. cap.5. fol.301. n.6. & seq.

Pęnam pecuniariam possunt Inquisitores reis S. Inquisitiones infligere. l.6. cap.6. fol.331. n. 7. & seq.

Pęna pecuniaria quibus possit ab ipsis applicari? ibid. n. 12. & seq.

Pęna priuationis succedendi ex testamento hæreticis imposita. ibi. fol.333. n.38. & seq.

Pœna mortis, quando hæreticis infligenda? l. 6. cap.7. fol.338. n.3. et seq.

Pęna carceris duplex. ibi. fol.344. n.66.

Pęna carceris perpetui quibus imponenda? ibi. fol. eod. n.67. & seq.

Pęna fustigationis mulieres apud S. Officium puniendæ. ibi. fol.346. n.90.

Pęna triremium in cuius locum successit? ibi. fol. 347. n.97. & seq.

Pęna relegationis frequenter reis S. Officij infligitur? ibi. fol.349. n. 126. et seq.

Pęna exilij mulctatus, si non exequatur, qua pęna puniendus? ibi. fol.350. n.135.

Pęnæ pęnitentialis habitus, vsus. ibi. fol.351. n. 146 et seq. Quibus imponenda? ibid. n. 152. et seq.

Pęnæ, quibus religiosi in S. Officio mulctandi. ibi. fol. 353. n. 174. et seq.

Pœna odinaria, vt puniantur hæretici, quæ probatio requiritur? l.6. cap.8. fol.355. n.8. per totam reg.

Pænæ schismaticis debitę. ibi. fol.360. n.62. & seq.

Pœnę fautoribus hæreticorum, ac schismaticorum, debitæ. ibi. fol.303. n.101. & seq.

Pœnę Bullæ Pij V. ibi. fol.369. n.165. & seq.

Pœnæ contra impedientes S. Officium qualiter minui possint ibid. fol.369. n.167. & seq.

Pœna infamię Polygamis imposita. ibi. fol. 370. num.180. & seq.

Pœnę aliæ Polygamis imponendæ. ibid. n. 183. & seq.

Pœnę deponentium circa crimen Polygamię falsum. ibi. fol.373. n.229. & seq.

Pœnæ contra abutentes Sacramentis. ibi. fol. 377. n. 266.& seq.
Pœnę Blasphemorum propriæ. ibi. fol. 380. n. 297. & seq. per tot.
Pœnæ non denunciantium in S. Officio. ibi fol. 383 num. 333. & seq.
Pœnę legentium libros prohibitos. ibi. fol. 387. num. 378. & seq.
Pœnę celebrantium Missam, vel audientes confessiones, cum sacerdotes non sunt. ibi. fol. 389. n. 407. & seq.
Pœnis grauibus debent puniri, carnes, & lacticinia diebus prohibitis comedentes. ibi. fol. 392. n. 436. & seq.
Pœnæ Iudæorum contra fidem delinquentium arbitrariæ pro qualitate criminum. ibi. fol. 393. num. 453. & seq.
Pœnæ sortilegis debitę. ibi. fol. 396. num. 486. & sequen.
Pœnę contra obloquentes in Inquisitores. ibi. fol. 400. n. 527. & seq. & n. 532. & seq.
Pœna carcerati in S. Officio frangentis carcerem. ibi. fol. 401. n. 529. & seq.
Pœnæ contra Superiores Religionum. ibi. fol. 401. num. 453. & seq.
Pœnæ portantium arma ad infidelium terras. ibi. fol. 402. n. 549. & seq.
Pænæ hæreticis ad terras Christianorum venientibus, ratione scandali infligendæ. ibi. fol. 402. n. 556. & seq.
Pœna arbitraria puniendi laici de fide chatolica disputantes. ibid. fol. 403. n. 565.
Pœnæ Italorum cum hæreticis conuiuentium &c. ibid. n. 570. & seq.
Pœnæ violantium decreta circa depingntes imagines nondum canonizatorum cum radijs. ibi. fol 404. n. 576
Pœnę se fingentis S. Officij Ministrum. ibid. n. 580 & seq.
Pœnæ Iudicis laici se in causis hæresis ingerentis. ibi. fol. 405. n. 589. & seq.
Pœnæ sacra scriptura abutentium. ibi. fol. 406. n. 596. & seq.
Pœnæ carcerati in S. Officio, qui se ipsum occidere tentauit. ibid. n. 600. & seq.
Pœnæ sigillum confessionis frangentis. ibi. fol. 407. n. 605. & seq.
Pœnę Sacerdotis non consecrantis, sed consecrare fingentis. ibi. fol. 409. n. 618. & seq.
Pœnæ committentium crimen nefandum. ibid. n. 635. & seq.
Pœnæ non legentium constitut. Apostolicas iuxta Vrbani VIII. decretum. ibi. fol. 410. n. 641
Pęnæ an sint imponendæ temerarias propositiones proferentibus? ibi. fol. 411. n. 657. & seq.
Pęnæ violantium constitut. Sixti IV. circa immaculatam Conceptionem B. Virginis Mariæ. ibi. fol. 411. n. 665. & seq.

Pœnitens, Pœnitentia.

Pęnitens quando excusatur, peccatum in confessione dicere? l. 6. cap 3. fol. 242. n. 114
Pęnitens Confessarium in confessione sollicitans, an possit a quolibet confessario absolui? l. 5. cap 8. fol. 166. n. 227. & seq.
Pęnitentiæ Sacramento abutentibus, an sit abiuratio iniungenda? l. 5. cap. 5. fol. 71. n. 369. et seq.
Pęnitentiam ab inquisitoribus iniunctam non adimplentes, an curiæ sęculari tradendi? l. 6. cap. 10. fol. 431 n. 112. et seq.
Pęnitentia salutaris, quando blasphemo tantum iniungenda? l. 6. cap. 8. fol. 382. n. 325. et seq.
Pœnitentia feminis iniungenda. l. 6. cap. 1. fol. 211. num. 405.

Polygamia, Polygamus.

Polygamia inter gentes sub pęna infamię prohibita l. 6. cap. 8. fol. 370. n. 180
Polygamiam consulens, vt Polygamus punitur. ibi. fol. 372. n. 206. et seq.
Polygamus a Confessario admonendus. l. 5. cap. 8. fol. 164. n. 204. et seq.
Polygamus a Cofessario examinandus. ibid. n. 202. et seq.
Polygamus, qualiter suspensus? l. 5. cap. 5. fol. 59. num. 231.
Polygamus, et bigamus, qui dicantur? ibid. n. 236
Polygamiæ species, tres designantur. ibid. n. 237
Polygamus qualiter abiurare debeat? ibi. fol. 60. num. 242
Polygamus de mala credulitate vehementer suspectus. ibi. fol. 60. n. 247.
Polygamiam attentans, an sit de hęresi suspectus? ibi. fol. 63. n. 279. et seq.

Pontifex.

Pontifices Maximi purgatione canonica etiam vsi sunt. l. 5. cap. 2. fol. 15. n. 161. et seq.

Possessor.

Possessor rei obligatę Fisco, quod ius habeat in ipsa? l. 6. cap. 4. fol. 290. n. 520
Possessor, quando mala fide consumit fructus? ibi. fol. 299. n. 529.

Potestas.

Potestate publica, non propria Iudex fert sententiam. l. 6. cap. 1. fol. 182. n. 39.
Potestas dispensandi late concessa, non debet circa hæreticos extendi. ibid. n. 46.
Potestatem infligendi pęnam mortis habet Ecclesia a Christo Domino. l. 6. cap. 7. fol. 339. n. 9.
Potestatem hanc Ecclesiæ negare, erroneum iudicat Palaus. ibid. n. 10.

Prædicator.

Prædicatores hæresum, licet intentionem negent, veluti hæresiarchæ habendi. l. 5. cap. 7. fol. 142. num. 123.
Prædicatores scandalosas propositiones prædicare audentes, Inquisitoribus subsunt. l. 6. cap. 8. fol. 410. n. 651.
Prædicatores asserentes posse aliquem virtute Bullæ Cruciatę ab hæresi absolui, se retractare debent. ibi. fol. 411. n. 655 & seq.

Prælatus.

Prælati, et Præsules ad actum fidei inuitandi. l. 6. cap. 10. fol. 413. n. 30.
Prælati Regulares, an Episcopi nomine intelligitur? l. 6. cap. 3. fol. 239. n. 84. & seq.
Prælati Regulares fer. 6. post Octau. Assumption. B. M. V. Decreta D. N. Vrbani VIII. legi in mensa præcipiant. l. 6. cap. 8. fol. 410. n. 641.
Prælati Regulares se in causis fidei ingerentes, quibus pœnis afficiendi? l. 6. cap. 8. fol. 401. n. 544. et seq.

Præpositus.

Præpositi Generalis Societatis facultas ad absoluendum. l. 6. cap. 3. fol. 241. n. 101. et seq.
Præpositi Generalis Decreta de parnitate materiæ circa venerea. l. 5. cap. 5. fol. 116. n. 892. et seq.

Præscriptio.

Præscriptio de bonis hæretici quantum annorum spatium requirit? l. 6. cap. 4. fol. 293. n. 467.
Præscriptionis moderatio circa bona fisco sæculari applicanda. ibi. fol. 294. n. 469.
Præscriptio, an post hæretici mortem procedat? ibid. n. 471. et seq.
Præscriptionem præter quadragenarium annorum, aliæ

aliæ conditiones comitentur. ibid. n.474.
Præscriptio in alijs ab hæresi delictis aduersus fiscum inducenda. ibid. n.476.

Præsentia.

Præsentia iudicis sæcularis ad ferendam sententiam contra hæreticum, an requiratur? l.5.cap.1.fol. 9. n.59. & seq.
Præsentia iudicis sæcularis non est de forma substantiali sententiæ. ibi. fol.10. n.62.
Præsentia iudicis sæcularis ad debitam exequutionem, non ad validitatem requiritur. ibid. n.63.
Præsentia sæcularis iudicis si facilis sit, non est ab Inquisitore fugienda. ibid. n.65.

Præsumptio.

Præsumptio hæresis violenta pro manifesta veritate habetur. l.5. cap.4. fol.34. n.71. & seq.
Præsumptionis violentæ descriptio. ibid.n.72.
Præsumptio violenta non admittit probationem in contrarium. ibid. n.73. & seq.
Præsumptio vna, per aliam tollitur. l.5.cap.2.fol. 11. n.10.
Præsumptio exclusiua delicti est præferenda contrariæ. ibid. n.11.
Præsumptiones dolum excludentes. l.6.cap.1. fol. 192. n.173.
Præsumptiones ad doli probationem. ibi. fol. 190. num.152.
Præsumptiones includentes dolum. ibi. fol.192. numer. 173. & seq.
Præsumptione iuris quis censendus hæreticus? l.5. cap.7. fol.132. n.9.
Præsumptio doli contra fœminam in dubio non habetur. l.6. cap.1. fol.212. n.415.
Præsumptio non ex præsumptione, sed ex facto nascitur. l.6 cap.8. fol. 360. n.64.

Prætium.

Prætium rei alienatę, quando dicitur penes delinquentem extare? l.6. cap.4.fol.297.n.511.& seq.

Princeps.

Principe inconsulto in crimine hæresis post latam sententiam pœna mutari potest. l.6. cap.9. fol. 417. n.60.
Principe inconsulto post latam sententiam pœnam mutari nequit. ibi. fol.416. n.51.
Principes inferiores delictorum capitalium gratias concedere nequeunt. ibi. fol.418. n.83.
Princeps solùm supremus a legibus est solutus.ibid. num.84.

Priuatio.

Priuatio Ecclesiasticæ potestatis, schismaticorum est pœna. l.6. cap.8. fol. 361. n.76.
Priuatio vocis actiuæ, & passiuę Religiosis est peculiaris. l.6. cap.7. fol.357. n. 176.
Priuatio officij est pœna a quolibet iudice tam sæculari, quam Ecclesiastico practicata. l.6.c.2. fol.128. n.84.

Priuilegium.

Priuilegium ratione officij concessum, quid requirat? l.6. cap.8. fol.367. n.151.
Priuilegium amplum Episcopis concessum. l. 6. cap.3. fol.239. n.77.
Priuilegium Episcoporum Regularibus extensum. ibi. fol.240. n.86.
Priuilegium negari debet infamibus. ibi. fol. 249. num.211.
Priuilegium nullum concedi potest, abiurationem excusans quoad partes essentiales ipsius. l.5. c 3. fol.23. n.88.
Priuilegium Ecclesię super recuperatione emphyteusis. l.6. cap.4. fol.272. n.244. & seq.

Probatio.

Probationem indirectam suspicio iuris, vel violenta præsumptio admittit. l.5. cap.4. fol.34. n.75.
Probatio innocentię superueniens auferre debet cōdemnationem præcedentem. l. 5. cap. 1. fol. 7. num.23.
Probatio hæresis, & inquisiti confessio, quando requiritur? l.5. cap.3. fol.26. n.128.
Probatio delicti debet abiurationem præcedere. ibid. n.127.
Probatio duorum testium. l.6. cap.8. fol.357.n.26
Probatio semiplena an sufficiat? ibid. n.35.
Probatio singularium testium, an sufficiat, vt quis pœna ordinaria puniatur? ibi. fol.358. n.38. & seq.
Probatio fraudis difficilis est. l.6. cap. 1. fol. 191. num.154.
Probationis qualitas multiplex. l.5. cap.7.fol.149 num. 71. & seq.
Probatio quando debet plena censeri? ibi. fol 149. num. 228.
Probatio superueniens in causa hæresis cum insufficienti antecedenti potest coniungi? l.6. cap.9. fol. 414. n.25. & seq.
Probatio iuridica si absit, criminosus iudici notus condemnari nequit. ibi. fol.415. n.36.

Procurator.

Pro reo S. Officij absente, quando debet admitti? l.5. cap.7. fol.147. n.199.
Procuratoris officium exercens in crimine polygamiæ, abiurare tenetur. l.5. cap.5. fol.62. n.262.

Propositio.

Propositiones temerarias proferentes Inquisitoribus subsunt. l.6. cap.8. fol.410. n.648.
Propositiones temerarias prædicantes etiam Episcopis tanquam delegatis Apostolicæ Sedis subsunt. ibi.fol.411. n.653. & seq.
Propositiones temerarias proferentibus nulla solet iniungi abiuratio. ibid. n.655.
Propositiones tales proferentes, acri correctione, & salutaribus pœnitentijs expediendi.ibid.n.658 & seq.

Prouocatus.

Prouocantem iniurijs afficiens mitiori pœna puniendus. l.6. cap.1. fol.196. n.219.

Puer.

Carnis delicta committens, an excusandus? l.5.c.1. fol.199. n.252.

Pupillus.

Ob mandatum tutoris delinquens, in quibus excusatur? l.6. cap.1. fol.210. n.397.

Purgatio, purgatus.

Purgatio canonica quid sit? l.5. cap.2. fol.14. n.52
Purgatio canonica ab Episcopo, vel Inquisitore, vel ab vtroque simul indicenda. ibi. fol.15.n.63 & seq.
Purgatio quomodo iniungenda, & adimplenda? ibid. n.64.
Purgatio alijs compurgatoribus debet fieri. ibid. num.67.
Purgatio iuxta modum diffamationis fiat.ibid.n.71
Purgatio, diuersum ab abiuratione prestat effectum. l.5. cap.4. fol.32. n.52.
Purgatio indicta reo post torturam, crudelis. l. 5. cap.2. fol.12. n.17.
Purgatio in occulto fiat, nisi reus sit publice diffamatus. ibi. fol. 16. n.86. In quibus casibus debeat omitti? ibid. n.87.
Purgato, an præter purgationem, posit abiuratio vel aliqua pœna iniungi. ibi.fol.15 n.73.& seq.

INDEX

Q

Qualitas.

FActi, & personæ in pœnis infligendis attendenda. l.6. cap.1. fol.181. n.22.

Qualitas articuli circa quem reus grauatus reperitur, inspicienda. l.5. cap.5. fol 42. n.15.

Qualitas personæ dubitantis contra fidem, & articuli circa quem dubitatur attendenda. ibi. fol 44 num.45. & seq.

Quarta.

Quarta pars bonorum, an publicetur, alijs bonis mariti publicatis? l.6. cap.5. fol.321. n. 223.

Quartam partem suorum bonorum tenetur maritus vxori pauperi elargiri. ibid. n.224.

Quartę partis vxoris, & legitimæ filiorum discrimen. ibid. n.225.

R

Ratio.

RAtiones, quibus Inquisitores ab excommunicatione excusantur propter extorsionem Ecclesiasticorum bonorum. l. 6. cap.4. fol. 266. n. 170. & seq.

Reconciliatio.

Vt legitima sit, & valida, quid requiritur? l. 5. cap.4. fol.37. n. 112. & seq.

Reconciliationis locus, quando, & quibus est cōcedendus. ibi. fol. 28. n. 128. et seq. per tot.

Reconciliatio in foro poli, non in foro fori relapsis conceditur. l.5. cap.6. fol. 129. n.18.

Reconciliatio pro vtroque foro, quæ requirat. l. 5 cap.8. fol.149. n. 12. & seq.

Regula.

Certa in qua materia vix dari potest. l. 5, cap. 5. fol.82. n.515.

Regularis.

Regulares abiurantes de leui, an reddantur inhabiles ad dignitates. l.5. cap.3. fol. 18. n. 18. & fol.27. n.132.

Regularis, qui temerè in Constitut. Pauli V. & Gregor. XV. in materia Immaculatæ Conceptionis editas inciderat, mulctatus est. l.6. cap.7. fol.353. n.175.

Regularis vltra mare proficiscens absque sui Superioris licentia est de hæresi suspectus. l.5. c.5. fol.91. n. 600.

Regulares impedientes subditum hæreticos denūciare, an abiurare debeant? ibi. fol. 105. n 771.

Regulares in causis fidei non suis Superioribus, sed Inquisitoribus subduntur. ibid. n. 765.

Regulares omittentes exequi mandatum de Constitut. legendis, Inquisitoribus subsunt. ibi. fol. 106. n. 778. & seq.

Reincorporatio.

Per solemnem fit absolutionem. l 6. cap.5. fol 303 num.23.

Relapsus.

Relapsus, quis apud Tribunal S. Inquisitionis sit? l.5. cap.4. fol.31. n.37.

Relapsus, quando mortis pœna afficiendi, vel non? l.6. cap.7. fol.340. n. 21. & seq.

Relapsus, quis dicatur? l.5. cap.6. fol. 120. nu. 3. & 11.

Relapsorum multiplex differentia. ibid. num. 4. & seq.

Relapsi Curiæ sæculari traduntur. ibi. fol. 12 num.14.

Relaxatio.

Relaxatione, quis excusatur? l.5. cap.7. fol.142. num.133. & seq.

Relaxatio, pro quibus curiæ sęculari facienda? ibid. n.127. & seq.

Relegatio.

Relegationis loco, quæ pœnæ subintrarunt? l.6. c.2 fol 223. n.28.

Relegatio, & deportatio iam ab vsu recesserunt. l.6. cap.7. fol.349. n.125.

Relegatio à Tribunali S. Officij infligitur solum. ibid. n. 126.

Religio.

Religionis societatis priuilegium circa absolutionem. l.6. cap.3. fol.241. n.101 & seq.

Religionem aliquam instituens absq; approbatione Sedis Apostolicæ, reus S. Officij constituitur. l.5. cap.5. fol.115. n.883. & seq.

Religiosus.

Religiosi, aut sacris ordinati, quando suspecti sunt de fide? l.5. cap.5. fol.49. n.107.

Religiosi legentes libros prohibitos, quomodo puniendi? l.6. cap.8. fol.388. n.391.

Religiosi deffinientes circa fidem qualiter puniendi l.6. cap.7. fol.353. n.173.

Religiosi contrahentes matrimonium, quas pœnas incurrant? l.6. cap.8. fol.372. n.214.

Religiosus societatis simplex votum tantum emittens, si contrahat matrimonium ipso facto excommunicatur. ibi. fol.373. n. 217.

Religiosus matrimonium Clandestinum contrahēs Clementin. excommunicationem non incurrit. ibid. n.218. De Religioso vide. fol. 401. & 403. n. 558. et seq.

Remedium.

Remedia adhibenda, vt reus confiteatur. l. 5. c.7. fol.135. n.43.

Remissio.

Remissiones delictorum rarissimè concedendæ. l.6. cap.9. fol.419. n.96.

Remissio pœnarum apud Tribunal S. Officij vsitatior. ibi. fol.420. n.101.

Remissio pœnæ confiscationis, quando fieri debet? l.6. cap.4. fol.256. n.10. et seq.

Requisitum.

Requisita ad infligendam pœnam latam contra laicos Missam celebrantes. l.6. cap.8. fol.390. n.419 et seq.

Requisita necessario, vt possit contra hęreticum defunctum procedi. l.5. cap.7. fol.149. n 225. et seq.

Res.

Rem periculo expositam, tacito vitio, vendens, peccat. l.6. cap.4. fol.296. n.503.

Res sacræ sortilegijs adhibitæ hæresis suspicionem præbent. l.5. cap.5. fol.118. n.917. et seq.

Restitutio.

Non conceditur fisco contra pręscribentem, quæ confiscanda erant. l.6. cap.4. fol. 294. n. 477.

Restitutio quando emptori facienda? ibi. fol. 297. num. 580.

Retentio

Retentio breuissima libri prohibiti potest ab excommunicatione excusare. l.6. cap.8. fol.387. n. 387.

Reuelatio.

Reuelationes, vt cognoscantur, an veræ, vel falsæ sint, ponderandæ. l.5. cap.5. fol.95. n.659. et seq.

Reuela-

Reuelationes, quæ debent dæmoniacæ iudicari. ibi fol. 96. n. 662. et seq.
Reuelationem, an possit homo sine reuelatione assequi? ibi. fol. 98. n. 681. et seq.
Reuelationis veritas indaganda per similes ab auctoribus relatas. ibi. fol. 99. n. 695.
Reuelationes virorum plus fidei merentur. ibi. fol. 101. n. 715.
Reuelationes habentes quorum iudicio subdantur? ibi. fol. 102. n. 731. & seq.

Reuocatio.

Reuocatio alienationum potest fieri a fisco, etiamsi alienationes validæ fuerint. l. 6. cap. 4. fol. 293. n. 464. et seq.

Reus.

Reus abiurans, an sit per Inquisitorem ab excommunicatione absoluendus, et quando? l. 5. cap. 3 fol. 27. n. 141. et seq. In reo resipiscentia prompta post monitionem ponderanda. l. 5. cap. 5. fol. 43. num. 20.
Reo parato abiurationem emittere, sed non secundum omnes abiurationis partes, quid agendum? ibid. n. 137.
Reus vitæ integræ per quot testes condemnandus? l. 6. cap. 8. fol. 357. n. 31.
Reo S. Officij quando perpetuus carcer iniungendus? l. 6. cap. 7. fol. 345. n. 74.
Reus nolens abiurare non statim relaxandus. l. 5. cap. 3. fol. 27. n. 136.
Reus S. Officij tripliciter potest contingere, quod abiurare nolit. ibidem. n. 134.
Reus iniunctam purgationem nolens exequi, intra terminum legitimum potest ab ipsa appellare. l. 5. cap. 2. fol. 16. n. 85.
Reus, quo casu super complicibus torquendus? l. 5. cap. 4. fol. 35. n. 96.
Reus S. Officij, si crimen non pertinens ad fidem confiteatur, non debet iudici sęculari propalari. l. 5. cap. 1. fol. 10. n. 71.
Reus post prolationem sententiæ condemnatorię non est interrogandus. ibid. n. 70.
Reus, fisco, vel accusatore non probante absolui debet. l. 5. cap. 2. fol. 11. n. 7. et seq
Reus defunctus ob defectum probationis absolutus, noua adueniente probatione accusari potest. l. 5. cap. 2. fol. 13. n. 30.
Reus de vno crimine contra fidem diffamatus, et de altero suspectus, quomodo tractandus? ibid. fol. 16. n. 80.
Reo de hæresi diffamato, et de purgatione deficienti, quid agendum? ibid. n. 83. et seq.
Reus sibi imputans crimen falsum, an teneatur se retractare? l. 5. cap. 8. fol. 156. n. 110. et seq.
Reus non plene conuictus, an possit sibi falsum hæresis crimen imponere, vt a tormentis se liberet. l. 5. cap. 8. fol. 158. n. 130. et seq.
Rei Constitut. Pij V. qualiter tractandi? l. 5. c. 5. fol. 53. n. 154.
Reus in S. Officio propter hæresim condemnatus, in quibus, et quandiu Inquisitoribus subest? l. 6. cap. 10. fol. 430. n. 101. et seq.
Reo ad extraordinariam pœnam condemnatus, an ordinaria possit coniungi noua superueniente probatione? l. 5. cap. 9. fol. 415. n. 32. et seq.
Reus ad perpetuos carceres damnatus, si inde fugiat, an curiæ sæculari tradendus? l. 6. cap. 10. fol. 430. n. 107. et seq.
Reus, quando potest indicijs indubitatis pœna mortis affici? l. 6. cap. 8. fol. 398. n. 510.
Reo, brachio sæculari relicto, si deductus ad comburendum resipiscat, quid agendum? l. 5. cap. 7. fol. 136. n. 52.
Reus vbi inuenitur, conuenitur. ibi. fol. 144. num. 159.
Reus contumaciter absens condemnandus. ibid. n. 166. et seq.
Reus in absentia condemnatus, si compareat rationem redditurus, audiendus. ibi. fol. 145. n. 172.
Rei iam mortui causa, qualiter in S. Officio expedienda? ibi. fol. 147. n. 204. et seq.
Reus conuictus, negatiuus persistens, et propterea damnatus, an possit à Confessario absolui? l. 5. cap. 8. fol. 156. n. 105. et seq.
Rei, an teneantur Inquisitori interroganti manifestare hæresim testibus probatam? ibi. fol. 155. num. 92. et seq.
Reus negatiuus, falsò conuictus, et ad mortem damnatus, an possit falsum sibi crimen imponere, vt se liberet? l. 5. cap. 8. fol. 156. n. 110. et seq.

Rusticitas, rusticus.

Rusticitas, et sagacitas in vno possunt homine reperiri. l. 6. cap. 1. fol. 212. n. 418.
Rusticus homo est mitius puniendus. ibid. n. 417.
Rusticus, quando non excusatur? ibid. n. 419. et seq.
Rusticus excusandus, quomodo hoc debeat intelligi? ibi. fol. 213. n. 424.

S

Sacer, a. um.

Sacra Scriptura casum rarum proponit. Proœm. l. 5. fol. 5.
Sacrarum Scripturarum multi sensus latent. l. 5. cap. 4. fol. 37. n. 119.
Sacra Scriptura abutentes, quibus pœnis puniendi? l. 6. cap. 8. fol. 406. n. 599. et seq.

Sacerdos.

Sacerdos triremium pęna punitus. l. 6. cap. 7. fol. 347. n. 100.
Sacerdos etiam Græcus matrimonium contrahens puniendus. l. 6. cap 8. fol. 373. n. 223.
Sacerdos accedens ad altare celebraturus si non consecret, quomodo tractandus? l. 5. cap. 5. fol. 73. n. 396.
Sacerdos fingens se consecrare hostiam, si non consecret, an sit de hæresi suspectus? l. 6. cap. 8. fol. 409. n. 627. et seq.
Sacerdos super particulam consecratam verba cōsecrationis proferens, puniendus. ibib. n. 628.
Sacerdos non consecrans, Sacramento altaris videtur abuti. ibid. n. 629.

Sacramentum.

Sacramenta ab hæreticis sumere, et cum ipsis orare quando catholicis est licitum? l. 6. cap. 3. fol. 235 num. 28.
Sacramento penitentæ abusus ex violatione sigilli apparet. l. 6. cap. 8. fol. 407. n. 614.
Sacramento altaris censetur abuti, qui celebrando Missam, non consecrat. ibi. fol. 409. num. 629. et seq.
Sacramentorum Eucharistiæ, et Pœnitentiæ laicos, Ministros asserere hæresis est. ibi. fol. 389. num. 410.
Sacramentum Eucharistiæ conficiens non sacerdos, idolatriæ crimen committendi est causa. ibi. fol. 390. num. 413.

Saccus.

Saccis induti proponuntur, Deum iratum placare volentes. l. 6. cap. 7. fol. 351. n. 146.
Saccus benedictus, Abitello in Italia, Sanbenito in Hispania dicitur. ibid. n. 417.
Sacci benedicti origo antiquissima. ibi. fol. 350. num. 416.

Saccus benedictus reconciliatis ab hæresi, vel Apostatis a fide imponitur. ibid. n. 452. & seq.

Sacularis.

Sæculares iudices, quando non tenentur Ecclesiasticis obedire? l.6. cap.1. fol 210. n. 389. & seq.
Seculares iudices promptissime debet exequi Tribunalis S. Officij mandata. l.6. cap.10. fol.428. num. 74.
Sæcularibus presbyteris, ac Regularibus, quid iniungitur pro S. Inquisitionis Tribunali? l. 6. cap.8. fol. 369. n.166.
Sæculari brachio tradendi violantes Bullam, si de protegendis. ibidem.
Sæculari Curiæ quando Confessarius ad turpia sollicitans potest tradi? ibi. fol.378. n.283.
Sæcularis iudex contra blasphemos non hæreticales procedere potest. ibi. fol.381. n.309.
Sæculari Curiæ blasphemus relapsus hæreticalis tradi potest. ibid. n.315.
Sæculares, non sunt Sacramentorum Eucharistiæ, & Pœnitentiæ Ministri. ibi. fol.389. n.410.
Sęculares iudices olim de crimine hæresis cognoscere poterant. ibi. fol.405. n.589.

Sagá.

Sagarum transportatio, aliquando realiter, aliquãdo verò imaginarie fit. l.6. cap.8. fol.394. n.469

Sanguis.

Sanguinis nobilitas nunquam propter delictum amittitur. l.6. cap.5. fol. 311. n.115.
Sanguinis, & priuilegij nobilitas. ibid. n.112.
Sanguinis iura immutabilia sunt. ibid. n.116.

Satisfactio.

Satisfactionem debitorum, quæ criminosus ante delictum contraxit, fiscus facere tenetur. l. 6. cap.5. fol.322. n.245.
Satisfactio debitorum post crimen contractorum non debet a fisco fieri. ibi. fol.323. n. 247.
Satisfactio pro parte debet a fisco fieri, si pro parte facta est bonorum publicatio ibidem n. 251.
Satisfactionis obligatio, bonis confiscatis est annexa. ibid. n. 253.
Satisfactionis ordo seruandus erga creditores. ibid. n. 256.
Satisfactio pro viribus bonorum debet a fisco fieri, etsi illorum inuentarium non fecerit ibi. fol. 324 n.257 & seq. per tot.

Scandalum.

Scandala ne veniant, pœna minuenda est. l.6. c.1. fol.208. n.358.
Scandalum graue, vel vehemens suspicio ex dictis testium oborta, purgationem inducunt. l.5. c.2. fol. 16. n.75.

Schismaticus.

Schismaticorum diuersa genera. l.6. cap.8. fol.359 num. 58.
Schismatici, quid facto externo se credere ostendunt? ibi. fol.360. n.63.
Schismaticis diuersę pœnæ sunt statutæ. ibid. n.66.
Schismatici, an de iure antiquo sint excommunicati? ibid. n.67.
Schismatici tertij generis nullam pœnam incurrũt. ibi. fol 362. n.94.
Schismaticus quadrupliciter dicitur. l. 5. cap.5. fol. 50. n.123. & seq Qualiter abiurare debeat? ibid.
Schismaticus si antiquus sit grauissimam hæresis suspicionem parit. ibi. fol. 51. n.128.

Schismaticorum filij puniendi. l.6. cap.5. fol.304. num.31.

Seditio.

Seditionis, & rebellionis delictum atrocissimum. l.6. cap.1. fol.207. n.352.

Senex.

Senes, an ad triremes damnandi? l.6. cap. 7. fol. 347. n.103.
Senex octogenarius Resurrectionis articulum ignorabat. l.6. cap.8. fol.356. n.18.
Senes delinquentes quomodo puniendi? l.6. cap.1. fol.197. n.235.

Sententia.

Sententiæ diuisio quotuplex? l.5 cap.1. fol.7. n 13 & seq.
Sententia a decreto differt. ibid. n. 12.
Sententia quomodo deffiniatur? ibid. n. 7.
Sententia condemnationis propter violentam hæresis suspicionem, vbi non est in vsu? l.5. cap.4. fol.33. n. 67.
Sententia condemnatoria hæretici pœnitentis reconciliati, an debeat exprimere, quod ipse fuerit hæreticus? ibi. fol.38. n.123. & seq.
Sententia diffinitiua, & interlocutoria. l.5. cap.1. fol.7. n.17.
Sententia in causis fidei non est ferenda, sed lata. ibi. fol.8. n.26.
Sententia in scriptis fieri debet. ibid. n.38.
Sententia, quo idiomate ferenda? ibid. n. 41. & seq. Cur ferenda vulgari sermone? ibi. fol.9. n.45
Sententia, quid debet exprimere? ibid. n.46
Sententia, quo tempore, & quo modo fieri debet? ibid. n.48.
Sententia hęretici, impœnitentis condemnatoria coram quo fieri debeat? ibid. n.59.
Sententia publica, qua cautela legenda? ibi. fol.10 num.62.
Sententia Polygamo data, vbi legi soleat? l.6. cap.8. fol.371. n. 192.
Sentẽtia criminis declaratoria requiritur, vt propter crimen tale beneficio priuetur. l. 6. cap. 3. fol.244. n. 138. & seq.
Sententia interlocutoria, etiamsi ab ipsa fuerit appellatum reuocari potest. l. 6. cap. 9. fol. 414. num.17.
Sententia si obscura contineat verba ab Ordinario Iudice declarari debet. ibid. n.19.
Sententia diffinitiua in causis hæresis non transit in rem iudicatam. ibid. n.24.
Sententia lata, si constat de innocentia condemnati quid agendum? l.6. cap.9. fol.414. n. 22.
Sententia exequtioni mandata, si hęreticus impœnitens, dum comburitur, velit conuerti quid? l.5. cap.6. fol.131. n.148. & seq.
Sententia ab Inquisitore lata, si iniusta sit, adhuc a iudice sæculari exequenda, l.6. cap.10. fol.428. num. 82.
Sententia, ex quibus redditur nulla? ibid. n.83.
Sententia duplex distinguitur. l. 6. cap.9. fol. 413. num. 8. & seq.
Sententia diffinitiua lata, nec reuocari, nec mutari potest. ibidem. n. 9. An possit in continenti post prolationem mutari? ibid. n.11. & sequen.
Sententia, quoad accessoria potest corrigi, etiam ex interuallo. ibidem. n. 15. & seq.

Seruus.

Serui ob mandatum domini delinquentes, an excusentur? l.6 cap.1. fol.211. n.398.
Serui Dei non canonizati, aut beatificati, quo cultu venerandi? l.5. cap.5. fol.107. n.788. & seq.
Seruos Dei non beatificatos venerantes contra Decreta Pontif. quibus pœnis puniendi? l. 6. cap.8. fol.404. n.576. & seq.

Sigillum.

Sigillum confessionis, quo iure seruari debet? l.5. cap.5.

cap.5.fol.111.n.833.& seq.
Sigillum, obseruandi quando adest obligatio? ibi. fol.112.n.840
Sigillum frangere, an heresis suspicionem præbeat? ibi. fol.114.n.865.& seq.
Sigillum confessionis frangens sacerdotali officio priuetur. l.6.cap.8.fol.408.n.622

Signum.

Signa pœnitentiæ in supplicio demonstrantibus, quid agendum? l.5.cap.4.fol.40.n.149 & seq.
Signa hæresis expressiua, qualia? l. 6.cap.3.fol.236. n. 45. & seq.
Signum veræ conuersionis, quis præbeat?, l.6.cap.7 fol.340.n.23.
Signa, quæ vehementem presumptionem inducunt. l.6.cap.8. fol.391. n.434. & seq.

Simancas.

In quo nimis rigide loquitur? l. 5. cap. 4. fol.39. num.135.

Similitudinarius adiect.

Similitudinarij Polygami ipso facto excommunicantur. l.6.cap.8.fol.372.n.216.
Similitudinaria bigamia tertia species bigamiæ est. l.5.cap.5.fol.59.n.240
Similitudinaria bigamia, cur dicitur? ibidem.

Simplex. simplicitas.

Simplices a præsumptione hæresis excusandi. l. 6. cap.1. fol.212.n.420
Simplicitate præsumitur fœmina deliquisse. ibid. num. 415.
Per simplicitatem etiam Rusticus delinquit. ibid. num. 417.

Sixtus.

Sixtus IV. causas S. Officij ad se aduocauit, ac postea Inquisitori Generali Hispaniarum delegauit. l.5.cap.3. fol.24.n.101.
Sixtus V. Conficientes sortilegia iurisdictioni Inquisitorum subiectos declarauit. l.5.cap.4.fol.30 num.27.

Sodalitas Iesuit.

Sodalitatis decretum circa paruitatem materiæ in re venerea. l.5.cap.5.fol.116.n.892. & seq.
Sodalitatis Præpositus Generalis, quam facultatem habet ad absoluendum? l.6.cap.3. fol.241. num.101 & seq.
Sodalitatis Religiosus simplex votum emittens, si nubat, ipso facto excommunicatur. l. 6.cap.8. fol.373 n.217.

Sollicitans.

Sollicitantes in actu Confessionis, quomodo abiurare debeant? l.5.cap.5.fol.65.n.299. & seq.
Sollicitantes in confessione ad alia peccata vltra libidinem, an sin de fide suspecti. ibi.fol.66.n.312
Sollicitantes in confessione pro alio, de vehementi abiurare debent. ibidem. n.311
Sollicitans mulier confessarium suspicionem hæresis incurrit. ibid.n.316.
Sollicitantem Sacerdotem, & sollicitatam pœnitentem, an Confessarius possit absoluere? l. 5. cap.8.fol.166.n.222. & seq.per tot.
Sollicitantis Sacerdotis pœnę. l. 6. cap.8.fol.377. n.267.& seq. per tot.

Sortilegus. sortilegium.

Sortilegia simplicia, quam erroris suspicionem contineant? l.5.cap.4.fol.30.n.25
Sortilegus impetu amoris dæmonem inuocans mitius puniendus. l.6.cap.1.fol.214.n.440.
Sortilegus quando velut hæreticus puniendus? l.5. cap.5.fol.117.n.905.
Sortilegus, puando a Confessario non potest absolui; l.5 cap.8. fol. 163.num.185. & seq.
Sortilegus aliquando immurandus. l.6.cap.8.fol. 398.n;517.
Sortilegum mandans puniri debet. ibi.fol.399.n.526
Sortilegijs simplicibus vtentes, an ad Inquisitores spectet punire? ibi.fol.395.n.485.
Sortilegus, quibus pœnis puniendus? ibi.fol.396. num.490.
Sortilegus naturalem vim generandi impediens, vt homicida tenetur. ibi.fol.397.n.498
Sortilegium hæreticale ab inuocante Dæmonem committitur. l.5.cap.5.fol.117.n.908.
Sortilegia, quæ in opprobium fidei Christianæ tendunt, hereticalia sunt. ibi.fol.118.n.909.& seq.
Sortilegus in quibus absque adoratione Dæmonis fit de hæresi suspectus. ibid.n.911.
Sortilegis leuiter suspectis, leuis abiuratio iniungenda. ibi.fol.119.n 931
Sortilegiorum hæreticalium libros retinentes sunt vehementer suspecti ibi.fol.120.n.938.

Stellionatus.

Stellionatus crimen, quid? l.6.cap.2.fol. 227.n.74 & seq.
Stellionatus pœna, quando infligitur? ibidem num.76

Successio.

Successio ex testamento prohibetur hæreticis.l.6. cap.6.fol.333.num. 38.& seq. per totam regulam.
Successio ex testamento etiam filijs hæreticorum prohibetur. ibi.fol.337.n.83.& sequent.

Summus Pontifex.

Solus in Schismaticorum inhabilitate dispensat. l.6.cap.8.fol.362.n.82
Summus Pontifex decernere debet super bonis hæretic.l.6.eap.5.fol.228.n.301.
Summi Pontif.constitutiones ad speciales Prouincias directę, leges vniuersales sunt. ibidem num.302
Summi Pontifices literæ an debeant Principi loci præsentari, vt illas possit exequi legatus? l.6. cap.8. fol.367.num.150.& seq.
Summi Pontif. gratia possunt tantum a pœnis liberari violatores Bullæ, si de protegendis, ibi. fol.369.n.173
Summi Pontificis libros Talmudicos strictissime prohibuerunt. ibi. fol. 394. num. 458.
Summo Pontif. est reseruata excommunicatio lata contra laicos se in causis fidei ingerentes. ibi. fol. 405. n.592.
Summus Pontif. non debet, nisi necessitate vrgente, cum hæreticis formalibus dispensare, vt ad Superiores ordines ascendant. fol. 420. n. 105.l.6. cap.9
Ad Summ. Pontif. vel ad dantes, dominium rerum Minoribus elargitarum pertinet. l.6. cap. 4. fol. 266. num.176
Summorum Pontificum declaratione facultas absoluendi ab hæresi Episcopis concessa, reuocatur l.6.cap.3. fol.240.num.92
Summo Pontifici absolutio ab hæresi reseruatur. ibi.fol.238. num. 59.& seq. per tot circa dispensationem vide.fol.418.n.72

Superior

Superiores Religionum causam ad S. Officium spectantem cognoscentes, qualiter puniendi? l.6. cap.8.fol.401.n.545.& seq.
Superiores non quibusuis Religiosis licentiam tran-

transeundi ad partes transmarinas concedant. ibi. fol. 402. num 560.
Superiores Regularium ad quid tenentur, feria 6. post octau. Assumpt. ibi. fol. 410. n. 641.

Supplicium.
Vltimum dicitur mors. l. 6. cap. 2. fol. 222. n. 12. & seqen.
Supplicium vltimum, quando Magistratibus infligendum? l. 6. cap. 8. fol. 362. num. 92

Supremus.
Supremi Senatus instructio super sollicitantibus in confessione. l. 6. cap. 8. fol. 377. n. 272. et 231.
Supremus S. Inquisitionis Senatus informari debet ab inferiori Tribunali. ibi. fol. 374. n. 242
Supremus Iudex iniurias sibi illatas potest punire. l. 5. cap. 5. fol. 92. num. 608. et seq.
Supremus Princeps, qualiter facultatem remittendi pœnas habeat limitatam? l. 6. cap. 9. fol. 419. n. 90. et seq.

Suspectus.
De hæresi leuiter, non est hæreticus. l. 5. cap. 4. fol. 29. num. 8
Suspectus de hæresi leuiter quando quis dicitur? ibid. num. 7
Suspectus de hæresi vehementer, si eam abiurare nolit, curiæ sæculari tradendus. ibi. fol. 34. n. 75.
Suspectus de hæresi violenter, si persistat in negatiua, quid agere oportet? ibi. fol. 33. n. 60
Suspectus de hæresi vehementer quis dicatur? ibi. fol. 35. n. 62. et seq.

Suspensio.
Suspensionis pœna in iure canonico frequens. l. 6. cap. 3. fol. 229. num. 96
Suspensio in duobus præcipuè a depositione differt. ibidem. et seq.
Suspensio quando perpetua est? ibid. n. 97
Suspensiones singulares tot sunt, quot sunt actus a quibus potest aliquis suspendi ibid. num. 98

Suspicio.
Lenis, quando in vehementem transit? l. 5. cap. 4. fol. 33. num. 63.
Suspicionem violentam abiurans, si denuo de ipsa suspectus reperiatur, quomodo mulctandus? ibi. fol. 35. n. 84. et seq.
Suspicionem hæresis vehementem abiurans an iudicium reducitur, noua adueniente probatione. l. 5. cap. 2. fol. 13. n. 32. et seq.
Suspicione hæresis vehementi abiurata, si nouorum lapsum nouæ dentur probationes, quid agendum? ibid. n. 35.
Suspicio de hæresi triplex reperitur. l. 5. cap. 4. fol 28. num. 1

Sepultura.
Sepultura Ecclesiastica, quis priuandus? l. 6. cap. 8. fol. 364. n. 115.
Sepultura Ecclesiastica sepeliens hæreticum ad quid tenetur? l. 6. cap. 2. fol. 251. n. 244

Statutum.
Statuti pœnalis verba, si ad iudicem imperatiuè feruntur, pœna mutari non potest. lib. 6. cap. 9 fol. 415. n. 57.
Statuto delictum puniente, conatus delicti non punitur. l. 6. cap. 8. fol. 399. n. 527.
Statutum pœnale, vel in rem, vel in Personam terminatur. ibidem.

T

Tacitus adiect.
TAciti, et expressi, idem est iuris. l. 6. cap. 4. fol. 276. n. 288. et seq.
Tacita alienationis prohibitio, quid operatur? ibidem.
Tacito expressum superadditum, diuersum effectum operatur, ac succedens. ibidem. n. 289.
Tacito pacto cum Dæmone solummodo extante quando violenta hæresis præsumptio datur? l. 5. cap. 5. fol. 118. n. 917.
Tacitum pactum quando reperitur? l. 6. cap. 8. fol. 395. n. 480

Tempus.
Temporis spatium requisitum, vt obliuio inducta præsumatur l. 5. cap. 7. fol. 137. n. 64
Tempus gestationis habitus pœnitentialis. l. 6. cap. 7 fol. 352. n. 157
Tempus ad præscriptionem contra Fiscum requisitum. l. 6. cap. 4. fol. 293. n. 467.
Tempus commissi criminis respicit confiscatio ipso iure imposita. l. 6. cap. 4 fol. 273. n. 253.
Tempore eodem plura delicta commitens, an pluribus pœnis puniendus? l. 6. cap. 2. fol. 230. n. 119 et seq.
Tempus requisitum. vt quis non dicatur per consuetudinem delinquens. l. 6. cap. 1. fol. 206. n. 341.
Tempore furoris actus præsumitur gestus, si breui tempore post furorem fiat. ibi. fol. 204. n. 313. et seq.

Territorium.
Territorio alterius iurisdictionis, quando potest confiscatio bonorum fieri; l. 6. cap. 4. fol. 289. num. 4 5. & seq.
Territorij Iudex, in quo vltimum delictum est commissum, augere potest pœnam ob delicta in alijs territorijs commissa. l. 6. cap. 1. fol. 206. num. 337.
Territoria si diuersa sint, ac diuersi domini speciali publicatione non extenditur confiscatio extra territorium conficantis. l 6. cap. 4. fol. 289 num. 418.
Territorij Iudex exequtionem confiscationis faciat. ibid. n. 420

Terror.
Terrorem maximum constitut. si de protegendis sola lectione inijcit. l. 6. cap. 8. fol 386. n. 140.
Terrorem non solum, sed etiam exequutionem talis constitutio respicit. ibi. fol. 367. n. 143. & seq.

Testamentum.
Testamentum hæretici, an sit nullum ante sententiam declaratiuam hæresis? l. 6. cap. 6. fol. 337. n. 75. & seq.
Ex testamento, vel ab intestato, an filius hæretici possit succedere? ibid. n. 83. & seq.
Ex testamento succedere, est capax hæreticus Ecclesiæ reconciliatus. ibi. fol. 336. n. 66

Testimonium.
Falsum ferens de morte prioris coniugis, qua pœna puniendus? l. 6. cap. 8. fol. 372. n 204
Testimonium falsum deponens contra reum confitentem delictum, qua pœna puniendus? ibi. fol. 375. num. 247. & seq.
Testimonium falsum ferentes ad polygamiam, ipsius cooperatores dicuntur. l. 5 cap. 5. fol. 63. num. 273. & seq.

Testis.
Testes ad Polygamiam cooperantes, tripliciter se habere possunt. l. 5. cap. 5. fol. 62 num 268.
Qualiter debeant abiurare? ibidem. num. 269. & sequen.
Testes in S. Officio falsa deponentes, an debeant abiurare. l. 5. cap. 5. fol. 104. n. 751. & seq.
Testis depositionem in S. Officio factam reuelans, quomodo puniendus? ibid. n. 757. & seq.

Testes,

INDEX

Testes, quando sępius examinandi. l.5.cap.7. fol. 135.num.38
Quando perpetua immutatione puniendi. ididem
Testes quomodo confortandi. ibid.n.44
Testes oculares non denuntiantes hæreticum, excommunicantur. l.6.cap.8 fol.383.n.336
Testes, si depositionem factam negent, Notarius vero affirmet huiusne, vel illorum dicto standum. ibi.fol.372 n.213
Testis falsus, quando vt homicida puniendus. ibi fol.375.num.245.
Testem corrumpentes, vt falsum deponat, qua pœna plectendi. ibi.fol.376.n.254.
Testes duo contestes, an ad puniendum hæreticum formalem sufficiant? ibi.fol.357.n.26.& sequent.
Testes singulares, an probationem sufficientem efficiunt ad pœnam ordinariam imponendam. ibi. fol 358.n.38.& seq.
Testis quilibet singularis imperfectam probationem efficit. ibi.fol.359.n.48.et seq.

Timor.

Timor semper habendus de reconciliatis hæreticis. l.5.cap.4.fol.35.n.95.
Timor ne filij mores parentum imitentur, est ratio ipsis iniungendi pœnas. l.6.cap.5.fol.305.num. 42
Timore, ne viuus comburatur hæreticus, ad exterius confitendum inducitur. ibi.fol.303.n.24

Tortura.

Torturæ pœna apud Tribunal S. Inquisitionis frequens. l.6.cap.2.fol.226.num.60
Tortura, qua euacuantur indicia, inflicta, quid de Reo agendum. l.5.cap.2.fol.11.n.12
Tortura insufficiens ad purganda indicia, Reum non liberat. ibi.fol.12.num.15

Trasmiera.

Quid digne aduertat iuxta tarditatem, vel promptitudinem hæretici in conuersione. l.5.cap.4.fol.38 num.138
Trasmiera quid circa paruitatem materiæ in librorum lectura habuerit. l.5.cap 5.fol 56. num. 198. & seq.

Tribunal.

Meliten. quodie, & loco, Actum fidei celebrare solet? l.6.cap.10.fol.423.n.31
Tribunal S.Officij an contra violatores sigilli Cōfessionis procedat? l.6.cap.8.fol.407.n.614.& seq.
Tribunal S.Officij non procedit contra insurdescentem in excommunicatione non ex causa hæresis ibi.fol.386.n.367.
Tribunalis Melitensis vsus in terminando processum, in causis fidei. l.5.cap.4. fol.30.num.21. Tribunal supremum Vrbis, vsum canonicæ purgationis omnino omisit. ibi. fol 31.n.42

Trinitas SS.

Trinitatem Sanctiss. negantes, pro primo lapsu brachio sæculeri relaxandi. l.7. cap.7. fol.348.n.11.

Triremis.

Triremium pœna cuius loco successit? l. 6. cap. 7. fol.347.n.97.& seq.
Triremium pœna Polygamis iniungenda. l.6.cap.8 fol.371.num. 191. & seq.
Triremium pœna, quando minuenda? ibid.n.195. et seq.
Triremium pœna, an sit expediens Presbitero iniungi? l.6.cap.7.fol.347.n.98.et seq.
Triremis pœna solet à S.Officio pro carcere imponi. ibidem n.101.et seq.
Triremis pœna cuiusnam ætatis hominibus imponenda? ibidem.n.103. et seq.

V

Vassallus.

QVando Dominum defendere non tenetur? l.6 .cap.8.fol.368.n.155
Vassallus, quid potest, durante vita, circa feudum? l.6.cap.4.fol.274.n.268
Vassallus merum, ac mixtum habens imperium, nequit contra ius commune dispensare. l.6.cap.9. fol.419.num.89

Vehemens.

Vehementem suspicionem, quando leuis suspicio inducit. l.5.cap.4. fol 33.n.63
Vehemens suspicio in violentam transiens, non admittit defensionem. ibidem n.64.
Vehementem hæresis suspicionem abiurans, si in eadem deprehenditur, relapsus censetur. ibi.fol. 35.num.83
Vehementem suspicionem tribuit, vehementia peragens. ibi.fol.31.n.32.et seq.
De vehementi quando quis abiurare debat? ibid. num.36.& seq.

Verbum.

Verba hæreticalia proferens, si sit confessus, & de illis plene conuictus, licet intentionem neget, brachio sæculari est relaxandus. l.5.cap.7.fol.142 num.126
Verba, quibus indulgentia conceditur perpendenda. l.6. cap.9.fol.419.n.98
Verba horrenda blasphemiæ tacenda. l. 5. cap.2. fol.10.num.68

Veritas, Verus.

Veritatem negantes ab Inquisitore interrogati, pœna fautorum plectendi. l.6.cap.8.fol.376.n.258
Verum affirmans, quod verum esse ignorat cum dolo præsumitur. l.6.cap.1.fol.192. n.176.
Verus dolus censetur, quando indicijs indubitatis probatur. ibi.fol.191.n.158.
Verus dolus si speciali delicto sit coniunctus, pœna illius delicti punitur. ibi.fol.190.n.141.
Verus dolus describitur. ibi.fol.189 n.131.et seq.
Verum iurasse Reum se purgantem, debent compurgatores iurare. l.5.cap.2.fol.15.n.68
Veritatem occultantes pro defensione delinquentis contra fidem, aliqua abiuratio imponenda. l.5. cap.5.fol.104.n.755.
Veritatem vt detegat hæreticus negatiuus, multoties admonendus. l.5.cap.7.fol.135. n.37.et seq.
Veritatem fateri volens iam comburendus, potest de misericordia recipi. ibi. fol.136.n.52
Verus, ac formalis hæreticus, quis habendus? ibi. fol.139.n.96.
Veritas ostenditur, cum iuris est præsumptio. ibi. fol.1.n.108

Vestis.

Vestibus sacris tantum indutus, non dicitur celebrare. l.6.cap.8.fol.390. n.422
Vestes scindens Achab saccum posuit super carnem suam, pœnitentiam acturus. l.6.cap.7.fol.351. num.146.
Vestes pœnitentium colore differant ab habitu, qui, sanbenito, dicitur. ibid.n.149
Vestis liuida scapularis instar portanda super vestes. ibi.fol.352.n.159.
Veste liuida pœnitens S.Officij induitur, et præ foribus Ecclesiæ ponitur. ibidem

Vilis.

Viles Personæ polygamiam attentantes, secunda pœna

pœna publica puniri possunt. l.6.cap.8.fol.371. num.197.
Viles personæ, si testes sunt confrontari possunt.l.5 cap.7.fol.135.n.43
Vilis, et honestæ Personæ differentia. l.5.cap.4. fol.29.n.12.et seq.

Violator.

Violatores Bullæ Pij V. quas pœnas incurrant; l.6.cap.8.fol.369.n.165.
Quando ab ijsdem pœnis excusantur? ibidem. n. 167.et seq.
Violatoribus decretorum Vrbani circa nondum Beatificatos, an abiuratio aliqua iniungenda? l.5. cap.3.fol.111.n.826.et sequent.
Violatores Bullar. Pontif. circa prohibitionem librorum quomodo expediendi, quoad abiurationem? ibi.fol.81.n.495.et seq.

Violentus. a. um.

Violentam suspicionem abiurans, si relabatur, curiæ sæculari tradendus, vt relapsus. l.5.cap.4.fol.34. num.81.
Violenta suspicio oritur ex vehementi abiurata et iterata.ibi.fol.35.n.89.
Violentę suspiciones, ex factis alliquibus oriuntur. l.5.cap.7.fol.132.n.9
Violenta suspicio si in suspectis de hæresi sit, potest ipsis poena habitus penitentialis impon. l.6.cap.7 fol.351.n.153

Vir.

Viro mortuo, si Vxor vidua in heresim incidat confiscatio bonorum vsque ad dotem extenditur. l.6.cap.4.fol.286.n 381
Vir innocens propter crimen vxoris non punitur. ibi.fol.287.n.399
Vir quando vxorem delinquentem ratione vinculi matrimonialis tenetur alere? ibid.n.394.
Viro delinquente bona paraphernalia vxoris non confiscantur.l.6.cap.5.fol.319.n. 206
Viri donatio, facta vxori in prætium dotis acceptæ, fit propria vxoris. ibid.n.209
Viri confessio non sufficit ad liberandam a confiscatione dotem vxoris, nisi aliunde eius traditio constet. ibi.fol.320.n.211.

Vita.

Vitę integritas circa reuelationes ponderanda. l.5. cap.5.fol.100.n.705. et seq.

Voluntas.

Quando licet coacta concurrit? l.6. cap.1.fol.210 num. 386
Voluntas spectatur in facto, non facti exitus.ibi. fol.220.n.508

Vsus.

Vsus habitus pœnitentialis.l.6.cap.7.fol.351.num. 148.
Vsus Tribunalis, attendendus circa absolutionem Sacramentalem l.5.cap.8.fol.150.n.34.et seq.
Vsus Regnorum pro applicandis hæreticorum bonis.l.6.cap.5.fol.329.n.314.et seq.
Vsus canonicæ purgationis, iam desijt, præterquam in crimine hæresis.l.5.cap.2.fol.14.n.54

Vsus fructus.

Bonorum aduentiorum filij, quando extinguitur in Patre committente crimen eximens illum a patria potestate? l.6.cap.5.fol.315.n.163
Vsus fructus peculij aduentitij pro quo tempore potest publicari? ibidem n.159
Vsus fructus quando cum proprietate consolidatur ibi.fol.316.n.164.et 167
Vsus fructus, non datur alius vsus fructus.l.6.cap.4 fol.281.n.329

Vxor.

Vxore viuente, ducens secundam, quas pœnas incurrat; l.6. cap.8 fol.371.n.188
Vxor delinquens ob Mariti mandatum qualiter excusetur? l.6.cap. 1.fol.210.num.396
Vxoris paraphernalia ob crimen mariti non publicantur.l.6.cap.5.fol.319. num.206
Vxor innocens, quid própria auctoritate potest capere, marito delinquente? ibi.fol.320.n.215.
Vxore post Mariti mortem in hæresim incidente omnia eius bona publicantur. l.6.oap.4.fol.286, num.383
Vxore delinquente constante Matrimonio, dos non confiscatur.ibid.et vide seq.per tot.

FINIS.